# SYLLOGE
# FUNGORUM

## OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

**Vol. V.**

16 DEC.

*Published by*
J. W. EDWARDS

*Lithoprinted by*
EDWARDS BROTHERS, INC.
ANN ARBOR, MICHIGAN
1944

PATAVII
XXVIII MAJI MDCCCLXXXVII
SUMPTIBUS AUCTORIS
TYPIS SEMINARII.

Agaricineæ totius orbis sec. Friesii Epicr. Hym. (1838) spec. n. 1503.

Agaricineæ Europeæ sec. Friesii Hym. Eur. (1874) spec. n. 1885.

Agaricineæ totius orbis sec. Syllogen (1887) spec. n. 4639.

# SYLLOGE

# HYMENOMYCETUM

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

COLLABORANTIBUS

J. CUBONI ET V. MANCINI

**Vol. I.**

**AGARICINEÆ**

320.91

PATAVII

XXVIII MAJI MDCCCLXXXVII

SUMPTIBUS AUCTORIS

TYPIS SEMINARII.

# PRÆMONITUS

Sincere fatemur Syllogen Hymenomycetum nostram librum magistralem cel. FRIESII de «Hymenomycetibus Europæis» omnino et sæpius ad verbum quidem sectari, quo vero suis locis genera et species quam plurima exotica vel ea recentius reperta inseruimus et, quantum fieri potuit, notas et mensuras sporarum quoque addidimus. Opus hoc fere totum collecticium et critice nova expers esse nemo mycologorum mirabitur et ob vastitatem argumenti et ex eo quod hymenomycetes plurimos, præsertim exoticos, inspicere nequivimus. Sed neminem latet (ut sæpissime professi sumus) Syllogen nostram diagnosum collectaneam ordinatam, non vero opus criticum sistere. Hoc faciant monographi et floristæ, et benevole meminerint quid vere sit Sylloge nostra, ne nobis tribuant errores qui nostri non sunt.

Dispositionem Hymenomycetum Friesianam, principiis nostris carpologicis optime respondentem, amplexi sumus; tamen genera mollia Agaricinearum a cl. FRIESIO a coriaceo-lentis, æque leucosporis, remote disjuncta (exstantibus formis intermediis potissimum Collybiearum et Marasmiorum) in unicam sectionem collegimus, præeuntibus, saltem ex parte, cl. DE SEYNES et GILLET.

De collocatione in systemate specierum addendarum dubia gravia et non pauca occurrerunt; species tamen plerasque locis propioribus, licet non semper certis, inserere studuimus, quasdam vero quoad affinitatem magis ancipites in calcem generis, tamquam incertæ sedis, locavimus. Nec defuerunt species tam inepte descriptæ et omni comparatione carentes, quas, auctorum excellentium exemplo, consulto omittere statuimus. Quoad species inter se valde affines, immo ut meras formas a quibusdam censitas, in dubiis, satius duximus servare quam demoliri.

Clari Mycologi, præsertim P. A. KARSTEN et L. QUÉLET, genera plura nova inter Hymenomycetes condiderunt aliaque emendarunt. At, præsentibus speciebus plurimis, maxime exoticis, quoad *criteria* nova imperfecte cognitis, nec deficientibus generibus inter illa recenter condita, a mente nostra desciscentibus, systema Hymenomycetum ill. FRIESII, jam a cl. MONTAGNE, BERKELEY, KALCHBRENNER, PECK, COOKE aliisque adhibitum, fere ubique sequuti sumus, illud tantum mutantes quod subgenera Friesiana — plerumque notis satis acutis distincta et insuper speciebus numerosis onusta — in genera admisimus, præeuntibus jam cl. Mycologis, e. g. GILLET, QUÉLET, BRESADOLA et nuperrimis fere omnibus.

Valde dolemus quod characteres sporarum, basidiorum et cystidiorum in plerisque speciebus adhuc ignota sint; nullum est enim dubium quod hæ notæ optimas differentias specificas et forte etiam genericas præstare possint, ut ex operibus cl. BRITZELMAYR, VOGLINO, PATOUILLARD aliisque argumentari licet.

Contra normam in Sylloges voluminibus prioribus adhibitam in auctoribus specierum citandis, hic et præsertim pro Agaricineis, auctorem originalem tantum cita-

vimus; notissimum est enim mycologos pæne omnes systema Friesianum Hymenomycetum sequi ejusdemque genera et subgenera amplecti; notum quoque est subgenera Friesiana imprimis Agaricinearum ab auctoribus nuperioribus et a nobis ipsis, iisdem fere limitibus, accepta esse, verum ut genera habita. Ex his factum est quod, ut plurimum, quum ill. Fries et sectatores scribunt e. g.: *Agaricus* (Amanita) *porphyrius* Fr., *Agaricus* (Lepiota) *Badhami* Berk. etc., nos tantum indicamus: *Amanita porphyria* Fr., *Lepiota Badhami* Berk. Quæ mutatio tam levis est neque substantialis ut auctorum reductorum citatio omnino superflua sit visa, hinc consulto omissa.

Præter libros mycologicos citatos in catalogo præmisso volumini primo Sylloges, sequentes, in tractatione Hymenomycetum potissimum adhibiti, notandi sunt: BADHAM, The esculent funguses of England. London 1863. — BERNARD, Champignons de la Rochelle. Paris 1882. — BRITZELMAYR, Die Hymenomyceten Augsburg's. Augsburg 1879-1886. — GILLET, Tableaux analytiques des Champignons. Alençon 1884. — HARZER, Abbildungen der Pilze. Dresden 1842-44. — KALCHBRENNER, Icones select. Hymenomycetum Hungariæ. Pest 1873. — KARSTEN, Ryssland's Hattsvampar et Icones Hymenom. Fenniæ. Mustiala 1879-1885. — LUCAND, Figures peintes des Champign. (Suites à Bulliard) Autun 1884-87. — PAULET et LÉVEILLÉ Iconographie des Champignons. Paris 1885. — PATOUILLARD, Tabulæ analyticæ fungorum. Paris 1883-86. — QUÉLET, Enchiridion fungorum. Paris 1886. — STEVENSON, Hymenomycetes Britannici. Edinburg 1886. — WINTER, Pilzflora. Leipzig 1884 et opuscula quamplurima ubique orbis edita.

Fontes, e quibus mensuras sporarum excerpsimus, singulatim non citavimus, quum facili negotio sint conferendæ. Has in primis hausimus ex operibus citatis cll. BRITZELMAYR, BRESADOLA, KARSTEN, PATOUILLARD, QUÉLET, STEVENSON, VOGLINO (Observ. anal. Agaric. Venezia 1886), WINTER, aliisque.

# HYMENOMYCETEÆ Fr.

Syst. Mycol. I. p. LIII (1821)

Fungi carnosi, membranacei, suberosi v. lignosi, plerumque magni v. majusculi, sæpius terrestres, interdum lignicolæ, hymenio externo subdiscreto instructi. Hymenium basidia apice sterigmatibus sæpe quaternis aucta, intermixtis cystidiis, ferens. Sporæ continuæ, globosæ, ovoideæ v. suboblongæ leves v. asperæ, hyalinæ v. varie coloratæ, ex apice sterigmatum orientes (Vix in uno genere [*Dacrymycete*] adsunt sporæ septatæ).

**Clavis analytica Familiarum**

*A*) Hymenium figuratum.

1. *Agaricineæ*. Hymenium radiatim lamellatum, inferum.
2. *Polyporeæ*. Hymenium porosum v. tubulosum, inferum.
3. *Hydneæ*. Hymenium aculeatum v. varie protuberans, inferum.

*B*) Hymenium levigatum.

4. *Thelephoreæ*. Hymenium horizontale, inferum; fungi subcoriacei.
5. *Clavarieæ*. Hymenium verticale, amphigenum; fungi subcarnosi.
6. *Tremellineæ*. Hymenium superum; fungi gelatinosi.

## Fam. 1. **Agaricineæ** Fr.

Hymenophorum inferum, terram spectans, lamellosum. Lamellæ a centro vel stipite radiantes, simplices ramosæve, postice rarius anastomosantes, e duplici lamina compaginatæ, extus utrinque basidiis apice tetrasporis et cystidiis vestitæ. — Nullum typum, vix quidem Synantherearum, in toto vegetabilium orbe in tot diversissimis formis repetiit natura. Fr.

**Clavis analytica generum Agaricinearum.**

*Sect. 1.* Leucosporæ Fr. sensu ampl.

Sporæ albæ v. albidæ v. dilutissime luteolæ v. roseolæ.
Species molles v. lentæ.

Series I. **Haplophyllæ**. Lamellæ acie integræ (non canaliculatæ v. fissæ).

*Subsect. 1.* **Molles**. Carnosæ v. subcarnosæ, putrescentes, non reviviscentes.

*A*) Lamellæ acie acutæ v. non pliciformes.

† Trama pilei non vesiculosa.

§ Lamellæ in duas laminas facile scissiles.

α) Centrales: stipite subcentrali.

*) Hymenophorum a stipite carnoso discretum.

*Amanita.* Stipes basi discrete volvatus, annulo præditus.
*Amanitopsis.* Stipes basi volvatus, annulo carens.
*Lepiota.* Stipes basi non volvatus, annulo præditus.
*Schulzeria.* Stipes evolvatus et exannulatus.

**) Hymenophorum cum stipite carnoso v. fibroso-elastico confluens et cum illo homogeneum.

*Armillaria.* Stipes annulatus (subinde obsolete), evolvatus.
*Tricholoma.* Stipes exannulatus et evolvatus; lamellæ sinuatæ.
*Clitocybe.* Stipes exannulatus et evolvatus; lamellæ decurrentes.

***) Hymenophorum cum stipite cartilagineo confluens sed ab illo heterogeneum.

*Collybia.* Lamellæ non decurrentes; pilei planiusculi, carnosuli margo primo involutus.
*Mycena.* Lamellæ non decurrentes; pilei campanulati, carnosuli margo primo rectus.
*Hiatula.* Lamellæ non decurrentes pileusque striato-plicatus diaphano-membranacei, tenerrimi sed non diffluentes.
*Omphalia.* Lamellæ decurrentes; pileus umbilicatus, carnosulo-membranaceus.

β) Excentricæ: stipite excentrico v. nullo.

*Pleurotus.* Fungi lignicolæ; stipes, ubi adest, cum hymenophoro continuus.

§§ Lamellæ ægre scissiles.

*Hygrophorus.* Lamellæ subceraceæ, succosæ, cum trama pilei concretæ.

†† Trama pilei subvesiculosa, rigido-fragilis.

*Lactarius.* Lamellæ lactescentes; sporæ globosæ, echinulatæ.
*Russula.* Lamellæ exsuccæ; sporæ globosæ, echinulatæ.

*B*) Lamellæ acie obtusæ v. pliciformes.

*Cantharellus.* Lamellæ decurrentes, dichotomæ, subceraceæ.
*Arrhenia.* Lamellæ tenerrimæ, veniformes, simplices, non decurrentes.
*Nyctalis.* Lamellæ crassiusculæ, obtusæ, non decurrentes.
? *Stylobates.* Lamellæ tenues gelatinosæ, pileum clavato-capitatum ubique tegentes.

*Subsect.* 2. **Tenaces.** Carnoso-coriaceæ v. gelatinoso-coriaceæ v. subereæ, persistentes, reviviscentes.

*A*) Carnoso-coriaceæ v. gelatinoso-coriaceæ.

*Marasmius.* Stipes ab hymenophoro discretus; pileus carnoso-lentus v. membranaceo-coriaceus.
*Heliomyces.* Stipes ab hymenophoro discretus; pileus gelatinoso-coriaceus.

*Lentinus.* Stipes cum hymenophoro continuus; lamellæ acie acuta serrata.
*Panus.* Stipes cum hymenophoro continuus; lamellæ acie acuta integerrima.
*Xerotus.* Stipes cum hymenophoro continuus; lamellæ dichotomæ acie obtusa.
*Trogia.* Stipes obsoletus; lamellæ pliciformes, acie canaliculata v. crispa.

*B*) Suberosæ.

*Lenzites.* Lamellæ distinctæ, radiantes, acie acutiuscula, glabræ.
*? Tilotus.* Lamellæ distinctæ, tomentosæ (sicut pileus).
*Hymenogramme.* Lamellæ tenuissimæ lirelliformes, parallelæ, flexuosæ.

SERIES II. **Schizophyllæ.** Lamellæ acie fissæ v. appendiculatæ. Cfr. *Trogia.*

*Oudemansiella.* Carnosa; lamellæ acie fissæ, labiis cum contiguis initio connatis; stipes centralis.
*Pterophyllus.* Carnosus; lamellæ acie utrinque lamellulas subspathulatas gerentes; stipes lateralis.
*Rhacophyllus.* Tenerrimus, membranaceus; lamellæ apice in fragmenta flexuosa fissæ; stipes centralis.
*Schizophyllum.* Coriaceum; lamellæ acie fissæ utrinque revolutæ; stipes obsoletus, lateralis.

## *Sect. 2.* Rhodosporæ seu Hyporrhodiæ Fr.

Sporæ roseæ v. roseo-rubiginosæ. — Species omnes molles, nec lentæ.

*A*) Stipes centralis.

× Hymenophorum a stipite discretum; lamellæ liberæ.

*Volvaria.* Stipes basi discrete volvatus, non annulatus.
*Annularia.* Stipes evolvatus sed annulatus.
*Pluteus.* Stipes evolvatus et exannulatus; pilei margo rectus.

×× Hymenophorum cum stipite confluens et homogeneum; lamellæ adnexæ.

*Entoloma.* Stipes carnoso-fibrosus; pilei margo primo involutus; lamellæ sinuatæ.
*Clitopilus.* Stipes carnoso-fibrosus; pilei margo primo involutus; lamellæ decurrentes.
*Leptonia.* Stipes cartilagineus; pilei convexo-plani margo primo inflexus; lamellæ subsecedentes.
*Nolanea.* Stipes cartilagineus; pilei campanulati margo rectus, stipiti primo adpressus; lamellæ subsecedentes.
*Eccilia.* Stipes cartilagineus; pileus umbilicatus; lamellæ decurrentes.

*B*) Stipes excentricus v. nullus.

*Claudopus.* Fungi lignicolæ; stipes, ubi adest, cum hymenophoro continuus. Sporæ inter roseum et rubiginosum nutantes (*Hypodermineæ*).

## *Sect. 3.* **Ochrosporæ** seu **Derminæ** Fr. sensu ampl.

Sporæ ochraceæ v. subferrugineæ. — Species omnes molles nec lentæ (Cfr. *Bolbitius* inter Melanosporas).

*A)* Lamellæ ab hymenophoro sponte non secedentes.

† Velum universale numquam araneosum.

§ Stipes centralis.

*) Stipes volvatus v. annulatus.

*Pholiota.* Stipes annulatus.
*Acetabularia.* Stipes volvatus.

**) Stipes evolvatus et exannulatus.

*Inocybe.* Stipes carnosus; pilei cutis fibrillosa v. sericea; lamellæ subsinuatæ.
*Hebeloma.* Stipes carnosus; pilei cutis glabra, viscida; lamellæ subsinuatæ; sporæ subargillaceæ.
*Flammula.* Stipes carnosus; lamellæ adnatæ v. decurrentes.
*Naucoria.* Stipes cartilagineus; pilei margo inflexus; lamellæ non decurrentes.
*Pluteolus.* Stipes subcartilagineus, ab hymenophoro discretus; pilei margo rectus; lamellæ non decurrentes.
*Galera.* Stipes subcartilagineus, cum hymenophoro continuus; pilei margo rectus; lamellæ non decurrentes.
*Tubaria.* Stipes cartilagineus; lamellæ decurrentes.

§§ Stipes excentricus v. nullus.

*Crepidotus.* Fungi lignicolæ; stipes, ubi adest, cum hymenophoro continuus.

†† Velum universale araneosum, a cute discretum.

*Cortinarius.* Stipes carnosus, cum hymenophoro continuus; lamellæ mox sporis ochraceo-pulvereæ.

*B)* Lamellæ ab hymenophoro sponte v. facillime secedentes.

*Paxillus.* Stipes, ubi adest, cum hymenophoro continuus; pilei margo eximie constanter involutus.

## *Sect. 4.* **Melanosporæ** Gill. et Britz.

(*Pratellæ* et *Coprinariæ* Fr. sensu ampl.).

Sporæ atro-purpureæ, nigricantes vel rarius (in gen. *Bolbitio*) fusco-ferrugineæ. — Species omnes, demptо *Anthracophyllo*, molles nec lentæ.

*A*) Lamellæ membranâ hymenophorâ supra junctæ.

† Pileus carnosus v. membranaceus v. diffluens.

§ Sporæ atro- v. fusco-purpureæ (*Pratellæ*).

*) Lamellæ non liquescentes.

*a*) Hymenophorum a stipite discretum.

*Chitonia*. Stipes basi volvatus.

*Agaricus*. (*Psalliota* Fr.). Stipes evolvatus sed annulatus.

*Pilosace*. Stipes evolvatus et exannulatus.

*b*) Hymenophorum cum stipite continuum.

*Stropharia*. Stipes annulatus; lamellæ adnatæ.

*Hypholoma*. Stipes exannulatus; pilei margo contexto-cortinatus.

*Psilocybe*. Velum nullum v. obsoletum; stipes tenax; pilei margo primo incurvus; lamellæ non decurrentes.

*Deconica*. Velum nullum v. obsoletum; stipes tenax; pilei margo primo incurvus; lamellæ subtriangulari-decurrentes.

*Psathyra*. Velum nullum v. obsoletum; stipes fragilis; pilei margo rectus; lamellæ non decurrentes.

**) Lamellæ liquescentes.

*Bolbitius*. Pileus membranaceus; lamellæ sporis fusco-ferrugineis pulverulentæ, mox liquescentes.

§§ Sporæ atræ v. nigricantes.

*) Lamellæ liquescentes (*Coprinariæ*).

*Coprinus*. Pileus membranaceus; lamellæ primo cohærentes, mox atro-diffluentes.

**) Lamellæ non liquescentes.

*a*) Sporæ globoso-ovoideæ.

*Panæolus*. Pileus carnosulus, extrius, margine lamellas variegatas primo excedente; stipes exannulatus.

*Anellaria*. Pileus carnosulus, extrius, margine lamellas variegatas excedente; stipes annulatus.

*Psathyrella*. Pileus membranaceus, striatus, margine lamellas fuligineo-nigricantes non excedente.

*b*) Sporæ elongatæ, fusiformes.

*Gomphidius*. Lamellæ e membrana mucilaginea compaginatæ, decurrentes.

†† Pileus coriaceo-corneus.

*Anthracophyllum*. Est quasi *Marasmius* ater corneus; sporæ minutæ, nigræ.

*B*) Lamellæ supra liberæ, seu membranâ hymenophorâ nullâ junctæ.

*Montagnites*. Stipes apice in discum lamellas radiantes circumcirca ferentem dilatatus.

## *Sect. 1.* Leucósporæ Fr.

### *Ser. 1.* Haplophyllæ Sacc.

#### *Subsect. 1.* Molles (Fr.) Sacc.

**AMANITA** Pers. Syn. p. 246, Fr. Syst. Myc. I, p. 12 (Etym. Nomen fungi a Galeno inditum, forte a monte *Amano*). — Lamellæ membranaceæ, scissiles, acie acutæ, persistentes, sed molles (haud lentæ), trama subfloccosa cum hymenophoro infero concretæ. Stipes volva et annulo discretis præditus. Hymenophorum a stipite discretum. Sporæ e basidiis secedentes, dilabentes, hinc lamellæ non cinnamomeo-pulverulentæ ut in Cortinariis. Omnes terrestres.

*) Volva apice dehiscens v. circumscissa, limbo libero, persistente. Totus fungus intra volvam, cum basi stipitis connatam, primitus inclusus, at discretus, nidulans. Pileus nudus vel frustulis volvæ latis membranaceis tectus.

1. **Amanita cæsarea** Scop. Carn. II, p. 419, Fr. Hymn. p. 17. Paul. Champ. t. 154, Viviani Ital. t. 30. Krombh. Schw. t. 8 speciosa! Vittad. Fung. mang. t. 1. Harz. t. 80. Gonn. et Rabenh. t. 3, *A. aurantius* Bull. t. 120. *Am. aurantia* Pers. — Pileo hemisphærico, expanso, subaurantio, margine striato, carne lutescente; stipite subventricoso, flocculoso, gossypino-farcto; volva annuloque laxis; lamellis liberis, luteis. 1

*Hab.* in silvis regionum calidiorum Europæ, Americæ borealis et in Himalaya. — Speciosissima, antiquitus celebratissima (*Boletus* Romanorum), sapidissima. Pileus variat flavus, ruber, cupreus, 8-16 cm. latus; stipes 10-16 longus; sporæ ellipsoideæ 8-10 : 6.

2. **Amanita Coccola** Scop. l. c. pag. 429. Batt. t. 4. D., Seyn. Montp. p. 108. Fr. Hym. p. 18, Lanzi Funghi Roman. p. 12. t. II. — Pileo ovato-expanso, margine incurvo, sulcato; stipite cylindrico, villoso, gossypino-farcto, volva annuloque laxis; lamellis liberis, candidis. 2

*Hab.* in Europa mediterranea, præcedente rarior. — Sporæ ellipsoideæ, 11-12 : 8. Deliciosa; tota extus intusque alba, sed variat pileo livido.

3. **Amanita ovoidea** Bull. t. 364, Fr. Hym. p. 18, Vittad. t. 2. Vivian. t. 34, Briganti Neap. t. 1. Seyn. Montp. p. 106. Quélet Jur. p. 209. — Candida; pileo hemisphærico-expanso, margine inflexo, 3

excedente, levi stipiteque solido, bulboso, squamuloso-farinaceis; volva annuloque laxis; lamellis liberis, ventricosis.

*Hab.* in regione mediterranea Europæ usque ad montes Juræ. — Valida, robusta, fere inodora, esculenta. Sporæ nec a nobis nec ab alio auctore observatæ. Mirum!

4. **Amanita Preissii** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 131. — Pileo carnoso, convexo-expanso, viscoso, margine levi; stipite farcto, furfuraceo, pallido, volva napiformi radicante apice constricta et limbo persistente libero terminata; annulo apicali reflexo; lamellis adnatis confertis. 4

*Hab.* in arenosis umbrosis silvarum in Australia. — Species nobilissima, volvæ indole ab omnibus speciebus cognitis clare diversa. Statura est *A. porphyriæ*, sed cum *A. ovoidea* et *A. solitaria* potius comparanda.

5. **Amanita Gayana** Mont. Syll. Cr. n. 318, Fl. Chil. VII, pag. 332, t. 7, f. 9. — Pileo hemisphærico rubro, margine levi (haud striato); stipite griseo basi incrassato-bulboso; volva stricta annuloque reflexo albis; lamellis lutescentibus.... 5

*Hab.* in Andibus de Guanegue dictis, ad terram in Chile Amer. merid. (Cl. Gay). — Pileus 9 cm. latus, obscure umbonatus; stipes 15 cm. longus, medio 1 cm. crassus; lamellæ di-tridymæ, confertissimæ, utrinque attenuatæ, 3-4 mm. in medio latæ, 1/8 mm. crassæ. Hymenium tenuissimum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, diametro 10 μ. adæquantes.

6. **Amanita virosa** Fr. Epicr. p. 3. Hymen. Europ. pag. 18, Sveriges ätl. och gift. Svamp. t. 84, Cooke Ill. t. 1. *Am. verna* Secret. Suiss. n. 5. *A. vernus* Fr. Syst. Myc. I, p. 13. Weinm. Ross. p. 2. — Alba; pileo e conico expanso, acuto, glutinoso (nitido), margine sublobato-repando, levi; stipite farcto, e basi bulbosa cylindrico, squamoso-lacero; volva crassa annuloque apicali, floccoso-fatiscente laxis; lamellis liberis, lineari-lanceolatis. 6

*Hab.* in silvis humidis Europæ, rarior. — Fœtida, venenata. Pilei sæpius obliqui, *Hygrophori conici* more, uno latere producti et lobati, vix umquam depressi. Annulus frustuloso-lacer, lamellis acie floccosis adhærens. Pileus 6-11 cm. latus. Sporæ sphæroideæ, vel subsphæroideæ, 8-10 μ. diam.

7. **Amanita phalloides** Fr. Syst. Myc. 1. p. 13, Hymen. p. 18, Sverig. ätl. och gift. Sv. t. 2. *Fungus phalloides* Vaill. Par. t. 14, f. 5, Vivian. t. 15, Barla t. 4, Fl. Batava t. 829, Krombh. t. 28, f. 1-10, Corda ap. Sturm t. 55, Price f. 28, Paul. Champ. t. 155, f. 1, 2, 7

Harz. t. 5, etc. *Ag. virosus* Vittad. t. 17, Inzenga Sicil. t. 2. Secr. n. 3. — Pileo campanulato-expanso, obtuso, viscido (jove udo), margine orbiculari levi; stipite e farcto apice cavo, a basi attenuato, glabriusculo, volva semilibera bulboso, annulo supero membranaceo; lamellis rotundatis, ventricosis. — *Ag. bulbosus* Bull. hujus et affinium nomen collectivum.

*Hab.* in locis nemorosis Europæ totius et in America bor. — Valde venenata sed odor minus fortis. Pilei color maxime varius, unde plures species propositæ: albus, Bolt. t. 48, Gonn. et Rab. t. 10, f. 1; virescens, Fl. Dan. t. 1246; viridis; *Amanita viridis* Pers.; luteus; *A. citrina* a Pers.; olivaceus, Krombh. t. 69, f. 10-17; Fries vidit quoque formam albam disco nigro. *A. insidiosus* Letell. Ann. Sc. Nat. 1835, p. 35, Icon. t. 631; omnibus numeris cum *A. phalloide* convenit, excepto defectu annuli. Hic casu defuisse videtur, quare hæc species non recipienda. Pileus 6-8 cm. latus; stipes 8 cm. longus; sporæ sphæroideæ, diam. $7^1/_2$ $\mu$. vel 11 = 7. — ***A. verna** Fr. Hym. p. 19, *Ag. bulbosus vernus* Bull. t. 108, Vittad. t. 44. *Ag. virosus* Secr. n. 6. *Ag. solitarius* Gonn. et Rab. t. 11. f. 2, t. 156, f. 3, 4. Alba, pileo ex ovato expanso, subdepresso, viscido, margine orbiculari, levi; stipite e farcto cavo, æquali, floccoso, volvæ limbo libero arcte vaginato; annulo reflexo, tumido; lamellis liberis. In silvis humosis Europæ verno tempore.

8. **Amanita Mappa** Fr. Epicr. p. 6, Hymen. Eur. p. 19, Batsch, Willdenow, Schumacher etc. Cooke Ill. t. 4, Secr. n. 7. *A. stramineus* Scop. p. 418. *A. bulbosus* Bull. t. 577, f. D. G. H. M. *A. citrino-albus* Vittad. t. 11. *Aman. citrina* $\beta$. Pers. Syn. p. 251, *Am. venenosa* Pers. Champ. comest. t. 2. Paul. Ch. t. 158, Vaill. Par. p. 74, n. 4. — Pileo e convexo plano, absque pellicula secedente, sicco, fragmentis volvæ circumscissæ vulgo squamoso, margine levi; stipite e farcto cavo, globoso-bulboso; annulo supero membranaceo; lamellis adnexis. s

*Hab.* in silvis apricis totius Europæ. — Statura media, odor virosus, qualitates venenatæ. Color *A. phalloidis*, pro cujus filia a variis forte merito habetur (Curtis Lond. t. 32 et Sowerb. t. 286, utramque sub eodem nomine pingunt), minus mutabilis, vulgo alba Price f. 66, quacum exacte congruit *A. virosa* Gonn. et Rabenh. t. 9, f. 1, rarius straminea Nees Syst. f. 165, citrina Gonn. et Rab. t. 11, f, 1, virescens Krombh. t. 28, f. 11, 12. Maxime insignis et forsan distinguendus est *A. irroratus* Schum. Fl. Dan. t. 2143, Secr. n. 12 pileo squamulis minutis nigricantibus elegan-

ter variegato. Pileus 8 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus; sporæ sphæroideæ, diam. 7-10 μ. — b. **minor**, absque verrucis; Schaeff. t. 241.

9. **Amanita jonquillea** Quél. Bull. Soc. Bot. de Fr. 1876, t. III, f. 10. — Pileo viscosissimo 5-6 cm. lato, flavo v. flavo-aurantio, lato, margine pallidiore striato, campanulato-convexo, verrucis minutis, floccosis, albis v. flavidis; stipite albo, elongato, villoso-squamuloso, basi ovoideo-bulboso, arachnoideo-fistuloso; annulo albo fugaci; volva alba circumscissa; carne molli aquosa. 9

*Hab.* in Gallia orientali.

10. **Amanita vernalis** Gill. Tabl. anal. p. 6. — Pileo subviscoso, flavo-citrino pallido, centro obscuriore, nitido, verrucis albidis minutis subæqualibus consperso, senio margine substriato, 4-8 cm. diam.; lamellis subliberis acie denticulato-fimbriatulis; stipite albo, brevi, supra annulum squamoso, basi bulboso; intus e medulloso cavo; annulo amplo, caduco, albo, supra striatulo; carne firma albo-flavida; volva mediocri, apice in lobos 4-5 divisa; sapore et odore nullis. 10

*Hab.* in silvis Galliæ borealis.

11. **Amanita porphyria** Fr. Syst. Myc. 1. p. 14, Hymen. Eur. p. 19, Secr. n. 4. — Pileo e campanulato expanso,. subnudo, udo, subfusco, margine leviusculo; stipite e farcto cavo, volva libera ochreato; annulo distante fuscescente; lamellis adnexis. 11

*Hab.* in pinetis Europæ saltim borealis frequens. — Inodora, colore plus minus fusco, livido-purpurascente, brunneo (Gonn. et Rabenh t. 8, f. 2) absque priorum coloribus nitidis, quia pileus epelliculosus, numquam viscidus, sub lente quasi fibrillosus. Pileus d. 4-5 cm. Stipes long. 6-8 cm. Sporæ sphæroideæ, diam. 8-10 μ. — Varietas a. **major** stipite bulboso, farcto, statura *A. phalloidis*, *A. sinuatus* Schum. p. 249, Fl. Dan. t. 2415. — Var. b. **tenuior** stipite subæquali, fistuloso. Alb. et Schwein. t. 11, f. 1 (annulo albo stipite cinereo contra naturam pictis).

12. **Amanita recutita** Fr. Epicris. p. 6, Hymen. Eur. pag. 19, Kickx Crypt. Fland. pag. 129, Passer. Fung. Parm. *A. phalloides* Secr. n. 8, Berk. Outl. t. 3, f. 3, *A. Secretani* Gonn. et Rabenh. t. 2, Bull. t. 577, f. E. F. — Pileo e convexo explanato, sicco, glabro, sæpe volvæ fragmentis squamoso, margine sublevi; stipite e farcto cavo, attenuato, sericeo, volvæ circumscissæ oblitteratæque margine adpresso arcte vaginato; annulo distante, albo; lamellis striato-decurrentibus. 12

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Ad *A. Mappam* accedit, ut *A. Mappa* ad *A. phalloidem*. Colores fere iidem, sed annulus non fuscescens. Pileus diam. 8-9 cm.; sporæ 8-9 ≃ 6 (Gonn.). — Var. **gracilis** Schum. Fl. Dan. t. 1958. *Am. tomentella* Krombh. t. 29, f. 6-9.

13. **Amanita spreta** Peck 33 Rep. St. Mus. pag. 42. — Pileo subovato, dein convexo vel expanso, glabro vel fragmentis volvaceis initio consperso, margine leviter striato, albido vel pallide brunneo; stipite æquali, levi, sursum leviter pruinoso et striatulo, albido, farcto vel cavo; annulo albo; volva ampla, membranacea; lamellis confertis, stipitem attingentibus, albis; sporis ellipsoideis, 10-12 ≃ 6-7, uniguttulatis, albidis. 13

*Hab.* in America boreali. — Affinis *Amanitæ porphyriæ* et *recutitæ*, 10-15 cm. alta; pileus 7-12 cm. latus; stipes 8-12 mm. crassus.

14. **Amanita cinerea** Bres. Fung. Trid. p. 7, t. I. — Pileo carnosulo, conico-campanulato, margine striato, sicco, levi, griseo-livido vel subcinereo, glabro, 2-3 cm. lato; lamellis postice attenuato-liberis, ventricosis, confertis, albis, acie fimbriata, lamellulis subrotundatis; stipite e farcto subcavo, æquali, subglabro, 4-5 cm. longo 4-5 mm. crasso concolore; annulo apicali, membranaceo, persistente, albo, non striato, subtus flavo-flocculoso; volva libera vaginali, limbo lobata, albida. 14

*Hab.* ad humum truncorum in nemoribus frondosis prope pagum Arnacum in Val di Sole (Trento) æstate. Ad *Am. recutitam* affinitate proxime accedit. Caro ex albo livida prorsus inodora. Sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, hyalinæ, 10-12 ≃ 8.

15. **Amanita aureola** Kalchbr. Hung. t. 1, f. 1, Fr. Hymen. p. 20. — Pileo tenui, e campanulato expanso, viscoso, nudo, aureo; stipite farcto, gracili, floccoso-squamoso, volva adnata, circumscissa marginato, annulo supero; lamellis liberis. 15

*Hab.* in silvis montosis Scepusii in Hungaria et in Germania (Schultz). — Elegans, gracilis, pileo nudo v. parce fragmentis volvæ tecto. — Teste Hazsl. forte mera var. *A. phalloidis*.

16. **Amanita tenuipes** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 30, f. 4 (sine diagnosi). — Tota albida; pileo e conico expanso, tenui fibrilloso, margine non striato; lamellis angustis, adnexis, confertis; stipite cylindrico tenui, elevato, 3 mm. cr., basi incrassata volva sublobata, semilibera hiascente cincta; annulo fixo descendente fimbriatulo. 16

*Hab.* in Algeria.

17. **Amanita hemibapha** B. et Br. Linn. Tr. XXVII, p. 149, t. 33 a. Soc. Journ. XI, p. 496. — Pileo e campanulato expanso, obtusissime umbonato, flavo, apice coccineo; margine sulcato crenato; stipite farcto subæquali, basi excepta attenuato, pallide flavo e volva crassa bilobata oriundo; annulo supero, deflexo, striato, lato; lamellis albis, segmentiformibus adnexis. 17

*Hab.* ad terram Peradenya, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 7 cm. latus, 1 cm. crassus; sporæ 7-10 = 5.

**) Volva definite circumscissa, basi marginata persistente, calyptra in verrucas crassas pilei partita. Totus fungus primitus quidem in volva adnata inclusus, ob pileum vero supra basin discretam emersum, pileo expanso, volva adnata circa margines necesse findatur. Omnium adest forma minor verrucis secedentibus nuda. Species eximie distinctæ.

18. **Amanita muscaria** Linn., Fr. S. M. 1, pag. 16, ubi syn. Hymen. Eur. p. 20, Krombh. t. 9. Vittad. t. 5, Grev. t. 54, Sv. Bot. t. 108, Fr. Sverig. ätl. o. gift. Svamp. t. 1. Viviani Ital. t. 29, Harz. t. 1, Hussey t. 1. Hoffm. Ic. an. t. 1. Paul. t. 157, Vaill. par. p. 75, n. 6. Minor sine verrucis: Schaeff. t. 28. *Am. puella* Gonn. et Rab. t. 7, f. 2, [*A. nobilis* Bolt. t. 46, ficta spec. ex hoc male depicta]. — Pileo convexo-expanso, margine striatulo, carne sub pellicula viscosa lutescente; stipite intus araneoso, mox cavo, volvæ adnatæ concentrice squamoso-marginatæ basi ovato-bulbosa; annulo supero laxo; lamellis attingentibus (striis in stipitem decurrentibus). 18

*Hab.* Vulgatissima, præcipue in betuletis Europæ, Americæ borealis (Pensylvania) et in capite Bonæ Spei (EATON). — Speciosa, valde venenata (Clus. Pern. g. XIII, 4, Sterb. t. 28 A-C.). Color pilei vulgo e sanguineo-aurantio demum albicans, lamellarum albus etiam lutescit. Pileus 8-20 cm. latus; stipes 8-25 cm. longus 1-2½ cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 9-10 = 7-8. — Var. **regalis** duplo major, stipite farcto, pileo hepatico; in fagetis. — Var. **formosa** mollis, fragilis, pileo citrino, verrucis laxis flaventibus. *A. formosa* Gonn. et Rab. t. 10, f. 2, verrucis detersis. — Var. **umbrina** tenuior, stipite cavo, pileo umbrino v. livido, disco fusco (Viv. Ital. t. 26. *A. umbrina* Secr. n. 17; neutiquam vero cum *A. pantherina* confundetur); in pinetis montosis.

19. **Amanita russuloides** Peck 33 Rep. St. Mus. p. 43. — Pileo initio ovato, dein convexo vel expanso, primitus verrucis paucis superficialibus aspero, dein levi, udo viscido, margine late striato-tuberculoso, pallide flavo vel stramineo; stipite firmo levi, farcto, æquali vel sursum attenuato, bulboso; annulo tenui subevanido; 19

volva fragili subadpressa; lamellis confertis, liberis, ad stipitem attenuatis; sporis late ellipticis, 10 ≃ 7-8.

*Hab.* in graminosis apricis in America boreali. — Affinis *Amanitæ muscariæ*, verum ob marginem tuberculato-striatum Russulas revocat; 5-7 cm. alta, pileus 4-5 cm. latus, stipes 6-10 mm. crassus.

20. **Amanita Frostiana** Peck 33 Rep. St. Mus. p. 44. — Pileo convexo vel expanso, læte aurantiaco vel flavo, verrucoso, subinde sublevi, margine striato; stipite albo vel flavo, farcto, basi bulboso, bulbo a volva marginato; annulo tenui, dein evanido; lamellis liberis, albis vel flavidis; sporis globosis, 7-10 μ. diam. 20

*Hab.* in herbosis silvaticis Americæ borealis. — Affinis *Amanitæ muscariæ*, 5-7 cm. alta; pileus 3-5 cm. latus; stipes 4 mm. crassus.

21. **Amanita pantherina** DC. Flore franc. VI, pag. 52, Fr. Hymen. p. 21, S. M. 1. p. 16, Fl. Dan. t. 1911, f. 2 junior. Vittad. Fung. mang. t. 39, Krombh. t. 29. f. 10-13, Paul. Champ. t. 160, f. 2, Viv. t. 26, Cooke Ill. t. 2, Schaeff. t. 90. — Pileo convexo-expanso, margine striato, carne sub pellicula viscosa alba; stipite e farcto cavo, glabriusculo, oblique (et varie) annulato, basi a volva separabili integre et obtuse marginata ochreato; lamellis attenuato-liberis. 21

*Hab.* frequens, præcipue in fagetis Europæ et Americæ borealis (Pensylvania). — Statura et colore, numquam vero luteo rubrove, nec non annuli situ variabilis, sed volva (interdum a stipite distante) mox distincta. Pellicula, pro more, pilei junioris (vulgo olivaceo-umbrini) crassa glutinosa, adulti tenuis. Venenata. Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 1¼ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 7-9 ≃ 5-7.

22. **Amanita excelsa** Fr. Syst. Myc. 1. p. 17, Hymen. Eur. pag. 21. Krombh. t. 29. f. 14-17, optime. Letell. Suppl. t. 40, Cooke Ill. t. 7, *Ag. pustulatus* Scop. *Aman. ampla* Pers. syn. p. 255, Secr. n. 16, non *Ag. amplus* Pers. *Am. pantherina* Gonn. et Rab. t. 1, et *A. excelsa* t. 8, f. 1 sine verrucis; Paul. t. 159. — Pileo convexo-explanato, molli, fragili, scruposo, innato-fibrilloso, verrucis farinosis, facile secedentibus obtecto, carne alba; stipite farcto, cylindrico, deorsum squamoso, immarginato-bulboso, annulo secedente-libero; lamellis ventricosis, liberis, rotundatis (nec striis in stipitem decurrentibus). 22

*Hab.* in silvis montanis Europæ et Americæ borealis (Carolina), præcipue in fagetis. — Vulgo elata, ampla, stipite intus floccoso-

medullato, interdum ad annulum concentrice squamoso. Bulbus terræ immersus, junior globoso-depressus, majorum subtus sulco notatus. Pileus albido-griseus, fuscescens, verrucis semper laxis secedentibusque peculiari ratione cavernosus et rugoso-papillatus. Sapor non ingratus, sed venenatus. J. Bauh. XL, cap. 8. Pileus 11 cm. latus; stipes 10- 16 cm. longus, 2 cm. crassus; sporæ 8-9 ≈ 5-6. — Exstat var. **minor**, margine sæpius striato, stipite e farcto cavo. Paul. l. c. f. 1, 2, Krombh. l. c. f. 14.

23. **Amanita grossa** Berk. Fl. Tasm. p. 242. — Alba; pileo crasso 23
carnoso plano-hemisphærico verrucoso quandoque areolato; stipite bulboso fibrilloso; volva adnata; lamellis latis adnatis rotundatis.

*Hab.* ad terram in Tasmania (Hooker). — Nulli nisi *A. excelsæ* subaffinis. Pileus 10 cent. lat.

24. **Amanita strobiliformis** Vittad. Fung. mang. t. 9, Ventur. t. 4, 24
Fr. Hymen. p. 21. Inzeng. Sicul. 1, p. 50, Berk. Outl. t. 3, f. 1, infans. *A. ampla* Vitt. Aman. p. 27. *Ag. solitarius* Bull. t. 593, minus bona. Cooke t. 8, Paulet Champ. t. 162, Soc. Med. t. 16, f. 2. — Pileo e convexo expanso, pelliculoso, margine excedente levi, verrucis duris angulatis arcte adnatis, carne compacta alba; stipite solido, floccoso-squamoso, deorsum incrassato in bulbum subterraneum, sulcis (1, 2) concentricis acute marginatum; annulo lacero; lamellis rotundato-liberis.

*Hab.* in silvis montanis, præcipue Europæ australis, sed simul lecta in Britannia, Batavia. — Ampla, ex Paulet odore et sapore grata, deliciosa. Pileus albus, cinerescens, 20-24 cm. latus; stipes 16-19 cm. longus 4 cm. crassus; sporæ 13-14 ≈ 8-9. — ***A. aculeata** Quél. Jur. I, p. 68, t. I, f. 1 (*strobilif.*); albo-grisea; pileo verrucis acutis ornato. In Gallia orient.

25. **Amanita Ravenelii** B. et Br. Ann. of Nat. Hist. Oct. 1859. — 25
Pileo convexo areolato verrucoso, verrucis pyramidatis; stipite brevi, bulboso; volva crassa, verrucosa, sublobata; annulo deflexo.

*Hab.* in silvis Carolinæ inf. Amer. bor. (Ravenel). — Pileus 10 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 2-3 cm. crassus. Affinis *A. strobiliformi* Vitt.

26. **Amanita solitaria** Bull. t. 48, Trog. Helv. p. 10. Fr. Hymen. p. 22. 26
*A. albellus* Scop. *Am. pellita* Secret. n. 11, Gill. Champ. Franc. c. ic. Paul. Champ. t. 156 bis. — Pileo e convexo applanato, pelliculoso, margine leviusculo, verrucis angulatis secedentibus; stipite solido, æquali, deorsum imbricato-squamoso; bulbo campanulato, radicato, marginato insititio, annulo lacero; lamellis attenuato-adnexis.

*Hab.* in terra humosa Europæ australis. — Ampla, odore et sapore fatua, ex Paulet maxime venenata, *A. muscariæ* propior quam *A. strobiliformi*. Pileus albidus, rufescens etc. verrucis floccosis, facile secedentibus. Pileus 8-11 cm. latus; stipes 14-16 cm. longus; sporæ 7-12 = 5-6,5. — Var. **minor** sine verrucis: Batt. t. 6, A.

27. **Amanita echinocephala** Vittad. Fung. mang. p. 346, Seyn. Mycol. Montp. p. 112, Fr. Hymen. p. 22, *Hypophyllum tricuspidatum* Paul. Champ. p. 163, f. 3, Soc. Med. par. t. 16, f. 4. — Pileo e convexo plano, nitido, verrucis pyramidalibus, acutis, secedentibus adsperso, margine levi; stipite solido, basi bulboso-radicante, squamoso; annulo distante, persistente; lamellis adnexis ventricosis, albis. 27

*Hab.* in Europa australi usque ad montes Juranos. Firma, longipes, venenata. Lamellæ ex Vittadini demum virescunt. Sporæ 10 μ. diam.

***) Volva tota friabilis, in squamulas verrucasque oblitterata, nec ad basin stipitis definite marginata et persistens. Pileus jam primitus sistit globulum supra stipitem discretum. Verrucæ pilei plerumque inæquales, secedentes, floccoso-farinosæ, jove sicco sæpe adustæ.

28. **Amanita rubescens** Fr. Syst. I, p. 18, Hymen. Eur. p. 23, Krombh. t. 10, Vittad. Fung. mang. t. 41, Fr. Atl. Sv. t. 74. Viv. It. t. 22, 27, Hussey 1, t. 23, Gonn. et Rabenh. t. 5, Letell. t. 667, *Ag. rubens* Scop.! Schaeff. t. 91, 261. *Le Rougeâtre* Paul. Champ. t. 161, Soc. Med. 1776, t. 13, Cooke Illustr. t. 9, — Pileo convexo-expanso, verrucis inæqualibus farinosis adsperso, carne rubescente; stipite farcto, conico-attenuato, squamuloso, annulo supero integro; lamellis attenuato-attingentibus (striis in stipitem decurrentibus). 28

*Hab.* ubique in silvis Europæ et Americæ borealis (Pensylvaniæ). Affinis *A. muscariæ* sed color pilei (adulti mollis, margine striato) sordide rubens, incarnato-pallescens, alutaceus. Iove sicco firmior, carne tardius rubente, verrucis minutis; *A. verrucosus* Bull. t. 316. Pileus 8-14 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus; sporæ sphæroideo-ellipticæ 7-9 = 6. Fungis suspectis vulgo adscripta (Clus. Pern. gen. VII, 3), esculentis a Vittad. — Var. **circinata** Pers. Syn. p. 255. *A. circinatus* Schum. p. 251, Fl. Dan. t. 2140. Pileo applanato, umbrino-rufo, verrucis adnatis, confertis, circinantibus.

29. **Amanita flavo-rubens** Berk. et Mont. in Mont. Syll. Cr. n. 319. 29
— Pileo convexo-expanso, rubescenti-flavido, verrucis crassis inæqualibus farinosis luteis adsperso; carne alba; stipite medullato-cavo elatiori squamuloso basi bulboso nudo apice farinoso; annulo supero reflexo lacero; lamellis didymis confertis attenuato-attingentibus albis; sporis hyalinis, globosis, 10 μ. diam.

*Hab.* ad terram in silvis prope Columbum, in statu Ohio Americæ fœderatæ (SULLIVANT). — Pileus 9 cm. latus; stipes 15 cm. longus, medio 1 cm. crassus. — *Amanitæ rubescenti* affinis.

30. **Amanita valida** Fr. Epicris. p. 7, Hymen. Eur. p. 23, Kromb. t. I, 30
f. 7-8. *Ag. Rieckii* Rabenh. Fl. Lus. II, p. 182? *A. capnosus* Letell. in Ann. Sc. Nat. 1835, p. 86. — Pileo convexo-plano, verrucis inæqualibus, farinosis mucronatisque consperso, margine explanati striato, carne compacta alba; stipite solido, flocculoso, basi immarginato-bulboso, concentrice rimoso-squamoso; annulo supero fimbriato; lamellis ventricosis, attingentibus (striis decurr.), vulneratis fuscescentibus.

*Hab.* in pinetis campestribus, Upsaliæ. — Compacta, jove sicco inæqualis, rigens, verrucis fuscescentibus, tum angulatis et in mucronem nigrum porrectis. Pileus umbrinus, cupreus v. cum squamulis stipitis, annuli margine vulneribusque lamellarum fuscescens; in adultis margo manifeste striatus.

31. **Amanita spissa** Fr. Epicris. p. 9, Hymen. Eur. p. 23. Currey in 31
Act. Soc. Lin. XXIV, p. 151, Cooke Ill. t. 39. *Am. cinerea* Krombh. t. 29, f. 1-5 optime, Secr. n. 22, non *A. cinereus* Auctt. *A. strobiliformis* Gonn. et Rabenh. t. 7, f. 3. — Pileo compacto, convexo-plano, farinoso verrucisve minutis adnatis aspero, margine levi, carne firma, alba, immutabili; stipite farcto, firmo, conico-attenuato, squamuloso, annulo supero integro; lamellis adnexis, striato-decurrentibus.

*Hab.* in silvis campestribus Europæ haud admodum rara. — Curta, firma, fere solida, bulbo primo globoso, supra depresso. Pileus glaber (circa marginem passim fibrilloso-lacerum), umbrinus, fuligineus, griseus v. pallescens, verrucis subgriseis. Pileus diam. 8 cm.; stipes 8 cm. altus; sporæ piriformes 9-10 ≃ 6.

32. **Amanita cariosa** Fr. Epicrisis p. 8, Hymen. Eur. p. 24, Monogr. 32
p. 16. *A. asper* Gonn. et Rab. tab. 9. f. 2. — Pileo e convexo plano, molli, levi, maculis farinosis inæqualiter consperso, carne alba; stipite e farcto cavo, fragili, subæquali, glabro, annulo supero secedente; lamellis ex adnato secedente-liberis.

*Hab.* in regionibus pineto-montanis Europæ, tam in pinetis, quam betuletis. — Proxima *A. exceisæ*, sed bulbi et squamarum defectu distincta. Pileus marginem versus sæpe striatulus, umbrinus v. obscure cinereus, sæpe discoideus. Sporæ ovoideæ, 10 μ. longæ.

33. **Amanita nitida** Fr. Obs. I, p. 4, Hymen. Eur. p. 14, Fr. Icon. t. 12. 33
f. 1, Gillet Champ. Franc. cum icone *Bulbeux à facette de diamant* Paul. Champ. t. 162, Soc. Med. par. t. 16, f. 1, Battar. t. 6, f. B. Vaill. Par. p. 75, n. 9. — Pileo e convexo plano, firmo, verrucis crassis, angulatis, induratis, obscuris obsesso, margine levissimo, carne alba; stipite farcto, conico-attenuato, squamoso; annulo lacero, fugaci; lamellis albis.

*Hab.* in silvis umbrosis Europæ raro. — Stipitis basis bulbiformis. Dignoscitur facile verrucis crassis, induratis, angulatis in pileo vulgo albido. Pileus diam. 8–11 cm.

34. **Amanita monticulosa** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pi- 34
leo convexo areolato; verrucis marginalibus floccoso-pyramidatis; centralibus pyramidatis truncatis; stipite squamoso flocculento; lamellis liberis, remotis.

*Hab.* in silvis humidis arenosis Carolinæ inf. Amer. bor. (Curtis) — Pileus 6-8 cm. latus, areolatus, areolis centro verrucosis; stipes bulbosus, annulus crassus. Verrucæ non ita duræ atque rigidæ ut in *A. nitida*. In speciminibus in silvis arenosis lectis characteres observantur minus evoluti.

35. **Amanita polypyramis** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pi- 35
leo expanso, nitido, areolato, verrucis centralibus crassis pyramidatis; stipite radicante, basi incrassato, squamuloso; lamellis attingentibus.

*Hab.* in silvulis Carolinæ inf. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 15 cm. latus, candidus; stipes 15-20 cm. longus, $2\frac{1}{2}$-5 cm. crassus, solidus transverse squamulosus; annulus amplus, evanescens; lamellæ candidæ perfecte lineares. Affinis *A. nitidæ*.

36. **Amanita ananiceps** Berk. Dec. n. 191. — Pileo amplo convexo, 36
glabro, nitido, centro areolato, areolis verruca conica obsessis; margine levi sed volva appendiculato; stipite elongato, marginato-bulboso versus lamellas in stipitem porrectas incrassato; velo mox obliterato.

*Hab.* ad terram Penquite Tasmaniæ. — Pileus 9-10 cm. latus; stipes 7-8 cm. longus, 1 cm. crassus; lamellæ modice ventricosæ, postice attenuatæ. Fere *A. nitidæ* affinis. In speciminibus plene evolutis pilei superficies ananassæformis.

37. **Amanita aspera** Fr. Syst. Myc. I, p. 18, Hymen. Eur. pag. 24, Vittad. Fung. mang. t. 43, Seyn. Montp. p. 112, Cooke Ill. t. 34. — Pileo convexo plano, verrucis minutis, confertis, subinnatis, pallidis scabro, margine levi, carne compacta, sub cuticula fuscescente; stipite e farcto cavo, attenuato, annulo integro distante; lamellis rotundato-liberis. 37

*Hab.* in fagetis Europæ et Amer. bor. (Carolina). — Stipes variat curtus attenuatus et longior cylindricus. Pileus olivaceo-fuligineus diam. 6 cm.; stipes 6-8 cm. longus; sporæ 8 ⩲ 6-6,5.

****) Volva prorsus obsoleta, flocculosa, tota evanescens. Stipes primitus exsertus, hinc basis numquam depressa. Veli universalis sæpius nullum vestigium; partiale tamen superum et hymenophorum stipiti non contiguum ab Armillariis distinguunt.

38. **Amanita Eliæ** Quélet Fungi Jur. pag. 230, tab. XXII, f. 1, Fr. Hymen. Eur. p. 25, *Lepiota Eliæ* Quél. et Gill. nuperius. — Pileo e campanulato expanso, tenui, nudo, subincarnato, margine pallido pectinato-sulcato, carne alba; stipite e farcto fistuloso, striato, volva oblitterata, annulo supero; lamellis attenuato-adnexis. 38

*Hab.* in silvis Juranis. — Gracilis. Pileo tenui et margine sulcato ad *A. vaginatam* accedit, sed volva oblitterata annuloque supero abunde distincta. Pileus interdum in lilacinum vergit. Sporæ ovoideæ 11 μ. long.

39. **Amanita magnifica** Fr. Ep. p. 10. Hymen. Europ. p. 25, Monogr. p. 15, Fl. Dan. t. 2146. *A. maculatus* Schum. p. 258, b. *Ag. adnatus* Schum. p. 260, Fl. Dan. t. 2148, f. 1. — Pileo e convexo explanato, tenui, subnudo, rubente, margine striato, carne rubente; stipite e medullato cavo, subæquali, squamuloso, annulo secedente, volva oblitterata; lamellis attenuato-decurrentibus. 39

*Hab.* in fagetis Britanniæ, Daniæ, Sueciæ meridionalis et Scotiæ. — Nostra gracilis *A. rubescenti* affinis, sine volvæ indicio, stipite rubente. In pileo passim observantur flocci superficiales vagi, verrucas haud formantes.

40. **Amanita arida** Fr. Epicr. pag. 10, Fr. Icon. t. 12, f. 2. Hymen. Europ. p. 25, *Am. pseudoumbrina* Secret. n. 18, *Bulbeux salinè et ravè* Paulet e descr. p. 303. — Pileo explanato, tenui, obtuso, griseo, nudo, margine sulcato, carne alba; stipite e farcto apice cavo, attenuato-æquali, subglabro, annulo distante; lamellis attenuato-adnatis. 40

*Hab.* in betuletis in Smolandia media et Gallia, æstate. — Affi-

nitatem cum *A. pantherina* (= umbrina Secr.) rite odoravit Secretan, sed minor, tenuior, absque hujus volvæ characteristicæ vestigio. Descriptio Pauletii clare et probe hanc distinguit ab *A. vaginata*, sed eamdem utriusque dedit iconem t. 150, f. 3 et 151, f. 2.

41. **Amanita megalodactyla** Berk. Outl. p. 91, Fr. Hymen. Eur. p. 25, Cooke Ill. t. 11. — Pileo e convexo plano, molli, nudo, rufescenti-griseo, margine levi; stipite solido, bulboso, fibrilloso; annulo supero, amplo; lamellis liberis, albis, rufescentibus. 41

*Hab.* in silvis Angliæ. — Graveolens, sequentibus ut apparet affinis. Stipes 13 cm. altus; pileus 9 cm. latus; sporæ ovoideæ 6 μ. longæ.

42. **Amanita Persoonii** Fr. Obs. 2, p. 7, Syst. Myc. I, p. 27, Hymen. Eur. p. 25. *Le grand collet blanc* Paul. p. 298, t. 141 (incompleta). — Pileo convexo-plano, compacto, obtuso, nudo, albo-cinereo, margine levi; stipite solido, subæquali, fibrilloso, radicato; annulo supero, amplo; lamellis liberis, candidis. 42

*Hab.* in fagetis Smolandiæ et in pinetis Germaniæ. — Est inter robustissimos fungos; stipes 8–13 cm. longus, $1^1/_2$–$2^1/_2$ cm. crassus; pileus 8–13 cm. latus, in disco fuscus, in ambitu albus. Odor nullus; sapor acidulus.

43. **Amanita leccina** Scop. Carn. p. 434, Fr. Epic. 1, p. 11, Hymen. Eur. p. 26. — Pileo convexo-plano, obtuso, nudo, albido, margine levi, carne alba; stipite farcto, æquali, annuli margine striato rubello; lamellis adnatis, striato-decurrentibus. 43

*Hab.* in Europa australi. — Minor, firma, pileo albido vel flavicante. Sporæ 10 ≃ 6 (Britz.).

44. **Amanita scobinella** Fr. Epic. 1. p. 11, Hymen. Eur. p. 26, Trog. Helv. p. 13. — Pileo convexo-plano, pellicula in squamulas minutas, verrucosas, obscuriores secedente, versus marginem levem sericeo, carne alba; stipite farcto, conico-attenuato, glabro, basi albo-squamuloso, annulo supero lamellisque ventricosis candidis. 44

*Hab.* locis graminosis in pinetis Europæ rarissime. — Minime Lepiota, licet velum verrucas in pileo non formet; quæ adsunt, a pilei fuscescentis cuticula formatæ ut in *Am. irrorata* Secr., vix Schum.

**AMANITOPSIS** Roze in Karst. Hattsv. I, p. 6 (Etym. ab *Amanita* cui affinis), *Vaginaria* Forq. Champ. sup. p. 45. *Agaricus* (*Amanita*) sect. *B.* Fr. Hymen p. 26. — Stipes volva discreta prædi-tus, annulo carens. Cetera *Amanitæ*.

1. **Amanitopsis prætoria** (Fr.) Sacc. *Agaricus prætorius* Fr. Epic. 45
1. p. 11, Fr. Fung. Nat. pag. 2, cum descr. Hymen. Eur. p. 26, *Oronge tannée* Paul. Champ. 11, p. 317. — Pileo submembranaceo, e campanulato expanso, nudo, pectinato-sulcato; stipite araneoso-farcto, firmo, ventricoso, exannulato; volva ampla, laxa; lamellis annulato-adnexis, coloratis.

*Hab.* in Europa et in Premont. Bonæ Spei. — Adest quædam, licet remotior, analogia pilei tenuitate, sulcis etc. cum *A. cepæstipite* et *Hiatula Benzonii;* affinitas cum *A. cæsarea.* Pileus in disco modo carnosulus, fuscescens (in icone Paul. brunneus) et lamellæ flavæ.

2. **Amanitopsis lepiotoides** (Barla) Sacc. *Amanita lepiotoides* Barla 46
in Bull. Soc. Mycol. 2. p. 193. — Initio volva levi brunnea omnino tecta; pileo hemisphærico-applanato 6-10 cm. lato, margine tenui striato, minute squamuloso, albido, cute in areolas v. squamas plus minus elevatas griseo-fulvas disrumpente; lamellis latis ventricosis a stipite liberis, minute fimbriatis, albido-cerinis tactu fuscescenti-rufis; stipite albo-flavido, squamuloso, 10-20 ≃ 1-2 cm.; annulo tenui fugaci; carne alba compacta; sapore ingrato; sporis ovoideis, hyalinis.

*Hab.* in Alpibus maritimis Galliæ (A. Giocoli).

3. **Amanitopsis vaginata** (Bull.) Roz., Karst. Hattsw. I, pag. 6, *Aga-* 47
*ricus vaginatus* Bull. t. 98, 512, Fr. Syst. Myc. 1, pag. 14. Hymen. Eur. pag. 27, Fl. Dan. t. 1014, Krombh. t. 1, f. 5, t. 10, f. 6-9, Vittad. t. 16, Hussey 11, t. 34, Barla t. 5, Ventur. t. 5, Gonn. et Rab. t. 7, f. 1, etc. *A. plumbeus, hyalinus, badius* Schaeff. t. 85, 86, 244, 245, *Am. livida* et *spadicea* Pers. Syn. p. 247, 248. *A. pulvinatus* Bolt. t. 49. Veterum syn. videas in Syst. Myc. — Pileo tenui, e campanulato explanato, subnudo, margine membranaceo, pectinato-sulcato; stipite fistuloso, attenuato, fragili, floccoso-squamoso; volva vaginali, laxa; lamellis liberis, candidis.

*Hab.* in Europa, Amer. bor. et Australia. — Ubique frequens, statura et colore omnino varia, unde undecim species Secretani n. 25-35. At duæ formæ ut varietates notandæ; *a*) **fulva**, pileo volvaque fulvis; *A. fulva* Schæff. t. 95, Fl. Dan. t. 2142. *A. triloba* Bolt. t. 38, f. 1. et *b*) **tota alba**: *A. fungites* Batsch f. 79. *Am. nivalis* Greville Scot. t. 18, ? (Confer n. 6). Fungis suspectis jam a Clusio (Pernic. genus XI, vide Sterreb. tab. 20. D. prima icon fungi ad nauseam depicti!) adscripta; e Vittadini et recentioribus edulis. Pileus 10-11 cm. latus; stipes 16-17 cm. al-

tus, 1-2½ cm. crassus; sporæ ovatæ vel subovatæ diam. 10-15 μ. — ***A. cygnea** Schulz. in Kalchbr. Fung. Hung. t. 1, f. 2, Fr. Hymen. Eur. p. 27. Alba pileo tenui explanato, nudo, margine leviter striato; stipite fistuloso, gracili, squamis tabulæformibus vestito et ad basin annulo volvæ arcte vaginali approximato cincto; lamellis postice attenuatis. In silvis frondosis Slavoniæ. Habitus prorsus *A. vaginatæ* albæ, sed, præter notas datas, differt sporis duplo majoribus. Volva arcte coarctata eximie convenit cum iconibus *A. vaginatæ* apud Paulet t. 150, f. 3, 151, f. 2.

4. **Amanitopsis friabilis** Karst. Symb. VII, p. 1. — Pileo e convexo 48
explanato tenui, verrucis vel squamis latis, inæqualibus, confertis obtecto, subviscido, cinerescente, margine membranaceo, pectinato-sulcato, 4-8 cm. lato; stipite medulla spongiosa farcto conico-attenuato undique floccoso-squamoso, cinereo v. albido, 6-9 cm. longo, apice 0,5-1,5 basi 1-3 cm. crasso; volva tota friabili in squamulas vel verrucas obliterata; lamellis liberis, rotundatis, confertis, albis, acie primitus saltem obscurioribus (cinerescentibus) et flocculoso-crenulatis; sporis sphæroideis diam. 11-12 μ.

*Hab.* in locis humidiusculis alnetorum prope vicum Heinämaa parœciæ Tammela fine m. Octobr. Catervatim nascitur. — Ab *Am. vaginata* differt; magnitudine minori, volva more *Am. rubescentis* mox in squamas pilei oblitterata, nec non pileo squamis undique tecto.

5. **Amanitopsis hyperborea** Karst. Myc. Fenn. p. III, p. 27. — Pileo 49
tenui convexo, expanso, verrucis angulatis obsesso, margine pectinato-sulcato; stipite bulboso, attenuato, exannulato; lamellis liberis, candidis.

*Hab.* in ripa fluminis Tuloma arenosa Lapponiæ. — Tota alba. Pileus 6 cm. latus; stipes 4 cm. longus; sporæ sphæroideæ, 10-14 μ. diam. Species ulterius inquirenda, forte tantum *Am. vaginatæ* varietas, a qua vero statura et pileo verrucis prædito differt.

6. **Amanitopsis nivalis** (Grev.) Sacc. Cfr. Peck 33 Rep. St. Mus. p. 48. 50
— Pileo initio ovato, dein convexo vel plano, levi, margine tenui, striato, albo disco subinde flavido vel ochraceo, carne alba; stipite æquali, elato, sublevi, bulboso, farcto, albo; volva fragilissima, nunc in fragmenta erupta, nunc in formam collarii supra stipitis bulbum persistente; lamellis subdistantibus, liberis, albis; sporis globosis, 7-10 μ. diam.

*Hab.* in silvaticis Americæ borealis et Britanniæ (?) — Ab af-

fini *Amanita vaginata* differt præcipue volva fragiliori et stipite distinctius bulboso.

7. **Amanitopsis Godeyi** (Gill.) Sacc. *Amanita Godeyi* Gill. Champ. Fr. p. 51, cum icone. — Pileo carnoso, tenui campanulato-expanso, margine striato, dilute melleo-flavido, nudo; stipite cylindraceo albo, basi leniter incrassato vaginaque fissa alba cincto, fistuloso nudo vel rarius loco annuli fragmentis squarrosis ornato; lamellis crebris liberis, albis; sporis ovoideo-oblongis, 15-18 μ. longis. 51

*Hab.* in arvis, vere, Orne Galliæ. — Sporis ovoideis majusculis ab affinibus dignoscenda videtur.

8. **Amanitopsis volvata** (Peck) Sacc. *Amanita volvata* Peck 24 Rep. St. Mus. p. 59. — Pileo convexo, dein fere plano, margine tenuiter striato, pubescente vel floccoso-squamuloso, albido, dein disco brunnescente; stipite exannulato æquali vel sursum attenuato, farcto, minute floccoso-squamuloso, albido, volva ampla, firma, cupulata, persistente, basi cincto; lamellis confertis, liberis, albis; sporis ellipticis, 10 = 7. 52

*Hab.* in silvaticis in America boreali. — 5-7 cm. alta, pileus 5-7 cm. latus; stipes 6-8 mm. crassus.

9. **Amanitopsis agglutinata** (B. et C.) Sacc. *Agaricus agglutinatus* B. et C. Dec. n. 201. — Pileo ex hemisphærico plano, viscido e volva areolato, margine sulcato; stipite curto, solido; lamellis latis, liberis, rotundatis. 53

*Hab.* ad terram in silvis arenosis, Society Hill, Carolinæ inf. Amer. bor. (Rev. M. A. Curtis). — Alba; pileus 2-5 cm. latus; stipes 1-3 cm. altus, 4 mm. crassus, basi incrassatus, bulbosus; volvæ margo liber; annulus nullus. *A. vaginatæ* affinis, sed dignoscitur stipite solido atque pileo manifeste viscido areolato-squamoso.

10. **Amanitopsis strangulata** (Fr.) Roz, Karst. Hattsv. I. p. 7 *Agaricus Strangulatus* Fr. Epic. 1, p. 6. Plenius in Vet. Ak. Förh. 1852, Icon. t. 11, Saund. et Smith t. 40, Fr. Hymen. Eur. pag. 27, Oudem. Mat. Bat. pag. 18, Cooke Ill. t. 13, *A. Ceciliæ* Berk Outl. p. 32, t. 3, f. 6, Price f. 112. *A. inaurata* Secr., Gill. Champ. Franc. cum icone. — Pileo e campanulato expanso, viscido, e fragmentis volvæ circumscissæ squamis latis confertis obtecto; margine sulcato; stipite e farcto cavo, a volva basi arcte vaginato, annulo spurio inferne cincto; lamellis liberis, albis. 54

*Hab.* in silvis Sueciæ et Britanniæ rara et jam in plerisque exteris terris lecta. *A. vaginatâ* major, robustior, pileo spadiceo.

— Pileus 8-10 cm. latus; stipes 13-14 cm. longus, 2 cm. crassus; sporæ ovatæ 9-15 μ.

11. **Amanitopsis urceolata** (Viv.) Sacc. *Agaricus urceolatus* Viviani pag. 13, t. 14, f. 1-4, Fr. Hymen. Eur. p. 27. — Pileo carnoso, tenui, ex hemisphærico tandem depressiusculo, umbonato, viscoso, murino; margine striato; stipite fistuloso, levi, nudo; volva urceolata lamellisque adnatis candidis. 55

*Hab.* in silvis Castaneis Italiæ. — *A. vaginatæ* affinis, sed habitu proprio, volva urceolata firma et præcipue lamellis adnatis distincta. Sed *A. sertatus* Vivian. p. 15, t. 14, f. 5-9 vix dubie ejusdem speciei forma major; hinc volva circumscissa fragmenta in pileo reliquit, qualem duplicem formam etiam *A. vaginata* offert.

12. **Amanitopsis lejocephala** (DC.) Sacc. *Agaricus lejocephalus* Decand. Fl. Fr. VI, p. 53, Seyn. Montp. pag. 106 (Fr. Epic. 1 sub *Volvaria*) Hymen. Eur. p. 28. — Candida; pileo e convexo plano, nudo, sicco, sericeo, margine levi; stipite solido, brevi, firmo, exannulato, volva amplissima laxa; lamellis liberis. 56

*Hab.* in Gallia et Italia boreali. — Species a reliquis longe distans, statura et habitu omnino *Volvariæ*, at sporæ albæ. Maxima, suaveolens, deliciosa. Pileus usque 34 cm. diam.

13. **Amanitopsis Berkeleyi** (Hook.) Sacc. *Agaricus Berkeleyi* Hook. fil. in Berk. Dec. n. 243. — Gigantea; pileo carnoso firmo, subcoriaceo, expanso, demum depresso fuligineo medio areolato; margine estriato furfuraceo; stipite valido, subæquali, solido, concolore; annulo obsoleto; lamellis latiusculis, confertis, albis, subliberis. 57

*Hab.* ad terram Daryeeling 2400 mm. Himalayæ (Hook.). — Firma, inodora; pileus 18-20 cm. latus; pellicula centro lutea in areolas polygonalis fracta; margo leviter inflexus; stipes 22 cm. altus, 4 cm. crassus; lamellæ 1 ½ cm. latæ. Annulus, si adest, cito disrumpitur. Stipes aliquando bulbosus et pileus non areolatus. Exstat etiam minoris molis varietas.

14. **Amanitopsis adnata** (Sm.) Sacc. *Agaricus adnatus* Smith in Saund. et Sm. Illustr. t. 20, non Schumach., Fr. Hymen. Eur. 28. Cooke Ill. t. 35. — Pileo e convexo plano, pallide gilvo, margine levi; stipite e farcto cavo, fibrilloso, exannulato; volva laxa in squamas pilei irregulariter rupta; lamellis adnatis, albis. 58

*Hab.* in silvis Angliæ. — Species vere distincta. Volva ad medium cum stipite connata, limbo libero, rupta squamas irregulares in pileo relinquens. Pileus 6-8 cm. latus: stipes 5-10 cm. altus: sporæ subovatæ 10 ≃ 8.

15. **Amanitopsis regalis** (Berk.) Sacc. *Agaricus regalis* Berk. Dec. n. 241. — Pileo explanato, areolato, sicco, centro carnoso; margine tenui sulcato; stipite valido, exannulato basi bulboso; lamellis latis subliberis. 59

*Hab.* ad terram Jillapaar 2300 m. alt. Himalayæ (Hook.). — Inodora, firma, subcoriacea; pileus 13-15 cm. latus subdepressus, griseo-brunneus; stipes 20 cm. longus, 2 cm. crassus, abrupte bulbosus, transverse floccosus, fractus, lacerus, solidus; bulbus ruber volvæ fragmenta retinens. Lamellæ postice attenuatæ.

16. **Amanitopsis gemmata** (Fr) Sacc. *Agaricus gemmata* Fr. Epic. 1. p. 12, Hymen. Eur. p. 28, Paul. Champ. t. 158, f. 3, Soc. Med. par. 1776, t. 15 f. 3. — Pileo convexo, expanso, miniato, verrucis angulatis obsesso, margine striato, carne compacta alba; stipite solido, bulboso, exannulato; lamellis liberis, candidis. 60

*Hab.* in silvis Galliæ, post Pauletium non lecta, nisi cum formis pumilis *A. muscariæ* commixta. Minor, firma, absque pellicula viscosa.

17. **Amanitopsis Cubensis** (B. et C.) Sacc. *Agaricus Cubensis* B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 282. — Pileo spadiceo, verrucis obscurioribus notato, margine esulcato; stipite exannulato, basi incrassato, fibrilloso; lamellis latis distantibus. 61

*Hab.* in ins. Cuba, Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 4-5 cm. latus; sporæ obovatæ 15-20 μ. long. Affinis *A. gemmatæ*.

18. **Amanitopsis baccata** (Fr.) Sacc. *Agaricus baccatus* Fr. Epic. I, p. 12, Hymen. Eur. p. 28, Mich. Nov. Gen. t. 80. f. 4. Passer. Fung. Parm. — Pileo convexo-plano, verrucis globosis obsesso, margine levi; stipite farcto, æquali, exannulato, a volva circumscissa, obtuse marginata ochreato; lamellis liberis, albis. 62

*Hab.* in silvis Galliæ, Italiæ. — Volvæ peculiari indole cum *A. pantherina* convenit, et specimen huc referendum e Gallia relatum s. n. *Ag. pantherini*, sed est humilior, firmior, prorsus exannulata. Color pilei e Michelio variabilis. Sporæ 11 = 7 (Cobelli).

19. **Amanitopsis pubescens** (Schw.) Sacc. *Agaricus pubescens* Schwein. Fung. Car. n. 554, Fr. Epicr. ed. I, pag. 12. — Pileo convexo-plano, margine involuto, levi, stipiteque farcto bulboso exannulato e volva friabili pubescentibus; lamellis attingentibus, albis. 63

*Hab.* in America boreali. — Minor 2,5-3 cm. vix volvata sed velum secedens.

20. **Amanitopsis Bresadolæ** (Sch.) Sacc. *Amanita Bresadolæ* Schulz. in Hedw. 1885, pag. 132. — Volva subglobosa, nec vaginali, par- 64

va, stellatim fissa, extus e dilute-umbrino exalbicante, intus albida; pileo carnosulo, regulari, fornicato, obtuso, sicco, glabro, levi, usque 2 cm. lato, albido, nonnullis verrucis angulatis, umbrinis; lamellis subliberis, nec confertis, circiter 2 mm. latis, utrinque acuminatis, albidis; stipite cum hymenophoro contiguo, recto, cylindrico, ad basim bulbosulo, 4 mm. crasso, usque 2 cm. alto, e farcto cavo, albido; annulo nullo; carne alba; odore saporeque vix ullis; sporis globosis, interdum subellipsoideis, 5–7 μ. diam.

*Hab.* in silva frondosa Crkvenac Slavoniæ, tempore sereno et subsicco in Slavonia. — *Agaricum venustum* Viv. (= *Volvaria parvula*) in memoriam reddit.

21. **Amanitopsis daucipes** (B. et M.) Sacc. *Agarius daucipes* B. et Mont. Syll. Crypt. n. 320. — Volva fugaci, pileo hemisphærico-globoso compacto æqualiter verrucoso, verrucis pyramidatis croceis, carne molli alba; stipite solido radiciformi-bulboso, sursum strangulato cortinato deorsum squamoso; lamellis angustis utrinque attenuatis attingentibus. 65

*Hab.* in arvis cultis circa Columbum Ohio, Amer. fœder. — Pileus carnosus, carne compacta alba, circa stipitis insertionem centimetrum crassa, 6 cm. latus, 2 cm. altus, margine inflexo, non involuto, ob verrucas delabentes tessulato, cum stipitis apice strangulati ope cortinæ floccosæ lutescentis haud persistentis coalito. Stipes solidus, 12–15 cm. longus, apicem versus teres, strangulatus, statim vero infra incrassatus, radicem *Dauci Carotæ* æmulans, parte autem in collum constricta ½ cm., parte vero radiciformi 3–4 cm. diametro æquante, inferne sensim attenuata. Lamellæ simplices, potius angustæ, haud convexæ, utrinque attenuatæ, medio 4–5 mm. latæ, ¼ mm. crassæ, albæ. Species extra modum splendida, quoad formam stipitis singularis. Verrucæ pilei polygonæ, illis *A. Vittadini* similes, at apice coloratæ.

22. **Amanitopsis fritillaria** (Berk.) Sacc. *Agaricus fritillarius* Berk. Dec. n. 361. — Pileo plano sicco nitente, maculis nigris variegato; stipite deorsum attenuato, griseo virgato; annulo amplo, deflexo; lamellis albis, postice attenuatis, subliberis. 66

*Hab.* Khasia Indiæ or. (Hook.). — Inodora; pileus 7–8 cm. latus, subdepressus, griseo-pallidus, squamis nigris, planis, quadratis adpressus; stipes 9 cm. altus, 1 cm. crassus terram versus incrassatus, griseo-striatus: annulus amplus, pruinosus griseus: lamellæ fragiles. Bona species.

23. **Amanitopsis eriophora** (Berk.) Sacc. *Agaricus eriophorus* Berk. 67

Dec. n. 242. — Pileo umbonato expanso, centro viscoso, levi; margine striato obscure floccoso; stipite valido lanato bulboso; lamellis confertis, latis, adnatis.

*Hab.* ad terram Darjeeling 2400 m. alt. Himalayæ (HOOK.). — Firma, inodora; pileus 13 cm. latus, centro viscidus iove udo, alibi flocculosus, cinereus; stipes 20 cm. longus, 1 cm. crassus, densa lanugine obtectus, quæ huc illuc transversas squamas efformat; annulus apparenter nullus; bulbi non marginati atque volva obsoleta.

24. **Amanitopsis anomologa** (B. et Br.) Sacc. *Agaricus anomologus* 68
B. et Br. Journ. Soc. X, pag. 496. — Pileo convexo, umbonato, glabro stipiteque e farcto cavo glutine hyalino (volva universali) obsitis; lamellis angustis adnexis.

*Hab.* ad terram Ceylon Indiæ, (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus, cinereus, fortiter atque obtuse umbonatus, transparenti mucilagine obtectus, aquæ ac stipes, rectus, qui 8 cm. long. 3-4 mm. crass. metitur, sursum leviter attenuatus; lamellæ 2 mm. latæ, albæ ventricosæ, liberæ vel leviter adnexæ.

25. **Amanitopsis? Canarii** (Jungh.) *Agaricus Canarii* Jungh. Crypt. 69
Jav. p. 82. — Candida; pileo carnoso explanato levi; lamellis liberis subtilibus; stipite solido glabro, basi bulboso, velo universali floccoso-membranaceo (volva) e basi stipitis orto fugaci; sporis albis copiosis.

*Hab.* prope Bataviam Javæ in ramis vivis Canarii communis Decemb. — Sæpe usque in verticem extremum arboris adscendit.

**LEPIOTA** Fr. Syst. Myc. I, p. 19 (Etym. a *lepis* squama). — Hymenophorum a stipite discretum, velo universali cum epidermide pilei concreto. Lamellæ liberæ, sæpe remotæ, non sinuatæ nec decurrentes. — Terrestres (paucis exceptis); plures in vaporariis sub formis *Hiatulæ* affinibus. Species generis numerosissimæ, plurimæ exoticæ, plures verisimiliter inter se non satis distinctæ.

A) *Epidermide sicca.*

*) *Proceræ*: annulo proprio, mobili, a volva discreto. — Fungus junior totus volva integra inclusus, qua circumscisse rupta basis in bulbum evanescit; calyptra pileo connata, vulgo squamosa. Stipes non a volva peronatus, ut in sequentibus, apice cinctus collario cartilagineo; hinc lamellæ liberæ, remotæ. Edules.

1. **Lepiota procera** Scop. Carn. p. 418, Schaeff. t. 22, 23, Fl. Dan. 70

t. 772, Curt. Lond. t. 169, Sowerb. t. 190, Bull. t. 78, 583, Krombh. t. 24, f. 1-12. Harz. t. 46, Vivian. t. 8, Vittad. t. 24, Hussey I, t. 80, Sverig. Atl. Sv. t. 3, Fr. Syst. Myc. I, p. 20, ubi antiqua synonyma, Hymen. Eur. p. 29. — Pileo carnoso, molli, ex ovato explanato, umbonato, cute crassa in squamas secedentes lacerata; stipite cavo, elato, immarginato-bulboso, squamis adpressis variegato, annulo cartilagineo-marginato, mobili; lamellis remotis.

*Hab.* in regionibus campestribus totius Europæ, Peradenya, Ceylon Indiæ (Gardner), Pensylvaniæ Americæ bor., Australiæ (Müller et Schomburgk), Africæ austr. (Mac Owan). — Speciosa, ampla, odore et sapore grata, edulis sed lenta. Clus. Esc. gen. 18 c. bona icone. Caro immutabilis; lamellæ variant albidæ, flaventes, incarnatæ, nigro-marginatæ. Ad hanc pertinet *A. exstinctorius* Linn. omisso annulo. Pileus 8-20 cm. diam.; stipes 20-30 cm. altus, 1,5 cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 14-22 = 10-12.

2. **Lepiota Anax** Berk. Dec. n. 362. — Pileo carnoso campanulato latissime umbonato; epidermide contigua squamulis minutis exasperata; stipite elato bulboso sursum attenuato cavo, primum floccoso-farcto; lamellis pallidis antice latis postice attenuato-attingentibus. 71

*Hab.* ad terram argillosam atque in herbosis, Nunklow, Khasia Indiæ (Hook.) – Pileus primum obtuse conicus e rapæformi bulbo albo basi leviter rubro erumpens, gradatim colorem rubrum sumit quum plane expanditur, 13 cm. latus, 9 cm. altus; stipes 30 cm. longus, 2 cm. crassus, roseo-griseus pileo immersus. Affinis *L. procerae*.

3. **Lepiota subproccra** Saut. Hedw. 1876, pag. 152. — Pileo carnoso, molli, campanulato, umbonato, cute tenaci in squamas persistentes rupta; stipite elato, 6 mm. diam., cavo, levi, bulboso, immaculato; annulo mobili, cartilagineo marginato. 72

*Hab.* in silvis fagineis, Imberg pr. Salzburg. — Cum *L. procera*, a qua differt cute tenaci, in squamas persistentes rupta, stipite nudo et statura (½) minore; a *L. rhacode*, cute non reticulata, bulbo parvo immarginato, annulo integro, pileo umbonato, stipite elongato.

4. **Lepiota Bonaërensis** Speg. Fung. Arg. Pug. II, p. 3. — Solitaria; pileo primo hemisphærico-subgloboso, dein piriformi, postremo subexplanato 5-9 cm. diam.; cute volvacea pilei una cum umbone sordide fuscescente in squamas crassas secedente, squamis majoribus centrum versus, ad marginem parvulis, quandoque deficientibus; su- 73

perficie pilei (sub cute), candida, levissima, margine vix striatula; carne lenta a stipite discreta, in hymenophorum descendente, 5-8 mm. crass.; lamellis confertiusculis, trimacriis, albo-ceraceis, subcartilagineo-tenacellis, 5 mm. lat., apice obtuse rotundatis, deorsum acutissime desinentibus, a stipite distantibus; stipite facillime a pileo secedente, cylindraceo, 8-10 cm. long. ½-1 cm. crass. albo vel subfuscescente, levi v. squamis fuscescentibus ornato, fibroso, cartilagineo-tenace sursum subgloboso-capitato in pileum intrante deorsum in bulbum incrassato fistuloso vel fibris gossypino-sericeis laxissimis repleto; annulo mobili, cartilagineo-tenaci, albo; bulbo fibris lanosulis candidissimis vestito; sporis ellipticis vel ovoideis, hyalinis protoplasmate granuloso repletis, 12-16 ≃ 8-9.

*Hab.* in herbosis ad viarum marginem en San Josè de Flores Argentinæ, aprili. — Species *L. proceræ* affinis, sed tenacitate (fere marasmiacea) et ceteris characteribus citatis satis distincta.

5. **Lepiota rhacodes** Vittad. Fung. mang. pag. 158, t. 20, Huss. II, t. 38, Berk. Outl. t. 3, f. 6, Price f. 104, Kickx p. 150, Cooke Ill. t. 22, Fr. Hymen. Europ. p. 29. — Pileo carnoso, molli, e globoso explanato depressove, cute tenui, reticulata, in squamas persistentes rupta; stipite cavo, levi, immaculato, bulbo amplissimo primo marginato; annulo mobili, fibroso-lacero; lamellis remotis. 74

*Hab.* locis fertilioribus totius Europæ et Amer. bor. — Statura *L. proceræ* sed sapor ingratus; vix edulis. Pileus 7-10 cm. d. sub cute tomentosus; squamæ polygonæ, fibris elegantissime radiantibus affixæ. Stipes 8-10 cm. longus. Sporæ ovoideo-ellipsoideæ, chlorino-hyalinæ 10-12 ≃ 6-7. Caro fracta croceo-rubescens. *A. subtomentosus* Krombh. t. 24, f. 15, 16 videtur forma excoriata. Var. in vaponariis; *A. tepidarius* Weinm. in Syll. Ratisb. I, p. 69.

***L. puellaris** Fr. Monogr. II, p. 285, Hym. Eur. p. 29, est forma pulchella, omnino constans, a typica recedens statura duplo minore, colore candido, pileo floccoso-squamoso. Copiose lecta in Lidingö prope Holmiam.

6. **Lepiota Olivieri** Barla in Bull. Soc. Mycol. 3, p. 113. — Pileo 10-13 cm. lato, primo e convexo rotundato, dein plano et centro depressulo, squamuloso, albido, squamis fibrillosis, brunneolis, margine undulato, fimbriato, albido; stipite 12-15 cm. alto, cylindraceo, apice incrassato, basi subbulboso, levi, minute fibrilloso, albido, cavo vel contextu araneoso farcto; annulo molli, albo, tomentoso, maturitate deciduo; lamellis latis, rotundatis, ventricosis, non attingentibus, mollibus, tenuibus, confertis, flaveolis; sporis albis. 75

*Hab.* inter folia emortua ad terram Montgros Galliæ, septembri (J. Olivier). — Caro mollis, tenera, alba, aere rufa vel carneola, demum brunnea, odor gratus, sapor gratus. Affinis *L. rhacodi.*

7. **Lepiota Prevosti** Roum. Fl. Myc. Tarn. p. 55, t. VIII, f. D. — 76
Pileo carnoso, ovoideo, dein campanulato, convexo expansoque subumbonato, 4-5 cm. lato, sicco, margine leniter fibrilloso, griseobrunneo, cuticula demum in squamas tenues triangulares, griseas, elevatas disrupta; stipite elato, firmo, cylindrico, cavo, basi subbulboso, albido, pileo pallidiori, sub annulo squamis parvis, pallidis adsperso, 8-10 cm. alto; annulo persistenti, lato, albo, margine fimbriato, perfecte centrali; lamellis liberis, ventricosis, albidis, demum pallide flavis sed non maculatis.

*Hab.* ad terram in ericetis, in calidariis prope Montauban Galliæ, autumno. — L. rachodes similis at distincta. — Caro alba, color persistens, odor gratus.

8. **Lepiota polysarca** K. et M. Ow. in Grevillea. — Tota alba; pi- 77
leo eximie carnoso, centro depresso, ad marginem declivi, levi, vel subtilissime squamuloso-punctulato; annulo mobili; stipite farcto, levi, basi bulboso; lamellis valde remotis, postice attenuatis, confertis pallidis, exsiccatione cum stipite brunneo-rufescentibus.

*Hab.* in Somerset-East (Mac Ow.). — Pileus 7-12 cm. latus: stipes 5-7 cm. long., 1-2 cm. crassus. Caro pilei crassa, in centro et ad marginem declivem, quasi oblique truncatum, valde attenuata. Forma inconsueta pilei ab affinibus, primo visu, distinguenda species.

9. **Lepiota Kunzei** Fr. F. Nat. p. 3. — Pileo carnoso e campanulato 78
expanso gibbo verrucoso, cute rigida glabra areolato-rimosa, areolis contiguis squama adpressa persistente fusca notatis; stipite rigido fistuloso æquali glabro; annulo mobili; lamellis remotis, confertis, alutaceo-fuscescentibus.

*Hab.* in promontorio Bonæ Spei (Zeyher). — Pileus 5-7 cm latus; stipes 7-10 cm. longus, 6-8 mm. cr.

10. **Lepiota prominens** Fr. Hym. Eur. p. 30, *Ag. porrigens* Vivian. 79
Ital. t. 12. — Pileo carnoso, e sphærico expanso, umbone maxime prominente; squamis in centro imbricatis, ceterum et in stipite sparsis, adpressis, ochraceis; stipite fistuloso, a basi abrupte bulboso; annulo mobili lamellisque remotis albis.

*Hab.* in Italiæ campis. — Statura omnino *L. proceræ,* sed umbone insignis. Colore ceterum facile recognita.

11. **Lepiota molybdites** Meyer Essequ. p. 300, Oudem. Batav. p. 18, 80

Fr. Hym. Eur. p. 30. — Pileo carnoso, e globoso campanulato, cute ad medium in squamas crustaceas secedente; stipite cavo, rigido, glabro, fusco-atro, immarginato-bulboso; annulo æquali; lamellis remotis, albis, cærulescentibus.

*Hab.* in regionibus tropicis, in Brasilia: lectus in vaporariis ad Utrecht Batavie, *L. procerâ* minor, rigidior, stipite subcorneo, pileo sub crusta farinoso.

12. **Lepiota Morgani** Peck Bot. Gaz. 1879, p. 137 et in Morg. Myc. Miam. II, p. 61, t. II. — Pileo carnoso, molli, initio subgloboso dein expanso v. plano-depresso, albo, cuticula brunneo-alutacea in squamas, excepto disco, fissa; lamellis confertis, lanceolatis, remotis, albis dein viridulis; stipite firmo, æquali v. sursum attenuato, basi subbulboso, levi, albido brunneo-tincto; annulo latiusculo, mobili; carne alba, farcta rubente; sporis ovoideo-ellipsoideis, 10-12 ≃ 7-7,5, chlorinis. 81

*Hab.* in graminosis, Ohio Amer. bor. (Morgan). — Affinis, ut videtur, *L. molybditi.*

13. **Lepiota permixta** Barla in Bull. Soc. Mycol. 3, pag. 114. — Pileo 10-15 cm. lato, convexo, plus minus mamillato, campanulato, dein expanso, levi, medio brunneo-cinnamomeo, fibrilloso, squamis instructo, margine fibrilloso, albido, sublacerato; stipite 12-15 cm. alto, elato, cylindraceo, albo, squamis appressis, irregularibus, brunneolis instructo, contentu fibrilloso farcto, basi inflato; annulo membranaceo, fibrilloso, laxo, flavo-brunneo; lamellis ventricosis, confertis, albo-flavidis vel carneolis. 82

*Hab.* in montibus prope Falicon et Montchauve Galliæ, decembri. — Inter *L. proceram, L. excoriatam* et *L. rhacodem* disponenda. Caro mollis, tenera, alba, fracta rufula; odor debilis.

14. **Lepiota excoriata** Schæff. t. 18, 19, Vivian. t. 49, Vittad. Fung. mang. t. 35, Ventur. t. 7, Letell. t. 610. Krombh. t. 24, f. 24-30. Sverig. Atl. Svamp. t. 18, Fr. Hym. Eur. p. 30. — Pileo carnoso, molli, obsolete umbonato, cute tenui in squamulas vix secedentes diffracta; stipite cavo, curto, cylindrico, immaculato, levi, albido; annulo mobili; lamellis minus remotis. 83

*Hab.* in arvis et campis Europæ totius, Australiæ (Müller et Schomburgk) et Africæ austr. — Humilior, vix bulbosa. Pileus albidus (raro fuscescens), interdum prorsus levis, 7-8 cm. diam.; stipes circiter 8 cm. longus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, 14-16 ≃ 9-11.

15. **Lepiota subexcoriata** Bagl. Cens. Funghi Lig. p. 234. — Pileo 84

carnoso explanato campanulato, cute subtiliter fibrilloso-sericea, nunquam in squamulas rupta, fibrillis subfuscescentibus, sinuatis et reticulatim coniunctis; stipite farcto dein cavo, superne albido-furfuraceo, sursum attenuato, inferne incrassato fusiformi, subradicato; annulo albido mobili; lamellis absolute liberis, tenuibus, albis.

*Hab.* ad pedem trunci Veronicæ Andersonii in horto botanico, Genova Ital. bor.

16. **Lepiota gracilenta** Krombh. t. 24, f. 13, 14, Fr. Monogr. I, p. 21, 85
Cooke Ill. t. 28, Fr. Hym. Eur. pag. 30, *A. Amanita* Schum. p. 268. — Pileo subcarnoso, e campanulato expanso, obtuse umbonato, cute tenui in maculas adpressas, persistentes dehiscente; stipite cavo, elongato, subbulboso; annulo tenui, floccoso, disparente; lamellis remotis, latissimis, pallescentibus.

*Hab.* in silvis Europæ. — Statura fere *L. proceræ*, sed tenuior, gracilior. Pileus 14 cm. latus sub cute non tomentosus, quare hac rupta pileus albidus fusco-maculatus apparet. Præcipuam differentiam præbet annulus tenuis, fugax; stipes 13-15 cm. altus; sporæ 10-11 ≃ 7,½ — Var. **Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885. Tota albida; pileo et stipite sæpe glebis contaminatis; pileo subcarnoso e conico-campanulato expanso, subumbonato, margine deflexo, primitus levi, tandem pellicula in squamulas, interdum fuscescentes, rupta; lamellis liberis, subcollariatis, utrinque rotundatis, 4-8 mm. latis; stipite discreto, basi subbulboso e farcto in vetustis cavo, 5-6 mm. crasso, 3-6,6 cm. longo, sublevi aut fibrilloso; annulo exili, persistenti, tandem mobili; odore ingrato-rapaceo; sapore nauseoso-dulci; sporis ellipsoideis, interdum subovoideis, 6-8 ≃ 5. In graminosis juxta vias in Slavonia.

17. **Lepiota dolichaula** B. et Br. Linn. Tr. XXVII, p. 150, Soc. Journ. 86
XI, p. 496. — Pileo carnoso expanso umbonato, centro glabro, alias punctato-squamuloso, margine lacerato-appendiculato, carne alba immutabili; stipite elongato stricto, basi excepta, subæquali; apice penetrante, flocculoso-punctato cavo; annulo amplissimo deflexo lacerato; lamellis latis ventricosis remotissimis.

*Hab.* ad terram in herbosis, Peradenya, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 10 cm. latus; caro circiter 12 mm. crassa; stipes 20 cm. longus, 8 mm. crassus, basi bulbosus annuli fragmentis dependentibus; sporæ 13 μ. long. Affinis *L. gracilentæ*, differt tamen margine lacero-appendiculato, annulo amplissimo persistente atque stipitis apice nigricante.

18. **Lepiota Zeyheri** Berk. in Fr. Fungi Nat. p. 2. — Pileo carnoso- 87

molli e campanulato expanso, medio late et obtuse gibbo verrucoso, cute ceterum in areolas angulatas floccosas secedentes diffracta; stipite cavo ventricoso-bulboso attenuato, levi, immaculato; annulo crasso mobili; lamellis remotis, confertis, alutaceis.

*Hab.* locis arenosis ad promont. Bonæ Spei (Zeyher). — Variabilis, hinc ægre limitanda species. In forma primaria; stipes validus, 18-20 cm. l., pileus amplus, marginem versus in areolas squamiformes, angulatas diffractus. Varietates vel, si libet, subspecies notabiliores, quoque capenses, sunt: — **telosa** K. et M. Ow.; æque spectabilis, pileo e globoso-expanso, in squamas latas, fuscas lacero, tela araneosa, delicatula cooperto, albo-flavescente. — **verrucellosa** (Miq.) Kalchbr. *Ag. verrucellosus* Miq. F. exot. n. 1; minor, stipite gracili, albo, calamum scriptorium crasso, basi bulbilloso, pileo subumbonato, verrucellis aut squamulis fuscis eleganter punctato. — **elegantula** M. U. n. 701; pileo squamulis rufo-fuscis, regulariter dispositis, ambitum versus rufescentibus ornato, stipite gracili, ad basim rapæformi. Habitus fere *L. gracilentæ* Krombh. In silvis prope Somerset-East, promont. Bonæ Spei (P. Mac Owan). Pr. Bazuja, Caffraria, (Rev. Bauer).

19. **Lepiota mastoidea** Fr. Syst. Myc. I, p. 20, Hym. Eur. p. 30, Fl. Dan. 88
t. 2144, Berk. in Magaz. Nat. hist. I, t. 2, f. 1, Letell. t. 610, f. D. E. Kickx p. 131, Cooke Ill. t. 24, *A. umbonatus* Schum. Saell. p. 252. — Pileo subcarnoso, molli, ovato-expanso, acute umbonato, cute tenui in papillas secedente; stipite cavo, a bulbo æqualiter attenuato, tenui, glabro, annulo integro mobili; lamellis valde remotis, pallidis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ mediæ et australis, et Cincinnati Amer. bor. — Gracillima hujus stirpis, tota albida. *A. mastoideus* Vivian. t. 23, *L. cepæstipiti* potius accedit. Pileus 3 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, basi 8-9 mm. apice 2 mm crassus.

20. **Lepiota subremota** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo 89
expanso obtuse umbonato, toto verrucoso-squamoso, margine sulcato; stipite floccoso-farcto, e bulbo æqualiter, attenuato, debili levi; annulo amplo secedente; lamellis subangustis remotiusculis.

*Hab.* ad terram inter acus Abietis, New England Amer. (Sprague). — Alba; pileus 10 cm. latus; stipes 13 cm. longus, 8 mm. ad medium crassus fibris floccosis farctus; annulus amplus, inæqualis. Affinis *L. mastoideæ* sed stipes carni pilei non insertus, ideoque lamellæ non multum remotæ.

21. **Lepiota Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, H. IV, *Ag.* (Lepiota) 90

*cupreus* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1877, p. 112. — Pileo e subcylindraceo umbonato et late campanulato, 4-8 cm. lato, umbone insigni, extra umbone fere membranaceo, ab origine glabro et toto cupreo, demum, cuticula in squamas rupta, ad marginem albido aut flavescente, squamis latis, fibrillosis, subimbricatis, nec secedentibus; stipite ab hymenophoro discreto, e farcto cavo, 5-11 cm. longo, apice 4-6 mm. et parum ultra crasso, deorsum clavato, incrassato, sæpe curvulo, juvenili valde dilute dein ad basin saturate-cupreo, apice dilutiori, glabro, levi, cuticula senio rugosa; annulo non magno sed valido, primitus recto, margine subtiliter crenato, ex albido cupreo; lamellis remotis, utrinque attenuatis, 4-7 mm. latis, confertis, ex albo pallidis; sporis crasso-ellipsoideis, 6-9 $\mu$. longis.

*Hab.* ad truncos Ulmi dejectos subputrescentes in Slavonia, augusto et septembri.

**) *Clypeolariæ:* annulo proprio, fixo, cum velo universali, stipitem vestiente homogeneo. Stipes exsertus et pileus primitus discreti, ille hinc infra annulum a velo universali vestitus, hic in floccos squamasve laceratus. Collarium haud cartilagineum, circa stipitem prominens, quare lamellæ vulgo minus remotæ. Caro mollis, odore et sapore ingratis, raphanoideis.

22. **Lepiota Friesii** Lasch Linn. III, n. 9, Fr. Monogr. II, pag. 344, 91
Hym. Eur. p. 31. Quél. p. 34, t. I, f. 2, *A. curioso* Larber litt. ad Morett. p. 7, *A. couleuvre* Secr. n. 40. — Pileo carnoso, molli, in squamas adpressas tomentosas lacerato; stipite cavo, araneoso-medullato, subbulboso, squamoso; annulo supero pendulo, æquali; lamellis subremotis, linearibus, confertissimis, ramosis.

*Hab.* locis graminosis Europæ mediæ et australis et Amer. bor. — Statura fere *L. proceræ*, speciosa, graveolens, pileo ferrugineo-fusco. Pileus 10-14 cm. latus; stipes 10-14 cm. altus; 2 cm. crassus; sporæ 6-8 ≈ 3.

23. **Lepiota acutesquamosa** Weinm. Syll. I, p. 70, Hussey II, t. 5, 92
Fr. Hym. Eur. p. 31. Kickx pag. 151, *A. asper* Abb. d. Schwäm. Heft. 3. *A. aculeatus* Vittad. Fung. mang. pag. 308, *A. Mariæ* Klotzsch Linn. VII, t. 8, — Pileo carnoso, obtuso, primo hirto-floccoso, dein squamis erectis, acutis, squarrosis echinato; stipite subfarcto, valido, bulboso, supra annulum medium pruinoso; lamellis approximatis, lanceolatis, simplicibus.

*Hab.* in hortis graminosis per maximam Europæ partem. — Humilior, subinodora. Stipes demum cavus. Pileus fuscescenti-fulvus, variat furfuraceus (Krombh. t. 29, f. 18-21.) Adsunt chara-

cteres haud leves, cum priore tamen ita convenit, ut jungendis videantur.

24. **Lepiota Badhami** Berk. Outl. p. 93, Saund. et Sm. t. 35, f. 2, Cooke Ill. t. 25, Stev. Br. F. I. p. 16, Fr. Hym. Eur. p. 31. — Pileo carnoso, molli, e campanulato expanso, hispido squamulosoque, umbrino, carne rubente; stipite cavo, subbulboso, floccoso-squamoso, sericeo; annulo medio, persistente; lamellis ventricosis, demum remotis. 93

*Hab.* in Anglia sub Taxo, in regione Jurana ad corticem vaporariorum, et Aperthope Amer. bor. — Totus fungus vulneratus vel tactus croceo-sanguineus. Stipes 6-8 cm. longus, 6-12 mm. crassus, a basi attenuatus, e descriptione albus, ex icone umbrinus. Annulus pæne mobilis. Pileus fuligineo-squamosus, variat depressus et umbonatus, 10-14 cm. latus; sporæ ellipticæ 7-8 $\mu$. long. Odor virosus.

25. **Lepiota densifolia** Gill. Champ. de France p. 68, cum tabula. — Tota alba; pileo carnoso, convexo, obtuso, dein squamuloso-fibrilloso; stipite cavo, sursum attenuato, nitido, 7-8 cm. longo, 5-6 mm. cr.; lamellis numerosis, tenuibus extrorsum latioribus, albis; annulo albo, marginato, mobili. 94

*Hab.* ad fossas in Gallia bor. (Godey).

26. **Lepiota depravata** Berk. et C. N. Pac. Exp. n. 2. — Pileo carnoso stipiteque inæquali, furfuraceo-verrucosis, ex albo brunneis; lamellis ventricosis postice emarginatis adnexis. 95

*Hab.* in silvis inter folia Bonin Island. — *L. aculesquamosæ* affinis videtur.

27. **Lepiota pteropoda** K. et M. Ow. in Grevillea IX, pag. 17. — *L. Friesii* proxima, sed stipite solido subæquali vel deorsum attenuato et lamellis adnatis, angustis distincta; odor fortissimus raphanoideus. 96

*Hab.* in Somerset-East et P. Natal Africæ (Mac Owan et Wood). Frequens et sat varia. — Magnitudine et colore varia, pileo 5-10 cm. lato, stipite 5-15 cm. alto, 6-20 mm. crasso, albida, rufescens, imo brunneo-lateritia; stipes superne pallidus, ad basim coloratus, squamosus, nunquam bulbosus. Vera *L. Friesii* Lasch. in illis terris deesse videtur.

28. **Lepiota cultorum** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Parva; pileo hemisphærico umbonato, squamis granuliformibus brunneis exasperato; stipite brevi furfuraceo; annulo subcentrali; lamellis latis remotis; sporis utrinque acutiusculis. 97

*Hab.* inter cucurbitas in cultis, Car. inf. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 2,5 cm. vel ultra latus; stipes 1,3-2,5 longus, 2 mm. crassus; lamellæ ventricosæ; sporæ cymbiformes, 10 μ. long. Differt a *L. cristata* sporis multo longioribus obliquis. *L. acutesquamosa* sporas habet latiores *L. cristatæ*, non tamen ut in nostra.

29. **Lepiota Meleagris** Sowerb. t. 171, Berk. Outl. p. 101 et in Mag. Nat. hist. 1835, n. 986. Cooke p. 15, Fr. Hym. Eur. p. 31. — Pileo carnoso, ex ovato expanso, minute tomentoso verrucosoque, dein squamis minutis fuscis variegato, carne rubente; stipite farcto, floccoso-squamoso, e fusiformi æquali; annulo lacero, fugaci; lamellis remotis, distantibus, albis. 98

*Hab.* in cortice vaporariorum Angliæ. — Siccata et vulnerata tota rubescens. Stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus, hinc inde luteo-tinctus; pileus 3,8 cm. latus; sporæ 8 ≈ 5.

30. **Lepiota hispida** Lasch n. 407, Berk. et Br. n. 901, Fries Icon. t. 14, f. 1, Cooke Ill. t. 27, Fr. Hymen. Eur. p. 32. — Pileo carnoso, tenui, umbonato, primo tomentoso, dein in papillas squamasve secedente, umbrino; stipite farcto, fibrilloso, tenui, attenuato annuloque supero floccoso-squamosis; lamellis approximatis, ventricosis, albis. 99

*Hab.* in silvis umbrosis Europæ. — Fracta non ut præcedentes rubescit. Stipes 4-6 cm. longus, 3-5 mm. crassus. Forte var. *L. clypeolariæ*.

31. **Lepiota manicata** B. et Br. Linn. Fr. XXVII, tab. 336, Journ. Linn. Soc. XI, p. 507. — Pileo convexo obtusissimo carnoso, toto flocculoso-verrucoso, verrucis centro pyramidatis in margine diffracto appendiculato angustioribus; carne alba; stipite subæquali stricto, subter annulum angustum superum floccoso-manicato, deorsum pubescente, hic illic leviter squamuloso, solido; lamellis lanceolatis pallide carneis, approximatis, acie crenulatis. 100

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 8 mm. crassus, luteo-brunneus sicut pileus; lamellæ 6 mm. latæ. Affinis *L. hispidæ*.

32. **Lepiota clypeolaria** Bull. t. 405, 506, f. 2 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 21, Icon. t. 14, f. 2, Tratt. Austr. t. 26, Cooke Ill. t. 38, Berk. Outl. p. 94, Fr. Hym. Eur. p. 32. — Pileo carnoso, tenui, primo incrustato, levi, dein in squamas floccosas adpressas lacerato; stipite fistuloso, fragili, subæquali annuloque fugaci floccoso-squamosis; lamellis liberis, approximatis. 101

*Hab.* in silvis variis Europæ frequens nec non in Australia

(Müller et Schomburgk) et in America bor. — Mire varians statura et coloribus, pilei squamis flavidis, rufescentibus, ferrugineis, lamellis albis, flavidis. Plures recedentes formæ in caldariis v. c. Fl. Dan. t. 1732. Longe plures exstant icones, sed indumento stipitis characteristico deterso, ut facile sumantur pro *L. cristata*, v. c. Sowerb. t. 14, Paul. t. 136 etc. Pileus circiter 5 cm. latus; stipes circiter 6 cm. longus, 3-4 mm. crassus; sporæ oblongatæ 18-20 ≃ 5-6. — Var. **pratensis** Bull. l. c. infra annulum fibrillosum modo floccosa. — * **Lepiota parmata** Britz. Derm. et Mel. App. pag. 185, f. 140. Ab affini *L. clypeolariâ* differt tantum sporis constanter brevioribus, nempe 14-16 ≃ 5-7. In planitie et alpibus Bavariæ.

33. **Lepiota alba** Bres. F. Trid. pag. 15, t. XVI, f. 1 (ut var.). — 102
Pileo carnoso, e convexo expanso, late umbonato, sericeo, margine flocculoso-fibrilloso, dein squamuloso, centro glabro, ætate flavescente, 5-8 cm. lato; lamellis liberis, approximatis, confertis, latis, albis; stipite fistuloso, æquali basive attenuato, albo deorsum fuscescente infra annulum floccis albis, flavo-maculatis, sæpe annuliformibus, prædito, glabrescente, 4-6 cm. longo, 6-8 mm. crasso; annulo distante albo, subtus flavo-flocculoso; carne alba, inodora et insipida; sporis obovato-elongatis, apice recurvatis, 1-guttulatis, hyalinis, 12-14 ≃ 6-7, basidiis clavatis 30-35 ≃ 8.

*Hab.* in pascuis apricis, raro Valle di Sole, æstate. Esculenta. — Ad pulchram istam varietatem glabrescentem videntur omnino referendæ icones hucusque editæ sub nomine *Lep. erminece* Fr. *Lepiota erminea* genuina, pileo eximie campanulato, sapore raphanoideo-pungente etc. mox agnoscenda (Bresad.).

34. **Lepiota felina** Pers. Syn. p. 261, Alb. et Schw. p. 146, Quél. 103
Quelq. esp. (1882) t. 11, f. 1. — Minor (*L. clypeolariâ*); pilei umbone squamulisque nigricantibus, stipite gracili bulbilloso subconcolori flocculis atro-punctato; annulo sericeo flocculoso; lamellis albis.

*Hab.* in pinetis Europæ et Americæ, tam frequens et constans, ut seorsim notari mereatur. — Sporæ 9-10 ≃ 5, ergo multo minores quam in *L. clypeolariâ*.

35. **Lepiota fusco-squamea** Peck Rep. of St. Mus. New York n. 25, 104
p. 50. — Pileo hemisphærico vel convexo, squamis verrucosis erectis, acutis, fusco-brunneis dense obsito; lamellis confertis, albis, liberis; stipite æquali, basi incrassato, cavo vel medulla gossypina farcto, floccoso, brunneo; sporis 8 ≃ 4.

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan, Lewis county Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans, pileus 4-5 cm. latus, stipes 6 mm. crassus.

36. **Lepiota Forquignoni** Quél. in Guill. Cat. Champ. Sud-Ouest p. 40 et Enchirid. p. 6. — Pileo campanulato, 2-3 cm. lato, tenui, punctato-furfuraceo, margine excoriato, flavido-griseo, centro papillato olivascente, initio flocculis acutis tenuibus hirto; stipite gracili, fistuloso, bulbilloso, flocculoso, albo, dein stramineo; annulo flocculoso; lamellis liberis, confertis, albo-stramineis, luce reflexa carneolis; sporis ovoideis 6-7 μ. longis. 105

*Hab.* in arenosis in Gallia austro-occidentali (Forquignon).

37. **Lepiota metulispora** Berk. et Br. Fung. Ceylon. ined. Ann. Nat. hist. n. 1182, t. 18. f. 5 (sporæ), Cooke Ill. t. 39, Fr. Hymen. Eur. p. 32. — Pileo subcarnoso, campanulato, sulcato, squamulis pallidis ornato, margine appendiculato; stipite subæquali, pallido, intus citrino; lamellis approximatis, ventricosis, albis; sporis metulæformibus. 106

*Hab.* in Anglia (Broome), Peradeniya, Ceylon (Thwaites) et Alabama Amer. bor. (Phillips et Plowright). — Habitu *L. clypeolariæ* similis, sed ob pileum sulcatum forsan *L. cepæstipiti* vicina. Dignoscitur præcipue sporis, quæ quam proximarum (excepta *clypeolaria*) duplo majores, uno apice acutatæ. Pileus 2,5 cm. latus; stipes 6,4 cm. altus, 2 mm. crassus; lamellæ circiter 4 mm. latæ; sporæ fusoideo-clavatæ 15-20 ≃ 4-6.

38. **Lepiota helveola** Bres. F. Trid. p. 15, t. XVI, f. 2. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, subumbonato, squamuloso, carneo-lateritio, 1½-3 cm. lato; lamellis confertis, albis, acie fimbriata, ventricosis, liberis, ætate remotis; stipite fistuloso æquali fibrilloso-tomentoso, pileo concolore, 2-4 cm. longo, 3-4 mm. crasso; annulo infero, fugaci, albido; carne alba, sicca rubente, inodora et insipida; sporis ellipticis vel subreniformibus, hyalinis, granulosis, 8-10 ≃ 6; basidiis clavatis 25-32 ≃ 8-10. 107

*Hab.* ad margines herbidos viarum prope vicum Magras (Trento) quotannis pareissime obvia sero autumno.

39. **Lepiota Boudieri** Bres. F. Trid. pag. 43, t. XLVI. — Subcæspitosa; pileo carnoso e campanulato expanso, subirregulari, e cervino pallescente, centro fuscidulo, sicco, squamis parvis concoloribus dense vestito, demum subglabrescente, margine sublobato-flexuoso, primo diffracto, dein fisso, 3-4 cm. lato; lamellis confertissimis, postice rotundato-liberis, adpressiis, albis, acie, ut pluri- 108

mum, pulchre purpureo-pruinata raro concolore et minute denticulata, 4-5 mm. latis; stipite a pileo discreto, e medulloso-farcto cavo, cylindraceo, basi bulbilloso apice albido et glabro, infra annulum carneo-fuscidulo et tomentoso-fibrilloso vel laxe squamuloso, interdum subexcentrico, 3-5 cm. longo 5-7 mm. crasso; annulo infero, submembranaceo-gossypino, albido, evanido vel zonam flocculosam circa stipitem relinquente; carne pilei alba stipitis rubescente, inodora; sporis hyalinis, protoplasmate minute granuloso, sublateraliter apiculatis (ut bicornutæ videantur) ovato-elongatis 8-9 ≃ 3½; basidiis clavato-subcapitatis 20-25 ≃ 7,8.

*Hab.* in silvis coniferis, locis subarenosis, jam pluries observata, Valle di Sole et Valle di Non, autumno. — *Lepiolæ helveolæ* Bres. et *Lep. castaneæ* Quél. affinis, sed bene distincta.

40. **Lepiota castanea** Quél. Quelq. esp. crit. (1880) p. 2, t. 8, f. 1. 109
— Pileo campanulato, umbonato, squamuloso-tomentoso 1-2 cm. lato, brunneo; annulo tenui stipiteque sericeo, albis, flocculis fulvis punctatis; lamellis remotis, ventricosis, lacteis; sporis cylindraceo-ellipsoideis 8-9 μ. longis; carne albo-flavida, balsamica.

*Hab.* in Jura Galliæ orientalis.

41. **Lepiota hapalopoda** Kalchbr. Sziber. Gomb. p. 6, t. I, f. 1. — 110
Pileo carnosulo e convexo expanso, leviter umbonato, 2-3 cm. lato ad marginem striato, ceterum levi, floccoso demumque glabro, albo; stipite fistuloso gracili æquali, basi parum incrassato, 8-10 cm. longo 3-4 mm. crasso, tactu mollissimo, velutino, fulvo-ferrugineo; annulo medio adnato, floccoso-membranaceo; lamellis collario a stipite remotis, latis, subconfertis, albis; sporis minutis 4 μ. diam. levibus albis.

*Hab.* in silvis ad terram in Sibiria. — Margine pilei striato et carne stipitis flavida cum *L. metulispora* Berk. convenit.

42. **Lepiota cristata** Alb. et Schwein. p. 145. Fr. Syst. Myc. I, p. 22, 111
Hymen. Eur. p. 32, Grev. Scot. t. 176, Krombh. t. 25, f. 26-30, Hussey I, t. 48, Berkl. Outl. t. 3, f. 7, Price f. 105, Cooke Ill. t. 29, Seyn. Montp. p. 114, *A. subantiquatus* Batsch f. 205. — Pileo leviter carnoso, e campanulato plano, obtuso, primo contiguo, dein in squamas glabras, subgranulosas secedente; stipite fistuloso, tenui, sericeo-fibrilloso, æquali, annulo medio integro, secedente; lamellis liberis, demum remotis.

*Hab.* in campis graminosis, hortis et ollis hortorum Europæ, Tasmaniæ et Amer. bor. — Præcedentibus minor, odore et sapore

gravis. Pileus colore varians, 2,5 cm. latus: stipes 2,5-5 cm. altus, 2-4 mm. crassus: sporæ albæ ellipsoideæ 7-8 ≃ 4, 5.

43. **Lepiota augustana** Britz. Derm. et Mel. App. p. 185, f. 133. — 112
Ab affini *L. cristatâ* differt sporis ovatis vel cuneiformibus i. e. uno apice obtusis, altero subacutis, 6-8 ≃ 3-4.

*Hab.* in nemorosis Bavariæ.

44. **Lepiota miamensis** Morg. Myc. Miam. II, pag. 63, tab. III. — 113
Alba; pileo plerumque carnoso, convexo, dein explanato squamoso; stipite cavo, glabro, subæquali; annulo fragili; lamellis approximatis; sporis 6 ≃ 3.

*Hab.* in silvis inter folia emortua, Ohio Americæ borealis. — A *Lepiota erminea* Fr. sat distincta. Pileus 2,5-3,5 cm. latus, stipes 5 cm. altus.

45. **Lepiota pardalota** B. et Br. Linn. Fr. XXVII, pag. 510. Journ. 114
Linn. Soc. XI, pag. 510. — Pileo carnoso, depresso, squamis fuscis notato, centro pyramidatis, margine punctiformibus; stipite subvalido subæquali solido fibrilloso, basin versus fusco-punctato; annulo evanido; lamellis ventricosis approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 6 cm. latus, fusco-brunneus, exceptis interdum squamarum interstitiis; stipes 5 cm. longus, 1,3 crassus interdum cæspitosus; lamellæ 6 mm. latæ, albæ, ventricosæ. Species rubustior et carnosior *L. cristatâ* atque proxima Tricholomatibus, exceptis lamellis quæ postice sinuatæ haud sunt. «*L. pardalota* Mont. diversa videtur et hic sub nomine *L. pardalinæ* exhibetur».

46. **Lepiota lignicola** Karst. Symb. VII, pag. 1. — Pileo carnoso e 115
convexo expanso albido-vel lutescente ferrugineo, squamis concentricis, densis, erectis, innatis, ferrugineis squarroso, ad marginem fimbriatum versus fibroso, circiter 7 cm. lato; stipite æquali, basi subbulboso, curvato, infra annulum obsoletum, floccosum, inferum tomento denso, facile detersili, ferrugineo, squamoso-subsquarroso superne adpresse tomentello, concolore, circiter 6 cm. longo et 1-5 cm. crasso, basi crassiore; lamellis leviter adnexis vel liberis confertissimis albis, acie crenulatis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 4-5 ≃ 3-4.

*Hab.* in ramis arborum frondosarum putridissimis semel m. septem. prope Mustiala. — Primo obtutu pro *Pholiota squarrosa* facile sumeretur.

47. **Lepiota erminea** Fr. Syst. Myc. I, p. 22, Hym. Eur. p. 33, Sv. 116
Bot. t. 596, f. 1, Cooke Illustr. Hym. t. 40. — Alba, pileo subcar-

noso, e campanulato expanso, levi, glabro, dein marginem versus sericeo-fibrilloso; stipite fistuloso, æquali, glabrescente, annulo remoto, lacero, secedente; lamellis approximatis.

*Hab.* in campis graminosis Europæ haud raro. — Fragilis. Sporæ ovoideæ 10-12 μ. longæ (13 ≃ 4 sec. Cobelli). Krombh. t. 25, f. 34, 35 potius refert *L. medullatam.*

***) *Annulosæ:* annulo supero, fixo, subpersistente, velo universali pileo adnato. Stipes primitus exsertus. Collarium nullum vel carni pilei similare (Grex *L. cepæstipitis*, huc relatus, peculiaris olim sectionis typus).

48. **Lepiota Vittadini** (Mor.) Fr. Epicr. p. 16, Hym. Eur. p. 33, Huss. I. t. 85, *Amanita Vittadini* Morett. Bot. Ital. t. 1, Vittad. Aman. t. 1, Krombh. t. 27 [speciose]. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, squamis verrucosis, densis, muricatis obtecto; stipite solido, valido, cylindrico, zonis pluribus concentricis, squamoso-squarrosis; annulo supero, amplo; lamellis liberis, ventricosis, crassis, virescentibus. 117

*Hab.* in nemoribus Europæ mediæ et australis. — Fungus speciosissimus, amplus, robustus, albidus, venenatus, medius inter *Amanitas* et *Lepiotas*. Pileus 11-12 cm. latus; stipes 10-32 cm. altus, 6 cm. crassus; sporæ ellipsoideæ chlorinæ 10 μ. longæ.

49. **Lepiota implana** Berk. Dec. n. 363. — Pileo amplo, carnoso, convexo, floccoso, tuberculis gossypinis exasperato; stipite valido elevato; annulo amplo fugaci; lamellis latis ventricosis, liberis. 118

*Hab.* in collinis petrosis adustis, Moflong, Khasia (Hook.). — Odor gratus; pileus 13 cm. latus arescendo subcampanulatus; stipes 10 cm. longus, 4 crassus, obesus non vere bulbosus æqualis; annulo amplissimo. Affinis *L. Vittadini* et *L. montosæ*, a quarum ultima differt lamellis liberis non attenuatis atque stipite rudiori.

50. **Lepiota rhizobola** Berk. Dec. n. 21. Lond. Journ. 1845, p. 42. — Pileo convexo, carnoso, nitido, albo, centro præsertim squamis verruciformibus pyramidatis ornato; velo marginali; stipite glabro brevi bulboso radicem profundam exserente; lamellis latiusculis liberis. 119

*Hab.* ad terram, Swan River Australiæ (Drummond). — Hac specie copiose vescuntur animalia minora marsupialia. Pileus 3-15 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus deorsum fortiter incrassatus in radicem pyramidalem. Affinis *L. Vittadini.*

51. **Lepiota montosa** Berk. Dec. n. 401. — Pileo convexo obtuso, verrucis magnis pyramidatis crassis exasperato; stipite curto subæ- 120

quali, grosse verrucóso; lamellis postice attenuatis liberis vel subadnexis.

*Hab.* ad terram Sikkim Indiæ. — Pileus 6,5 cm. latus; verrucæ demum suberosæ: stipes 5 cm. longus, leviter radicans, at non tuberosus; annulus amplus, deflexus. Arescendo colorem fulvum sumit. *L. Vittadini* affinis, at magnitudine non comparanda.

52. **Lepiota furnacea** Letell. in Ann. Sc. Nat. 1835, p. 91. Icon. t. 653. 121
Fr. Hym. Eur. p. 33. — Pileo carnoso, plano, obtuso, cute nigra radiatim rupta albicante, margine stricto; stipite solido, albo, squamis variegato concentricis, atris, adpressis sub annulo angusto, supero; lamellis liberis, albis.

*Hab.* ad terram Galliæ. — *A. Meleagri* videtur affinis, sed non rubescit. Stipes 8 cm. longus, basi subattenuatus, pileus 5 cm. latus.

53. **Lepiota nympharum** Kalchbr. Fung. Hung. t. 2, f. 1. Fr. Hym. 122
Eur. pag. 33. — Pileo carnoso, e convexo expanso, umbonato, in squamas concentricas lacerato; stipite cavo, æquali, glabro, supra annulum distantem floccoso-farinoso; lamellis postice attenuatis, liberis, albis.

*Hab.* locis fertilibus, campestribus, graminosis prope Olazzinum Hungariæ. — Tota alba vel disco fuscescens. Stipes 5-8 cm. longus, 8-10 mm. crassus, basi subbulbosus, in acetabulo pilei profunde immersus; pileus 5-8 cm. latus.

54. **Lepiota colubrina** Krombh. t. 1, f. 10, 11, Fr. Hym. Eur. pag. 34. 124
— Pileo carnoso, convexo, obtuso, squamis tomentosis, imbricatis obtecto; stipite solido, longissimo, æquali; annulo distante, adnato, reflexo; lamellis liberis, simplicibus, albis.

*Hab.* in Bohemia. — Ex icone l. c. species distincta, sed ab inventore non descripta. Stipes 18-20 cm. long., 12-17 mm. crassus; pileus albo-fuscescens, ratione stipitis parvus, 8-9 cm. latus. Collarium nullum.

55. **Lepiota holosericea** Fr. Monogr. p. 26, Saund. et Smith t. 23, f. 1, 125
Cooke Hym. t. 41, Fr. Epicr. pag. 16, Hymen. Eur. p. 34. — Albida; pileo carnoso, convexo, obtuso, molli, sicco, sericeo-fibrilloso, levigato; stipite solido, bulboso, fibrilloso; annulo medio, persistente, reflexo; lamellis liberis, ventricosis.

*Hab.* in nemoribus humosis Scaniæ, in hortorum areis Angliæ. — Major, inodora, tota mollis. Stipes 5-10 cm. longus, 12-13 mm. crassus; sporæ 7 ≈ 5.

56. **Lepiota Schulzeri** Kalchb. t. 2, f. 2. Fr. Hym. Eur. pag. 34. — 126
Alba, pileo carnoso, e convexo expanso, umbonato, levi, glabro;

stipite cavo, a basi subbulbosa attenuato, nudo; annulo medio, distante, parvo; lamellis liberis, remotis, postice attenuatis.

*Hab.* in vineis, versuris agrorum alibique in Hungaria et Slavonia. — Priori admodum affinis. Stipes 5-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus; pileus 5-8 unc. latus. Sapor nauseosus. Sporæ ovatæ.

57. **Lepiota naucina** Fr. Epic. p. 16, Hym. Eur. pag. 34, Berk. Outl. p. 94, Vent. t. 48, f. 6, Kickx p. 133, Cooke Ill. t. 15. *A. sphærosporus* Krombh. t. 24, f. 20-23, *A. excoriatus* a Lasch Linn. III, n. 8. — Albida; pileo carnoso, molli, cute tenui, glabra, granulato-fatiscente, centro umbonato, levi; stipite subcavo a basi incrassata attenuato, fibrilloso; annulo supero, tenui, secedente; lamellis liberis, approximatis. 127

*Hab.* in clivis et campis graminosis Europæ. — Vulgo cum *L. excoriata* confunditur, sed annulo reliquisque notis abunde distincta: a priore sporis globosis (quæ vero sec. Cobelli 8 = 5) differre dicitur. Pileus 4-5 cm. latus. Hujus varietas videtur *A. leucothites* Vittad. Fung. mang. t. 40 lamellis rubentibus.

58. **Lepiota Americana** Peck 25 Rep. pag. 71. — Pileo convexo, distincte umbonato, squamoso, margine obscure striato; stipite gracili, levi, annulato, farcto vel cavo, sursum sensim elato e basi subventricoso-bulbosa; annulo tenui, subpersistenti, fixo; lamellis liberis; sporis late ovatis vel subglobosis, circ. 8,5 $\mu$. longis, plerumque nucleatis. 128

*Hab.* in herbosis pr. Buffalo Amer. bor., augusto (G. W. Clinton). — A *Lepiota rachode* distincta et potius *L. cepæstipili* affinis, 7,5-12,5 cm. alta, pileus 4-8 cm. latus.

59. **Lepiota rorulenta** Panizzi in Comm. Critt. Ital. p. 172, Fr. Hym. Eur. p. 34). — Cæspitosa, pruinata, pileo submembranaceo, cupulari-campanulato, umbonato, sulcato, molliter granulato-squamuloso, albido; stipite tenui, elongato, basi incrassato, nitido; annulo secedente; lamellis liberis, confertissimis, demum in roseum vergentibus. 129

*Hab.* in cortice vaporario Italiæ, in silvis fagineis in Bavaria. — Media ex auctore inter *L. naucinam* et *cepæstipitem*, cui videtur nimis affinis. Sporæ 14 = 4-5 (Britz.).

60. **Lepiota cepæstipes** Sowerb. t. 2, Fr. Hym. Eur. p. 35. — Pileo submembranaceo, ex ovato explanato, farinoso et flocculis plumosis secedentibus squamoso, disco carnosulo, late umbonato, margine plicato; stipite cavo, bulboso, floccoso; annulo secedente; lamellis demum remotis, albis. 130

*Hab.* in caldariis hortorum Europæ, frequens in India (Gardner) et in Brasilia. — Tota indole et structura ab europæis recedit, proximis exceptis, sed in tropicis terris plures adsunt affines, quibuscum peculiarem sistit tribum, Hiatulis affinem. *A. citrinus* Passer. in Nov. Giorn. Bot. vix dubie ad var. luteam pertinet. Pileus 3-8 cm. latus; stipes 8-15 cm. altus; sporæ 8 ≈ 5. — Var. A. **cretacea.** Bull. t. 374, Vittad. Fung. mang. p. 347, Grev. Scot. t. 333. Fl. Dan. t. 1798 (forma pumila), Weinm. Ross. p. 11. Kickx p. 134. — Var. B. **lutea** (Bolt. t. 50?) Wither. IV, pag. 233. *A. flos-sulphuris* Schnitz. apud Sturm. 31, t. 1, Oudem. Batav. p. 19. *A. flammula* Kickx p. 137. Cfr. Cooke Ill. t. 5.

61. **Lepiota straminella** Baglietto in Comm. Critt. Ital. II, p. 263, Fr. Hym. Eur. p. 35. — Pileo membranaceo, centro tantum carnosulo, e campanulato convexo, obtuso, sulcato, subtiliter floccoso-farinoso, floccis glutinosis, secedentibus stipiteque fistuloso, floccoso, bulboso stramineis; annulo erecto, sublacero; lamellis postice annulato-connexis, confertis, ventricosis, concoloribus. 131

*Hab.* in terra horti Genuensis Italiæ bor. — Affinitas cum *A. cepæstipite* manifesta, sed notis datis videtur distincta.

62. **Lepiota licmophora** B. et Br. Linn. Soc. Journ. XI, p. 500. — Pileo plano, depresso, membranaceo, citrino plicato-sulcato, margine crenato; stipite gracili sursum attenuato, fistuloso, citrino; lamellis arcuatis, distantibus, candidis, remotis. 132

*Hab.* ad terram Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 9 cm. longus, 2 mm. ad medium crassus, basi truncatus; annulus medius; sporæ Limonii formam exhibentes 13 μ. long. Forte occurrit in calidariis hortorum in supra dicta regione, sicut *L. cepæstipes.*

63. **Lepiota continua** Berk. Dec. n. 141. — Pileo membranaceo e campanulato convexo-plano, obtuso, umbonato, candido; epidermide ta glabra; margine crenato-sulcato; stipite deorsum incrassato pulverulento; lamellis remotis postice subreticulatis. 133

*Hab.* ad terram in umbrosis, Peradenya Ceylon Indiæ (Gardner). — Pileus 10 cm. latus, stipes 13 cm. longus, 8 mm. crassus; sporæ 12 μ. longæ. — Ab affinibus dignoscitur cuticula perfecte glabra continua atque lamellis postice reticulatis.

64. **Lepiota Deliciolum** Berk. Dec. n. 244. — Pileo ovato, obtuso, niveo, glabro; stipite gracili niveo roselloque fistuloso basi subincrassato; annulo superiore; lamellis angustis distantibus liberis. 134

*Hab.* in lignis variis emortuis, Darjeling Indiæ alt. 2438 mm.

— Pileus 2,5 cm. altus, 1,9 latus; stipes 5 cm. longus, 2-3 mm. crassus, potius sericeus; annulus subpersistens; lamellæ postice rotundatæ. Facile distinguitur a *L. clypeolaria* pileo glabro atque lamellis distantibus. Species pulchella, delicata.

65. **Lepiota hemisoodes** Berk. et C. N. Pac. expl. n. 3. — Alba; 135
pileo campanulato, epidermide continua esquamulosa; stipite basi subbulboso gracili; lamellis angustis venustis, postice distinctis.

*Hab.* in ligno putri in ins. Boniu. — Affinis *L. continuæ*, sed minor et lamellis non anastomoticis.

66. **Lepiota Zeylanica** Berk. Dec. n. 142. — Pileo subcarnoso campa- 136
nulato umbonato, epidermide ad medium diffracta, margine striato; stipite æquali, farcto, glabro, radicante; annulo angusto patulo; lamellis latis ventricosis remotis.

*Hab.* ad terram in umbrosis Peradenya Indiæ (Gardner). — Pileus circiter 8 cm. latus; stipes 8 cm. vel ultra longus, 6 mm. crassus, pileo infossus; sporæ subglobosæ 7-12 μ. long. — A *L. continua* cuticulâ diffractâ margine non crenato etc. dignoscitur.

67. **Lepiota Steinhausii** Penzig F. Agrum. *Lepiota Citri* Steinh. in 137
litt., non Inzenga. — Pileo membranaceo, ex conico explanato, d. 6-10 cm., albo, glabro, levi, sericeo; disco carnuloso, margine tenui, crenato-plicato; stipite cylindrico, gracili, 8-12 cm. long., 3-5 mm. diam., albo, æquali cum basi bulbosa; annulo medio, persistente; lamellis remotis, liberis, non anastomosantibus albis; sporis ovalibus 7-8 = $4^1/_2$-5.

*Hab.* in calidario horti Lazienki, Varsoviæ. — Peraffinis videtur *Lepiotæ continuæ* Berk. Decad. n. 141 (Ceylon), a qua differt annulo persistente, lamellis non anastomosantibus, stipite tenuiore: a *Lep. Deliciolo* Berk. Dec. n. 244 (India or.) recedit pileo minore, sulcato-crenato, lamellis latiusculis etc. Species habitu *Hiatulæ* sed annulata; exotica videtur cum plantis cultis in calidaria importata.

68. **Lepiota oncopoda** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 496. — 138
Alba; pileo e digitaliformi convexo, subcarnoso, verrucis minutis exasperato, margine crenato; stipite podagroso verrucoso farcto; lamellis ventricosis, postice attenuatis, remotis.

*Hab.* ad terram Peradenya (Thwaites). — Pileus 13 cm. latus obtusus, late umbonatus; stipes 13 cm. longus; annulus amplus, laceratus; lamellæ circiter 1,3 cm. latæ; sporæ pallidissime luteæ, oblongæ 11 μ. long.; mycelium delicatum album. — *L. continua* probabiliter hujus formam non verrucosam sistit.

****) *Granulosæ:* velo universali pilei et stipitis primitus contiguo, quo rupto formatur annulus inferus. Pileus granulosus vel verrucosus. Hymenophorum a stipite minus discretum, quam in reliquis Lepiotis.

69. **Lepiota tuberculata** Brigan. Neap. t. 37, f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 35. — Pileo subcarnoso, e globoso expanso, cute (velo) crassa, in tubercula concolora secedente, alutaceo-pallido; stipite farcto, subbulboso, fibrilloso; lamellis liberis, approximatis, albis. 139

*Hab.* in silvis et campestribus Neapoli Italiæ merid. — Statura et magnitudo *L. holosericeæ*.

70. **Lepiota venusta** Bagl. Comm. Critt. Ital. II, p. 261, Fr. Hym. Eur. p. 35. — Pileo carnoso, convexo, margine tenuissimo, submembranaceo, crenulato, striato-sulcato, cute fulvescente, in centro fatiscente; stipite solido, sursum incrassato, ad medium peronato-zonato, concolore; lamellis dente tenui adnexis, subventricosis, albis. 140

*Hab.* ad pedes Musæ paradisiacæ in horto Genuensi Italiæ bor. — Stipes supra annulum reflexum, lacero-sulcatum candidus; lamellarum trama sericeo-arachnoidea.

71. **Lepiota Pauletii** Fr. Epic. p. 17, Hym. Eur. p. 36, *Hypoph. Radula* Paul. t. 163, f. 1. — Pileo carnoso, e convexo expanso, spinuloso-exasperato, cute in annulum frustulosum continuata; stipite farcto, curto, firmo lamellisque tenuibus, confertis albis. 141

*Hab.* in silvis circa Paris Galliæ. — Sequentibus firmior, humilis, subbulbosa, mollis, virulenta, colore «de noisette».

72. **Lepiota Carcharias** Pers. Syn. p. 263, Ic. pict. t. 5, f. 1-3, Albert. et Schwein. p. 146. Brigan. Neap. t. 27, f. 4, Fr. Hymn. p. 36, *A. ramentaceus* Krombh. t. 25, f. 21-25, *A. albomarginatus* Schum. *A. granulosi* var. Fr. Epic. Hymen. Eur. p. 18. — Pileo carnoso, e convexo plano, umbonato, granuloso stipiteque e farcto cavo, subbulboso, squamuloso incarnatis; lamellis adnexis, candidis. 142

*Hab.* in pinetis Europæ frequens. — Pileus 6 cm. latus; stipes 4-7 mm. crassus; sporæ minutæ sphæroideæ vel subsphæroideæ 4 = 3. — Var. **alba**. *A. cristatus* Harz. t. 44, f. 2.

73. **Lepiota cinnabarina** Schwein. p. 147, Secr. n. 54, Fr. Monogr. I, p. 29, Hymen. Eur. p. 36, *A. granulosus* v. *cinnabarinus* Albert. et *A. granulosus* Fl. Dan. t. 1795 (fig. incorrecta quoad lamellas), squamis stipitis detersis. — Pileo carnoso, mox explanato, obtuso, granuloso-furfuraceo, persistenter cinnabarino; stipite farcto, subbulboso, infra annulum inferum rubro-squamoso; lamellis liberis, lanceolatis, albis. 143

*Hab.* in pinetis montosis Europæ haud raro. — Affinibus vegetior, pileo 5-10 cm. lato; caro pallida; sapor mitis.

74. **Lepiota Terreji** Berk. et Br. n. 1183, Fr. Hym. Eur. pag. 36. — 144
A priori (ex icone) differt statura curta, constricta, pileo magis convexo, aurantio-rubro, stipite subæquali; lamellis latis, ventricosis.

*Hab.* in solo arenoso Angliæ. — Pileus 2-5 cm. latus; sporæ 5 ≃ 4. — Inquirendum, num a priore constanter differat; Saund. et Sm. Ill. 35, f. 1-5.

75. **Lepiota granulosa** Batsch t. 6, f. 24, Harz. t. 44, f. 1, Cooke 145
Ill. t. 18, Gillet C. Franc. cum icone, Schum. pag. 260, *A. granul. ferrugineus* Pers., Alb. et Schw., Fr. Syst. Myc. I, pag, 24. Hymen. Eur. p. 36. — Pileo carnoso, e convexo explanato, obtuse umbonato, furfuraceo-granulato, ferrugineo vel brunneo-rufo, siccitate cano-pallescente; stipite farcto-cavo, subæquali, minute squamuloso; lamellis leviter adnexis, albis.

*Hab.* ad terram locis vulgo apricis Europæ, Amer. borealis et Australiæ (Müller et Schomburgk). — Colore pilei expallentis variat; stipitem rarius violaceum vidit Fr. Pileus passim rugoso-plicatus 1,3-2,5 cm. latus, stipes 3-8 cm. altus, 2-8 mm. crassus; sporæ 4 ≃ 3. Caro alborubella, ex Schum. dilute umbrina. — Var. **rufescens** B. et Br. n. 1884; pileo albo dein rufescens. In Anglia.

76. **Lepiota polygloma** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 509. — 146
Pileo subhemisphærico verrucis erectis pallidis obsito; stipite recto, rufo, furfuraceo, albo-farcto; lamellis latis postice truncatis rufulis.

*Hab.* ad terram Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 2,5-3 cm. longus, 2 mm. crassus, subæqualis, rubescens; lamellæ circiter 4 mm. latæ, truncatæ atque postice sinuatæ arescendo fusco-rufæ; sporæ 5 μ. longæ. Affinis *L. granulosæ*. 147

77. **Lepiota cristatella** Peck 35 Rep. of St. Mus. N. Y. p. 163. — Pileo convexo, subumbonato, pulvere farinoso, margine præsertim, minute adsperso, albo, disco pallide roseo; lamellis confertis, postice rotundatis, liberis, albis; stipite tenui, albido, cavo; sporis subellipsoideis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram in muscosis, Copake, Columbia County Amer. bor. — Statura circiter 2,5 cm. adæquans; pileus 4-8 mm. latus. Habitus et color huius minimæ speciei nonnihil referunt *L. cristatam*. E pilei margine sæpe minuta veli fragmenta dependent. Annulus obsoletus.

78. **Lepiota pusillomyces** Peck Report n. 28, p. 48. t. I. f. 1-3. — 148
Pileo tenui subcampanulato vel convexo, subumbonato, granulis minutis farinaceis albidis vel brunneis consperso; lamellis latis confertis, liberis, albis; stipite fragili, æquali, exannulato, rugoso, granulis farinaceis adsperso, pilei colore; sporis ellipsoideis 5 ≃ 4.

*Hab.* ad terram ad radices Pteridis aquilinæ, Lake Pleasant Amer. bor. — Pileus 4-8 mm. latus; stipes vix 2 cm. attingens, 1 mm. crassus. *L. granulosæ* subaffinis, sed minor et exannulata.

79. **Lepiota asprata** Berk. Dec. n. 143. — Pileo hemisphærico de- 150
mum depresso, pallido, verrucis e floccis fasciculatis exasperato; stipite subæquali floccoso-squamuloso; lamellis albis adnexis.

*Hab.* ad terram in umbrosis Hautane Range, Ceylon Indiæ (Gardner), Swamps in Carolina meridionali Amer. bor. (Curt.) et in Australia (Beckler). — Pileus 3-4 cm. latus pallide luteus; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus; annulus indistinctus; sporæ 8-10 μ. longæ. Valde exquisita species, *L. granulosæ* affinis.

80. **Lepiota amianthina** Scop. Carn. II, p. 434, Fr. Monogr. pag. 29, 151
Hym. Eur. p. 37, *A. flavofloccosus* Batsch f. 97, *A. croceus* Bolt. t. 51, f. 2, Sowerb. t. 19, *A. ochraceus* Bull. t. 362, 530, *A. muricatus* Fl. Dan. t. 1015, *A. fimbriatus* Schum. p. 261, *A. granulosi* var. Alb. et Schw. Grev. Scot. t. 104, Hussey I, t. 45, Harz. t. 4, f. 2, Krombh. t. 1, f. 12, Hoffm. t. 13, f. 1 (anal.) — Pileo subcarnoso, e convexo plano, subumbonato, furfuraceo-granuloso, ochraceo, carne lutea; stipite æquali, gracili, squamuloso; lamellis adnatis, confertis, ex albo flaventibus.

*Hab.* in silvis et campis apricis Europæ totius et Americæ bor. — Præcedentibus minor, tenuior, lamellis adnatis et carne lutea præcipue stipitis distincta. Sporæ ellipsoideæ 5-6 ≃ 4 (Peck). — Var. **Broadwoodiæ** B. et Br. n. 1730; pileo hemisphærico, flavo, tomentello, inflexo; lamellis subinde decurrentibus. In Anglia.

81. **Lepiota granosa** Morg. Myc. Miami II, pag. 63, t. III. — Pileo 152
carnoso, convexo, umbonato, furfuraceo-granuloso, ochraceo, disco rugoso-plicato, margine plus minus undulato vel irregulari; stipite plerumque bulboso, sursum attenuato, curvulo, farcto, sub annulo furfuraceo-squamoso et ochraceo, superne pallido vel brunneo; annulo reflexo, persistenti; lamellis adnatis, albidis; sporis subellipticis, 5 ≃ 3.

*Hab.* in lignis vetustis putrescentibusque Ohio Amer. bor. — *Lepiotæ amianthinæ* Scop. proxima. Gregaria vel cæspitosa; pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-10 cm. altus, circ. 13 cm. crassus.

82. **Lepiota polysticta** Berk. Engl. Fl. V, p. 9, Saund. et Sm. t. 23, f. 2, Fr. Hym. Eur. pag. 37. Cooke Ill. t. 30. — Pileo carnoso, e convexo, plano, contiguo v. in squamas rupto, testaceo; stipite floccoso-farcto, deorsum attenuato, infra annulum fugacem squamoso; lamellis rotundatis, e candido lutescentibus. 153

*Hab.* locis graminosis ad margines viarum Angliæ. — Pileo levigato vel squamose rupto a præcedentibus differt. Pileus 4 cm. latus; stipes circiter 2,5 cm. altus, 1 cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 4-5 ≃ $2^1/_2$-3. Ut species distinxit denique Fries formas *L. granulosæ* olim subsumptas, nam præter colores constantes insuper aliis notis gravioribus distinguuntur. Sejungendi necessitatem urgent multæ species diversissimæ in his quæsitæ. Cfr. Harz., Krombh. etc. Ulterius inquirendum, num distinguendus *Ag. lanuginosus* Fl. Dan. t. 1248, f. 1, transitum ad *L. parvannulatam* indicans.

*****) *Mesomorphæ:* minores, graciles, stipite fistuloso, pileo sicco, cuticula integra, nec granulosa vel lacerata ut in Clypeolariis.

83. **Lepiota parvannulata** Lasch in Linn. III, n. 12, Fr. Monogr. I, p. 29, Hym. Eur. p. 37, Icon. t. 16, f. 3 forma minima. — Alba, pileo carnosulo, ex ovato campanulato explanatoque, levi, sericeo; stipite fistuloso, gracili, infra annulum fibrilloso; lamellis liberis, confertis. 154

*Hab.* in silvis major, in campis minor. — Parva, vix uncialis, insipida. In forma minore pileus subfloccosus, 6-13 mm. modo latus. Stipes 1-2 cm. longus, 1 mm.: sporæ 3-4 ≃ 2 (Britz.).

84. **Lepiota noscitata** Britz. Derm. et Mel. App. p. 185, f. 131. — Pileo conico-expanso, 4 cm. lato, centro rubro-brunneo, ceterum albido, albo-brunneo, levi, vix striato; stipite fibroso, cavo, 7 cm. alto, 3 mm. cr., pallide rufo-brunneo; lamellis albis, remotiusculis; sporis globoso-oblongis, 4-5 ≃ 2-3. 155

*Hab.* prope Augsburg Bavariæ. — Hinc *L. hispidæ*, illinc *L. parvannulatæ* cognata.

85. **Lepiota magnannulata** Kalchbr. in Grevillea. — Pusilla, alba; pileo carnosulo e campanulato expanso, umbonato, levi, sericeo; stipite gracili, subfiliformi, flexuoso, sub annulo, pro ratione amplo, membranaceo, erecto, fibrillis albis obsito; lamellis subliberis, ventricosis, confertis. 156

*Hab.* in Somerset-East (Mac Ow.). — Pileus 4-6 mm. latus: stipes 4 cm. altus, siccitate rufescens. A *L. parvannulata*, modo stipite tenuiore, longiore, et annulo amplo differt.

86. **Lepiota carneifolia** Gill. Champ. Franc. p. 65 cum tabula. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, brunneo v. brunneo-purpureo, cute denique granulato-fissa, 3-4 cm. diam.; lamellis carneis, densis, a stipite remotis; stipite albo, farcto, basi subincrassato, fibrilloso, 3 cm. longo, 5-6 mm. cr.; annulo amplo albo, denique sublibero.

*Hab.* ad vias umbrosas in Gallia bor.

87. **Lepiota sistrata** Fr. Syst. Myc. I, p. 24, Icon. t. 15, f. 3, Hym. 158
Eur. p. 37, Berk. et Br. n. 1185. Cooke Ill. t. 85. — Pileo carnoso, tenui, campanulato, obtuso, atomis nitentibus pruinoso, pallido; stipite subfistuloso, æquali veloque infero fibrillosis; lamellis subliberis, adscendentibus, candidis.

*Hab.* in graminosis, hortis Sueciæ, Angliæ, Bavariæ. — Gracilis, velo fibrilloso circa marginem pilei appendiculata. Pileus albidus, sed in flavidum vel carneum transiens, 4-6 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus. — ***L. Morieri** Gill. Champ. France, cum icone. A typo differt lamellis a stipite (collariato) magis remotis. In Gallia bor.

88. **Lepiota nictophila** Ellis Bull. Torr. 1874, p. 45. — Pileo car- 159
noso, cylindraceo-hemisphærico, dein convexo vel concavo, late umbonato, margine sulcato-striato, dein striis centrum subattingentibus, præcipue in disco squamis tenuibus, nigris, adsperso; stipite gracili, 2,5 cm. circ. alto, farcto, farinaceo-squamoso, supra medium annulari signo ornato et linea atra basi notato; lamellis subconfertis, postice rotundatis, liberis, margine serrulatis, albidis; sporis brevibus, oblongis, circ. 5 $\mu$. longis.

*Hab.* ad terram in cellis vinariis, Newfield Americæ borealis, julio. Subcæspitosa, mycelio abundante, albo prædita; pileus 2,5 cm. latus.

89. **Lepiota seminuda** Lasch Linn. n. 17, Quél. Jur. p. 210, Fr. Hym. 160
Eur. p. 38, *A. histion* Secr. n. 42, *A. ocellati* var. Montagne, dein *A. actinorhizus* in Ann. Sc. Nat. VI, t. 12, f. 1. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, umbonato, floccoso-farinoso, demum nudo, margine a velo lacero appendiculato; stipite fistuloso, tenui, farinaceo; lamellis attingentibus, tenuibus, albis.

*Hab.* in silvis nemorosis Europæ. — Admodum tenuis, delicata, pileo albido vel carneo. Pileus 1-2 cm. latus; stipes 3-6 cm. altus, 1-1$^3/_4$ mm. crassus. — ***L. lilacina** Quél. Ench. p. 8: elatior, candida; velo amœne violaceo v. lilacino. In Gallia.

90. **Lepiota Bucknalli** B. et Br. Cooke Illus. t. 19, f. b. *Agaricus* 161
*seminudus* v. *lilacinus* Quél. Clav. pag. 6. — Graveolens; pileo

campanulato dein convexo, albo æque ac stipitis parte superiore pulvere lilacino consperso; lamellis albis marginem pilei vix attingentibus.

*Hab.* ad terram Clifton Britanniæ (BUCKNALL). — Pileus 2,5 cm. d.; stipes 7-8 cm. altus; odor subbituminosus; sporæ 7-8 ≃ 2,5-3.

91. **Lepiota fulvastra** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Parva; 162
pileo plano-convexo candido, e velo fulvo squamoso-maculato; margine striato-sulcato plicatoque; stipite gracili glabro sursum annulato; annulo fulvo; lamellis distantibus crassiusculis candidissimis, attingentibus.

*Hab.* in solo sabuloso Carolinæ inf. Amer. bor. (CURTIS). — Gregaria: pileus 6-13 mm. latus, interdum contra lamellas rimosus sicut in Coprinis; stipes 2,5 cm. altus, vix 1 mm. crassus intus fibroso-spongiosus; lamellæ annulo distincto adnexæ; qui tamen a pileo non ita discretus. Affinis *L. seminudæ*.

92. **Lepiota floralis** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pusilla; 163
pileo plano, squamis floccosis brunneis vestito; margine striato; stipite gracili deorsum attenuato pileo concolore; annulo medio persistente; lamellis candidis, tenuibus, distantibus, ventricosis, liberis.

*Hab.* ad terram in hortis Carolinæ infer. Amer. bor. (RAVENEL). — Pileus 13-19 mm. latus; stipes 6-25 mm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ albæ; sporæ 10 μ. long. Stricte affinis *L. fulvastræ* sed non eumdem habet colorem nitentem atque non sunt lamellæ crassæ. Affinis etiam *L. cultorum*, sed ob pileum planum aspectu abunde diversa neque sporæ tam longæ observantur, licet quoad dimensiones multo variabiles sint.

93. **Lepiota ceramogenes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI. n. 508. — 164
Pusilla, straminea; pileo e campanulato convexo, umbonato, glabro vel parce granuloso, margine appendiculato; stipite brevi, annulo fugaci; lamellis ventricosis, candidis, approximatis.

*Hab.* in terra ollarum floralium Ceylon (THWAITES). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 10 cm. altus, 8 mm. crassus, sursum annuli fragmentis obductus: lamellæ 13 mm. latæ; sporæ oblongæ 6 μ. long. Lamellæ arescendo in rubrum vergunt. — Dignoscitur a *L. floreali* B. et C. sporis penitus diversis.

94. **Lepiota mesomorpha** Bull. t. 506, f. 1, Fr. El. I, pag. 2, Hym. 165
Eur. p. 38, Weinm. Ross. p. 12, Kickx pag. 134. Seyn. Montp. pag. 115. — Pileo carnosulo, campanulato, sicco stipiteque fistu-

98755

loso, curto, tenui levibus et glabris; annulo erecto, persistente; lamellis liberis, ventricosis, candidis.

*Hab.* passim per Europam et in Australia. — Gracilis, pileo flavescente. Pileus 2 cm. latus: stipes 5 cm. altus, 2 mm. crassus.

95. **Lepiota denudata** Rabenh. Exs. n. 1001, Fr. Hym. Eur. p. 38. — Pallide sulphurea; pileo submembranaceo, campanulato-expanso, primo furfuraceo-floccoso, dein nudo, levi; stipite floccoso-farcto, subæquali; annulo tenerrimo, fugacissimo; lamellis liberis, approximatis, ventricosis. 166

*Hab.* ad cortices vaporariorum in Bohemia. — Ob stipitem nudum hujus loci videtur. Pileus $1^1/_2$-3 cm. latus, sporæ 5-7 = 4-5.

96. **Lepiota serena** Fr. Hym. Eur. p. 38. *A. confusus* Trog. Helv. pag. 11, *A. mesomorphus albus* Passer. Fung. Parm. — Candida; pileo carnosulo, e campanulato plano, nudo, levi, glabro; stipite e farcto fistuloso, bulbilloso, elongato; annulo medio integro; lamellis liberis, leviter ventricosis. 167

*Hab.* locis graminosis Europæ australis. — Gracilis, 8 cm. usque alta; stipes 2-$2^1/_2$ mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 2-guttatæ, 10 $\mu$. long. (Quélet). Teste Fries in Grevillea *L. Brebissoni* God. in Gill. Champ. de France, cum icone, est forma margine striatulo præsentis speciei.

******) Epidermide sicca, sed quoad velum iterum inquirendæ species.

97. **Lepiota phlyctænodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 501. — Pileo convexo, obtuso, carnoso, verrucoso, margine squamoso; stipite æquali fibrilloso-farcto; annulo amplo descendente; lamellis ventricosis, approximatis. 168

*Hab.* ad terram in substantiis vegetabilibus putrescentibus, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5-5 cm. latus, plano-convexus, late umbonatus, verrucis rubro-brunneis erectis exasperatus, margine fibrilloso squamosus; caro rosea; stipes 5 cm. longus, 4 mm. crassus, intus et extus rubescens; lamellæ 2 mm. latæ, postice rotundatæ; sporæ oblique ovatæ 8 $\mu$. long.

98. **Lepiota pselliophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 500. — Pileo plano depresso, carnoso, fusco, diffracto-maculato, margine arcuato, stipite crassiusculo, armillato, solido; annulo descendente amplo striato; lamellis ventricosis, pallidis, postice rotundatis, approximatis. 169

*Hab.* ad terram Peradenya, Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; caro compacta alba; stipes 4 cm. longus, 8 mm. crassus

squamis zonatus; annulus amplus, albus; lamellæ 6 mm. latæ; mycelium album.

99. **Lepiota lepidophora** B. et Br. Linn. Soc. Journ. XI, p. 498. — 170
Pileo e campanulato papillato-umbonato plano, subcarnoso, obtuso, squamulis minutis obsito; stipite sursum attenuato farcto; annulo mobili; lamellis ventricosis, approximatis, citrinis.

*Hab.* ad terram Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus, albus, squamis minutis rubescentibus, arescendo striatus; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, roseus; annulus integer, crateriformis; lamellæ 2 mm. latæ, postice rotundatæ; sporæ 8 $\mu$. long. Exsiccata lutescit.

100. **Lepiota multicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 502. — 171
Pileo subcampanulato obtuso, candido, squamis fibrillosis rufis hic illic picto!; stipite clavato albo, deorsum rufulo albo-farcto, annulo amplo descendente; lamellis utrinque attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus, 4 longus, circiter 4 mm. crassus, inferne leviter rufus; lamellæ 3 mm. latæ rubescentes; sporæ 5 $\mu$. long. — Affinis *L. metabolæ*.

101. **Lepiota thrombophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 500. 172
— Pileo conico albo, squamis grumosis brunneis obsito, margine fisso; stipite subæquali furfuraceo; annulo amplo descendente; lamellis angustis utrinque attenuatis, candidis.

*Hab.* ad terram Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 2 mm. crassus glaber, rubescens: lamellæ 1,6 mm. latæ, approximatæ; sporæ 13 $\mu$. long. — Affinis *L. albo-russeæ*.

102. **Lepiota pseudo-granulosa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 501. 173
— Pileo subcampanulato estriato, verrucis erectis et pulvere obsito; stipite clavæformi e farcto cavo; annulo amplo descendente; lamellis candidis, angustis, utrinque attenuatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus albus verrucis farinosis ornatus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, albus, pulverulentus; sporæ 5 $\mu$. longæ.

103. **Lepiota holospilota** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 497. — 174
Pileo plano, subcarnoso, striato, pallide carneo, fibrilloso, squamulis atro-purpureis notato; stipite clavato, flexuoso, ubique punctato; annulo atro-purpureo, angusto, submobili; lamellis pallide stramineis, ventricosis, postice attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. la-

tus; stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ; sporæ ovatæ 8 μ. long. Totus fungus exsiccatione in brunneum vergit. — Affinis *L. biornatæ*.

104. **Lepiota biornata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 502. — 175
Pileo convexo, carnoso, sericeo, squamulis punctiformibus rubris insperso, estriato; stipite maculato e farcto cavo, radicante; annulo descendente; lamellis ventricosis, albis, approximatis.

*Hab.* ad terram in Anglia et Peradenya (Thwaites). — Cæspitosa: pileus 5 cm. latus, campanulatus; caro alba vel leviter flava; stipes 10 cm. longus, 8 mm. crassus obliquus, basi attenuatus, rubro-maculatus, intus rubescens; annulus margine maculatus sicut pileus; lamellæ 4 mm. latæ; sporæ 10 ≃ 8. — Sicuti *L. rubricata* totus fungus arescendo nigrescit.

105. **Lepiota carphophylla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 498. 176
— Pileo convexo, obtuso, subcarnoso, subfulvo; centro pulveraceo; margine fibrilloso; stipite recto concolori e farcto cavo; annulo descendente, mobili, candido; lamellis stramineis, ventricosis, postice attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ 3-4 mm. latæ; sporæ late oblongæ 6 μ. long. — Distinguenda a ceteris formis *L. erythrogrammæ* ob annuli differenti natura.

106. **Lepiota cuculliformis** Fr. Fungi Nat. pag. 4. — Pileo carnoso- 177
lo oblongo-cucullato, nudo, contiguo, glabro 2,5 cm. alt., dein expanso 5-6 cm. lat.; stipite fistuloso, gracili, levi, sursum attenuato, bulbo globoso-depresso, marginato, insititio; annulo membranaceo, mobili, integro; lamellis approximatis.

*Hab.* ad terram promont. Bonæ Spei (Zeyher). — Pusilla species.

107. **Lepiota inebriata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 497. — 178
Pileo campanulato fortiter umbonato, subcarnoso, in squamulas parvas superficiales sericeas rupto; margine striato; stipite sursum attenuato glabro; annulo mobili; lamellis ventricosis, subremotis, postice attenuatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 5 cm. vel ultra latus, pallide luteus; stipes 8 cm. longus albidus plerumque radicatus; lamellæ albæ 4 mm. latæ; sporæ oblongæ 8-9 μ. long. Dissecta vel exsiccata vinosa fit non tamen ita intense ut in pluribus aliis speciebus.

108. **Lepiota erythrogramma** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 498. 179
— Pileo plano umbonato vinoso, lituris fibrosis concoloribus no-

tato; stipite e basi claviformi sursum attenuato, candido, glabro, albo-farcto; annulo submobili; lamellis ventricosis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. ad medium crassus; lamellæ 4 mm. latæ, albæ; sporæ 6 μ. long. multo latiores quam in *L. albo-russea.*

109. **Lepiota albo-russea** B. et Br. Ann. Linn. Soc. XI, p. 503. — 180
Pileo campanulato, late umbonato, rubro-fusco, in lituras fibrillosas rupto; carne alba; stipite e basi clavata attenuato, albo-farcto; annulo erecto; lamellis ventricosis crenatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3.8 cm. latus; stipes 6,5–8 cm. altus; sporæ clavatæ 4 μ. long.

110. **Lepiota hapalochroa** B. et Br. Ann. Linn. Soc. XI, p. 503. — 181
Pileo e convexo depresso tenui; centro fusco-notato; margine sulcato; stipite subæquali, glabro, radicante, candido; annulo medio erecto; lamellis arcuatis postice rotundatis, remotis, candidis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2,5–3 latus; stipes 3 cm. longus, 3–4 mm. crassus; lamellæ 3 mm. latæ; sporæ oblongæ 3 μ. long. — Admodum delicata species.

111. **Lepiota Montagnei** Kalchbr. in Grevillea. Conf. Ann. d. sc. Nat. 182
VII, 1847, n. 1 (sine nomine). — Pileo ovato-expanso, papillato, parce rufo-squamuloso, albo; stipite pro ratione curto et tenui, sursum attenuato, basi bulboso; lamellis liberis, albis; annulo integro, mobili.

*Hab.* in Somerset-East Africæ austr. — Pileus 1–3 cm. latus; stipes $1\frac{1}{2}$–2 cm. longus, $1\frac{1}{2}$–3 mm. crassus. Papilla in vertice pilei rufo-fusca. Cel. Montagne in Enum. Fungorum Africæ merid. a M. Drege quondam lectorum, l. c. mentionem facit de *Lepiota, Ag. clypeolario, Ag. excoriato* et *Ag. mastophoro,* Berk., affini sed ad nullum horum referenda. Idem prorsus de nostra specie valet. Kalchbr.

112. **Lepiota Weddellii** Mont. Cent. VII. pag. 20. — Pileo carnoso, e 183
convexo explanato, centro umbonato, margine undulato striatulo, obscure pulchre violaceo, radiatim albo-liturato; carne alba; stipite solido, bulboso, levi, recto vel incurvo; annulo amplo erecto, integro lamellisque tridymis convexis, a stipite remotis, albidis.

*Hab.* ad terram in silvis umbrosis secus flumen Tocantins dictum in Brasilia, prov. Goyaz, mense julio (Weddell).

113. **Lepiota Missionis** Berk. Not. Fung. Zanz. Ann. Nat. Hist. 1885, 184
p. 384. — Pileo campanulato, fortiter papillato-umbonato, demum

expanso, sericeo, squamuloso, cito glabrescente; margine striato; stipite æquali, basi incrassato subglabro; annulo amplo remoto; lamellis ventricosis, postice rotundatis, liberis; sporis hyalinis majusculis.

*Hab.* in Zanzibar. — Ab indigenis editur, nomine « Uoga ». — Pileus 5-9 cm. lat., albo-flavicans, siccando sæpe nigrescens; stipes 7 cm. long., 6 mm. cr.

114. **Lepiota Beckleri** Berk. Linn. Journ. XIII, pag. 156. — Pileo 185
subgloboso v. campanulato umbonato, spongioso, tomentoso, versus apicem squamis parvis exasperato; stipite exaltato, minutissime verrucoso, glabrescente, æquali, radice tuberiformi; annulo amplo deflexo; lamellis latis, ventricosis, postice attenuatis.

*Hab.* ad terram in locis adustis, Clarence River Australiæ (Beckler).

115. **Lepiota bulbipes** Mont. Cent. VII, p. 20. — Pileo carnoso, tan- 186
dem explanato, concaviusculo, radiatim striato, griseo, centro rufescente subumbonato; stipite disciformi-bulboso, fistuloso, levi, albido, supra annulum infundibuliformem cinereo-griseo; lamellis di-tridymis convexis, liberis, albis.

*Hab.* ad terram in silvis humidis Goyaz Brasiliæ inter folia putrescentia (Weddell).

116. **Lepiota pardina** Sacc. et Cub., *Agaricus* (Lepiota) *pardalotus* 187
Mont. Cent. VII, p. 21, non B. et Br. — Mediocris, solitaria; pileo carnoso, hemisphærico, e pallido albicante, squamis crassis obscuris exasperato, pellem Pardi maculatam referente (unde nomen); carne crassa alba; stipite solido crasso, basi discoideo-dilatato; annulo persistente; lamellis tridymis candidis, liberis, longiorum margine rectiusculo.

*Hab.* ad truncos in silvis brasiliensibus, provinciæ Matto-Grosso. 188

117. **Lepiota leprica** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 513. — Pileo convexo, centro verrucis pyramidatis margine depressis aspero; stipite clavæformi furfuraceo; lamellis ventricosis, postice attenuntis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 19 mm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus; sporæ 13 $\mu$. long. Affinitas cum *L. phlyctænode* manifesta.

118. **Lepiota varians** K. et Mac. Ow. in Grevillea, *Ag.* (Lepiota) *ru-* 189
*bricati* B. et Br., *var.* in Grevillea IX, pag. 17. — Pileo tenui, e conico-campanulato, plano, leviter umbonato, 1-3 cm. lato, levi, glabro, subsericeo, passim excoriato, albo cinerescente, carneo vel

fusco-purpureo; margine striato; stipite farco, gracili, 3-7 cm. longo, 1-4 mm. crasso, subæquali, basi leviter bulboso, mycelio albido, obducto, ceterum glabro pallescente aut rubescente; annulo medio, fixo, erecto, floccoso-membranaceo; lamellis remotis, subdistantibus, ventricosis, albis.

*Hab.* inter folia putrida arbustorum ad ped. montis Boschberg Africæ austr. (Mac Owan).

119. **Lepiota adorea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 499. — Nivea; pileo campanulato, subcarnoso, latissime papillato-umbonato, umbone centro depresso, striato particulis furfuraceis obsito; stipite clavato, grumoso-farcto; annulo angusto; lamellis arcuatis, utrinque attenuatis, remotis. 190

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 cm. latus atque crassus; stipes 8 cm. longus, flexuosus 3 mm. ad medium crassus; lamellæ circiter 4 mm. latæ.

120. **Lepiota œnopoda** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 499. — Pileo late campanulato, papillato-umbonato, membranaceo, sulcato, squamulis paucis superficialibus albis obsito; stipite clavato extus intusque rubro; annulo medio persistente; lamellis latissimis, ventricosis, ascendentibus, postice attenuatis, approximatis. 191

*Hab.* ad ligna emortua, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. basi latus, 4 cm. altus, albus, umbo ruber; stipes 8 cm. longus, 3 mm. ad medium crassus, glaber; lamellæ 8 mm. latæ; sporæ 8-10 $\mu$. long.

121. **Lepiota citrophylla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 509. — Pileo obtuso vel late umbonato, demum depresso, citrino, squamulis variis, rufis obsito; stipite citrino e farcto cavo squamuloso; lamellis ventricosis, postice rotundatis vel attenuatis, approximatis, citrinis. 192

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Plures formæ huius speciei occurrunt: *a*) campanulata, pileo transverse squamoso atque stipite squamuloso attenuato basique leviter radicato, aut truncato, squamis minus transversis atqua lamellis postice attenuatis: *b*) pileo plano, demum depresso, margine striato, centro leviter squamuloso vel minute maculato; stipite extus intusque rubescente; lamellis potius remotis, postice attenuatis, latis: *c*) pileo hemisphærico, minute squamuloso; stipite glabro, tereti, potius pileo immerso; lamellis postice rotundatis hic illic viridi tinctis. Varietatem sistit a ceteris magis distincta: *d*) pileo convexo, fortiter umbonato; stipite fibrilloso, basi incrassato; la-

mellis postice rotundatis; sporis oblique ovatis 8 μ. long.: *e*) pileo campanulato, late umbonato, floccoso; lamellis postice attenuatis, luteis. — Affinis *L. lepidophoræ* sed exsiccatione aspectum sumit plane diversum.

122. **Lepiota sulphurella** Kalch. et C. Natal Fungi in Grev. — Tota 193
sulphurea; pileo e convexo plano, umbonato, vix 3 cm. lato, in umbone umbrino, ceterum squamulis verrucæformibus, sparsis, umbrinis notato margineque striato, stipite tenui, fistuloso, æquali, glabro; annulo membranaceo, pendulo; lamellis approximatis, vix confertis, ventricosis; sporis late ovatis, 6 ≃ 3,5.

*Hab.* ad Port Natal Africæ merid. (Wood). — A *Lept. citrophylla* B. et Br. ob annulum membranaceum, aliena; chartam colore pulchre sulphureo tingit.

123. **Lepiota Coprinopsis** Mont. Cent. VII, pag. 20. — Tota alba; 194
pileo hemisphærico, carnoso, nitido; stipite elato, basi incrassato-bulboso compresso, levi, fistuloso, tubo intus lamellis lanceolatis appendiculato; annulo persistente; lamellis simplicibus subæqualibus confertis lanceolatis, liberis, concoloribus.

*Hab.* ad terram solitaria, in silvis provinciæ Goyaz Brasiliæ.

124. **Lepiota rubricata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 497. — 195
Pileo e campanulato plano-convexo obtuso vel umbonato, margine sulcato, parce squamuloso; stipite subæquali; lamellis distantibus postice attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, pallidus sed (more fungi totius et præsertim lamellarum) in rubrum abiens arescendo; stipes 6 mm. longus, 6 mm. crassus, fibris gossypinis farctus; lamellæ citrinæ; sporæ 10-13 μ. long.

125. **Lepiota trichroa** Mont. Cent. VII, pag. 21. — Solitaria epigæa, 196
tricolor; pileo carnoso, convexo, centro umbonato radiatim sulcis interruptis, favosis excavato; margine albescente, umbonato obscure lutescente nitido, carne crassa alba; stipite articulato, ad basim sensim incrassato-bulboso, solido, sub annulo persistente squamuloso albo; lamellis tridymis liberis pulchre lilacinis.

*Hab.* in campis udis ad terram in Brasilia, provincia Matto-Grosso (Weddell).

126. **Lepiota exstructa** Berk. Fl. New. Zeal. pag. 173. — Pileo cam- 197
panulato tessellato-verrucoso, epidermide levi dehiscente apices verrucarum investiente; stipite subæquali sursum annulato; lamellis angustis remotissimis.

*Hab.* ad terram in Nova Zelandia (Hooker). — Stipes 7-8 cm. alt., 6-7 mm. cr.

127. **Lepiota parœna** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 502. — 198
Pileo convexo, albido, piloso-squamoso; stipite clavato, fibrilloso farcto; annulo descendente fugaci; lamellis arcuatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 5-6,5 cm. latus; stipes 5 cm. altus, 4 mm. ad medium crassus; lamellæ postice attenuatæ; sporæ 5 μ. long. Totus fungus, præcipue lamellæ, exsiccatione intense vinoso-rubræ evadunt.

128. **Lepiota macrocola** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 502. — 199
Eximie cæspitosa; pileo e campanulato late umbonato, convexo, carnoso, squamulis pilosis exasperato; stipite longissimo, farcto, glabro; annulo erecto lacerato; lamellis utrinque attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5-4 cm. latus, primitus campanulatus, albus epidermide straminea; caro post sectionem rubra; stipes 15 cm. vel ultra longus; lamellæ pallidæ stramineæ; sporæ 5 μ. longæ. Exsiccatione totus fungus rubescit.

129. **Lepiota columbicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 503. 200
— Pileo convexo umbonato, sericeo-notato; stipite subbulboso sursum attenuato albo-farcto; annulo erecto angusto; lamellis arcuatis, angustis, postice attenuatis carneis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Columbicolor; pileus 2 cm. latus; caro grisea; stipes 4 cm. longus, 2 mm. ad medium crassus, intus griseus; annulus ascendens; lamellæ vix 2 mm. latæ; sporæ 6 μ. long. Exsiccatione rubescit, qua de causa probabiliter etiam sporarum color pallide vinosus pendet. Proxima gen. *Agarico* (= Psalliota) sicut plurimæ aliæ species.

130. **Lepiota rhodocephala** Berk. Ann. Mag. Nat. Hist. 1885, p. 384. 201
— Pileo rosello sericeo, minute tessulato, centro depresso lætiore; margine striato; stipite candido basi incrassato, anguste farcto; lamellis albis, antice latis, postice attenuatis subremotis; annulo remoto.

*Hab.* in cultis Zanzibar. — Solitaria sed copiosa; stipes 5 cm. long., 6-7 mm. cr.; pileus 7 cm. latus.

131. **Lepiota viridi-tincta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 503. 202
— Olida; pileo convexo umbonato, albo, squamulis rufis obsito; stipite claviformi e farcto cavo glabro albo basi rufescente; lamellis ventricosis, postice attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Odor vulpinus; pileus 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. ad medium crassus; annulus erectus, margine rufus; lamellæ albæ 2 mm. latæ; sporæ 5 μ. long. Exsiccata in ceruleo-viridem abit.

132. **Lepiota aucta** Berk. et C. N. Pac. Exp. n. 1. — Pileo hemisphærico, carnoso, albo, in squamulas granulosas fuscas rupto; margine e velo appendiculato; stipite elongato æquali; lamellis latiusculis remotis. 203

*Hab.* in collibus Hong-Kong.

133. **Lepiota rhyparophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 500. — Pusilla; pileo convexo subumbonato, sulcato-striato, albo, maculis fuscis obsito; stipite clavato, annulo descendente; lamellis angustis, postice attenuatis, approximatis. 204

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 1,7 cm. latus; stipes 1,3-2,5 cm. longus, glaber, rubescens; annulus strictus; lamellæ 1 mm. latæ; sporæ oblongæ 5 μ. long.

134. **Lepiota spodolepis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 504. — Pileo e conico depresso albo, epidermide brunnea, in squamulas fibrillosas rupta; stipite clavato, deorsum rufescente, farcto; annulo erecto; lamellis ventricosis, distantibus, approximatis. 205

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (THWAITES). — Pileus 2 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 2 mm. crassus, glaber, albus, basim versus rufescens; annulus erectus limbo brunneus; lamellæ 2 mm. latæ; sporæ 6 μ. long. Stricte affinis *L. erythrogrammæ*, at lamellæ multo distantiores.

135. **Lepiota epicharis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 504. — Pileo conico obtuso, albo, estriato, squamulis punctiformibus, rubris, fibrillosis notato; stipite flexuoso clavato, deorsum cærulescente, farcto; annulo erecto; lamellis ventricosis, stramineis, approximatis. 206

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (TWAITES). — Pileus 2,5 cm. latus, carnosus centro incrassatus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus, deorsum cœrulescens; lamellæ leviter postice attenuatæ; sporæ 6 μ. long. Totus fungus arescendo in brunneum transit atque pileus striatur. Affinis *L. carphophyllæ*.

136. **Lepiota pyrocephala** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 504. — Pileo convexo, aurantio-rubro, squamulis punctiformibus obsito; stipite gracili elongato; annulo erecto medio; lamellis angustis, postice attenuatis. 207

*Hab* ad terram, Peradenya Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5

cm. latus, centro fuscus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus; annulus albus, tenuis, fugax; lamellæ leviter ventricosæ; sporæ 9 μ. long. albæ.

137. **Lepiota flavido-rufa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 505. — 208
Gregaria, decolorans; pileo conico papillato-umbonato, epidermide diffracta; stipite gracili; annulo erecto demum lacero.

*Hab.* in herbosis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Fusca rubro-lutea; pileus 19–25 mm. latus, epidermide in areolas minutas rupta; stipes 6 cm. longus; sporæ pallidæ 6 μ. long. Totus fungus per exsiccationem fusco-umbrinus evadit.

138. **Lepiota micropholis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 505. — 209
Pileo conico, albo, squamulis minimis cinereis ornato, striato; stipite flexuoso, albo, subæquali; annulo erecto; lamellis candidis, ventricosis, confertis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus vix 1,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. altus, circiter 1 mm. crassus; lamellæ 1 mm. latæ; sporæ 5 μ. long.

139. **Lepiota earochroa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 505. — 210
Pileo convexo, roseo, pulverulento-granuloso; stipite gracili deorsum rufescente; annulo erecto; lamellis pallide carneis, postice rotundatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 13–18 mm. latus primitus subconicus; stipes 2,5 cm. longus, 1 mm. crassus, farctus, albus, inferne rufus, intus rubescens; annulus acie coloratus; lamellæ ventricosæ; sporæ oblongæ 6 μ. long. Pluribus formis *L. granulatæ* accedit, sed exsiccatione tota nigrescit.

140. **Lepiota anthomyces** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 505. — 211
Pileo convexo, candido, membranaceo, pulverulento, usque ad discum striato; stipite gracili, candido, hic illic rubro-maculato e strato pulverulento oriundo; annulo erecto; lamellis angustis, ventricosis, postice rotundatis.

*Hab.* ad terram humosam, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2 cm. latus primitus ruber; stipes 3 cm. altus, 2 mm. crassus, flexuosus; sporæ leviter oblongæ 5 μ. long. Vere distincta species.

141. **Lepiota opshæmata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 506. — 212
Pileo plano acute umbonato, usque ad umbonem striato pallide carneo; stipite æquali; annulo erecto; lamellis carneis falciformibus, postice rotundatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2 cm. la-

tus, umbo rubro-brunneus; stipes 2 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ ovatæ 5 μ. long. Arescendo color in vinoso rubrum transit.

142. **Lepiota spongodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 506. — 213
Pileo convexo, subcarnoso, sericeo-squamoso; stipite flexuoso, lanato, farcto; annulo suberecto; lamellis arcuatis, postice rotundatis, remotis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus interdum conicus, demum depressus, vinosus; caro alba, versus marginem levis; stipes 6 cm. longus, 4 mm. crassus, sursum leviter attenuatus, vinosus; lamellæ 4-5 mm. latæ, albæ roseo tinctæ; mycelium fibrosum; sporæ 6 μ. long.

143. **Lepiota lignyodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 506. — 214
Pileo hemisphærico carnoso stipiteque curto albo-farcto, fuligine rubro-fuscescente aspersis; annulo lacero appendiculato; lamellis ventricosis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; stipes 2 cm. altus, 4 mm. crassus; lamellæ postice attenuatæ: sporæ subglobosæ 5 μ. long.

144. **Lepiota euconiata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 501. — 215
Pileo convexo carnoso, albo, pulvere vinoso obsito, estriato; stipite sursum attenuato, albo, pulverulento, farcto; lamellis ventricosis, postice rotundatis, remotis.

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. vel ultra latus; stipes 10 cm. altus, 8 mm. crassus, plerumque radiatus; annulus indistinctus; lamellæ 6 mm. latæ; sporæ oblongæ 4-5 μ. long.

145. **Lepiota pyrrhaës** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 508. — 216
Pileo convexo obtuso, verruculis lateritiis obsito; stipite sublateritio farcto, deorsum plus minus granulato; lamellis latis carneis, postice rotundatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus, sæpe late umbonatus; stipes 18 mm. longus, 2 mm. crassus, æqualis, pileo plerumque pallidior, superne glaber, intus ruber (rarius penitus glaber); lamellæ 2 mm. latæ, ventricosæ; sporæ ovato-oblongæ 8 μ. long. Exstat varietas fortiter umbonata, pileo magis squamoso, lamellis strictioribus, pallidis, minus ventricosis vel postice rotundatis.

146. **Lepiota erythrosticta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 508. 217
— Pileo ex ovato hemisphærico, lilacino, cuticula in particulas con-

colores rupta; stipite lilacino e farcto cavo, deorsum furfuraceo; lamellis leviter ventricosis approximatis; sporis elongatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (THWAITES). — Pileus, 2,5 cm. latus carnosus roseus; stipes 2,5–4 cm. longus e radiatis filamentis erumpens; annulus fugax, farctus, cuius fibræ demum funiculum efformant; lamellæ 2,5 mm. latæ, albæ, postice rotundatæ; sporæ oblongæ, 8 μ. long. absque nucleo, aut 6 μ. cum nucleo.

147. **Lepiota russoceps** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 508. — 218
Pileo e campanulato plano-convexo, fulvo, pulverulento-maculato estriato; stipite subæquali pallidiore farcto; lamellis pallidis, ventricosis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2 cm. latus; stipes 4 cm. latus, 2 mm. crassus, flexuosus, intus albus; lamellæ ultra 2 mm. latæ, leviter fulvæ; sporæ oblongæ 8 μ. long. Stricte affinis *L. erythrosticte*.

148. **Lepiota plumbicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 510. — 219
Pileo plano late umbonato, plumbeo, verrucis erectis ornato; stipite flexuoso deorsum maculato albo-farcto; lamellis ventricosis postice subsinuatis, pallide carneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5 cm. latus verrucis plumbeis versus marginem in squamas transeuntibus conspersus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, plumbeus basi maculatus; annulus albus; lamellæ 2 cm. latæ, pallidæ, carneæ; sporæ oblique ovatæ, 8 μ. long.

149. **Lepiota alopochroa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 510. — 220
Pileo e subcampanulato convexo, fulvo, villoso squamuloso; stipite gracili, fibrilloso-tomentoso, concolori; lamellis latis, ventricosis, approximatis; sporis oblongis 6-7 μ. longis.

*Hab.* ad terram inter fragmenta vegetabilia, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2 cm. cr.; stipes 3,5 cm. altus, 1 mm. cr.; lamellæ 3 mm. cr.

150. **Lepiota revelata** B. et Br. Journ. Linn. Soc, XI, pag. 510. — 221
Pileo convexo umbonato, subter cuticulam brunneam laceratam striato; stipite subæquali e farcto cavo deorsum squamoso-punctato, sursum glabro; lamellis latiusculis, ventricosis, candidis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus albus, epidermide brunnea; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, obliquus, deorsum maculatus, sursum albus; lamellæ 4 mm. latæ; sporæ oblongæ 6 μ. long.

151. **Lepiota rhachoderma** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 510. 222

— Pileo depresso striato; epidermide brunnea mox lacerata; stipite solido albo; lamellis latis carneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 3 cm. latus, tenuis, sub epidermide brunnea striatus; stipes 2,5 cm. longus, subæqualis; lamellæ circiter 4 mm. latæ, ventricosæ, approximatæ; sporæ 8 μ. long. Cum *L. rhyparophora* et *L. velelata* quoad pileum comparanda, differt autem sporis.

152. **Lepiota alphitochroa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 511. 223
— Pileo e campanulato plano subumbilicato, subter epidermidem levem separabilem particulis farinosis candidis obsito; stipite æquali, farcto farinoso; lamellis ex albo sordide carneis, postice rotundatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 5 cm. latus, cuticula brunnea apice excepto, ubi parvum craterem efficit, secedente atque stratum pallido-carneum maculis albo farinaceis striisque versus marginem obductum relinquente; stipes 3-8 cm. longus, 5 mm. crassus; annulus appendiculatus; lamellæ 3 mm. latæ; sporæ 5-6 μ. long. Totus fungus arescendo rubescit.

153. **Lepiota flagellata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 511. — 224
Pileo e subcampanulato umbonato plano, squamulis liturisve rubris notato; stipite sursum dilatato, glabro, farcto; lamellis latis falciformibus, pallide stramineis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5-4 cm. latus, circa marginem veli fragmentis pulverulentis obtectus; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus, albus deorsum brunneo maculatus, intus rubescens; lamellæ 4-5 mm. latæ, approximatæ; sporæ persistenter albæ 5 μ. long. Arescendo fuscescit, non adeo tamen vinose tingitur ut species affines neque sporæ colore mutantur.

154. **Lepiota hemichlora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 511. — 225
Gregaria; pileo semiovato stramineo squamulis minutis insperso subcarnoso; carne rubro tincta; stipite gracili rufulo albo-farcto; lamellis arcuatis, postice attenuatis, rufulis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 1.9 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus; annulus versus apicem subpersistens; lamellæ 2 mm. latæ, albæ, approximatæ; sporæ ovatæ 5 μ. long. Totus fungus arescendo in atro-rubrum vergit.

155. **Lepiota metabola** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 512. — 226
Pileo plano citrino fibrillis brunneis picto; stipite basi truncato,

sursum attenuato, rubro-lineato candido; lamellis ventricosis, candidis, remotis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Totus fungus in rubrum transit, si contundatur. Pileus 4 cm. latus, plerumque squamosus; stipes 4 cm. longus basi lineolis rubris irrigatus; lamellæ 4 mm. latæ; sporæ 6 $\mu$. long.

156. **Lepiota cœnocephala** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 512. — 227
Pileo subhemisphærico, vinoso, centro obscuriore, rimoso-areolato; stipite flexuoso, pallidiore, lineato basi brunneo farcto, intus carneque luteis; lamellis postice rotundatis subcarneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5 cm. latus, carnosus luteus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus basi luteo-brunneus; lamellæ 3 mm. latæ ex albo roseo-umbrinæ, per contusionem maculatæ evadentes; sporæ 4-5 $\mu$. long. Exsiccatione fuscescit; lamellæ intensæ rubræ fiunt. Ad *Agaricos* h. e. *Psalliotas*, sicut plures aliæ species, stricte approximatur.

157. **Lepiota pungens** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 512. — 228
Pileo convexo, carnoso fusco-ferrugineo, appendiculato; stipite æquali farcto concolori; lamellis livide cæruleo-purpureis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5 cm. latus, plerumque umbonatus; stipes 2,5 cm. altus, 3 mm. crassus; sporæ pallidæ 5 $\mu$. long. Odor acriter pungens; arescendo, color obscuratur.

158. **Lepiota eriphæa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 513. — 229
Pileo convexo obtuso, carnoso, glabro; stipite elongato glabro, farcto; annulo fugaci; lamellis ventricosis, postice attenuatis, approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus, albus vel pallidus, ochraceus; stipes 5-6 cm. longus, 4 mm. crassus, albus; lamellæ albæ; sporæ 5 $\mu$. long.

159. **Lepiota aulacergates** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 513. 230
— Pallide testacea; pileo campanulato umbonato, delicato, sulcato; stipite gracili; lamellis latis ventricosis, interstitiis venosis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, æqualis; sporæ subglobosæ, albæ 8 $\mu$. long. Exstat etiam forma pumila dimidio minor.

160. **Lepiota melichroa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 513. — 231
Pileo hemisphærico umbonato, pulverulento, estriato; stipite gracili flexuoso, pulverulento; annulo obsoleto; lamellis candidis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Gre-

garia; pileus 1,3 cm. latus colore melleo; stipes 1,3 cm. altus, 0,7 mm. crassus; lamellæ per exsiccationem fuscescentes; sporæ oblongæ 5 μ. long.

161. **Lepiota hemisclera** B. et C. Journ. Linn. X, pag. 283. — Pileo 232
e convexo plano, glabro, verrucis conicis nigris rigidis exasperato, pallide fusco, margine excedente; stipite deorsum incrassato, glabro, intus floccoso, sursum albo, deorsum pileo concolore; annulo amplo reflexo; lamellis liberis niveis, angustis, remotis.

*Hab.* ad truncos in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus. Pileus arescendo colorem mustelinum sumit, atque sæpe eleganter nubilum; verrucæ ita rigidæ sunt ut arescendo substantiæ arcte adnatæ maneant. Interdum stipes obscuris verrucis præditus est præcipue loco ubi pilei margo hærebat. Species vere nobilis. Sporæ anguste oblongæ.

162. **Lepiota leontoderes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 499. — 234
Pileo convexo umbonato fulvo, verrucis paucis pallidis insperso; stipite e basi truncata sursum attenuato, maculato, apice liturato e farcto cavo; annulo descendente lacerato fugaci lamellisque latis, postice rotundatis, approximatis pallidioribus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Indiæ (Thwaites) et Cape Orange, Australiæ (Müller). — Pileus 6 cm. latus, minute tomentosus; stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus, basi transverse fulvo-squamosus truncatus; lamellæ 6 mm. latæ intense pallido fulvæ, interdum postice leviter attenuatæ; sporæ 8 μ. long. Caro ita tenera ut arescendo verrucæ substantiæ adnatæ videantur sicut in affini specie Cubensi *L. hemisclera.*

163. **Lepiota sordescens** E. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 283. — 235
Pileo tenui, centro fusco, margine gradatim candido, striato sericeo; lamellis angustis, primum albis, remotis; stipite gracili glabro albo, sicco fuscescente.

*Hab.* ad truncos in silvis ins. Cubæ (C. Wright). — Pileus 1,5 cm. vel ultra latus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus. Mycelium amplum, album.

164. **Lepiota cheimonoceps** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 283. — 236
Nivea; pileo tenui pulverulento hic illic appendiculato; stipite deorsum incrassato furfuraceo, annulo lacerato; lamellis remotis latioribus.

*Hab.* ad truncos, Cuba Americæ centr. (C. Wright) et in Australia (Müller). — Habitus *L. clypeolariæ minoris.* Pileus umbonatus 2-4 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus.

165. **Lepiota subclypeolaria** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 283. 237
— Pileo ex ovali plano tenui radiato-striato floccoso, squamoso, albo, umbone fusco; lamellis distantibus remotis, liberis; stipite subæquali, glabro, albo; annulo medio.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ ad radices arborum vel ad ligna emortua, Cuba Amer. centr. (C. Wright) et in Australia. — Pileus 4 cm. latus; stipes 4 cm. longus; sporæ minutæ, ellipsoideæ 8 $\mu$. long.

166. **Lepiota pelidna** B. et Mont. in Mont. Syll. Crypt. n. 322. — 238
Elata, tota livido-cadaverosa; pileo carnoso ex ovoideo convexo-hemisphærico, epidermide crassa furfuraceo-rugosa cum velo concreta obtecto; stipite solido elongato crasse bulboso furfuroso-squamoso, annuli vice velo concolori apicali demum rupto, laciniis e margine pilei dependentibus; lamellis polydymis, initio albis, dente stipiti annexis, demum rufis, margine pallidis; sporis albis globoso-oblongis.

*Hab.* ad truncos dejectos circa Colombum, Ohio, Americæ fœderatæ (Sullivant). Species magna et eximia, colore virescenti livido insignis. Pileus diam. 7 ad 9 cm. adæquans; stipes solidus, 11 ad 15 cm. longus, medio $1^1/_2$ ad 2 cm. crassus, basi bulbosa 3-4 cm. diametro metiente, ceterum colore et vestitu pileo simillimus. Annulus nullus, cujus vice adest velum cum epidermide pilei continuum et ejusdem indolis. Lamellæ pro ratione angustæ, 3-5 mm. latæ. Sporæ sub lente albæ, globosæ et oblongæ, 10 $\mu$. diametro majori metientes. — Veli universalis aut volvæ nullum vestigium. Color *Russulæ virescentis*. Fungus eximie distinctus, ætati juvenili forma *Amanitæ vernæ* subsimilis, a qua tamen, præter cetera, pileo nunquam applanato revera differt.

167. **Lepiota universitaria** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 2. — Pileo 239
primo campanulato-subcylindrico 5 × 4 mm, superne truncato-rotundato, glabro dein hemisphærico-expanso, 2-2,5 cm. lat., umbone levissimo, prominulo, duriusculo 4 mm. ornatus, margine integro, inflexo, densiuscule striato-costulato, glabro, squamulas minutas sæpe furfuraceo-connexas in parte intermedia gerente, toto candido, marasmiaceo-lento; stipite gracili, elongato, 6-7 cm. lat. 1-2 mm. cr. tereti levissimo candido, æquali, vix basi incrassatulo, fistuloso, fibroso-tenacello, subfarinosulo-pruinuloso; lamellis confertiusculis, submonomacris, sublinearibus, 0,5-0,8 mm. lat., antice acutatis, postice sinuato-rotundatis, a stipite remotiusculis, tenacellis, candidis lat.; carne tenui, flocculoso-lenta, alba, ab hymenophoro subdiscre-

ta, in stipitem descendente; sporis ellipticis sursum plus minusve rotundatis, deorsum abrupte acutato-angulatis, 6-10 ≃ 5-6, grosse 1-guttulatis, hyalinis.

*Hab.* ad tigillum fabrefactum loco humido diu servato in Universitate Bonaerensi Arg. (Garay). — Per exsiccationem lamellæ sordide pallescentes, pileus sordide fuscescens, stipes subplumbeus atque nitens evadunt; species perquam tenaciuscula, vere marasmioidea, habitatione singulari!

168. **Lepiota submarasmioides** Speg. l. c. — Pusilla, terrestris; pileo 240
tenacello, primo campanulato-ovato, dein explanato-umbonato 5-7 mm. diam. minutissime squamuloso-araneoso, candido non v. vix centro fuscescente margine primo integro ac striolato, dein sulcato-subplicatulo, crenulato, subrevoluto fissoque; stipite tereti basi incrassatulo atque mycelio fibrilloso, gossypino-albo radicato, sursum gradatim attenuato 10-12 ≃ 0,7-1 mm. primo pruinuloso-araneosulo, dein glabrato, candido, ad tertium superiorem annulo concolore, mobili, tenacello ornato, intus albo, celluloso-fibrilloso-farcto, non v. vix apice tantum cavo; lamellis membranaceo-tenaciusculis, trimacriis, lineari-subæqualibus 0,3-0,5 mm. lat., antice subattenuato-obtusulis, deorsum sinuato-rotundatis stipiti adpressis, acie integerrima, undulatis, primo albis, dein pallescentibus, carne alba, tenui, flocculoso-tenacella ab hymenophoro stipiteque discreta (?); basidiis cylindraceo-subclavulatis, ad tertium inferum parce coarctatis, utrinque obtusis, 18-20 ≃ 8-9, 3-4-sterigmatophoris, hyalinis; sporis ellipticis, inæquilateralibus, grosse 1-guttulatis, utrinque rotundatis, 6-8 ≃ 3-4, basi lateraliter acutato-angulatis, hyalinis.

*Hab.* inter anfractus ad terram aridam nudam in Pampa del Tuyù, nec non prope Barracas del Sur, Amer. merid. — Species pulchella, minima generis, nonnihil *Armillariis* accedens, inter *Lepiotas* tamen tenacitate atque pruinositate pilei recensenda.

169. **Lepiota australis** Mont. Cent. VI, n. 6, et Syll. Crypt. n. 321. 241
— Tota candida; pileo hemisphærico-campanulato carnoso stipiteque levi basi bulboso, elato, cavo, annulato; annulo patulo; lamellis angustis utrinque attenuatis.

*Hab.* in convallibus insulæ Taiti ad terram humidam (J. Lépine). — Stipes 20 cm. long., 15 mm. (supra) crass.

170. **Lepiota pilosiuscula** Mont. Guy. n. 264 et Syll. Crypt. n. 321. 242
— Pileo carnoso ex ovoideo campanulato roseo-violaceo stipiteque cavo rigido basi subbulboso, albo, pilis brevibus asperis appressis

villosulis; annulo reflexo persistente; lamellis pallidis confertissimis, postice attenuatis, determinate remotissimis, antice late rotundatis; sporis ovoideis, minutis, albis, 7-8 μ. longis.

*Hab.* in horto hospitii nautici Cayennæ Amer. merid. (Leprieur). 243

171. **Lepiota bubalina** Berk. F. Austr. n. 4. — Nivea; pileo ex ovato subhemisphærico expanso, late umbonato stipiteque intus arachnoideo deorsum incrassato-tomentosis; lamellis angustis.

*Hab.* in fimo vaccino, Oolingyarrak Australiæ.

172. **Lepiota multifolia** Bert. in Gill. Tabl. Champ. de France p. 12. 244 — Pileo brunneo, hemisphærico, dein expanso et depresso, levi, margine sæpe fisso, cute crassa; lamellis crassis serratis, sæpe undulatis, liberis; stipite fusoideo-ventricoso, basi acuminato-radicante, brunneo, levi, initio leniter squamuloso.

*Hab.* in pulvere coriario in Gallia.

*B*) Pilei cuticula viscosa, contigua.

173. **Lepiota demissannula** Secr. n. 48 (A. roux colleté), Fr. Hymen. 245 Eur. p. 38. — Pileo carnoso, tenui, umbonato, levi, viscoso; stipite subæquali, nigro-fibrilloso, medulla libera farcto; annulo pendulo; lamellis liberis, confertis, albis.

*Hab.* in pinetis Helvetiæ. — Sq. admodum affinis, sed stipes nigro-fibrillosus, medulla rufescens, annulus adnatus evidens.

174. **Lepiota medullata** Fr. Epic. p. 19, Hym. Eur. p. 38, Icon. t. 16, 246 fig. 2, Cooke Ill. t. 44. *A. illinitus* Secr. n. 60, excl. omn. syn. hujus potissimum loci. — Pileo carnoso, convexo, plano, umbonato, glabro, viscido, margine e velo appendiculato dentato; stipite tubulum demum fistulosum discretum recondente, infra velum inferum obsoletum squamuloso, sicco; lamellis liberis, confertis, ventricosis.

*Hab.* locis apricis, muscosis in Smolandiæ pinetis raro et in Anglia. — Dignoscitur statura media, colore candido, sublutescente, carne crassiuscula molli.

175. **Lepiota lenticularis** Lasch Linn. III, n. 18, Fries Icon. t. 13, 247 Hymen. Eur. p. 26, Berk. et Broome n. 1104, Price f. 88, Cooke t. 17, *A. guttatus* Abbild. d. Schwäm. Heft. III, Pers. Syn. pag. 265, non Schaeff. *A. Lerchei* Weinm. Ross. p. 11. — Pileo e globoso convexo-plano, molli, nudo, alutaceo-carneo, margine levi; stipite farcto, bulboso, squamuloso; annulo supero amplo; lamellis liberis, pallescentibus.

*Hab.* in pinetis subhumidis Europæ passim. — Grandis, priori affinis, sed mollior. Jove pluvio in apice stipitis observantur gut-

tulæ atro-virides, quæ exsiccatæ maculas sordidas relinquunt. Pileus variat gilvus et pallescens, 8-12 cm. latus. Stipes 10-15 cm. altus, lamellæ interdum in olivaceum vergunt. Cl. Lasch et Fries inter *Amanitas* recensent hanc speciem, nuperiores vero inter *Lepiotas*. — ***L. vapida** Fr. l. c. *A. excoriatus* Secr. n. 24. — Pileo convexo-plano, molli, nudo, in ambitu lacerato, carne albo-rubente; stipite farcto, cavo, rubro-squamuloso; annulo dentibus olivaceis marginato; lamellis albis. Locis humidis Germaniæ et Sueciæ. Priori omnino subjungenda.

176. **Lepiota irrorata** Quél. Quelq. esp. (1882) p. 2, t. XI, f. 2. — 248
Pileo convexo, 3-5 cm. lato, carnoso, guttulis glutinosis, hyalinis, fugacibus irrorato, levi, ex albo flaveolo, dein frumentaceo, medio obscuriori maculatoque; stipite fistuloso, basi attenuato sursum albido floccis tenuibus, granulatis, brunneolis, annulum angustissimum efformantibus instructo; lamellis liberis, ventricosis, ex albido flavidis; sporis ovoideis, 5 μ. longis, apiculatis.

*Hab.* ad terram in silvis, Jura; æstate. — Affinis *Lepiotæ medullatæ*. Caro solida, alba, subvirosa.

177. **Lepiota glioderma** Fr. Monogr. I. p. 31, Ic. t. 15, f. 1, Hym. 249
Eur. pag. 39, Berk. et Br. n. 785, Cooke Ill. t. 118, *Gyrophila* (Armillaria) *glioderma* Quél. Enchir. pag. 9. — Pileo carnoso e campanulato convexo, levi, viscoso, rufo-vaccino; stipite araneoso-farcto, sicco, usque ad annulum lacerum dense floccoso-squamoso; lamellis liberis, confertis, albis.

*Hab.* in pinetis udis Europæ borealis. — Pileus 4 cm. latus; stipes circiter 8 cm. longus, 4-6 mm. crassus.

178. **Lepiota myxodictyon** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 507. 250
— Pileo hemisphærico umbrino, muco concolori reticulato, carnoso; stipite æquali, solido, albo, deorsum fibrilloso; cortina spongiosa; lamellis falciformibus, approximatis, albidis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus, sub epidermide ruber; stipes 5 cm. longus, 11 mm. crassus; lamellæ 6 mm. latæ, more carnis leviter rubræ. Affinis *L. glioderma* Fr.

179. **Lepiota delicata** Fr. Syst. Myc. I, p. 20, Icon. t. 15, f. 2. Hym. 251
Eur. p. 39, Berk. et Br. n. 186, Cooke Ill. t. 118, *A. mesomorphus* Alb. et Schw. p. 146. — Pileo carnosulo e convexo plano, levi, viscoso; stipite fistuloso annuloque membranaceo dense floccoso-squamosis; lamellis liberis, confertis, albis.

*Hab.* in silvis locisque incultis Europæ. — Tenuis, delicata. Pileus 2½ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2½ mm. crassus.

180. **Lepiota illinita** Fr. Syst. Myc. I, p. 23, Icon. t. 16, f. 1, Hym. Eur. p. 39, Sommerf. Lapp. p. 250, Hoffm. Ic. anal. t. 13. Quél. pag. 320. Linn. Suec. n. 1198 optime, sed sine nomine. — Pileo subcarnoso, molli, ex cvato-campanulato expanso, subumbonato stipiteque e medullato fistuloso, tenui, æquali glabris, glutinosis, velo viscoso obsoleto; lamellis liberis, confertis, demum remotis. 252

*Hab.* in Europæ borealis et Amer. borealis campis silvaticis minime rara. — Species nobilissima, stipite glutinoso ab omnibus distincta. Stricta, candida, pileo margine striato, sed exstat var. argillacea vel ochracea, pileo levi, margine fimbriato. Pileus 6-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ 4-6 μ. diam.

181. **Lepiota oblita** Peck 26 Rep. of St. Mus. New York pag. 50. — Pileo carnoso vel expanso, subumbonato, glabro vel e veli fragmentis obscure squamoso, viscido, alutaceo in brunneum vergente, umbone plerumque obscuro; lamellis confertissimis, liberis, albis vel lutæis, quarum plurimis furcatis; stipite æquali vel sursum leviter conico, apice glabro, floccoso, cavo vel medulla gossypina farcto; annulo obsoleto. 253

*Hab.* ad terram in silvis frondosis, Lowville, Levis county, Amer. bor. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 6 mm. crassus; sporæ 4 = 3.

182. **Lepiota pinguis** Fr. Epicr. p. 19, Hym. Eur. pag. 39. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi annuloque medio cinguliformi viscosis; stipite solido, æquali, levi, curto; lamellis liberis, confertis, ventricosis, albis. 254

*Hab.* ad ligna putrida pinea prope Lund Scaniæ. — Humilis, sed firma, stipite 8-10 cm. crasso, non viscoso; pileo 2,5-3,6 cm. lato, albo, interdum cinerescente. Caro firma. A præcedentibus longe distat.

183. **Lepiota inoculata** Fr. Epicr. p. 19, Hym. Eur. p. 39. Batt. t. 27, f. J. K. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, repando, levi, viscoso; stipite cavo, rigido, a velo infero abrupte vaginato; lamellis confertis, latis, albidis. 255

*Hab.* in Italia ad stipulas. — Pileus 2,5 cm. latus, melleus; stipes paullo longior, supra velum duplo tenuior. Affinitatis incertæ, a veris Lepiotis forsan longe distans.

184. **Lepiota Georginæ** Smith in Seem. Journ. Bot. IX (1871), p. 1, 256

t. 112. Cooke Ill. t. 132. — Pileo albo, carnosulo, fragili e campanulato expanso, minute, dense viscido-pruinato, carneque alba tactu statim purpurascente; margine demum striato; stipite sursum leviter attenuato extus minute viscido-pruinato, tactu purpurascente; annulo evanescente; lamellis liberis admodum tenuibus, moderate distantibus, parum ventricosis, albis, acie tactu in coccineum vergentibus; sporis albis.

*Hab.* in muscosis umbrosis ad filices in Anglia. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 3-5 cm. longus; sporæ 8 ≈ 5.

185. **Lepiota albuminosa** Berk. Dec. n. 144, tab. XX, f. 3. — Pileo e 257
campanulato obtuso, noduloso, velo glutinoso obducto, margine estriato appendiculato; stipite sursum attenuato e velo diffracto transversim squamoso, radicante; lamellis albis.

*Hab.* ad terram Peradenya, Ceylon (Gardner). — Pileus 3,8 cm. ad medium diam.; stipes 7,6 cm. altus, 0,4 crassus. Pæne *L. illinitæ* Fr. affinis. Transversæ squamæ, quibus stipes est obsitus, similes sunt ac in *Cortinario collinito*.

186. **Lepiota australiana** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 131. — Ampla; pileo 258
leviter carnoso, campanulato expanso obtuso, glabro, viscoso; stipite procero desquamato deorsum clavato; annulo supero fixo, lacero; lamellis e stipite remotissimis, tenuibus, confertis, fuscescentibus.

*Hab.* in arenosis silvæ ad montem Elizamountain in Australia. — Statura *L. proceræ* at pileo viscoso juxta *L. illinitam* collocanda.

**SCHULZERIA** Bres. Schulzeria nov. gen. p. 7 (Etym. a claro Cap. St. Schulzer von Müggenburg Mycologo sollertissimo). — Hymenophorum a stipite discretum. Stipes volvà et annulo carens. Lamellæ postice rotundatæ, liberæ, remotæ. Sporæ obovatæ, hyalinæ. — Est *Lepiota* exannulata, vel *Pluteus* aut *Pilosace* sporis albis.

1. **Schulzeria rimulosa** Schulz. et Bres. in Bres. Schulzeria nov. gen. 359
p. 7, cum icone. — Pileo carnoso, hemisphærico explanato, subirregulari, levi, glabro, sicco, luride albido, epidermide secernibili, demum areolato-diffracto, 8-10 cm. lato; lamellis subdistantibus 9-15 mm. latis ex albo stramineis, utrinque rotundatis, interdum postice subsinuatis, liberis, remotis; stipite æquali, generatim subexcentrico, a pileo discreto glabro, pileo concolore medulloso-farcto, 5 cm. longo, 1 cm. crasso; carne alba, sapore odore prorsus Agarici campestris; sporis obovatis hyalinis 5-6 ≈ 3.

*Hab.* in hortis Vinkvoce Slavoniæ, solitaria.

2. **Schulzeria squamigera** Schulz. et Bres. in Bres. Schulzeria nov. 260
gen. p. 9, cum icone. — Pileo carnosulo, convexo-expanso sicco, in prima evolutione umbrino, dein albido, superficie in squamulas fibrosas densas fusco-umbrinas abeunte, 2 cm. circiter lato; lamellis confertis subventricosis, albis, 3 mm. latis, liberis subremotis; stipite æquali e farcto subcavo, a pileo discreto, albido, squamulis mox evanidis, umbrinis laxe obsito, 3 cm. circiter longo, 5 mm. crasso; carne alba, compacta, odore et sapore haud speciali; sporis hyalinis, obovatis 5-8 ≃ 4.

*Hab.* in hortis Vinkovce Slavoniæ, solitaria.

**ARMILLARIA** Fr. Syst. Myc. I, p. 26 (Etym. ab *armilla* quâ stipes exornatur). — Hymenophorum cum stipite contigum; velo universali nullo, partiali annuliformi, interdum modo indicato squamulis stipitis annulato-terminatis, — Colligit species ob annulum a sequentibus divulsas. Ob velum universale mox evanescens hoc loco facile quæras *Amanitas* quasdam (sectionis ****). Doct. Quélet in Enchir. fung. hoc genus delevit ejusque sectiones *Tricholomatoidearum, Clitocybearum* et *Collybiearum* ad nova sua gen. *Gyrophilam, Omphaliam* et *Collybiam* dispersit.

*) *Tricholomata subannulata:* lamellis sinuato-adnexis, stipite carnoso similari.

1. **Armillaria bulbigera** Albert. et Schwein. Consp. p. 150 (*Agar.*), Fr. 261
Syst. Myc. I, p. 27, Icon. t. 26, f. 2, Hym. Eur. p. 40, Klotzsch Fl. Bor. t. 373, Weinm. Ross. p. 13, Cooke Ill. t. 20, Gill. Champ. Fr. cum icone, *Ag. malleipes* Lasch in Linn. IV, p. 519, *A. cupreus* Secr. Helv. n. 67. — Pileo carnoso, e convexo expanso, obtuso, levi, margine stipiteque farcto, æquali, marginato-bulboso pallide fibrillosis; annulo obliquo, fugaci; lamellis emarginatis, pallidis.

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Bulbo distinctissima. Pileus 7 cm. circiter latus, gilvus, rufescens, pallidus, primo fibrillis tectus, dein nudus, mollis; stipes 6 cm. longus, 7-9 mm. crassus; sporæ ovoideo-ellipsoideæ vel ellipsoideæ, 7-10 ≃ 4-5; lamellæ demum pileo concolores, distantes.

2. **Armillaria phœnicea** Fr. Epicr. p. 20, Hym. Eur. p. 40, *A. putidus* Weinm. Ross. p. 12, non aliorum. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, glabro, viscido; stipite farcto, immarginato- 262

bulboso, attenuato, rubro-fibrilloso; annulo fugaci; lamellis liberis, confertis, candidis.

*Hab.* in silvis humidis prope Petropolin Rossiæ. — Annulus tenuis. sæpe cortinæformis. Pileus ruber vel lateritius.

3. **Armillaria focalis** Fr. Epicr. p. 20, Hym. Eur. p. 40, Cooke Ill. 263
t. 245. — Pileo carnoso, molli, e convexo plano, obtuso, cute sericeo-fibrillosa, levigato; annulo proprio, medio, obliquo; stipite solido, æquali, lacero-fibrilloso; lamellis subliberis, confertis, angustis, ex albo pallescentibus.

*Hab.* in silvis Sueciæ, Britanniæ et Sibiriæ asiaticæ. 2,5-3 cm. cr. raro. — Spectabilis, 8 cm. altus, stipite undique albo-fulvente, pileo nitidulo, 10-13 cm. lato, testaceo-fulvo. Caro fulvella, pallida, disci compacta. Singulare hujus monstrum, *Goliath* dictum, stipite 20 cm. longo decumbente, in Monogr. p. 37 describitur et icon in Mus. Holm. servatur. Cum *A. focali* conferantur Batt. t. 8, *F.* stipite breviore et *A. pannonicus* Scop. Ann. Hist. Nat. IV, p. 146 incomplete descriptus.

4. **Armillaria megalopoda** Bres. F. Trid. pag. 43, t. XLVII. — Pileo 264
carnoso, e convexo expanso, depressoque, levi, glabro, subviscido, castaneo-brunneo, cute facile secernibili, stipite cum hymenophoro contiguo, basi attenuato-radicato curvatoque, supra annulum albo, infra pulchre fusco-squamoso, dein, squamis secedentibus, fibrilloso, pallido, farcto; annulo medio, replexo, subtus fusco, evanido; lamellis confertis, approximato-liberis, ex albido stramineis, sæpe flexuoso-undulatis, acie integra; sporis globosis vel ovato-globosis, 1-guttulatis, minute granulosis, 5-6 $\mu$. diam., hyalinis, basidiis clavatis, 25-30 ≃ 6-2 suffultis.

*Hab.* ad ligna abietina fabrefacta in ædibus vetustis dirutis, pr. Tridentum (D. J. Lazzari). — *Armillariæ focali* affinis; ab *Armillaria caligata* Viv. valde diversa. — Pileus 3-9 cm. latus, stipes 6-12 cm. altus, 1-3 cm. crassus.

5. **Armillaria robusta** Alb. et Schwein. Consp. p. 147 (*Agar.*) Fr. 265
Syst. Myc. I, p. 26, Hym. Europ. p. 41, Oudem. Bat. p. 19, Kickx p. 155, Secret. p. 53, Cooke Ill. t. 33 et 86, Barla Ch. Nic. t. 10 f. 1-3 (*A. guttatus*). — Pileo carnoso, compacto, convexo-plano, inæquali, glabro, margine stipiteque solido, curto, deorsum attenuato, radicato-fibrillosis, supra annulum inferum albo; lamellis emarginato-attingentibus, albidis.

*Hab.* in silvis Europæ et Australiæ haud frequens. — Curta, robusta, grata, pileo badio-rubro, fulvo, spadiceo; magnitudine et

statura varia, nisi duplex species. Pileus 8-14 cm. latus; stipes basi 1-1,5 cm. crassus, apice 2,5, raro 8 cm. longus; sporæ 6 ≃ 3-4 (Britz.). — *A. subannulatus* Batsch f. 17 varietati minori accedit, sed a typo diversissimus et indeterminandus manet sec Fr.; sed teste Cooke F. Austral. eamdem speciem sistit. — Genuina **major** annulo amplo, pileo sæpe diffracto-squamoso, lamellis latissimis. *Ag. cyclopeus* Lasch Linn. IV. n. 499. Ab hac recedit **minor** annulo lamellisque perangustis, pileo levi. Krombh. t. 25, f. 15-20.

6. **Armillaria caligata** Viviani Fung. Ital. t. 35, Seyn. Montp. p. 118, 266
Fr. Hym. Eur. p. 41, Gill. Champ. cum icone. *A. neomarites* Del. *A. causelita* Barl. Champ. Nice. t. 9 et 10, f. 4-7. — Pileo compacto, e convexo plano, mustelino, squamis adpressis sericeis concoloribus maculato; stipite solido, infra annulum membranaceum persistentem squamis subtilibus fuscis zonato; lamellis emarginatis albis.

*Hab.* sub pinis in Europa australi. — Stipes 5-8 cm. longus, vulgo curvatus, basim versus attenuatus, supra annulum papillatus. Sporæ globosæ 3-4 μ. diam. Graveolens, odore Raphani. Affinis *A. robustæ*.

7. **Armillaria luteo-virens** Alb. et Schwein. pag. 168, Fr. Monogr. I, 267
pag. 38. Hym. Eur. p. 41, Oudem. Bat. pag. 19. *A. stramineus* Krombh. t. 25, f. 8-14. — Pileo carnoso, compacto, obtuso, rimoso-squamuloso; margine primo involuto tomentoso; stipite solido, curto, deorsum attenuato, innato-squamuloso; annulo incompleto; lamellis subliberis, confertis, albo-pallescentibus vel stramineis.

*Hab.* in pinetis Sueciæ, Germaniæ, Bataviæ, præcedentibus affinibus rarior. — Ob affinitatem cum præcedentibus non potest non inter *Armillarias* poni, licet annulus incompletus, squamis stipitis et fibrillis marginis modo indicatus. Color, excepto stipite albo, stramineus, senior subvirens. Pileus disco pulvere leviter tectus, 6-7 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus.

8. **Armillaria aurantia** Schaeff. t. 37 (*Agar.*), Fries Icon. t. 26, Hym. 268
Eur. p. 41. Secr. n. 712. Gill. Champ. Franc. cum icone. *A. roridus* Scop. Carn. p. 433. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, innato-squamuloso, viscido, subaurantio; stipite solido, æquali, usque ad zonam annularem squamis verrucosis, confertis, subconcentricis aurantio-fulvis dense obsito; lamellis sinuato-adnexis, confertis, candidis.

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Præcedentibus tenuior, haud compacta. Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 8 mm. crassus. Lamellæ demum rufescentes. Odor fortis, sapor amarus, felleus. Sporæ minutæ globoso-ellipsoideæ.

9. **Armillaria dehiscens** Viv. t. 49, Fr. Hym. Eur. p. 42. — Pileo e 269
glandiformi sensim hemisphærico tandemque depresso, ochraceo-lutescente; stipite cylindrico, squamoso, viscido; annulo perangusto, persistente; lamellis adnexo-decurrentibus, latis, albis.

*Hab.* in Italia, ut videtur ad radices Ericæ.

10. **Armillaria ramentacea** Bull. Champ. t. 595, f. 3 (*Agar.*), Fr. Syst. 270
Myc. I, p. 21, Hym. Eur. p. 42, Berk. Outl. p. 96, Kickx p. 154, Cooke Ill. t. 71, Gill. Ch. Franc. cum icone. *A. ambiguus* Lasch n. 36. *A. ochrolaniatus* Secret. pag. 607. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, albido, squamis nigricantibus variegato, sicco; stipite solido, inæquali, squamoso, annulo infero, floccoso-contexto; lamellis emarginatis, confertis, ex albido decolorantibus.

*Hab.* locis graminosis per Europam et Americam fœderatam rarior. — Hic et sequens præcedentibus non affines, sed *Tr. terreo.* Color varius, sæpius albidus (squamis discoque fuscescentibus), in lutescentem abit. Odor ingratus. Pileus 6 cm. vel ultra latus; stipes 6 cm. longus, 6–9 mm. crassus; sporæ exiguæ ovoideæ.

11. **Armillaria cingulata** Fries in Linn. 1831, t. 10, Hym. Eur. p. 42, 271
Bern. Roch. t. LVI, f. 4. — Pileo carnoso, tenui, umbonato, squamoso-fibrilloso, cinereo-fusco; stipite farcto, æquali, levi; annulo medio, floccoso-contexto; lamellis adnexis, subdistantibus, albido-griseis.

*Hab.* in campis salicetisque rarior, frequens in Scania. — Priori valde affinis, at distincta. Minor mitis, cinereo-fusca.

12. **Armillaria Ambrosii** Bres. F. Trid. p. 27, t. XXXI. — Pileo car- 272
noso, tenui, e convexo-subhemisphærico expanso, sicco molli, floccoso-villoso, margine a velo lacero appendiculis dentiformibus cincto, subglabrescenti, niveo, in exoletis centro flavido, 3–4,5 cm. lato; stipite subæquali, e medullato-farcto cavo, supra annulum levi, infra floccis squamosis evanidis dense obsito; pileo concolori, basi demum flavido, 5–7 cm. longo, 5–6 mm. crasso; annulo infero, floccoso-membranaceo, lacero, deciduo; lamellis subconfertis, sinuato- vel rotundato-adnatis, interdum fere liberis, albis; sporis ellipticis, minute punctatis, 4–5 ≃ 2,5, hyalinis, basidiis clavatis 30–10 ≃ 4–6 suffultis.

*Hab.* locis muscosis, præsertim sub laricibus, Valle di Sella, Valle di Sole (Trento), autumno. — *Armillariæ hæmatili* B. et Br. affinis, ab *Armillaria ramentacea* Bull. cui similis prorsus diversa, nec affinis. Caro alba, absque odore et sapore speciali.

13. **Armillaria scruposa** Fr. Epic. pag. 22, Hym. Eur. p. 42, Paul. 273

Champ. t. 51, f. 3-4, Letell. Comment. pag. 22. — Pileo carnoso, e convexo explanato, obtuso, glabro, e rugis contortis scruposo; stipite solido, æquali, radicato; annulo firmo, angusto, albo; lamellis sinuato-adnatis, albidis.

*Hab.* in pratis Galloprovinciæ Europæ. — Minor, sed firma, odore et sapore farinæ recentis grato, admodum deliciosa. Pileus subfuscus 2,5-3 cm. lat., stipes albidus. *Ag. scriblita* Paul. t. 94, f. 1-4 idem videtur sine annulo.

14. **Armillaria albo-sericea** Brig. Neap. t. 4, f. 1-2, Fr. Monogr. II, pag. 330, Hym. Eur. p. 42. — Alba; pileo subcarnoso, planiusculo, late umbonato levi stipiteque farcto, tuberoso sericeis; annulo remoto, deflexo, fugaci; lamellis confertis, postice acutis. 274

*Hab.* solitaria ad terram, Neapoli Italiæ. — Species videtur distincta, sed haud satis nota. Pileus 3-4 cm. lat.; stipes 3-4 cm. latus.

15. **Armillaria constricta** Fr. Epicr. p. 28, Hym. Eur. p. 42, Elench. p. 4, Icon. t. 18, f. 1, Berk. Outl. p. 96, Cooke Ill. t. 46, Batt. t. 7, f. B. — Alba; pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, sicco, pruina sericea superficiali alba secedente glabro; stipite solido, subæquali; annulo apicali, angusto, deciduo; lamellis emarginatis, confertis. 275

*Hab.* in campis graminosis, præcipue ubi gramen equorum urina adustum. — Species humilis, firma, odore farinæ recentis. Pileus 5 cm. circ. latus; stipes 5 cm. longus, 8 mm. crassus; sporæ albæ subellipsoideæ.

16. **Armillaria hæmatites** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1635, Cooke Ill. t. 45. — Pileo hemisphærico, purpureo-hepatico, arescendo leviter hispido; stipite eiusdem coloris, versus terram incrassato, solido; annulo spongioso; lamellis adnato-sinuosis cito decurrentibus. 276

*Hab.* inter acus abietum in Britannia. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. basi crassus; annulus subtus squamosus.

17. **Armillaria cæruleo-viridis** Brig. jun. Neap, pag. 9, t. 3, f. 1-2, Comes F. Napol. pag. 9. — Pileo carnoso e campanulato expanso, levi, viscoso, glauco; lamellis confertis, amœne lacteis; stipite ab annulo ad basim squamulis obducto, dilute glauco; sporis ovoideis 6 ≃ 3-4, albis. 277

*Hab.* in agris Portici et Caggiano Ital. merid. — Ex cl. Comes l. c. sporæ vere albæ et tunc species a *Stroph. æruginosa*, ad quam retulit Friès, distinctissima.

18. **Armillaria verrucipes** Fr. in Quélet. Jur. p. 304, t. II, f. 1 et Vet. Akad. Förhandl. 1873, Hym. Eur. p. 43. — Candida; pileo carnoso, e convexo plano, levi glabro; stipite cavo, exannulato, sed verrucis fuscis usque ad zonam annularem exasperato; lamellis sinuato-adnatis confertis. 278

*Hab.* locis graminosis apricis prope Upsaliam Sueciæ et in Jura. — Species valde insignis, vestitu stipitis cum *A. aurantia* analoga. Stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus. Odor farinæ recentis, gratus; facile esculenta, ut plurimi fungi stricte vernales. Sporæ ovoideo-oblongæ, 10 $\mu$. longæ.

19. **Armillaria ponderosa** Peck 26 Rep. pag. 50. — Pileo crasso, compacto, convexo vel subcampanulato, glabro, albo vel lutescente; margine nudo sub velo viscidulo persistente fortiter involuto; lamellis confertis, angustis, leviter marginatis, albis in gilvum vergentibus; stipite valido, subæquali, firmo, solido a velo peronato, pilei colore, supra annulum albo vel furfuraceo; carne alba; sporis subglobosis 4 $\mu$. diam. 279

*Hab.* ad terram in silvis, Copake Columbiæ Amer. bor. — Pileus 10–13 cm. latus; stipes 10–13 cm. longus, 2,5 cm. crassus. Velum diu lamellas obtegit ac demum laceratur ejusque fragmenta stipiti atque margini pilei adhærent.

20. **Armillaria rhodomala** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 514. — Pileo convexo, subcarnoso, pallide citrino, verrucis punctiformibus frequentibus roseis obsito; stipite crasso, subæquali, farcto, roseo-lineato; annulo superiore amplo, lacerato, citrino; lamellis angustis, arcuatis, postice attenuatis, adnatis. 280

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2,5 cm. latus; caro fere alba; stipes 2,5 cm. longus, 6 mm. crassus, obtusus, intus, centro excepto, roseo tinctus; lamellæ $2^1/_2$ mm. latæ. Colore plane refert *Tricholoma rutilans.*

21. **Armillaria rhacophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 514. — Pileo convexo, demum depresso, carnoso, innato-diffracto-fibrilloso estriato; stipite deorsum incrassato solido, pallidiore, squamis angustis fibrillosis rugoso; lamellis pallide stramineis, postice rotundatis attingentibus. 281

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus; caro alba; stipes 6 cm. longus, 12 mm. crassus squamis striiformibus brunneis asper; lamellæ 5 mm. latæ. Subaffinis *Tricholomati impolito.*

22. **Armillaria dasypepla** Berk. Dec. n. 145. — Cæspitosa; pileo e con- 282

vexo-expanso demum depresso sinuatoque tomentoso squamuloso fulvo; stipite subæquali annuloque fugaci tomentoso fulvis; lamellis incarnatis purpurascentibus, postice sinuatis, dente affixis.

*Hab.* in liguis emortuis, Hautane Ceylon Indiæ (GARDNER). — Pileus 4 cm. latus densa lanugine obtectus, hic illic squamulosus; stipes 2,5 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Affinis *A. melleæ* sed bene distincta ob naturam lanuginis, annulum fugacem atque lamellas nitentes.

23. **Armillaria edodes** B. Chall. Exp. III. p. 50. — Pileo carnoso convexo, fusco; stipite solido cylindrico e basi crassa orbiculari oriundo; annulo angusto; lamellis postice rotundatis. 283

*Hab.* in Iaponia; vulgo comestibilis atque copiose venumdatur in emporiis. — Ab indigenis *Shi-taki* nuncupatur.

24. **Armillaria rhizopoda** Cooke Grev. XIV, p. 89. — Albida; pileo carnoso, e convexo expanso, obtuso, glabro, demum tessulato-sulcato; stipite farcto, subfistuloso, ventricoso, deorsum attenuato, radicato, demum strigoso; annulo amplo, infero, patente; lamellis leviter adnatis, subdistantibus, albidis. 284

*Hab.* in terra argillacea ad radices graminum etc. Afghanistan Indiæ. (I. E. T. AITCHESON). — Pileo 3-4 cm. latus; stipes 5-7 cm. long., 6 mm. cr.

** *Clitocybæ annulatæ*: lamellis postice attenuatis, plus minus sine sinu decurrentibus, stipite solido.

25. **Armillaria imperialis** Fries in Lund Holm. p. 5. Monogr. I. p. 42. Icon. t. 17. Hym. Eur. p. 43, Quèl. p. 37. Gill. Champ. Fr. c. icone. — Pileo compacto, e convexo explanato, obtuso, glabro, fusco-brunneo, squamis adpressis, obscurioribus, marginem levem versus fibrillosis variegato; stipite solido, usque ad annulum e velo infero subsquamoso; annulo duplicato; lamellis longe decurrentibus, albis. 285

*Hab.* in pinetis siccis inter folia acerosa Sueciæ, inque montibus Juranis et Carpathicis. — Species ampla, nobilissima, cum *Trich. colosso* et *Arm. robusta* comparanda. Stipes 11-14 cm. longus, 4 cm. crassus; pileus 11-16 cm. latus, 6-8 cm. crassus, valde durus. Annuli maxime peculiares, exterior inferus a velo infero, interior proprius, superus. Sporæ 12-14 = 5-6, subfusoideæ. Odor nullus.

26. **Armillaria Laschi** Fr. Epicr. p. 22, Monogr. I. p. 43. Icon. f. 19, Hym. Eur. p. 43. — Pileo carnoso, e convexo demum subinfundibuliformi, levi, glabro; stipite valido, curto, solido, fibrilloso- 286

striato, basi incrassato, annulo infero contexto; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, albis.

*Hab.* in pinetis Sueciæ, Germaniæ (Lasch), Helvetiæ (Trog). — Major, vere carnosa, at minus compacta; stipes 6 cm. et ultra. pileus 8-10 cm. latus, palliescens, sordide alutaceus.

27. **Armillaria tumescens** Vivian. t. 31. Fr. Hym. Eur. p. 43. — 287
Pileo carnoso, e convexo expanso, levi, glabro, albicante; stipite solido, valido, a basi incrassata attenuato, glabro annuloque fugace albis; lamellis adnatis, confertis, dilute ochraceis, demum pallide carneis.

*Hab.* in collibus herbosis Italiæ. — Habitus Tricholomatis, robustus sed annulus adest distinctus, licet fugacissimus. Stipes 5 cm. longus, basi 2-5 cm. fere crassus. Ex lamellarum colore facile fingeres Hyporrhodium, sed auctor ad Tricholomata ducit.

28. **Armillaria rhagadiosa** Fr. Syst. Myc. I. p. 30. Hym. Eur. p. 44. 288
Krombh. t. 25. f. 31-33. Batt. t. 10. D. — Pileo carnoso, planodepresso, udo, disco maculis obscurioribus adpressis variegato; margine levi; stipite solido, curto, æquali; annulo tenui reflexo; lamellis decurrentibus, confertis, latis, albidis.

*Hab.* ad truncos Europæ mediæ et australis. Nunc solitaria, nunc cæspitosa, albida, squamis disci et infra annulum fuscescentibus. Ab omnibus *A. melleæ* formis bene distincta. Stipes 2-5 cm. vel ultra longus, 1-5 crassus albidus, annulo angusto; pileus carnosus, rigidus 6-8 cm. latus, obtusus; lamellæ latæ, albidæ. Odorem graveolentem spirat.

29. **Armillaria mellea** Vahl Fl. Dan. t. 1013. Grev. t. 332. Krombh. 289
t. 43. f. 2-6. Vittad. Fung. mang. t. 3. Vivian. t. 51. Fr. ätl. Svamp. t. 36. Hym. Eur. p. 44. Hoffm. Ic. t. 21. f. 1 (analys.) *A. obscurus* Schaeff. t. 74. *A. annularius* Bull. t. 377, 450 f. 3. *A. stipitis* Sowerb. t. 101. *A. mutabilis* Fl. Bat. t. 824. Ubique ceterum picta. Cfr. Syst. Myc. — Pileo carnoso, tenui, explanato, squamoso-piloso; margine expanso, striato; stipite spongioso-farcto; annulo floccoso patente; lamellis adnatis, dente decurrentibus, subdistantibus, pallidis, demum subrufescenti-maculatis, farinosis.

*Hab.* per totam Europam, Americam, Indiam et Australiam, vulgatissima. — Solitaria, maxima inter folia decidua silvarum; dense cæspitosa ad bases truncorum: (*A. polymyces* Pers.); minor, laxe gregaria, pilis pilei pallidis evanidisque, velo cortinæformi: in pratis. Color vulgo melleus, pili pilei vulgo nigricantes, junior sæpe olivaceo-tomentosa. Pileus 6-18 cm. latus; stipes 6-20 cm. longus;

sporae subglobosæ 9 ≃ 6. Insigniores var.: *a*) stipite valido, maxime bulboso: Kalchbr. *b*) lamellis sulphureis: Weinm. *c*) colore fulvo: Gonn. et Rabenh. IV. t. 3. *d*) colore fuscescente; in pinetis. Qui plures optant species, conferant Battar. t. 11. B. F. Bolton t. 136, 140, 141, Secr. n. 43-46. — Teste Quel. Enchir huc spectant *Agaricus* (Clit.) *gymnopodius* Bull. et *A. socialis* DC.

30. **Armillaria laricina** Bolt. t. 19 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 44. — 290
Pileo carnoso, molli, convexo, obtuso, glabro; margine levi; stipite spongioso-solido, crasso, levi; annulo apicali floccoso; lamellis adnatis, distantibus, angustis, albis.

*Hab.* ad truncos Laricis in Europa. — Videtur insignis, at Berk. Outl. t. 4. f. 1 transitum indicat ad *A. melleam.*

31. **Armillaria Millus** Sowerb. t. 184 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 44. — 291
Pileo carnoso, explanato, umbonato, levi, subvirgato; margine tenui levi; stipite solido, æquali, fibrillis densis adpressis, squamoso-tomentoso; annulo apicali, incompleto, lacero; lamellis adnatis (« in dentem recurvum porrectis »), albido-griseis.

*Hab.* in Anglia. — *A. melleæ* sine dubio proxima at facile distincta. Pileus fuscus, innato-virgatus 2, 5 cm. latus; stipes dilutior 5-8 cm. longus.

32. **Armillaria denigrata** Fr. Monogr. II. p. 285. Icon. t. 20. Hym. 292
Eur. p. 45, Berk. et Br. in Mag. Nat. hist. n. 1187. — Pileo carnoso, e convexo plano, viscidulo, glabro, at verrucis elevatis guttato-punctato, brunneo-fusco, margine levi; stipite solido, fibroso-striato, fuscescenti-pallido; annulo apicali secedente; lamellis subdecurrentibus, confertis, albo-fuligineis.

*Hab.* in terra ad basim truncorum in Europa. — Pileus 2 cm. latus; stipes 5 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, nunc æqualis, nunc napiformis, haud cæspitosus. Admodum refert *Pholiotam erebiam*, quæ *A. Levcillianus* D. et M. — Num idem sit *A. denigratus* Pers. syn. p. 267 non liquet. Multa congruunt, alia differunt. Est nempe cæspitosa admodum tenuis, stipite $2^1/_2$-5 cm. modo crasso.

33. **Armillaria Mori** Paul. Champ. p. 300, t. 144, f. 1-7 (*Hypophyll.*) 293
Batt. t. 10. f. F. Fr. Epicris. p. 23, Hym. Eur. p. 45. — Pileo subcarnoso, e campanulato expanso, inæquali, rimoso-inciso, viscido; stipite solido, fibroso, glabro; annulo angusto, firmo; lamellis adnatis, subdistantibus, pallidis.

*Hab.* in regione mediterranea ad Moros. — Subcæspitosa, ob rigiditatem flexa et varie lacerata, e cinereo-fusco rufescens.

34. **Armillaria melleo-rubens** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 283. — 294

Cæspitosa; pileo tenui glabro, striato, subcoriaceo; stipite solido sursum deorsumque leviter incrassato pulverulento; annulo apicali; lamellis latis adnato-decurrentibus, albis roseo tinctis.

*Hab.* in Roboribus et truncis cavis, Cuba Amer. bor. (C. WRIGHT). Pileus pallido-brunneus versus marginem roseus, 2 ½ 5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 6 mm. crassus; sporæ subglobosæ. Affinis *A. mellew.*

35. **Armillaria horrens** Berk. Dec. n. 245. — Cæspitosa; pileis e con- 295
vesco planis, margine subrepando, verrucis conicis fuscis exasperato; stipite valido supra ample annulato, floccoso-squamoso, deorsum cavo; lamellis postice subrotundatis lineatim decurrentibus.

*Hab.* in cortice veterum arborum, Darjeeling Indiæ, 2300 m. (HOOK). — Inodora potius coriacea; pileus 5 cm. latus, hepaticus; caro rosea; stipes 8 cm. vel ultra longus, 12 mm. crassus, colore pilei, annulo amplo reflexo, persistenti, rubro instructus; lamellae roseo tinctæ. Affinis *A. mellew* sed differt stipite cavo, verrucis conicis aliisque notis.

36. **Armillaria Vivianii** Fr. Hym. Eur. p. 45. *A. piopparello* Vivian. 296
p. 6. t. 6. — Pileo carnoso, e sphæroideo demum late convexo, glabro, obscure badio albicante; stipite elongato, cylindrico, albo, annulo angusto persistente; lamellis adnatis, lineari-ellipticis, dilute cervinis.

*Hab.* ad radices Populorum. — Videtur cum *Ph. Egeritâ* confusa (cfr. Inzenga p. 30 et 59), sed ab auctore relata ad Armillarias et sporæ expressis verbis albidæ dictæ.

37. **Armillaria griseo-fusca** Dec. Fl. fr. VI. p. 52. Seyn. Monsp. p. 297
117. Trog Helv. p. 12. Fr. Hym. Eur. p. 45. — Subcæspitosa; pileo carnoso, convexo, levi, glabro, fusco-cinereo, discoideo; stipite farcto, æquali, glabro; annulo albo persistente; lamellis decurrentibus, albis.

*Hab.* ad truncos arborum Europæ australis. Stipes 8-13 cm. longus; pileus 5 cm. latus, fusco-cinereus, disco brunneus.

38. **Armillaria pinetorum** Gill. Champ. Franc. p. 79 cum icone. — Pileo 298
carnoso e conico explanato albo-stramineo, umbone rufescente squamulis rufidulis, minutis consperso, 4-5 cm. lato; lamellis confertis adnatis breviterque decurrentibus pallidis; stipite farcto, dein subcavo, firmo subelastico rufescente, infra annulum album latiusculum squamuloso; carne alba; sporis ovoideis, exiguis, albis.

*Hab.* in pinetis in Gallia bor. « Habitus *Lepiotæ Charcariæ.* »

39. **Armillaria pleurotoides** Fr. Monogr. II p. 286. Icon. t. 19. f. 2. 299

Hymen. Eur. p. 46. — Pileo carnoso, e convexo plano, subexcentrico, glabro stipiteque farcto, æquali levibus, incarnato-albidis; annulo infero, perangusto, dentato; lamellis decurrentibus, confertis, albidis.

*Hab.* ad truncos vetustos Piri Mali in Ostrogothia Europæ (von Post). — Species insignis, ad Pleurotos accedens. Stipes 4-5 cm. longus, 8-10 mm. crassus, deorsum sæpe attenuatus; pileus inæqualis, nunc gibbus, nunc depressus, 4-6 cm. latus. Inodora.

40. **Armillaria Citri** Inzenga Sic. I., t. 3, f. 1. Fr. Hym. Eur. p. 46. — 300
Cæspitosa; pileo carnoso, tenui, convexo-plano, subumbonato, glabro, sulphureo; margine crenulato albicante; stipitibus gracilibus, apice albo-floccosis, pallidis; lamellis adnatis, confertis, albidis.

*Hab.* in Sicilia ad truncos Citri. — Elegans, fasciculata, statura. *Hypholomatis fasciculares.* Stipes 5-8 cm. longus, vix ultra 2 mm. crassus; pileus 2-5 cm. latus. Odor farinæ recentis.

41. **Armillaria dichupella** Berk. Dec. n. 247. — Umbrina; pileo carnoso 301
sicco convexo laqueato-incurvo; stipite elongato fistuloso, flocculento; annulo superiore amplo, supra lineato convexo, subtus cupulaformi; lamellis distantibus lineatim decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Darjeeling 2300 m. (Hook.). — Inodora, coriacea. Pileus 5 cm. latus, margo leviter striatus; stipes pluriuncialis, circiter 12 mm. crassus, umbrinus rubro tinctus, basi intense fuscus, sursum flocculoso-squamulosus; lamellae venulis connexæ, moderate latæ. Substantia accedit ad *Lentinum.*

42. **Armillaria duplicata** Berk. Dec. n. 248. — Fasciculata; pileis planis 302
siccis glabris; margine incurvo; stipitibus elongatis sursum fibrilloso-squamosis solidis, apice farctis; lamellis angustis postice rotundatis, dente ad velum duplex lineatim decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Darjeeling, 2300 m. Indiæ (Hook.). — Densissime cæspitosa, inodora, coriacea. Pileus 5 cm. latus, gilvus; caro rubro tincta; stipes 10 cm. longus, 6 mm. crassus, brunneus deorsum glaber; velum duplex, deflexum roseum, exterius curtius: lamellæ potius angustæ; hymenium inter annulum et latiorem partem lamellarum pallide rubrum. Magis accedit *Lentinis* quam proximis *Armillariis.*

43. **Armillaria vara** Berk. Dec. n. 246. — Pileo e convexo plano, sicco; 303
margine repando; stipite flexuoso, curvo, solido, e basi attenuato; annulo amplo superiore; lamellis pallidis lineatim decurrentibus.

*Hab.* in ligno emarcido, Sinchul Himalayæ, 2600 m. (Hook.). Cæspitosa, inodora; pileus 5 cm. latus pallido-umbrinus interdum

rubro tinctus; stipes 10 cm. longus, 8 mm. crassus deorsum incrassatus obtususque, fuscus, versus basim nigrescens, subglaber; annulus amplus, erectus, albus; lamellæ distantes. Exstat varietas pumila, in qua lamellæ sunt magis decurrentes.

44. **Armillaria multicolor** Berk. Dec. n. 249. — Pileo plano umbonato 304
carneo-fusco, undulato, sicco rimoso; margine striato; stipite solido multicolori-variegato; annulo reflexo; lamellis angustis flavo-carneis, integris, lineatim decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Sillapahar Himalayæ, 2300 m. (Hook.). — Inodora; pileus 10-13 cm. latus, siccus, rimosus atque substantiam albam ostendens, luteo-brunneo atque rubro maculatus; stipes pluriuncialis, 8-12 mm. crassus brunneus luteo et cæruleo punctatus, intus albus; lamellæ angustæ, integræ, abrupte contractæ. Species singularis accedens ad *A. polychroum* et *A. Harmogen*.

45. **Armillaria omnituens** Berk. Dec. n. 250. — Pileo umbilicato tenui 305
expanso, carnoso, centro floccoso-verrucoso; margine striato glabro; stipite solido, brevi, obscuro, glabro; annulo patente; lamellis pallido-carneis, decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Darjeeling Indiæ, 2590 m. (Hook.). — Inodora; pileus 5 cm. latus roseo-griseus; stipes 2 ½ cm. vel ultra longus, rubro-brunneus; lamellæ moderate latæ. Plures habet affinitates sicuti nomen speciei indicat, sed iure ad Clitocybas annulatas referri potest.

46. **Armillaria adelpha** Berk. Dec. n. 251. — Pileo carnoso subhemi- 306
sphærico profundo umbilicato, centro flocculento-squamoso; margine arcuato striato glabro; stipite elongato farcto; annulo remoto, patente; lamellis pallido-carneis, longe decurrentibus.

*Hab.* in truncis emortuis, Darjeeling Indiæ, 2100-2400 m. (Hook.). — Pileus 2,5 cm. latus, griseus; stipes 5 cm. vel ultra longus, 2 mm. crassus rubro-brunneus, glaber; annulus strictus. Stricte affinis *Arm. omituenti* sed differt forma pilei, stipite elongato, fragili armato, lamellis vere decurrentibus atque annulo remoto. Præterea pileus minus distincte verrucorus.

***) *Collybiæ annulatæ:* lamellis postice æqualibus, stipite extus subcartilagineo.

47. **Armillaria subcava** Schum. Fl. Dan. t. 1813. Fr. Syst. Myc. I. 307
p. 28. Hym. Eur. p. 46. Cooke Ill. t. 47. *A. mucidus epigæus* Alb. et Schw. p. 146. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, viscoso, ad medium striato, disco carnosulo, umbonato; stipite sursum fistu-

losc, æquali, punctulato, supra annulum inferum lacerumque levi; lamellis planis, decurrentibus, albis.

*Hab.* ad terram in pinetis Europæ raro. — Gracilis, tota, umbone umbrino excepto, alba. Pileus 6 cm. latus; stipes 9 cm. longus. Lepiotis illinitis magis quam præcedentibus affinis, sed lamellæ decurrentes pictæ. *Ag. vagans*, licet candidus descriptus, est Pholiotæ species.

48. **Armillaria laqueata** Fr. Epicr. p. 24. Monogr. I. p. 45, Icon. t. 18, f. 2. C. Hym. Eur. p. 46. *Ag. mucidus epigæus* Secr. n. 58. Batt. t. 10. f. — Alba; pileo carnoso, tenui, hemisphærico, obtuso, udo viscido; margine deflexo levi; stipite solido, firmulo, infra annulum (interdum cortinæformem) squamuloso vel fibrilloso, basi fuscescente; lamellis adnatis, secedentibus, subconfertis. 308

*Hab.* in Europæ nemoribus rarius dispersa, forma pilei laquearis insignis. Huic peculiare, loco annuli passim adesse cortinam filamentosam.

49. **Armillaria eurhiza** Berk. Dec. of Fungi p. 4 n. 146. — Pileo carnoso, e subconico expanso, fortiter umbonato, cute gelatinosa, rugosa vestito; stipite sursum attenuato, extus cartilagineo, radice fusiformi; annulo e strato externo orto evanescente; lamellis adnexis, albis, arcuatis. 309

*Hab.* in terra, Peradenya in insula Ceylon. — *Armillariæ mucidæ* proxima; habitus *Collybiæ radicatæ* similis — Pileus 9 cm. circ. latus; stipes 5 cm. altus, 1, 3 cm. medio latus.

50. **Armillaria mucida** Schrad. Spic. p. 116, (*Agar.*), Pers. Syn. p. 266, et omn. recent. Saund. et Sm. t. 5. Quél. t. 2. f. 1, Price t. 14. f. 91. Paul. t. 130 bis. Fr. Hym. Eur. p. 46. *A. valens* Scop. *A. nitidus* Fl. Dan. t. 773. Tratt. Austr. t. 27. *A. splendens* Fl. Dan. t. 1130. Harz. t. 35. *A. splendens, venosus et chrysospermus* Schum. *A. sudans* Wallr. Crypt. 14. p, 736. — Subcæspitosa; pileo tenui, molli, e convexo expanso, ruguloso, glutinoso; stipite farcto, rigido, basi incrassato; annulo apicali reflexo, striato, tumide marginato; lamellis rotundatis, striato-decurrentibus, distantibus, candidis. 310

*Hab.* ad truncos Fagi totius Europæ et Americæ fœderatæ, frequens; in Betula indicant Swartz et Weinmann. Staturâ maxime varia, tota alba, sed pileus variat griseus, fuligineus, olivaceus. Cfr. Fr. Syst. Myc. et Monogr. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, basi 8, apice 2-4 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ 16 = 13.

*Var.* **olivaceo-fusca** Fl. Dan. t. 1372: pileo olivaceo-fusco.

51. **Armillaria Neuhauserii** Schulz in Verhandl Hermann. 1884. — 311

Pileo diametro vix 2-3 cm., primo subhemisphærico, margine cute villosa prædito, stipitem attingente; dein, cute erupta, ad marginem hinc inde pendula; pileo denique explanato et inæqualiter depresso, cæsio virente, jove udo viscoso; lamellis e grisco rufescentibus, confertis inæqualibus, serrulatis, stipiti adnexis et subdecurrentibus; stipite 4-5 cm. alto, flexuoso, cæsio-viridi, asperulo.

*Hab.* in asseribus humidis, octobri, in Transilvania. — *Armillariæ mucidæ* et *fracidæ* affinis.

52. **Armillaria tympanitica** Berk et Curt N. Pac. exp. n. 4. — Cæspitosa; pileo convexo rufo-brunneo; stipite deorsum attenuato sursum ventricoso albo-brunneo; annulo membranaceo; lamellis concoloribus angustis. 312

*Hab.* in ligno putrescente Bonin Islands. — Affinis *A. mucidæ*.

53. **Armillaria cheimonophylla** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 284. — Pileo, e convexo plano glabro, squamis brunneis planis notato crassiusculo; stipite solido sursum leviter incrassato, glabro; lamellis latis distantibus, liberis, crassis, albis. 313

*Hab.* in lignis, Cuba. Amer. bor. (C. Wright). — Pileus 4 cm. latus; stipes 2, 5 longus. Fere affinis *A. mucidæ*.

54. **Armillaria fracida** Fr. Epicr. p. 25. Monogr. I. p. 46. Hym. Eur. p. 47. *A. mucidus* Secr. p. 29 quoad descript. Fl. Dan. t. 600. Batt. t. 7. f. E. — Pileo subcarioso, convexo, obtuso, levi, maculato; stipite e farcto cavo, basi attenuato, squamuloso, supra annulum patulum, lacerum levi; lamellis secedentibus, liberis, confertis, albis. 314

*Hab.* ad ligna putrida in Europa, rarissima. — *A. mucidâ* minor, sed firmior, substantia et odore fracida. Pileus 2-4 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus. Cl. Passerini notat varietatem pileo castaneo, cum *mucidæ* forma olivaceo-fusca analogam. *Ag. piluliformis* Bull. ad Hypholomata referendus.

55. **Armillaria ompnera** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 514. — Candida; pileo convexo carnoso, fortiter umbonato, pulverulento estriato; stipite æquali, albo-farcto; annulo fugacissimo; lamellis angustis, confertis, approximatis. 315

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus; umbo leviter umbrinus, pulverulento-squamulosus, demum glaber; margo æqualis; stipes 6 cm. longus, 6 mm. crassus, glaber, basi umbrinus; lamellæ 2 mm. latæ albæ; sporæ 4-5 $\mu$. long. Habitu *Collybiam xylophilam* Weinm. refert.

56. **Armillaria nardosmia** Ellis Bull. Torr. Cl. 1876 p. 15. — Pileo 316

brunneo, firmo, cuticula crassa dura, secedente; stipite solido, fibroso, albo, velo obscure brunneo, sursum annulum angustum, extensum, crenatum, superne fibroso-squamulosum efformante; lamellis inæqualibus, potius confertis subventricosis, attingentibus, sinu minuto excavatis; sporis subglobosis, 7 μ. diam.

*Hab.* ad terram in quercetis et pinetis prope Newfield. N. J. Americæ borealis sept. octob. Caro firma, alba, odor aromaticus. — Pileus 7 circ. cm. latus; stipes 7 cm. latus, 1, 3 cm. crassus; lamellæ 7-8 mm. latæ.

**TRICHOLOMA** Fr. S. M. I, p. 33 (Etym. *thrix*, *trichos* pilus et *loma* fimbria). — Velum obsoletum vel tantum floccosum fibrillosumve margini pilei adhærens. Stipes carnosus, haud corticatus. Hymenophorum cum stipite contiguum, lamellis postice sinuatis. Omnes terrestres (subsimiles arborei inter Pleurotos quærendi), carnosi, numquam obconici v. vere umbilicati.

Grex vastissimus, plurimos Leucosporos majores et nobiliores colligens. A *Clitocybe* differt velo, stipite fibroso-carnoso, haud spongioso, pilei figura vel, his omnibus notis in paucis formis intermediis vacillantibus, lamellis primitus semper sinuatis, haud æqualiter attenuatis, decurrentibus adnatisve. Collybiæ, substantia et vegetatione subepiphyta jam diversæ, stipite extus cartilagineo differunt veloque nullo. Caveant tirones, ne sectiones hujus gregis naturalissimas negligant vel fingant pileum v. c. viscosum, quum jove sicco exsiccetur, minoris esse ponderis; hac nota, a pilei pelliculæ priva constructione pendente, nulla exstat in singularibus magis essentialis. Distinguendus pileus udus, qui viscosus Schumacherо. — In variis Tricholomatum speciebus lamellæ ab hymenophoro sunt discretæ et facile secernuntur v. c. in *T. cinerescente*, *personato*. Harum insuper sporæ non pure albæ. Rectius igitur ad Paxillos referuntur, sed quum has in præsente rite seligere non valeam, pristino loco ad interim servo. Fr. *Phlebophora campanulata* Lév. Ann. S. N. 1841, t. XIV, f. 5 est monstrum *Tricholomatis resplendentis* (fide Quélet et Boudier).

*Ser. A.* Pileus visco, fibrillis, squamis pubeve tectus nec aquose-udus vel levigatus. Caro humorem haud absorbens, nec hygrophana. Stipes velumque universale adnatum (vix distincte conspicuum) fibrillosa.

I. TRICHOLOMATA LIMACINA. Pilei pellicula humida viscosa, innato-fibrillosa vel squamulosa, sed non lacerata. Pileus vere et firme carnosus, non hygrophanus, margine subnudus.

*) Lamellis haud decoloribus nec demum rufescentibus.

1. **Tricholoma equestre** Linn. Suec. n. 1219 (*Agar.*), Fr. Elench. I, p. 317 6, Hym. Eur. p. 48, Gonn. et Rab. t. 13, f. 1, Brig. Neap. t. 6, Berk. Outl. t. 4, f. 2 (forma minor, obscurior). *A. crassus* Scop.

p. 442, *A. aureus* Schaeff. t. 41, *Ag. flavo-virens* Pers. Krombh. 68, f. 18-21, Harz. t. 22. — Pileo carnoso, compacto, e convexo expanso, obtuso, flexuoso, squamuloso, discoideo, viscoso; stipite solido, obeso lamellisque liberis, confertis sulphureis.

*Hab.* in pinetis a Neapoli ad Finmarkiam copiose et Bethlehem, Albany county Amer. bor., serotinum. — Mite, inodorum, in Suecia sæpe giganteum, sed etiam minus, quale icones sistunt. — Pileus flavo-rufescens, 12-14 cm. latus longus, 2-3 cm. crassus, disco obscuriore: autumno seriore virescit; stipes 5-10 cm.; sporæ ellipsoideæ 6-8 = 4. — Var. **pinastreti** Alb. et Schwein. pag. 167: valde insignis pileo tenui levi, lamellis angustioribus.

2. **Tricholoma coryphæum** Fr. Epicr. p. 26, Monogr. I, p. 51, Hym. 318
Eur. p. 48, Bern. Roch. t. LIV, Trog. Helv. p. 12, *Ag. prasinus* Lasch n. 503, Vent. t. 36, f. 1-3. — Pileo carnoso, e convexo explanato, obtuso, viscido, squamulis fuscis punctato virgatoque; stipite solido, obclavato lamellisque emarginatis, confertis. albis, acie flavis.

*Hab.* in fagetis umbrosis Europæ, jam æstate, raro. — Magnum, mite, valde carnosum, sed minus compactum. Pileus lutescens, junior squamulis fibrillisve tigrinus, adultior punctatus levisque. Krombholtziana *A. rutilantis* figura hujus staturam exhibet.

3. **Tricholoma Izarnii** Roum. Fl. myc. Tarn. p. 63, t. VII. *Agaricus* 319
*prasinus* Lasch. pr. parte. — Pileo carnosissimo, convexo v. convexo-plano, leviter apice obtuso, subviscoso, flavidulo, medio obscuriore, glabro, leviter margine fibrilloso, 6-8 cm. lato, 1-3 cm. crasso; stipite plano, solido, recto, clavato, pileo concolore, leviter striato, æque longo ac lato; lamellis confertis, arcuatis, latis, emarginatis, pallidis, sectione roseolis; sporis ovato-globosis, magnis, albidis; carne alba, solida, compacta, odore et sapore fere nullis.

*Hab.* in silva Montech Galliæ (Izarn). — *Tr. coriphæo* Fr. affine, a quo differt aspectu pilei, lamellis numquam flavo-marginatis, minori viscositate et nullo odore.

4. **Tricholoma sejunctum** Sowerb. t. 126, Secr. n. 705, Fr. Icon. t. 23, 320
Hym. Eur. p. 48, Cooke Ill. t. 53, *A. leucoxanthus* Pers. p. 319, Alb. et Schw. p. 167. — Pileo carnoso, convexo-expanso, umbonato, inæquali, viscidulo, fibrillis nigris virgato; stipite solido, valido, deorsum ventricoso; lamellis emarginatis, latis, subdistantibus, albis.

*Hab.* in silvis mixtis, præcipue pinetis Europæ et Americæ fœderat. — Pileus 7 cm. latus, stipes 6-8 cm. longus; sporæ sub-

sphæroideæ 6 μ. diam. Majus, amarum, pileo flavo, margine tenui. — Var. **leucoxantha** Secr. n. 702 tenuior, var. *pinastreti T. equestris* analoga.

5. **Tricholoma macropilum** Mont. Cent. VII, pag. 21. — Solitarium, 321
giganteum; pileo carnoso, compacto, convexo expanso, undulato, obtuse umbonato, squamuloso, flavescente fulvo, margine extremo subreflexo (pectinato) attenuato; stipite solido, valido, subexcentrico, deorsum incrassato squamoso, squamis sparsis reflexis lamellisque tetradymis liberis, confertis, pallidis.

*Hab.* in silvis brasiliensibus provinciæ Matto-Grosso ad ligna putredine prorsus consumpta et in terram reducta (Weddell). — *T. sejuncto* et *portentoso* affine.

6. **Tricholoma portentosum** Fr. Elench. p. 5, Icon. t. 24, f. 1, Hym. 322
Eur. p. 48, Cooke Ill. t. 54, Berk. Outl. p. 97, Kickx Belg. p. 137, *A. fumosus* Harz. t. 73, *A. luridus* Lasch n. 501. — Pileo carnoso, e convexo explanato, inæquali, viscido, fuligineo, lineolis nigris virgato, margine tenui; stipite solido, valido, subæquali, glabro, striato, albo; lamellis rotundatis, perlatis, demum distantibus, pallidis.

*Hab.* in pinetis saltim borealibus Europæ et in Sibiria frequens. Inodorum, sapor mitis. — Pileus subumbonatus et sæpe flexuosus 8–14 cm. latus; stipes 8–16 cm. longus, 2½ cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 4–5 = 3–4. Lamellarum color primo albus, demum in luteum vel griseum vergit. Pulchra varietas pileo sulphureo, disco fuligineo: Saund. et Sm. Illustr. t. 32.

7. **Tricholoma portentiferum** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 146, f. 262. 323
— Pileo convexo, dein expanso, virente brunneo et griseo; stipite albido, squamulis raris patulis consperso; lamellis griseo-violascentibus, remotis; sporis 9–12 = 6–7.

*Hab.* in silvis pr. Oberstaufen Bavariæ, Autumno. — Inter *T. portentosum* et *T. fucatum* medium.

8. **Tricholoma fucatum** Fr. Syst. I, pag. 40. Icon, t. 24, f. 2, Hym. 324
Eur. pag. 49, Cooke Ill. t. 73, Berk. Outl. pag. 97, *Ag. luridus* Weinm. *A. quinquepartitus* Lund. Holm. p. 7, Secr. n. 700. — Pileo carnoso, e convexo plano, subrepando, viscido, lurido-lutescente, tigrino-variegato, disco obscuriore; stipite farcto, molli, squamuloso fibrillosove, pallidiore; lamellis emarginatis, latis, subconfertis, albidis.

*Hab.* in pinetis Europæ, præcedentibus rarius. — Species nobilis, pulchella, ab *A. portentoso* distinctissima. Pileus non fibrillis in-

natis virgatus, sed tigrino-variegatus, 5-8 cm. latus, lamellæ 8 cm. latæ; sporæ ovoideæ 6-7 ≃ 5.

325 9. **Tricholoma quinquepartitum** Fr. Epicr. p. 27, Monogr. p. 54, Icon. t. 25, Hym. Eur. p. 49. Cooke Ill. t. 74, Gillet Champ. Franc. cum icone. – Pileo leviter carnoso, e convexo explanato, repando, levi, glabro, viscido, pallide flavo; stipite solido, striato, glabro lamellisque emarginatis, latis albis.

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ et Sibiriæ admodum rarum. — Pileo colore variante, nullo modo virgato vel liturato a præcedentibus differt. Caro fragilis, hygrophana. Sporæ 5-6 ≃ 3-4. *A. quinquepartitus* Linn. est species paradoxa, cujus descriptio in nullam cognitam speciem quadrat, quare huic prope prædium Linnæanum lecto hoc nomen tribuere liceat. Hujus loci quoque videtur *A. quinquepartitus* Pollich Pal. p. 283 et Pauletii paradoxa t. 50, f. 2-3.

326 10. **Tricholoma resplendens** Fr. Monogr. I, p. 55, Icon. t. 20, f. 1, Hym. Eur. p. 49, Cooke Ill. t. 55. — Candidum; pileo carnoso, e convexo expanso, levi, glabro, viscoso, sicco nitido, margine recto; stipite solido subbulboso, glabro, sicco; lamellis emarginatis, subconfertis.

*Hab.* in nemoribus, sub Corylis Smolandiæ legit Fries, in Germania Lasch, in Hungaria Kalchbrenner, in Britannia Cooke et in Sibiria asiatica Martianoff. — Odor gratus, sapor mitis. Stipes 13 mm. crassus, nunc bulbosus, nunc æqualis, apice leviter floccosus. Pileus 3 cm. latus sæpe hyalino-maculatus, disco lutescens. Sporæ 7-8 ≃ 4. Habitus *Hygroph. eburnei.*

327 11. **Tricholoma Guernisaci** Crouan in Gill. Champ. Fr. pag. 95 cum icone. — Pileo madore viscoso, carnoso, convexo-expanso, ochraceo-brunneo, 12-16 cm. d., margine acuto; lamellis latis, pinnato-adnexis, luteolis; stipite carnoso, cylindraceo, sursum leniter crassiore albo squamuloso, inferne subochraceo; carne albo-roseola; sporis ovoideis, albis; odore penetrante.

*Hab.* sub Pinis maritimis in Gallia bor.

328 12. **Tricholoma spermaticum** Fr. Epicr. p. 27, Hym. Eur. pag. 49, Berk. Outl. pag. 98, Cooke Ill. t. 87, Lucand Suit. Bull. t. 27. *Hypoph. spermaticum* Paul. t. 45. — Album; pileo subcarnoso, e convexo explanato, obtuso, repando, glabro, viscoso (sicco nitido), margine primo infracto, nudo; stipite e farcto cavo, elongato, torto, levi; lamellis emarginatis, subdistantibus, erosis.

*Hab.* in silvis frondosis Galliæ, Angliæ. — Simile *Ag. Co-*

*lumbellæ*, sed odor virosus et fungus venenatus, semper immaculatus. Pileus 6-9 cm. latus, stipes 6-9 cm. longus. *Ag. ponderosus* Pers. Myc. p. 116 huic accedere videtur.

13. **Tricholoma muculentum** Berk. Dec. n. 22, Lond. Journ. 1845, p. 43. 329
— Cæspitosum; pileo convexo, subcarnoso, umbonato, glabro, levi albido stipiteque subæquali solido viscosissimis; lamellis tenuibus distantibus, ventricosis, rotundatis, dente attenuato, a stipite remotis, acie integra.

*Hab.* ad terram inter muscos, Swan River Drummond. — Pileus 2½-4 cm. latus; stipes 1½-4 cm. longus, 2½-4 mm. crassus; sporæ subglobosæ. Affine *Armillariæ mucidæ*, at differt annuli absentia.

14. **Tricholoma transmutans** Peck 29 Rep. of St. Mus. N. Y. p. 38. 330
— Pileo convexo, glabro, viscidissimo vel glutinoso atque udo, alutaceo, sicco in brunneum vel rubro-brunneum vergente; lamellis angustis, confertis, pluribus ex iis ramosis, albidis vel pallide luteis, deinde rubro-maculatis; stipite æquali vel superne leviter attenuato, glabro, farcto vel cavo, albido, sæpe maculis rubris notato; sporis subglobosis, 5 μ. diam.

*Hab.* ad terram in silvis, Sandlake Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans, pileus 5-8 cm. latus, stipes 6-10 mm. crassus. Occurrit iove udo cæspitibus plerumque stipatis.

15. **Tricholoma Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 132. — Pileo toto 331
carnoso, irregulari, margine sinuoso, tandem medio infundibuliformi-impresso, 9-12 cm. lato, juvenili subviscoso, deinde sicco, levi, margine tandem tuberculoso-sulcato, umbrino; lamellis distantibus, valde crassis, antice rotundatis, 1 cm. et ultra latis, postice acuminatis sed non decurrentibus, plerumque æqualibus, albidis; stipite contiguo, farcto sed incremento luxuriante cavernoso, cylindrico basim versus cuspidato aut obconico, 2,5-3-2 cm. crasso, 3,5-4,5 cm. longo, albido tandem subumbrino, glabro; carne alba; odore nullo, sapore valde acri; sporis albis vix conspicue luteolis, globoso-ellipsoideis, 9-10 ≃ 5.

*Hab.* in silva Kunjevce gregatim, sed valde raro, in Slavonia.

**) Lamellis decolorantibus, vulgo rubro-maculatis.

16. **Tricholoma Colossus** Fr. Epicr. p. 38, Monogr. p. 47, ubi plena 332
descriptio. Icon. t. 21-22, Hym. Eur. p. 50, Cooke Ill. t. 75. — Maximum, durissimum; pileo compacto, crassissimo, hemisphærico-expanso, glabro, demum diffracto-squamoso, testaceo, margine in-

fracto, viscidulo; stipite solidissimo, primo tuberoso, apice constricto, glabro, inferne carneque testaceis; lamellis rotundatis, confertis, latis, albis, dein pallide lateritiis.

*Hab.* supra folia Pini silvestris coacervata uno loco Smolandiæ; portentum mirabile, jam vero pluribus locis lectum in Anglia, Gallia, Germania, Austria, Hungaria. — Stipes 11 cm. crassus; pileus æque crassus, spithamam latus; lamellæ 13 cm. latæ; sporæ 5-6 ≃ $3^3/_4$-4. Ob affinitatem ad Limacina referendum licet statu tantum juvenili et circa marginem viscidulum.

17. **Tricholoma auratum** Fr. Epicr. p. 28 ad specimina Gallica s. n. 333
Le dorè Paul. t. 85, f. 1, 2, Hym. Eur. p. 50, *A. arenarius* Léveill. et Paul. p. 40 et in Ann. Sc. Nat. 1848, pag. 119, Kickx p. 140. — Pileo carnoso, compacto, e convexo plano, obtuso, levi, e luteo rufescente; stipite solido, inæquali, fibrilloso lamellisque emarginatis, subdistantibus, luteis submaculatis..

*Hab.* in arenosis litoralibus Galliæ, Belgii, Germaniæ et Kamtschatkæ! Ex analogia summa cum *T. equestri* in hac tribu receptum. Ob cutem omnino levem et glabram Fries fingit pileum primitus viscosum. Deliciosum. Pileus 8 cm. latus, stipes 9 cm. longus.

18. **Tricholoma nictitans** Fr. S. M. 1, p. 38, Hym. Eur. p. 50, Cooke 334
Ill. t. 75, Luc. Suite à Bull. t. 127, Hussey II, t. 46, Berk. Outl. p. 98, Bull. t. 574, f. 1 (e char., habitus sq.). — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, viscido; stipite farcto, sicco, elastico, subæquali, squamuloso lamellisque primitus rotundato-liberis, confertis, obsolete rufescenti-maculatis flavis.

*Hab.* in silvis frondosis apricis Europæ, raro. — Inodorum, mite. A sq. certe dignoscitur stipite non viscoso, basi haud attenuato, potius incrassato, præmorso, lutescente, pileo sat tenui, haud virgato, lamellis sine dente decurrente primo rotundato-liberis demumque (pileo depresso) stipiti obtuse tantum adnexis. Pileus 6 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 7-8 ≃ 5.

19. **Tricholoma fulvellum** Fr. Hym. Eur. p. 50, Lucand Suit. Bull. 335
t. 152, Berk. Outl. p. 98, Oudem. Mater. n. 20. *A. fulvus* Bull. t. 555, f. 2, non Retz., quod nomen antiquius. — Pileo carnoso, convexo, plano, viscoso, levi, disco obscuriore punctato-rugoso; stipite e farcto cavo, fibrilloso, albido-rufescente, apice nudo; lamellis e rotundato emarginatis, confertis, albis, rufescentibus.

*Hab.* in fagetis Sueciæ, Britanniæ etc. minime rarum. — Fide

Bulliardi priori subjunxit Fries, ceterum sq., cui habitu simillimum, immo et, facie licet valde diversa, *T. ustali* propius videtur. Inodorum, carne decolore aquosa, pileo gilvo-rufescente vel alutaceo; interdum pusillum, vix 2,5 cm. altum; sporæ subsphæroideæ 4 μ. diam.

20. **Tricholoma flavo-brunneum** Fr. Obs. 2, p. 119, Icon. t. 27, f. 1. 336
Hym. Eur. p. 51, Cooke Ill. t. 58, Letell. t. 707, Pers. Myc. Eur. 3, p. 177, Berk. Outl. p. 98, *A. fulvus* Syst. Myc. I, p. 37, nec Bull. *A. viscidus* Pollich Pal. 3, pag. 292, *A. trichopus* Alb. et Schwein. p. 163. — Pileo carnoso, e conico-convexo explanato, discoideo, subumbonato, virgato-squamuloso, viscoso, rufo-fulvo; stipite cavo, subventricoso, fibrilloso, primitus viscoso, intus luteo, apice nudo; lamellis emarginato-decurrentibus, confertis, e flavo rufescentibus.

*Hab.* in nemoribus frondosis humidis, præcipue Betulæ, Europæ vulgare. — Odor fortis farinæ recentis. Pileus rufo-fulvus, disco sæpe gibbo obscuriore, 8-16 cm. latus; stipes basi attenuatus, 8-14 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; sporæ 6-7 ≃ 4-5. Vulgo tenuius, sed Upsaliæ legit Fries var. **compactam:** pileo compacto squamoso, stipite valido farcto, quæ *A. albo-brunneus* ∂. *dubius* Pers. M. E. 3, p. 176.

21. **Tricholoma albo-brunneum** Pers. Syn. p. 293 (*Agar.*), Fr. Obs. 2, 337
p. 118, Hym. Eur. p. 51, Cooke Ill. t. 197, Weinm. Ross. p. 18, Viv. t. 32, Berk. Outl. p. 98, Barl. t. 12, *A. striatus* Schaeff. t. 38 optima! *A. compactus* Sow. t. 416, ex Berk. — Pileo carnoso, e conico-convexo explanato, obtuso, viscoso, fibrilloso-virgato, brunneo, disco papilloso; stipite solido, æquali, sicco, apice albidiore, squamuloso; lamellis emarginatis, confertis, albis, dein rufescentibus.

*Hab.* in pinetis montosis Europæ, passim. — Stipes 8 cm. longus firmus, non viscosus nec nisi senio cavus. Pileus variat spadiceus, umbrinus, circa marginem tenuem inflexum sæpe rugosus, 8 cm. latus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 4-6 ≃ $3^1/_2$. — ***T. irregulare** Karst. Symb. VII, p. 2. Pileo carnoso, e conico-convexo expanso, valde irregulari, repando, flexuoso, undulato, viscidulo, fibrilloso-virgato vel innato-squamuloso, pallescente, in fulvo-rufum leviter vergente, usque ad 10 cm. lato; stipite subcavo, æquali, adscendenti, curvato, undulato, albo, apice flocculoso, sicco, intus concolore, 6-9 cm. longo, 1,5-3 cm. crasso; lamellis emarginatis, confertis, albis, demum rufescentibus vel fusco-maculatis; sporis sphæ-

roideo-ellipsoideis, 3-4 ≃ 2-3. — In pineto ad viarum latera, ad Mustiala, autumno seriori. A typo differt præcipue odore gravi, forma coloreque pallidiori.

22. **Tricholoma ustale** Fr. Obs. 2, pag. 122, Icon. t. 27, f. 2, Hym. Eur. p. 51, Cooke Ill. t. 88, Gonnerm. et Rabenh. t. 14, f. 2 (rite). Quél. Jur, p. 40. *A. leucophyllus* Alb. et Schwein. pag. 163, non Pers. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, levi, glabro, viscoso, badio-rufo; stipite æquali, sicco rufescente et rufo-fibrilloso, apice nudo, sericeo-levigato, albo; lamellis emarginatis, confertis, candidis, demum rubro-maculatis. 338

*Hab.* tam in pinetis quam silvis frondosis per plerasque Europeæ regiones et Africam austr. — Stipes 6-8 cm. longus, 1¼ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 7-8 ≃ 5.

23. **Tricholoma pessundatum** Fr. Syst. Myc. I, pag. 38, Hym. Eur. pag. 51, Weinm. Ross. pag. 20, Kickx Belg. p. 137, Quel. Jur. p. 39, Kalchbr. Hung. p. 215, Sterb. t. 8, A. — Pileo compacto, convexo, obtusissimo, repando, viscoso, granulato vel guttato-maculato; stipite solido, valido, primitus ovato-bulboso, squamulis albidis undique villoso; lamellis emarginatis, subliberis, confertis, albis, demum rufescenti-maculatis. 339

*Hab.* in pinetis Europæ borealis et mediæ. — Species nobilis, statura socii *Ag. equestris*, odore et sapore farinæ recentis. Stipes demum elongatus, 5-8 cm. attingens, 2 mm. crassus, subdenudatus. Pileus 8 cm. latus, badius, rufescens, circa marginem pallidior, immo albicans; caro alba; sporæ 5 ≃ 2½. Clus. Esc. gen. XV, sp. 1 huc spectat.

24. **Tricholoma stans** Fr. Icon. t. 28, Hym. Eur. p. 52, Cooke Ill. t. 198. — Pileo compacto, e convexo explanato, viscido, levi (neque granulato nec maculato), rufescente, carne sub cuticula rubella; stipite solido, subæquali, squamuloso; lamellis rotundatis, confertis, albis, rubro-maculatis; sporis subsphæroideis 5-6 ≃ 4. 340

*Hab.* sub duplici forma visum; altera campestris stipite brevi, obeso, in nemoribus frondosis, ambulacris etc.; altera montana stipite 8 cm. circiter albo elongato æquali, pileo 7-12 cm. lato, in pinetis montosis, utraque circa Upsaliam in Suecia inque Fennia circa Mustiala et in Britannia haud raro. — Ab *A. pessundato* distinctum censet Fries.

25. **Tricholoma Russula** Schaeff. t. 58 (*Agar.*), Tratt. Essb. Schwämm. t. 6. Krombh. t. 63,f. 1-9, Letell. t. 616, Weinm. Ross. p. 21. Seyn. Montp. p. 121, Fr. Hym. Eur. pag. 52, *T. rubicundum* Peck 26 341

Rep. p. 51. — Pileo carnoso, e convexo depresso, obtuso, granulato, viscido, incarnato; stipite solido, firmo, subæquali, roseo, apice squamuloso; lamellis e rotundato decurrentibus, subdistantibus, candidis, submaculatis.

*Hab.* in Europæ silvis, et in Amer. bor. — Odor et sapor gratus; in Austria et Italia edule. Colore incarnato, subinde flavo-maculato refert *Hygrophorum pudorinum* (*H. purpurascens* Gonn. et Rab. t. 11, f. 3, a quo verus diversus velo distincto, pileo squamoso etc.), cum quo et *A. erubescente* sæpe confusum. Pileus 2½-8 cm. latus, stipes 2-6 cm. longus; sporæ 7 × 4 (sec. Britz. 10-11 × 6).

26. **Tricholoma frumentaceum** Bull. t. 571, f. 1, bona, (*Agar.*), Chev. 342
Par. p. 136, Cooke Ill. t. 470, Kickx p. 137, Fr. Hym. Eur. p. 52. — Pileo carnoso, e convexo explanato, obtuso, viscoso, glabro, pallido, rufescenti-liturato; stipite solido, æquali, fibrilloso, rufo-variegato; lamellis rotundatis, confertis, albis, dein rubentibus.

*Hab.* locis humidis in pinetis Europæ. — Statura media; pileus albidus vel argillaceus 5-7 cm. latus; sporæ 6 μ. « Adultum primo obtutu non potest non pro Entolomatis specie haberi ». *v. Post* in litt., qui iconem Bulliardi optime respondens misit. Vix igitur dubitandum de identitate cum fungo in Berk. Outl. p. 144 ad Hyporhodios relato. Præcedentibus ita arcte cognatum, ut ab his haud removeam. Odor frumentaceus nomen confirmat. Fr.

27. **Tricholoma muciferum** B. et Mont. Syll. n. 326. — Pileo carnoso, 343
convexo-explanato, centro depresso, viscosissimo, glabro, ex alutaceo rufescente; velo albo; stipite solido, bulboso, fibrilloso-striato; lamellis emarginato-decurrentibus, albis, subconfertis, rufo-maculatis.

*Hab.* ad terram circa Colombum Amer. bor. (Sullivant). — Pileus adultus 12 cm. diam. metiens. Caro incarnata vel roseo tincta, cm. crassa. Stratum viscosum, quo pileus obductus, vix dimidio tenuius. Stipes validus, pro ratione brevis, 6 cm. longus, solidus, basi (3 cm.) incrassato-bulbosus, apice 2 cm. crassus, velo fibrilloso albo cum margine pilei junioris concretus, infra medium fibroso-striatus, rufo-badius. Lamellæ tetradymæ, albæ, longiores ⅕ mm. crassæ, stipitem versus emarginato-attenuatæ et ei dente vel processu lineari longiori decurrentes, in sicco rufescentes. Hymenium tenuissimum, 1/25 mm. crassitudine adæquans. Sporæ albæ, oblongæ cum apiculo.

II. Tricholomata genuina (*Cortinellus* Roz.) Pilei pellicula numquam (una specie excepta) viscosa (ne uda quidem ob tomentum humiditatem absor-

bens, sed in floccos subsquamosos fibrillasve lacerata. Pileus carnoso-mollis, non hygrophanus, margine involuto, primitus subtomentoso. Non confundendæ species pileo e velo tantum fibrilloso. Odor non ingratus vel nullus.

*) Lamellis immutatis nec rufo- vel nigro-maculatis.

28. **Tricholoma rutilans** Schaeff. t. 219 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 41, Hym. Eur. p. 53. A. et S. p. 167, Fl. Dan. 1610, Krombh. t. 63, f. 10-12, Cooke Ill. t. 89, Gonn. et Rab. t. 14, f. 1. *A. serratus* Bolt. t. 14. *A. xerampelinus* Sow. t. 31. — Pileo carnoso, campanulato-expanso, sicco stipiteque subcavo, molli, ventricoso tomento purpurascente variegatis; lamellis rotundatis, confertis, luteis, acie incrassatis, villosis, aureis. 344

*Hab.* in silvis cæduis Europæ et Amer. bor. frequens. — Pileus 6–16 cm. latus, stipes circiter 6 cm. altus, cystidia clavata, stipitata 40 = 16-18; basidia tereti-clavulata 25 = 6; sporæ globosæ, obtuse angulatæ, 5-6 = 4-5 hyalinæ. Pili pilei filiformi-clavati 100-120 = 18 rufescentes. Adultum maximum, speciosissimum, carne lutea. Pileus junior semiovatus, totus e tomento denso (velo Lepiotarum!) obscure purpureus, margine tenui involuto mox campanulatus, demum planus, umbone evanido tomentoque in pileo stipiteque flavis squamulosus. *Ag. dentatus* Linn. Suec. n. 1206 certissime huc spectat; descriptio optima et notam primariam lamellarum fere solus observavit.

29. **Tricholoma multipunctum** Peck 25 Rep. p. 73. — Pileo carnoso, haud crasso, fragili, late convexo, interdum centro depresso vel subumbilicato, squamis crebris minutis brunneis vel albidis obducto, luteo-brunneo, disco sæpe fusco; lamellis confertis, leviter emarginatis, luteis, interdum acie obscurioribus; stipite subæquali, squamuloso punctato, cavo; pileo concolore; sporis suborbicularibus, 4 μ. diam. 345

*Hab.* ad ligna cariosa in silvis, Sandlake et Adirondack Mts. Amer. bor. — Subcæspitosum, statura 2 ½–5 cm. adæquans, pileus 2½–5 cm. latus, stipes 4-8 mm. crassus. Species *Tr. rutilanti* proxima.

30. **Tricholoma variegatum** Scop. Carn. p. 434 (*Agar.*). Schum. p. 294. Cooke Ill. t. 642. Fl. Dan. t. 1910. f. 2. Fr. Hym. Eur. p. 53. *Ag. granulatus* Schaeff. t. 21 A. *rutilans* Pers. nec prius. — Pileo carnoso, mox explanato, sicco stipiteque farcto, tenaci, floccis rubellis squamulosis; lamellis emarginatis, confertis, flavescenti-pallidis albidisve, acie æquali, integerrima, concolori. 346

*Hab.* cum *T. rutilante* haud rarum et vulgo confusum. Minus speciosum, pallidius, carne albida; sporæ 5–7 ≃ 4–5. Macrius ad ligna putrida. *A. rutilans* Fl. Bat. t. 1035 forte h. l., minime verum *A. rutilans*.

31. **Tricholoma albo-fimbriatum** Trog in Flora Ratisb. 1839. p. 433. 347
Schweiz. Schwämm. p. 13, Fr. Hym. Eur. p. 53. — Pileo carnoso, mox explanato, obtuse umbonato, fibrilloso, versus marginem squamis obtecto, fusco-brunneo; stipite e farcto cavo, flavo-rufescente; lamellis sinuatis, confertissimis, e flavo rufescentibus, acie albo-fimbriatis.

*Hab.* in pinetis Helvetiæ et Germaniæ. — Stipes 7 cm. longus, 8–12 mm. crassus, in medio purpureus, superne albo-pruinosus, intus flavus, squamulis nigris adspersus; pileus 4 cm. latus, carne flava. Odor nullus.

32. **Tricholoma æstuans** Fr. Syst. Myc. I. p. 47. Monogr. p. 62. Hym. 348
Eur. p. 54. — Pileo carnoso, tenui, e conico expanso, umbonato, in fibrillas longitudinales secedente, flavo-rufescente; stipite farcto, æquali, glabro, striato; lamellis emarginatis, perlatis, e luteo pallescentibus.

*Hab.* in silvis abiegnis Sueciæ inter muscos raro (Fries). Extra Sueciam lectum in Germania a Lasch et in Carpathis a Kalchbrenner. Sapor primo felleus, dein mitior. Color lamellarum et tipitis pallescit. — Pileus 8–11 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 6–12 mm. crassus.

33. **Tricholoma Centurio** Kalchbr. Icon. t. 4. f. 2. Fr. Hym. Eur. p. 349
54. — Amplum; pileo compacto, e glandiformi campanulato, umbonato, sicco, in fibrillas adpressas secedente, e fusco livido; stipite farcto, levi, albo-fibrilloso; lamellis profunde emarginatis, vix confertis, pallidis.

*Hab.* in pinetis muscosis ad Olazzinum Hungariæ. — Species nobilis, affinitatis ambiguæ. Stipes ventricosus, 4–5 cm. longus, 2,5 cm. et ultra crassus; pileus expansus, 13 cm. latus.

34. **Tricholoma luridum** Schaeff. t. 69 (*Agar.*). Brig. Neap. t. 7 (cute 350
pilei integra). Fr. Epicr. p. 31. Hym. Eur. p. 54. Berk Outl. p. 99. Cooke Ill. t. 214. — Pileo carnoso, e convexo explanato, subrepando, sicco, glabro, demum inciso, in fibrillas innatas secedente, lurido; stipite farcto, valido, inæquali, glabro; lamellis emarginatis, confertis, albidis.

*Hab.* in pinetis Europæ et Amer. bor. passim. Pileus variat cinereo-lutescens, pallidus. A T. *saponaceo*, *sejuncto* aliisque com-

mutatis differt sapore miti, odore farinæ recentis, carne tam pilei quam stipitis molli, aquam bibula, numquam rufescente, cuticula pilei in squamas haud secedente, lamellis tenuibus confertis. Pileus 8 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus, 6-11 mm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 5-6 ≃ 3-4.

35. **Tricholoma guttatum** Schaeff. t. 240 minus fida (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 54, Cooke Ill. t. 59, Trog. Helv. p. 49. *A. conspicuus* Lasch l. c. n. 508. *A. miculatus* Secr. n. 725. — Pileo carnoso, e convexo explanato, cinnamomeo v. subgilvo, sicco, in squamulas subgranulosas v. floccosas diffracto, margine remote sulcato, primo involuto, albo-floccoso; stipite solido, farinaceo, albo; lamellis emarginatis, lineatim decurrentibus, confertissimis, niveis. 351

*Hab.* ad margines silvarum Europæ subcæspitosum. Odor et sapor amarus subacris. Caro crassa, alba. Pileus 8-14 cm. latus, e spec. Laschii potius floccosus quam granulosus; stipes 7-11 cm. longus, 8-17 mm. crassus; sporæ 4-6 ≃ 3.

36. **Tricholoma psammopodum** Kalchbr. Ic. Hung. t. 3. f. 2. Bern. Champ. Roch. t. LIII f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 54. — Pileo carnoso, convexo, sicco, squamulis fibrillosis vestito, fulvescente; margine levi; stipite solido, concolore, basim versus cinnamomeo-umbrino et in squamulas obscuriores disrupto; lamellis emarginatis, ventricosis, subdistantibus, flavidis. 352

*Hab.* sub Larice in pinetis siccioribus Hungariæ, Slavoniæ Galliæ. Præcedenti affine, proximis minus; stipes 1 ¼ cm. longus et pileus æque latus; sporæ sphæroideæ 5 μ d. Odor nullus; sapor subdulcis, demum acris. Huc forte pertineat *Hypoph. lepidopus* Paul. t. 93. f. 7.

37. **Tricholoma impolitum** Lasch n. 507. Gonn. et Rab. t. 15. f. 2. Kickx p. 137. Fr. Hym. Eur. p. 55, *A. erius amarus* Secr. n. 726. *A. leucocephalus* var. Auct. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, flocculoso, dein diffracto squamoso, subdepresso, margine levi, primo inflexo, villosulo; stipite solido, valido, fibrilloso, superne floccoso-squamoso; lamellis emarginatis, confertis, albidis. 353

*Hab.* in silvis frondosis Europæ gregarium, subcircinans. Sapor salsus, dein piperatus. Pileus primo fibrillosus, dein (explanatus) rimosus, centro subgranulosus, ochroleucus fuscoque varius, 8-16 cm. latus; stipes 7-11 cm. longus, 8-17 mm. cr.; sporæ 6 ≃ 4-4,5.

38. **Tricholoma rhacophorum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI p. — Pileo convexo, demum depresso, carnoso, innato-diffracto, fibrilloso estriato; stipite deorsum incrassato, solido, pallidiore, squamis an- 354

gustis fibrillosis rugoso; lamellis pallide stramineis, postice rotundatis attigentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus circiter 8 cm. latus fusco-brunneus; caro alba; margo æqualis, stipes 6 cm. longus, 13 mm. crassus; lamellæ 5 mm. latæ. Affine *Tr. impolito.*

39. **Tricholoma Columbetta** Fr. S. M. 1. p. 44. Letell. t. 625 Fr. Icon. 355
t. 29. f. 2. Hym. Eur. p. 55. Quél. t. 2. f. 2. Cooke Ill. t. 48. Gonn, et Rab. t. 15. f. 1. Paul. t. 58. — Album; pileo carnoso, ovato-explanato, udo, obtuso, rigido, subflexuoso, primo glabro, dein sericeo-fibrilloso-levigato squamulosove; margine involuto primo tomentoso; stipite solido, valido, inæquali, striato, subglabro; lamellis emarginatis, confertis, tenuibus, subserrulatis. — Sequentes formæ huius speciei observantur. — *A.* Stipite curto, difformi, attenuato-radicato; pileo minus sericeo-nitente, flexuoso, demum sæpe rimoso-squamoso; margine juniore evidenter involuto, tomentoso. Columbetta I. Bauh. Chabr. Sterb. t. 9, *B.* etc. *A. albus* Pers. excl. syn. et sap. viroso. Alb. et Schw. p. 181, *B.* Stipite elongato, basi subattenuato; pileo flexuoso, inæquali, evidenter sericeo-fibrilloso squamulosoque. Vaill. Par. n. 31. *A. sericeus* Krombh. t. 25. f. 6, 7 (optime, quatenus albus). — *C.* Stipite elongato, cylindrico, fibrilloso, striato; pileo regulari, sericeo-fibrilloso, levi, margine nudiusculo.

*Hab.* in silvis montanis frondosis Europæ et Americæ fœderatæ. *A.* locis apricis graminosis, ericetosis; *B.* in dumetis; *C.* in fagetis umbrosis. — Pileus 4-10 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-12 mm. crassus; sporæ 6-7 ≈ 4½. Fungus edulis; odor et sapor vix ullus, mitis, non farinaceus. Color extus intusque candidus (non lutescens), sed tam extus quam intus in *A.* observantur subinde maculæ rubellæ, in *B.* fuscescentes, in *C.* violaceæ. Ut pileus ex aeris constitutione (recens humidus udus, numquam vero aquosus) et aetate mutatur, sic etiam lamellae juniores angustæ dein perlatæ.

40. **Tricholoma mirabile** Bres. F. Trid. p. 16, t. XVII. — Pileo car- 356
noso, e convexo explanato, vel subdepresso, aliquando dimidiato-ungulato, sicco, pubescenti-velutino, glabrescenti, e griseo-murino luride cinnamomeo; margine nigro vel griseo nigroque marmorato, mire variante, margine primitus involuto, alboque villoso, sæpe striis pilosis prædito (ut remote sulcatus appareat) 5-8 cm. lato; stipite solido, æquali basive subincrassato, centrali aut excentrico, pileo concolore, ætate nigrescenti, apicem versus sæpe circulo fi-

broso-carnoso turgido circumdato, fibrilloso, superne furfuraceo-squamuloso, 4–6 cm. longo, 7–12 mm. crasso; lamellis confertissimis, ex arcuato planis, candidis, immutabilibus, postice emarginatis, in stipitem uncinato-decurrentibus; sporis subglobosis asperulis, 5–7 μ. diam., hyalinis; basidiis clavatis 45–56 ≃ 8 μ.; carne alba, stipitis in exoletis cinnamomeo-lurida.

*Hab.* locis graminosis saxosis ad margines pinetorum, Valle di Sole (Trento), æstate-autumno.

41. **Tricholoma scalpturatum** Fr. Epicr. p. 31. Hym. Eur. p. 55. 357
Cooke Ill. t. 215 Quélet p. 211. Bern. Roch. t. VI, f. 1–5. Batt. t. 15. F. — Pileo carnoso, e conico expanso, obtuso, in squamas floccosas umbrinas rufasve rupto et variegato; stipite farcto, inæquali, albo, fibrilloso; lamellis emarginatis, subconfertis, albis, lutescentibus.

*Hab.* in silvis montosis Europæ passim. — Pileus 6–8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; 1 ¼ cm. crassus; sporæ 6–8 ≃ 4–5 Junius Lepiotarum more tomento floccoso obductum, dein squamas latas discolores in pileo albido flavove relinquente. Affine *T. terreo.*

42. **Tricholoma rhinarium** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — 358
Pileo convexo, obtusissimo, centro subtiliter areolato-diffracto; margine squamuloso; stipite valido furfuraceo; lam ex albo flavis confertis emarginatis.

*Hab.* in greges densos inter folia sicca in silvis, New England, Amer. bor. (Sprague). — Pileus 13 cm. latus, margine luteo-albus atque minute squamosus, demum ochraceus atque centro luteo-brunneus; margo primo involutus; stipes 8–10 cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus luteus, ob cuticulam minute diffractam furfuraceus; lamellae adnatae plus minusve furcatæ. Affine *Tr. scalpturato.*

43. **Tricholoma fallaciosum** Quél et Schulz. in Hedw. 1885, p. 133. 359
(*T. fallax*), *Ag.* (Collybia) *platyrhizus* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1877, p. 107. — Pileo ex irregulariter-subgloboso convexo fere semiglobato, vertice elevato sed non umbonato, carnoso, 4–5, 3 cm. lato, vaccino, primitus valde obscuro, deinde ad marginem dilutiore, nec nitido, glabro, levi, sub lente innato-floccoso; stipite non distincte cartilagineo, cum hymenophoro contiguo, subtiliter et subventricoso-conoideo, basi cuspidato et mycelio albido ramoso passim laminæformi-compresso et dilatato prædito, apice 7–11 mm. crasso, 6–7, 3 cm. longo, cavo, apice albo et pulverulento, ad basim dilute sulphureo, in medio pallide cinnamomeo-afflato; lamellis præcipue ad marginem confertis, subliberis, postice

rotundatis, antica cuspidatis, e fuscescenti-albido acie læte cinnamomeis, sed ad latera multo dilutioribus, sæpe sordide lutescentibus; sporis pure albis, obovatis, 4, 5 μ. longis.

*Hab.* subsparse in silvis pr. Vinkovce Slavoniæ, augusto et septembri. — Tomentum pilei folia ramentaque colligit; caro sordide albida, firma; odor fortis quasi *Collybiæ fusipedis,* deinde debilior et fere farinæ recentis; sapor dulcidulus. Præsente *T. fallace* Peck, nomen leniter mutavimus.

44. **Tricholoma Webbii** Despr. in Mont. Canar., p. 70, t. 4, f. 7. — 360
Cæspitosum; pileo carnoso convexo ruguloso, disco dilute fuligineo; margine primitus involuto, striato, subbrunneo-cinnamomeo; stipite curvulo cylindrico, basi bulboso, albido, nudo, intus cavo; lamellis æqualibus, crassis, violaceis, dente decurrentibus.

*Hab.* ad radices arborum in silva Agua Garcia Teneriffæ et in Canaria (Despréaux).

45. **Tricholoma laterarium** Peck 26 Rep. p. 51. — Pileo convexo 361
vel expanso, plerumque centro leviter depresso, pruinoso, albido; disco sæpe rubro vel brunneo tincto, margine levi lineolis subdistantibus, curtis, radiatis virgato; lamellis angustis, confertis, albis in stipitem sub forma striolarum decurrentium productis; stipite subæquali, solido, albo; sporis globosis 5 μ. diam.

*Hab.* ad terram in silvis, Worcester Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans; pileus 5-10 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. Ob pilei marginem supra dicto modo ornatum speciem sistit satis distinctam.

46. **Tricholoma chlorinosmum** Peck Bot. Gaz. 1879 p. 137. — Pileo 362
convexo vel expanso 9-12 cm. lato; disco verrucoso; margine velo demum evanescente obtecto, albo; stipite leviter cylindrico, valido, profunde 2, 5-5 cm. crasso terra immerso; lamellis albis; sporis late ellipticis, 7-10 μ. longis.

*Hab.* in terra sicca in silvis. Closter N. Y. augusto (C. F. Austin). Odore chlori statim dignoscitur.

47. **Tricholoma obtectum** Jungh Crypt. Jav. p. 83. — Miniato-flam- 363
meum; pileo campanulato stipiteque subfistuloso, massa tomentosa molli, crassa obductis, floccosis; lamellis liberis angustis, subochraceis, velo universali floccoso-membranaceo, fugaci; carne cinerea.

*Hab.* in terra solitarie, in dumetis Coffeæ in ins. Java.

** Lamellis rufescentibus v. cinerescentibus, acie vulgo demum rufo-aut nigro-maculatis.

48. **Tricholoma imbricatum** Fr. S. Myc. I. p. 42. Icon. t. 30. Hym. 364

Eur, p. 56. Berk. Outl. t. 4, f. 3. Gonn. et Rab. t. 18, f. 1. Cooke Ill. t. 199. *A. rufus* Pers. Myc. Eur. 3. p. 179, non p. 61. Fungi silvestres cervini J. Bauh. Clus. Escul. gen. X. spec. 1. — Pileo carnoso, compacto e convexo explanato, obtuso, sicco, innato-squamuloso, umbrino-rufo; margine primum inflexo pubescente; stipite solido, valido, apice albo-pulverulento (haud cortinato); lamellis sinuato-adnexis, subconfertis, albis, dein rufescentibus.

*Hab.* vulgatissimum in pinetis Europæ. Majus, mite, e Patribus edule, pileo umbrino, rufo etc. — Schaeff. t. 25, ad sequens a Persoonio relata, forte hujus loci, nisi potius Cortinarii species. — Pileus 6-11 cm. latus; stipes 7-11 cm. altus, 1-2 cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 6 ≃ 4-5.

49. **Tricholoma vaccinum** Pers. Syn. p. 293 [*Agar.*] (excl. syn. Schaeff.). 365
Fr. Syst. Myc. I. p. 42. Fr. Hym. Eur. p. 56. Batsch f. 116. Berk. Outl. p. 100. Cooke Ill. t. 60, et plurimorum Auctorum. *A. rufus* Pers. Ic. et descr. t. 2, f. 1-4. — Pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, umbonato, sicco, squamis floccosis vestito, margine involuto, tomentoso; stipite cavo, æquali, fibrilloso-cortinato; lamellis adfixis, subdistantibus, albo-rufescentibus.

*Hab.* in pinetis locis subhumidis Europæ et Amer. bor., vulgare, priore præcocius. Persoonii icon optima; Gonn. et Rabenh. t. 18, fig. 2 anceps; Brig. t. 8, omnino falsa, licet descriptio mutuata correcta. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1 1/4 cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 6 μ. diam.

50. **Tricholoma polyphyllum** Dec. Fl. Fr. 6. p. 50. Trog. Helv. Fr. 366
Hym. Eur. p. 56. *A. phæochrous* Pers. Myc. Eur. 3, p. 186. — Pileo carnoso, tenui, irregulari, obtuso, umbrino-rufo; squamis fibrillosis adpressis; stipite solido, cortinato, albo, squamuloso, apice striato; lamellis subliberis, confertis, albis, subrutilis.

*Hab.* in pinetis Helvetiæ (Trog) in Germania et in Italia. — Sporæ subglobosæ 6-7 ≃ 5, 1-guttatæ, hyalinæ. Num idem sit Candollei in ligno coacervato Pini in horto Monspeliensi lectum, dubium videtur. Descripito vero ampla Candollei bene quadrat.

51. **Tricholoma immundum** Berk. Outl. p. 103. Cooke Ill. t. 61. Fr. 367
Hym. Eur. p. 56. — Pileo carnoso, e convexo expanso, sericeo; sordide albo, nigro-maculato, margine inflexo, sericeo-squamuloso; stipite fibrilloso, concolore; lamellis emarginatis, transverse striatis, cinerescenti-rubellis.

*Hab.* locis graminosis Angliæ et Germaniæ. Dense cæspitosum, fractum ubique nigrescens. — Pileus 5 cm. et ultra latus.

52. **Tricholoma inodermeum** Fr. Monogr. I. p. 66. Hym. Eur. p. 57. — 368
Pileo carnoso, tenui, e conico campanulato, dein convexo, umbonato, fibrilloso-lacero et squamis radiantibus variegato, fusco-rufescente; stipite subfarcto, albo rufescente, apice albo-farinoso; lamellis liberis, perlatis, distantibus, albis, tactis rubro-maculatis.

*Hab.* locis graminosis subhumidis in pineto prope Uspaliam copiose. Ex Hungaria indicavit Kalchbrenner. Habitus Inocybis. Stipes sursum fistulosus, tenax, æqualis, vix fibrillosus, 8 cm. longus. Caro rubescens.

53. **Tricholoma furvum** Fr. Obs. 2, p. 126. Epicr. p. 33. Hym. Eur. 369
p. 57. — Pileo carnoso, molli, e campanulato expanso, repando, sicco, fibrilloso-striato, subfusco; stipite solido, fibrilloso; lamellis subliberis, dente adnexis, integerrimis, ex albo cinerescentibus.

*Hab.* in campis apricis Scaniæ. Majus, admodum molle, fragile. Stipes fibrillis pileo concoloribus tinctus, basi subincrassata alba. Pileus e badio v. fusco lutescens v. cinerescens. Sporæ 8-9 ≃ 6-7. Statura omnino *Inoc. phæocephalæ* Bull.

54. **Tricholoma unguentatum** Fr. Epicr. p. 27. Icon. t. 31, f. 1. Hym. 370
Eur. p. 57. — Pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, umbonato, regulari, squamoso-floccoso, viscido, cinereo; stipite solido, valido, laxe fibrilloso lamellisque emarginatis, confertis, perlatis sordide albidis.

*Hab.* in pinetis siccioribus Europæ. Valde insigne pileo floccoso et simul viscoso, cujus perpauca noscuntur exempla, nullum aliud inter Tricholomata. Statura omnino *Tr. virgati.*

55. **Tricholoma lanicute** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 146, f. 263, 264. — 371
Pileo convexo; margine involuto, adpresso-fibrilloso, lanoso-squamuloso, pallide griseo; stipite carnoso, albo, squamulis flavo-brunneis seriatis ornato; lamellis albis, remotis; sporis 6-7 ≃ 4.

*Hab.* in silvis Oberstaufen Bavariæ — Odor debilis farinæ. Inter *T. unguentatum* et *T. gausapatum* medium.

56. **Tricholoma gausapatum** Fr. Syst. Myc. I. p. 13. Quél. p. 211. Fr. 372
Hym. Eur. p. 57. — Pileo carnoso, tenui, bullato, repando, obtuso, fibrillis densis superficialibus obducto; margine primitus involuto albo-lanuginoso; stipite solido, valido, laxe fibrilloso, candido, manifeste cortinato; lamellis adnatis, confertis, cinerescentibus.

*Hab.* in nemoribus graminosis. Europæ. — Pileus 6-8 cm. latus, stipes 4-6 cm. longus, 1-1,5 cm. crassus; sporæ 6 ≃ 4. Sequenti affine, sed majus, mite, inodorum, pilei forma insigne. Huc forte Paulet t. 89, f. 1, mala.

57. **Tricholoma terreum** Schaeff. t. 64 (atypica, connato-cæspitosa) (*Agar.*), Sowerb. t. 76, Conf. Fr. in Linn. 1830, p. 723. Ventur. t. 45, f. 4-5. Gonn. et Rab. t. 17, f. 2, Kick p. 158. *A. argyraceus* Bull. t. 573, f. 2. *A. myomyces* Alb. et Schw. Letell. t. 663, f. 6 et Pers. pr. p. *A. nigro-marginatus* Lasch n. 505. *A. Friesii* Jungh. in Linn. 1830, pag. 394, excl. syn. Fr. Hym. Eur. p. 57. — Pileo carnoso, tenui, molli, e campanulato expanso, umbonato, villo innato, floccoso, squamoso tecto, murino; stipite farcto, subæquali, adpresse fibrilloso, albido; lamellis denticulo decurrente annexis, crenulatis, albo-griseis. 373

*Hab.* vulgatissimum in regionibus campestribus Europæ, sed in pineto-montanis deesse videtur. — Variat solitarium et cæspitosum, subinodorum, nunc *majus* pileo repando, squamoso fibrillosoque, nunc *minus*, regulare, pileo papillato, squamuloso-punctato, margine primo inflexo. Pileus variat cinereus, cærulescens, fuscus (unde plures species Secretano n. 715, 716, 719, 720 etc.), 3-5 cm. latus; stipes 3-5 cm. albus; sporæ ellipsoideo-sphæroideæ chlorino-hyalinæ 6-7 ≃ 4.

58. **Tricholoma argyraceum** Bull. t. 443 (*Agar.*), Secr. n. 721, Kalchbr. Hung. t. 4, f. 1, transitus ad vulgare, Fr. Hym. Eur. p. 58. — Lamellis vulgoque pileo candidis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, verruculosis, 4-6 ≃ 3-4; basidiis clavatis 21-24 ≃ 4-5; sterigmatibus 3 ≃ 1 (Voglino). 374

*Hab.* in pinetis muscosis Europæ sæpe magna lecta copiosa specimina candida, sed formis mediis, monente Bulliardo, in *T. terreum* transeunt. — ***Tr. chrysites** Jungh. l. c. Secr. n. 722. *A. holoxanthus* Pers. Myc. Eur. e Batt. t. 19, f. 11. Fr. Hym. Eur. p. 58. Hæc insignior varietas transire videtur in *Ag. scalpturatum*. — *Var.* **virescens** Cooke Ill. t. 641. In Anglia.

59. **Tricholoma ori-rubens** Quél. Champ. du Jura et des Vosges p. 327, Cooke Ill. t. 90. — Pileo carnoso, convexo, fragili, levi, griseo, medio brunneo, fibrillis nigrescentibus prædito; stipite solido, fibroso, albo, basi roseo-striato; lamellis emarginatis, undulatis, albis, margine roseis; sporis ovatis, albis. 375

*Hab.* in terra in Vogesis Galliæ, et pr. Hereford Britanniæ. — Potius varietas *T. terrei.*

60. **Tricholoma atro-squamosum** Chev. Fung. et Byss. Ill., Grev. IX, pag. 93. — Gregarium; pileo convexo, dein explanato, umbonato, pallide cinereo, squamuloso; margine subtomentoso; squamulis mi- 376

nutis, atris; lamellis ventricosis emarginatis, subconfertis; stipite fibrilloso, albo, apice atro-squamuloso, basi leniter incrassato.

*Hab.* in graminosis in Gallia et Britannia. — Pileus 5 cm. d.; stipes 6–7 cm. long., 12 mm. cr. *T. argyraceo* valde affine.

61. **Tricholoma triste** Fr. Epicr. p. 34, Hym. Eur. p. 58, Saund. t. 44, 377
f. 2, Bern. Roch. t. VII, f. 1–5 et forte Scop. Carn. pag. 438. — Pileo carnosulo e conico expanso, umbonato, fusco, squamoso-fibrilloso, margine inflexo cortinaque manifesta fibrillosis; stipite fistuloso, tenui, æquali, floccoso-squamoso; lamellis emarginato-adnexis, subdistantibus, ex albo cinerescentibus.

*Hab.* in sæpibus salicinis Scaniæ et Germaniæ passim copiose. — *T. terreo* affine, sed tenuius, inodorum, stipite 2,5 cm. modo crasso, pileo $1^1/_4$–$2^1/_2$ cm. lato, sporis $8 \simeq 4{,}5$. Lamellæ numquam nigro-marginatæ. Cortina insolito copiosa. Inter hoc et præcedens ambigunt Secr. n. 715 et *A. tristis* Quélet p. 42.

III. Tricholomata rigida. (Tr. spuria Fr. S. M.). Pilei pellicula rigida, puncta-to-granulata vel siccitate in squamulas glabras diffracta, non viscosa, floccoso-squamosa aut fibrilloso-lacerata. Pileus rigidus, in compactis durus, subcartilagineus, in tenuioribus fragilissimus, margine (excepta spec. prima) nudo. E velo, nec cuticula lacerata, specimina juniora fibrillosa obviam veniunt, ut etiam alia minora et juniora haud diffracta. Odor sæpius ingratus.

*) Lamellis albis aut pallescentibus, nec rufescentibus cinerescentibusve, maculatis.

62. **Tricholoma macrorhizum** Lasch n. 240, Fr. Hym. Eur. pag. 58. 378
Cooke Ill. t. 278, *A. macrocephalus* Schulz. in Kalchb. Fung. Hung. p. 11, t. 3, f. 1, eximie! — Amplum; pileo compacto, e convexo plano, levi, glabro, dein tessulatim rupto, ochraceo; stipite solido, valido, ex albido ochraceo, radice crassa, carnosa præmorsa; lamellis emarginatis, pallidis.

*Hab.* locis graminosis sub quercubus Slavoniæ, Germaniæ et Britanniæ. — Magnificus fungus, radice sine pari. Stipes 6 cm. crassus, subtilissime granulatus. Pileus 18-20 cm. latus. Odor gravis, cadaverinus.

63. **Tricholoma compactum** Fr. Monogr. Hymen. II, p. 286, Ic. t. 35, 379
f. 1. Hym. Eur. p. 59. — Pileo carnoso, compacto, e convexo plano, levi, sicco, glabro, cinereo-livido; stipite solido, glabro, albo; lamellis rotundatis, subdistantibus, luteis.

*Hab.* hactenus lectum in lucis amœnissimis ad Vreta-udde prope Upsaliam Sueciæ. — Ex affinitate hoc loco receptum, licet

hactenus rimose squamosum non lectum sit. Fungus robustus, obesus, inodorus, statura Russularum. Stipes 4-5 cm. longus, 3 cm. crassus. Pileus 15 cm. usque latus, semper siccus (nec udus ut in Spongiosis).

64. **Tricholoma saponaceum** Fr. Obs. 2, p. 101, Icon. t. 32, fig. super., Hym. Eur. pag. 59, Cooke Ill. t. 91, 216. *A. madreporeus* Batsch t. 36, f. 203. *A. argyrospermus* Bull. t. 602. *A. fusiformis* Schum. p. 318, Fl. Dan. t. 1729. *A. murinaceus* Krombh. t. 72, f. 6-18. *A. cognatus* et *affinis* Weinm. Syll. Ratisb. II, p. 84, I. p. 72. Plurimi insuper huc perperam relati, ut *A. Myomyces* Pers. p. parte, Lasch n. 38 et Syst. Myc. I. *A. luridus* Alb. et Schw. et *A. frumentaceus* Weinm. l. c. — Olidum; pileo subcompacto, e convexo explanato, difformi, obtuso, glabro, demum siccitate rimoso-squamoso, margine primitus nudo, carne dilute rubente; stipite solido, inæquali, pallido; lamellis uncinato-emarginatis, distantibus, tenuibus, integerrimis, pallescentibus. 380

*Hab.* in silvis, præcipue acerosis, Europæ, vulgare. — Vix ulla species magis confusa, licet odore saponaceo et carne dilute rubente facile distincta. Maxime tamen variabilis pileo albido, cinereo, livido, alutaceo, virente, at numquam rubente sed sæpe rubro-maculato. Stipes 6-8 cm. longus, $1^1/_4$ et ultra cr., nunc glaber, nunc floccis nigricantibus adpressis squamosus: Fr. Icon. t. 32, f. inf. Pileus 6-11 cm. lat.; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ $5 \simeq 4$. Variat simul lamellis lutescentibus, quales *A. albido-umbrinus* Schum. pag. 337 et *A. napipes* Krombh. t. 28, f. 23-24. Tandem ad hanc speciem spectare videtur integra stirps Nitrosorum Secr. n. 681-685.

65. **Tricholoma atro-virens** Pers. Syn. p. 319 (*Agar.*), Lasch n. 506, Fr. Hym. Eur. p. 59. — Pileo carnoso, tenui, flexuoso, atro-virente, squamulis nigris confertis variegato; reliquis notis prioris. 381

*Hab.* in fagetis umbrosissimis Europæ. — Friesii minus, stipite tenuiore et pileo minore, $1^1/_4$ cm. Hoc adeo recedit, ut primo obtutu speciem censeas distinctam.

66. **Tricholoma miculatum** Fr. Obs. 2, pag. 124, Monogr. I, pag. 70. Hym. Eur. p. 60. — Firmum; pileo compacto, e convexo explanato, obtuso, glabro, granulato, disco rimoso umbrino; stipite solido, subæquali, fibrilloso floccosove; lamellis subadnatis, planis, leviter distantibus, lacteis. 382

*Hab.* in quercetis Europæ, raro. — Priori cognatum sed diversum odore non ingrato, carne alba haud rubente, lamellis fere

adnatis. Color pilei albidus vel lividus. Sporæ 6-7 $\mu$. long.; pileus 6-8 cm. diam. Conferatur Secr. n. 687.

67. **Tricholoma cartilagineum** Fr. Icon. t. 33. Hym. Eur. p. 60, Smith in Seem. Journ. Bot. III, pag. 101. Cooke Ill. t. 166. *A. umbrinus* Pers. Myc. Eur. 3, pag. 214. — Pileo carnoso, rigido, subfragili, e convexo expanso, gibbo, undulato, glabro, e cuticula rimulosa subtiliter et dense atro-punctato; stipite subcavo, brevi, glabro, candido; lamellis emarginatis, confertis, albis. 383

*Hab.* locis graminosis, humidis, in silva abiegna Sueciæ legit Fries. Ceterum in Gallia, Germania, Britannia, Rossia lectum. — Species nobilis, hactenus cum forma *T. saponacei*, quæ *A. affinis* a Weinmanno dicta, confusa, a qua valde diversa. Odor nullus vel ex Berkeley farinæ recentis. Stipes curtus, 2-6 cm. longus. Pileus 6-8 cm. latus et ultra, elegantissime et densissime granulato-punctatus. — ***T. Bulliardi**. Cfr. Quél. Quelq. esp. 1882, p. 2, Bull. t. 589, f. 2; pileo rigido, umbrino, atrato; lamellis stipiteque tenaci pruinosis, albis, dein stramineo-corneis; sporis sphæricis 7-8 $\mu$. diam. In Gallia.

68. **Tricholoma loricatum** Fr. Epicr. pag. 37, Icon. t. 35, f. 2. Hym. Eur. pag. 60. — Cartilagineum, tenax; pileo e campanulato convexo, subundulato, udo (viscidulo), subpapilloso, cuticula crassa, cornea, discreta loricato; stipite subcavo, æquali, radicato, striato-fibrilloso; lamellis attenuato-liberis, confertis, pallidis. 384

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ, raro. — Ab omnibus diversum cute pilei, 2 mill. crassa, secernibili a carne s. medulla stipitis inter hymenophorum et cutem centro intrusa. Stipes 5-8 cm. longus, testaceo-fuscus. Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, sub lente punctulato-rugosus, umbrino- vel livido-fuscus. Odor nauseosus, sed non saponaceus.

69. **Tricholoma indetritum** Britz. Hymen. Südb. IV, pag. 146, f. 273. — Pileo convexo dein expanso, centro depresso, fibrilloso-squamoso, brunneo; stipite albido, carnoso, dein cavo; lamellis albis, confertis; sporis 8-10 ≃ 6-8. 385

*Hab.* in silvis pr. Oberstaufen Bavariæ, autumno. — Hinc *T. loricato*, illinc *T. cinerescenti* affine. Odor debilis saponaceus.

70. **Tricholoma atro-cinereum** Pers. Syn. p. 348 (*Agar.*), Fr. Monogr. p. 72, Icon. t. 31, f. 2, Hym. Eur. p. 60, Cooke Ill. t. 52 *a*, Gill. Champ. Franc. cum icone. — Rigido-fragile, pileo carnoso, e convexo plano, sicco, glabro, demum rimose inciso, disco prominente et ob- 386

scuriore; stipite farcto, æquali, glabro lamellisque arcuato-adnexis, ventricosis albidis.

*Hab.* in nemoribus graminosis Europæ rarius. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 2,5 cm. crassus. Odore et sapore minus fortibus, fragilitate sequenti affine, sed constanter diversum. Ne remotissima quidem affinitas adest cum *A. pratensi* d. Fr. System. mycol.

71. **Tricholoma cuneifolium** Fr. Obs. 2, p. 99, Syst. Myc. I, pag. 99, 387
Hym. Eur. pag. 61, Berk. Outl. p. 102, Cooke Ill. t. 261. *A. cinereo-rimosus* Batsch f. 206 (bona). *A. ovinus* var. Bull. t. 580 *a, b. A. nycthemerus* Pers. Myc. Europ. 3, pag. 213. *A. dysodes* Secr. n. 763, forma integra. — Fragilissimum; pileo carnosulo, e convexo plano, sicco, glabro, mox diffracto, subfusco; stipite cavo, deorsum attenuato, apice albo-pruinoso; lamellis tenuibus, confertis, albis, antice latioribus et oblique truncatis, postice attenuatis, dente decurrentibus.

*Hab.* locis graminosis tam apricis, quam silvaticis Europæ, frequens. — Pumilum, $2^1/_2$-4 cm. altum, pileo fusco vel livido, demum depresso, 1-$2^1/_2$ cm. lato; sporæ secund. Karst. ellipsoideæ 4-6 ≃ 2-3, sec. Worth. Sm. subsphæroideæ 4-5 μ. Lamellarum forma et odore farinæ recentis forti distinctissimum.

**) Lamellis decolorantibus, rufescentibus vel cinerescentibus maculatisve. (*T. Colossus* inter Limacina collocatus).

72. **Tricholoma crassifolium** Berk. Outl. pag. 100 et in Engl. Fl. V, 388
p. 16, Cooke Ill. t. 92, Fr. Hym. Eur. p. 61. — Pileo carnoso, compacto, umbonato, undulato, minute adpresso-squamuloso, ochraceo, disco umbrino; stipite solido, æquali, pruinoso, pallido; lamellis subliberis, crassis, distantibus, demum ochraceis, fusco maculatis.

*Hab.* in pinetis Angliæ. — Graveolens. Pileus 5-10 cm. latus, demum depressus; stipes 4-5 cm. longus, 9 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 4-5. Lamellis crassis in hac grege insigne.

73. **Tricholoma géminum** (Paul.) Fr. Epicr. p. 38, Hym. Eur. p. 61. 389
Léveill. Champ. Paul. p. 19. *Hypoph. geminum* Paul. t. 40. — Obesum; pileo compacto, convexo, repando, obtuso, glabro, rimose rivuloso, rufo-cinnamomeo, margine inflexo nudo; stipite solido, ventricoso, glabro, concolore; lamellis attenuato-adnexis, tenuibus, confertis, albis, rufescentibus.

*Hab.* in Gallia. — Distinctissimum, deforme, pileo qui est «sujette à se gercer finement», 5 cm. lato, stipite ultra 2 cm. crasso. Mite et delicatissimum. Pileus 6-8 cm. diam.; sporæ 6-7 μ. l.

74. **Tricholoma sudum** Fr. Epicr. p. 38, Icon. t. 34, f. 2, Hym. Eur. 390
p. 61, Quél. p. 328, Kichx p. 138. — Firmum; pileo carnoso, e convexo applanato, sicco, glabro, cinereo-rufescente, sæpe disco rimose squamuloso; stipite solido, compacto, fibrilloso-striato squamulosove; lamellis profunde emarginatis, subconfertis, ex albido subrufescentibus.

*Hab.* locis graminosis silvarum; lectum in Suecia, Belgio, Helvetia. — Eximia species, sed facile cum *T. arcuato* confusa. Stipes 8 cm. usque longus, 1,3 cm. et ultra crassus. Pileus 5-8 cm. latus, carne alba, immutabili. Sporæ ovoideæ 6 μ. longæ.

75. **Tricholoma tumidum** Pers. Syn. p. 350 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, 391
p. 48, Hym. Eur. p. 61, Krombh. t. 72, f. 1-5, Cooke Ill. t. 63, Kickx p. 139. — Rigido-fragile; pileo e bullato expanso, undulato, subnitido, dein inciso, rimoso, cinereo, margine tenui infracto; stipite solido, radicante, humido, striato, candido; lamellis marginatis, latis, subdistantibus, candidis, demum rufescenti-cinereis.

*Hab.* in pinetis subhumidis Europæ. — Majus; stipes 8 cm. longus (sed inter muscos humidos valde elongatur) $2^1/_2$ cm. crassus; sporæ $6 \simeq 4$; pileus 8 cm. latus. Odor et sapor fatuus. Hujus loci videtur Clus. Pern. genus IX ex Sterb. t. 18. — Var. **Keithii** Ph. et Pl. in Grevillea. A typo dignoscitur pileo cinereo-rufescente, minus turgido, stipite sordide albo, innato-brunneo-fibrilloso, præcipue basi rubente. In silvis pineis Britanniæ (J. Keith).

76. **Tricholoma crassum** Berk. Dec. n. 147. — Maximum, valde car- 392
nosum; pileo convexo, obtusissimo, glabro, luteo-fusco; margine sinuato-plicato; stipite valido, solido, pallido; lamellis albis adnexis primitus postice sinuatis.

*Hab.* ad terram in umbrosis, Peradenya Ceylon (Gardner). — Pileus 20 cm. latus, interdum minute rimosus, interdum longitudinaliter fatiscens; stipes 15 cm. longus, 4 cm. crassus basi turgidus; lamellæ potius angustæ. Affine *Tr. Colosso, gemino* et *tumido*.

77. **Tricholoma murinaceum** Bull. t. 520 (*Agar.*), Sowerb. t. 106, Dec. 393
Fl. Franc. 2, p. 188, Berk. Outl. p. 100, Fr. Hym. Eur. p. 62. — Graveolens; pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, sericeo, rimose squamoso virgatoque, cinerescente; stipite farcto, valido, squamulis minutis variegato; lamellis latis, distantibus, undulatis, cinereis.

*Hab.* in silvis Angliæ, Galliæ et Italiæ. — Species major, robusta, at fragilis, tota cinerescens. Duce Persoonio olim ad Hy-

grophorum nitrosum (*H. murinaceum* Epicr.) retulit Fries, a quo diversissimum, licet odore alcalino congruant. Pileus 12 cm. latus; stipes 8 cm. altus, $2^1/_2$ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 4-5 ≃ 3,5 sec. Worth. Sm.; sec. Quél. 10 μ. longæ; hinc verisimiliter duæ species confusæ.

78. **Tricholoma hordum** Fr. S. M. I, pag. 47, El. pag. 6, Hym. Eur. pag. 62, Quél. pag. 212. — Rigido-fragile; pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso revolutoque, sicco rimoso squarrosoque, cinereo; stipite farcto, æquali, striato; lamellis marginatis, latis, subdistantibus, albis cinereisque. 394

*Hab.* in fagetis Europæ et Amer. bor. passim. — Inodorum, mite; pileus (primitus fibrillis evanidis tectus passim observatur) glaber, absolute siccus, luridus vel cinereus, ob tenuitatem totus in squamas demum laceratus, 8-11 cm. latus; stipes 8-16 cm. longus, 1-$2^1/_2$ cm. crassus.

79. **Tricholoma virgatum** Fr. S. M. I, p. 48, Icon. t. 34, f. 1, Hym. Eur. pag. 62, Lasch. Cooke Ill. t. 167, Seyn. Montp. pag. 123, *A. atro-cinereus medius* Alb. et Schwein. *A. fumosi* var. Pers. M. E. — Rigidum; pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, siccissimo, glabrato, squamulis lineolisque innatis nigris virgato, margine primitus nudo; stipites olido, valido, striato, glabro, albo; lamellis emarginatis, confertis, canescentibus. 395

*Hab.* in silvis montanis Europæ solitarium sed frequens. — Majus, fetleum (præcipue junius). Stipes subtuberosus absque omni veli vestigio, 8 cm. vel ultra longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus cinereus, junior quidem fibrillis secedentibus tectus visus, sed per se glaber, lineolis nigris modo virgatus vel squamulis superficialibus nigris glabris adspersus, 6-11 cm. latus; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ 6-8 ≃ 5-6 vel 6 μ. diam.

80. **Tricholoma elytroides** Scop. Carn. p. 424 (*Agar.*), Fries Monogr. I, p. 73, Icon. t. 33, f. 2, Hym. Eur. p. 62, *A. lemniscus* Pers. M. Eur. ex Battaræ t. 17, f. D. Secr. n. 718. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, e granulis confertis minutis scabro, disco floccoso-leproso, murino; stipite farcto, molli, e fibrillis densis sursum directis reticulato; lamellis emarginatis, latis, cinereis. 396

*Hab.* locis graminosis Europæ præcipue australis, sed etiam in Suecia media in societate *A. cartilaginei*. — Species insignis Odor farinæ recentis, at debilis.

81. **Tricholoma opicum** Fr. El. I, p. 16, S. M. I, p. 43, Hym. Eur. pag. 63, Secr. n. 723 non obstat — Pileo carnoso, tenui, convexo, 397

umbonato, levi, mox squamuloso; stipite farcto, æquali, glabrescente; lamellis arcuato-adfixis, ventricosis, vix confertis, canis.

*Hab.* in silvis abiegnis muscosis Europæ raro. — Pileus squamis non pilosis, sed *T. saponacei* similibus, et caro cinerescunt. Odor non distinctus. *T. sulphureo* e statura et substantia proximum. Pileus 2,5-4 cm. latus; stipes 1-1 cm. longus, 4-7 mm. cras.

82. **Tricholoma dissultans** Karst. Myc. Fenn. pars III, pag. 41. — 398
Pileo fragili, carnoso, tenui, convexo-plano, acute umbonato, siccissimo, fibrillis densis, superficialibus, canescentibus subreticulato, cinereo; stipite cavo, æquali, albo, laxe fibrilloso, apice pruinoso; lamellis sinuato-adnexis, dente decurrentibus, subconfertis, canescentibus.

*Hab.* in pineto, locis apricis, inter acus, prope Mustiala, in Fennia rarissime. — Pileus circiter 4 cm. latus; stipes circiter 5 cm. altus. A priori, cui proximum, stipite cavo, transverse dissecto in lacinias revolutas dissiliente aliisque notis diversum; sporæ subsphæroideæ, diam. 4 $\mu$. aut sphæroideo-ellipsoideæ, 5-6 ≃ 4.

83. **Tricholoma decorosum** Peck 25 Rep. 73, tabul. 1, fig. 1-4. — 399
Pileo firmo, primum hemisphærico, demum convexo vel expanso, squamis crebris brunneis subsquarroso-tomentosis obducto, obscure ochraceo vel fulvo; lamellis confertis, rotundatis leviterque postice emarginatis, acie subcrenulatis; stipite solido, æquali vel superne leviter conico, apice albo glabroque, alibi tomentoso-squamoso atque pilei colore; sporis late ellipsoideis, 6 ≃ 4.

*Hab.* in truncis cariosis in silvis Catskill Mts. et Kock City, Allegany county, Amer. bor. — Species insignis sed non communis. Interdum margo lamellas excedit.

84. **Tricholoma microsporum** Ellis Bull. Torr. 1874, p. 45. — Pileo 400
10-20 cm. diam. carnoso, tenui, leviter rugoso, efflorescentia glauca obtecto, siccitate sordide zonato, livide purpureo-rufo; stipite circiter 2,5 cm. longo et 2 mm. lato, fistuloso, minute pubescenti, basi pilis longis, sparsis, pallide flavescentibus prædito; lamellis profunde et anguste sinuatis et minute apici pilei insertis, subconfertis, demum circ. 1 cm. latis, primo pallide purpureis, demum flavo-rufis; sporis minutis, subglobosis, 3-5 $\mu$. diam.

*Hab.* inter Sphagna in paludibus Americæ bor., iulio-octobri.

IV. TRICHOLOMATA SERICELLA. Pileo (sine pellicula distincta) primitus sericello, mox glabrato, siccismo, nec udo nec viscoso nec hygrophano nec distincte squamoso. Pileus subtenuis, opacus, humorem absorbens, sed caro lamellis concolor non hygrophana; stipes omnium carnoso-fibrosus, quo mino-

res, habitu Collybiis similes, dignoscitur. Grex eximius, ob pileum sæpe lævigatum, quasi glabrum, non confundendus.

*) Lamellis latis, crassiusculis, subdistantibus. Graveolentia (*T. saponaceum* vid. supra).

85. **Tricholoma sulphureum** Bull. t. 168 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 110, Hym. Eur. p. 63, Sow. t. 44, Cooke Ill. t. 62, Fl. Dan. t. 1910, f. 1, Gonn. et Rab. t. 13, f. 2, Paul. t. 85, f. 3,4 ex Secr. n. 852. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, inæquali, primo sericello, mox glabrato, levi; stipite farcto, subæquali, striatulo lamellisque arcuato-adfixis, distantibus, sulphureis. 401

*Hab.* in silvis, præcipue frondosis, Europæ et in insula Runsala Fenniæ. — Fœtens, pileo sulphureo aut rufescente. — Var. *coronaria* P., in S. M. exclusa, videtur sq. Pileus 2,5–6 cm. latus; stipes 6–11 cm. longus, 6–9 mm. crassus; sporæ 4–5 ≃ 2–3 sec. Berk.; sec. Britz. et Lanzi 8–12 μ. long., an ergo duæ species?

86. **Tricholoma bufonium** Pers. Syn. p. 359 [*Agar.*], (dubium, potius *A. hypothejus* exsiccatus, etsi non male quadrat; certe non Secr.). Fr. S. M. I. p. 88. Hym. Eur. p. 63. Cooke Ill. t. 181. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, primo sericello, mox glabrato, punctato-rugoso, opaco; stipite farcto, æquali, flocculoso; lamellis arcuato-subdecurrentibus, subdistantibus, luteo-alutaceis pallidisque. 402

*Hab.* in pinetis montosis Europæ. — Pileus umbrino-nigrescens (Bull. t. 545, f. 2. O), fusco-purpurascens, alutaceus etc. 2, 5 cm. latus; stipes flocculis pileo concoloribus primo tectus, 8 cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ 3–4 ≃ 2–3 sec. Karst; 10–12 μ. long. sec. Britz.; an duæ species?. Odor mitior. Cfr. Bull. t. 545. f. 2. Secr. n. 851.

87. **Tricholoma interveniens** Karst. Myc. Fenn. Hym. p. 365. — Pileo carnoso convexo-plano, depresso, e sericeo glabrato, circa marginem ruguloso, alutaceo-pallescente; stipite solido, æquali, radicato, fibrilloso, basi tomentoso, apice pruinato, pallido; lamelis arcuato-adnexis, confertis, pallescentibus. 403

*Hab.* inter muscos in silva mixta prope Mustiala Fenniæ, sept. — Pileus subnitens, levis, margine primo involuto, remote ruguloso, circiter 8 cm. latus; stipes rigidus 11 cm. longus; caro aquosa; sporæ oblongatæ, utrinque attenuatæ, hyalinæ (sub micr.), 6–7 ≃ 2–2,5. — A *Tr. lascivo* proximo differt lamellis pallescentibus, margine ruguloso, carne aquosa odoreque fere nullo.

88. **Tricholoma lascivum** Fr. S. M. I. p. 110. Icon. t. 38, f. 1. Hym. Eur. p. 64. Berk. Outl. p. 102. Cooke Ill. t. 94. Secr. n. 853. 404

Weinm. Ross. p. 62. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, subdepresso, e sericeo glabrato, levi; stipite solido, æquali, rigido, basi radicato, tomentoso lamellisque arcuato-adnexis, confertis, albis.

*Hab.* in quercetis campestribus Europæ. — Pileus alutaceo-pallescens 4-6 cm. latus; sporæ 8-10 ≃ 3-3,5. — Var. **robustum** Cooke Ill. t. 217.

89. **Tricholoma cremoriceps** Berk. Dec. n. 252. — Pileo plano, carnoso, umbonato, glabro; stipite incurvo subæquali obscuriore, cavo, firmissimo; lamellis distantibus latiusculis, postice rotundatis adnatis. 405

*Hab.* in truncis arborum, Darjeeling Indiæ 2300 m. (Hook.). — Inodorum, subfasciculatum. Pileus 8 cm. vel ultra latus interdum depressus, siccus læte gilvus; margo crenatus; caro fusca firma; stipes 6 cm. longus, 8 mm. crassus, basi leviter inflatus fibrosus cavus; lamellæ crassæ subinde anguste denticulatæ. Affine *T. lascivo* sed minime sericeum.

90. **Tricholoma lacunosum** Peck 26 Rep. pag. 51. — Pileo convexo vel expanso, sicco, lacunoso, dense furfuraceo, aureo-luteo nitente; lamellis subdistantibus, albis, interstitiis plerumque venosis; stipite firmo, solido, æquali vel inferne leviter attenuato, squamoso vel furfuraceo, pileo concolore. 406

*Hab.* in truncis dejectis et ad ligna putrscentia, Savannah Amer. bor. — Statura 2 ½ - 5 cm. adæquans; pileus 2 ½ cm. latus, stipes 2 mm. crassus.

**) Lamellis tenuibus, confertis, angustis. Prima specie excepta, parvæ, inodoræ.

91. **Tricholoma inamœnum** Fr. S. M. I. p. 111. Icon. t. 38, f. 2. Hym. Eur. p. 64. Berk. Outl. l. c. Secr. n. 854. Weinm. Ross. p. 62. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, e sericello glabrato, levi; stipite solido, æquali, radicato lamellisque arcuato-adfixis decurrentibusque, distantissimis candidis. 407

*Hab.* in pinetis montosis Europæ austr. copiose. Fœtidissimum; pileus sordide albus. Sow. t. 121, ceterum valde distincta, exacte habitum exprimit. Pileus 2-6 cm. latus, stipes inter muscos basi radicata villosa auctus, circiter 8 cm. longus; sporæ sphæroideo- vel ovoideo-ellipsoideæ 9-11 ≃ 5-7.

92. **Tricholoma terræolens** Peck 38. Rep. St. Mus. p. 84. — Pileo tenui circ. 2, 5-3 cm. lato, convexo vel leniter plano, setuloso-fibrilloso, albido 0, 5 cm. crasso, disco prominulo, brunneo vel griseo-brunneo; stipite æquali, leniter setuloso, nitente, pannoso vel 408

fistuloso, albo; lamellis subdistantibus, emarginatis, albis; sporis subglobosis vel late ellipticis 5-7 ≃ 4, 5-5.

*Hab.* ad terram ad pedes Taxi canadensis, South Ballston, Saratoga County Amer. bor.; sept. Caro albida, odor non gratus. *T. inamœno* affine sed minus.

93. **Tricholoma Gateraudii** Roum. Fl. Myc. Tarn. p. 71, t. VIII, A. — Pileo carnoso, e convexo plano, mammillato, medio subsericeo, demum glabro, levi, sicco, albido, centro pallide flavescenti, 3-6 cm. lato; stipite albo, basi flavicante, solido, æquali, 4-6 cm. longo, 8-12 mm. cr.; lamellis latis, emarginatis, parum numerosis, adhærentibus, albidis, sectione leviter lutescentibus; carne alba, insipida, inodora. 409

*Hab.* gregarie, ad basim Quercuum, inter Muscos, in silva Parisot Galliæ, autumno. (Doct. DE FAYSAN). — *Tr. inamœno* Fr. proximum.

94. **Tricholoma stiparophyllum** Fr. et Lund p. 10. Fr. Hym. Eur. p. 64. — Graveolens, pileo compacto, e convexo expanso, primo sericello, dein glabrato, albo-lutescente, margine levi; stipite cavo, glabro, albo, apice albo-farinoso; lamellis rotundato-adnexis, admodum confertis, albis. 410

*Hab.* locis nemorosis Holmiæ et Fenniæ. Odor priorum, statura *Tr. acerbi*, 11 cm. usque alta; ab omnibus clare diversum. Pileus admodum carnosus, 8 cm. usque latus; sporæ sphæroideæ, 3-4 μ. diam.

95. **Tricholoma raphanicum** Karst. Symb. Mycol. Fenn. IX, 39 Ic. Select. t. XI. — Pileo carnoso, compacto, primitus convexo sæpeque gibbo, dein explanato, subinde depresso, obtuso, vulgo inæquali, levi ex adpresse sericello glabrato, margine demum superficie leviter rugoso-costato, albo, tandem, præcipue disco, in alutaceum vergente, 7-15 cm. lato; stipite cavo aut solido, inæquali, radiato, superne flocculoso, glabrescente, 5-10 cm. longo, 1-2 cm. crasso; lamellis subconfertis, tenuibus, rotundato-adnexis, latiusculis, albis; sporis sphæroideis, 3-4 μ. diam. 411

*Hab.* gregarie in silvis frondosis et mixtis, circa Mustiala; septemb. Odor Raphani fortissimus, sapor acerbus. — Haec species, *Trich. stiparophyllo* et *T. albo*, affinis, ab omnibus congeneribus odore gravissimo saporeque acri mox tuteque dignoscitur.

96. **Tricholoma chrysenterum** Bull. t. 556 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 126. Hym. Eur. p. 64. Quél. p. 212. — Pileo carnoso, convexo-plano, 412

obsolete umbonato, e sericello glabrato, levi; stipite solido, æquali, basi albo-lanato; lamellis liberis, confertis, angustis, flavis.

*Hab.* in fagetis Europæ inter folia et ligna cariosa raro. Nostrum *Marasmium peronatum* quidem refert, sed distinctissimum. Unicolor, regulare minus, inodorum, extus intusque lutescens. — Pileus 4-6 cm. latus, 6 cm. vel ultra longus, 4-7 mm. crassus.

97. **Tricholoma chrysenteroides** Peck 24 Report of the St. Mus. 413
N. Y. p. 60. — Leviter luteum; pileo carnoso, convexo vel expanso, firmo, glabro, sicco; lamellis confertis, adnexis, iuxta marginem superiorem transverse venulosis; stipite firmo, æquali, glabro solido; sporis ellipsoideis 6 $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. bor. — Pileus $2^1/_2$ - 5 cm. latus stipes 5-10 cm. longus, 6-8 mm. crassus. Forsitan præcedenti (*Tr. chrysenteroe*) arcte cognatum, sed lamellæ stipiti sunt adnexæ, haud liberæ, atque pileus non umbonatus.

98. **Tricholoma theiochroum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 515. — 414
Sulphureum; pileo convexo, umbonato, carnoso; stipite subæquali farcto; lamellis angustis, liberis vel breviter adnatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus 13-19 mm. latus, versus umbonem in umbrinum vibrans; stipes 2, 5 cm. longus, 2 mm. crassus, incurvus; lamellæ postice rotundatæ, liberæ vel attenuatæ leviterque adnatæ; sporæ pallide luteæ 5 $\mu$. long. Exstat forma amplior in qua adulta deest umbo; lamellæ sunt postice leviter rotundatæ atque adnatæ. Affine *Tr. chrysenteroe*.

99. **Tricholoma cerinum** Pers. Syn. p. 321. Fr. S. M. I. p. 89. Icon. 415
t. 39, f. 1. Hym. Eur. p. 64. Cooke Ill. t. 95, Gill. Champ. Franc. cum icone. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso depressove, glabrato, levi; stipite farcto, fibrilloso-striato, basi glabro (sæpe fusco); lamellis adnexo-secedentibus, confertis, flavis.

*Hab.* in pinetis Europæ, raro. — Pileus 3-9 cm. latus, stipes 2, 5-6 cm. longus, 2-15 mm. crassus. Minus, pileo cerino v. fuscescente, carne alba. Alia forma pileo repando, $1^1/_4$ cm. lato; alia minor, vix 2, 5, stipite fusco: *A. soderellus* Scop.

100. **Tricholoma periporphyrum** Berk et C. N. Pac. Exp. n. 5. — 416
Obscure purpureum, cæspitosum, pusillum; pileo e convexo-plano glabrato; stipite gracili; lamellis crassis adnatis.

*Hab.* in umbrosis collinis Bonin Islands maris Pacifici. — Affine *T. onychino.*

101. **Tricholoma fallax** Peck 25 Rep. pag. 74, tab. 1, fig. 5-8. — 417

Pileo firmo, convexo vel expanso, raro centro depresso, udo, glabro, obscure croceo; lamellis angustis, confertis antice attenuatis, postice rotundatis, luteis; stipite curto, glabro, farcto vel cavo, vulgo basi attenuato, colore pilei; sporis minutis, subellipsoideis 3 μ. long.

*Hab.* ad terram sub abietibus aliisq. arboribus resinosis, North Elba Amer. bor. — Gregarium; pileus 1, 5-3 cm. latus; stipes 2, 5-4 cm. longus, 2 mm. crassus. — Pumilum, elegans, aspectu cum quibusdam Naucoriæ speciebus commutatu facile; iove udo tantum lectum. Affine videtur *Tr. cerino.*

102. **Tricholoma onychinum** Fr. Epicr. p. 41. Icon. t. 39, f. 2. Hym. Eur. p. 64. — Pileo carneo, convexo, plano, subumbonato, glabrescente, versus marginem purpureo-sericeo; stipite solido, æquali, fibrilloso-sericeo, pallido, apice rubello; lamellis mox liberis, linearibus, confertis, luteis. 418

*Hab.* in pinetis muscosis raro v. c. Smolandiæ occid. Elegans, regulare, firmulum, pileo obscure et pulchre purpureo v. badiorubro. Caro lutescenti-alba. *A. flavus* Lasch n. 527 ad hoc accedit, ut *A. soderellus* ad *A. cerinum.*

103. **Tricholoma rubro-cyaneum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 515. — Pileo e conico plano depresso, lilacino, subtiliter virgato carnoso; carne alba; stipite obconico farcto, fibrilloso, albido; lamellis angustis, candidis. 419

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3-5 cm. latus, stipes 4 cm. longus, 4 mm. ad centrum crassus; lamellæ breviter adnatæ. Affine *Tr. onychino.*

104. **Tricholoma ionides** Bull. t. 533, f. 3 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 107. Cooke Ill. t. 95. Fr. Hym. Eur. p. 65. Gill. Cham. Franc. cum icone. *A. purpureus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 225. Bolt. t. 41. (minima forma). *A. fallax* Lasch Linn. IV. n. 511. — Pileo carnoso, e campanulato convexo-plano, umbonato, levi, subglabrato, decolorante, margine primitus flocculoso; stipite farcto, elastico, attenuato, fibrilloso; lamellis dente decurrente emarginatis, confertis, tenuibus, erosis, albis, pallescentibus. 420

*Hab.* in silvis humosis Europæ. Valde versiforme et versicolor; quo minus, eo obscurius, vulgo violascens v. lilacinum, minus fusco-purpureum v. rubello-lividum, per ætatem expallens. Pileus 6 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; sporæ 6-7 = 3-5. Forte plures latent species.

105. **Tricholoma pravum** Lasch l. c. n. 532. Berk. et Broome n. 421

1191. Fr. Hym. Eur. p. 65. — Fusco-rubellum, pileo carnosulo, e campanulato expanso, umbonato, sub lente sericeo; stipite e farcto cavo, floccoso, deorsum attenuato; lamellis dente adnexis, erosis, albo-pulverulentis.

*Hab.* cum priore, quo minus, tenuius, fragilius ejusque coloribus (fusco-purpureo, lilacino-rubello, livido) varians; statura prorsus *Tr. carnei.*

106. **Tricholoma persicolor** Fr. Icon. t. 40, f. 1. Hym. Eur. p. 65. 422
*A. persicinus* Lasch. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, persicino, expallente; stipite subcavo, tenaci, levi, pallidiore; lamellis sinuatis, tenuibus, confertis, candidis.

*Hab.* locis graminosis Europæ ad viarum margines; circa Upsaliam frequens. Hoc præcipue diversum videtur, at Lasch ipse suspicatur *A. pravum* ad hoc referendum. A *Tr. persicino* vero caute distinguendum.

107. **Tricholoma lilacinum** Gillet Champ. Fr. p. 113, cum icone, Lucand Suite à Bull. t. 79. — Pileo minuto, carnoso, conico dein expanso, margine subtus revoluto, centro elevato-umbonato, circumvallato, pallide lilacino, subsericeo, diam. 1-2 cm.; lamellis numerosis, concoloribus, latiusculis, basi subliberis; stipite firmo æquali farcto, dein cavo, pallidiore quam pileo, 2-3 cm. long.; carne firma alba, extus sublilacina, odore et sapore subnullis. 423

*Hab.* ad pedes abietum solitarium v. gregarium in Gallia bor. et in Belgio. Ab affini *T. jonide* differre videtur lamellis lilacinis nec albis.

108. **Tricholoma dichropodum** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 22. — Pileo 424
carnoso, explanato, obtuso, levi, glabrato, lilacino-purpurascente; stipite solido, sursum attenuato, concolori, sursum abrupte albo; lemellis adnexis, subdistantibus, albis; sporis albis.

*Hab.* ad terram insulæ S. Thomæ, novemb. — Cum *T. jonide* comparandum. Stipes 5 cm., basi 6, apice 4 mm. cr.; pileus 5 cm. latus.

109. **Tricholoma carneum** Bull. t. 533 (*Agar.*), Fr. Syst. I. p. 130. Icon. 425
t. 40, f. 2. Hym. Eur. p. 65. Berk. Outl. p. 103. *A. pæonius* Fr. Epicr. p. 42. Monogr. p. 81. — Minus; pileo carnosulo, convexo-plano, e sericello glabrato, margine flocculoso stipiteque cavo, molli, fragili, apice subpulverulento persistenter rubris; lamellis rotundato-liberis, ventricosis, candidis.

*Hab.* in campis apricis Europæ post largas pluvias raro. — Stipes 2, 5 cm. latus; pileus 2, 5 cm. longus; sporæ ellipsoideæ

$2^1/_2 \simeq 1^3/_4$. Hoc non ut prius expallens. *A. carneus* Saund. et Smith t. 44, f. 1, ab hoc alienum.

110. **Tricholoma carneolum** Fr. Icon. t. 40, f. 3. *Ag. carneus* Ed. I. p. 42. Monogr. I. p. 81. Hym. Eur. p. 65. — Pusillum; pileo carnosulo, ex hemisphærico convexo-plano depressove, obtuso, levi, e carneo rubro expallente; stipite subfarcto, tenaci, rigido, apice subpruinoso; lamellis postice latissimis, rotundatis, confertissimis, candidis. 426

*Hab.* locis graminosis silvarum Europæ raro. A priore, certe distinctum et Collybiis accedens stipite tenaci et rigido, pileo tenuiori. Habitus *Marasmii scorodonii.*

111. **Tricholoma charisterum** B. et Br. Journ. Linu. Soc. XI, p. 515. — Pileo plano, umbonato, carnoso, lilacino; carne alba; stipite substricto, basi attenuato, e fibris radiantibus oriundo farcto; lamellis angustis leviter adnatis candidis. 427

*Hab.* in foliis emortuis etc. Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter 12 mm. latus delicate lilacinus leviter offuscatus; stipes 2, 5 cm. longus, 3 mm. crassus. Affine *Tr. carneo.*

112, **Tricholoma cælatum** Fr. Epicr. pag. 42, Monogr. I, pag. 82, Icon. t. 37, f. 2, Cooke Ill. t. 96 B. Gill. Champ. Franc. cum icone, Fr. Hym. Eur. pag. 66. — Pusillum; pileo carnosulo, convexo, umbilicato, flocculoso-levigato, dein rimuloso-rugoso, e fusco expallente; stipite flocculoso-farcto, dein cavo, æquali, glabro, fusco; lamellis sinuato-adnatis, confertis, sordido-albidis. 428

*Hab.* in silvaticis apricis inter Polytricha etc. in Suecia et Anglia ex Broome. — A vicinis longe distans. Pileus 2,5 cm. latus stipes 2,5 cm. longus; sporæ subglobosæ $8 \simeq 4$. Pileus fuscus, siccitate griseo-pallens, at non hygrophanus.

113. **Tricholoma subgambosum** Ces. Myc. Born. pag. 2. — Pileo ex inflexo conico tandem umbonato-expanso, pallide umbrino, sicco?, carne alba ad marginem extenuata; stipite superne albo fibrilloso?, cylindraceo, inferne livido sensim incrassato, basi attenuata, intus albo-farcto; lamellis albis, angustis, rotundato-liberis, margine integerrimo. 429

*Hab.* Sarawak (Beccari). — Ad iconem Beccarianam descriptum.

114. **Tricholoma codiophorum** Mont. Fl. Chil. l. c. pag. 333. — Pileo hemisphærico-conico obtuso albo, centro fuliginoso punctato, villo innato umbrino, floccoso, squamoso, obducto, tandem expanso in crucis melitensis formam, margine fisso; lamellis confertis, albis 430

primitus velo membranaceo tectis; stipite albo, levissimo, cavo deorsum attenuato.

*Hab.* ad terram in Valdivia reipubl. Chilensis (GAY).

115. **Tricholoma striatifolium** Peck 30, Rep. of St. Mus. N. Y. pag. 431 37. — Pileo sicco, convexo vel expanso, subglabro, interdum nitente, sæpe obscure punctato vel squamuloso fibrillis, innatis griseo vel griseo-brunneo plerumque rubro tincto; lamellis potius confertis, postice rotundatis, transverse striatis aut venosis, candidis; stipite leviter basi incrassato, cavo, albo; sporis subglobosis vel late ellipsoidies 4-5 μ. long.

*Hab.* ad terram in silvis, Mechanicsville Amer. bor. — Gregarium, statura 5 cm. adæquans, pileus 5-6 cm. latus, stipes 6-10 mm. crassus. Odor fortis et peculiaris, caro alba.

116. **Tricholoma fumescens** Peck 31, Rep. of St. Mus. N. Y. p. 32. — 432 Pileo convexo vel expanso, sicco, minutissime tomentoso, albido; lamellis angustis, confertis, postice rotundatis, albidis vel pallide gilvis, per contusionem in fuligineo-cœruleum vel nigrum vergentibus; stipite curto cylindrico, albido; sporis oblongo-ellipsoideis 5-6 μ. long.

*Hab.* ad terram in silvis, Copake Amer. bor. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 2,5-5 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Species notanda ob colorem fuligineum vel nigrum quem sumit per contusionem vel etiam per exsiccationem.

117. **Tricholoma flavescens** Peck 26 Rep. pag. 51. — Pileo firmo 433 convexo, sæpe irregulari, sicco glabro, plerumque squamis minutis ad centrum variegato, albo vel pallide luteo; margine minute tomentoso ætate iuvenili; lamellis confertis, acie floccosis, albis vel pallide luteis; stipite firmo, solido, frequenter inæquali, centrali vel excentrico, pileo concolore; sporis subglobosis 5 μ. diam.

*Hab.* ad truncos pineos vetustos, Bethlehem et North Greenbush Amer. bor. — Cæspitosum; pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 8-12 mm. crassus.

Series B. Pileus levis glaber, nec villosus, nec squamosus, nec viscosus, sed jove pluvio udus, in prima infantia (hoc vero raro conspicue) a velo universali pruinosus. Caro mollis, spongiosa vel tenuissima, aquosa et hygrophana.

V. TRICHOLOMATA GUTTATA V. PRUNULOIDEA. Pileo carnoso, molli, fragili, guttato-maculato rivulosove, stipite solido. — Fungi vernales, rarius iterum autumno obvii, catervatim aut cæspitose nascentes (sæpe in circulis), præcipue exsiccati fragrantes, antiquitus inter sapidissimos numerati. Hi sunt verus *Prunulus* Hermol., Cæsalp., Clus. Esc. gen. 3, 4, 11 etc., quibus J.

Bauhinus addidit *Mouceron* (Hist. XL c. ic.), Sterbeck Boletos. Apud recentiores scriptores vulgo neglecti; Paulet plures species distinxit, sed icones miseræ. E phrasi Clusii Linnæus sumsit nomen *Ag. Georgii*, sed vix ullam hujus tribus speciem ipse ante oculos habuerit.

*) Lamellis albidis.

118. **Tricholoma gambosum** Fr. Syst. Myc. I. p. 50, Hym. Eur. p. 66, 434
Sverig. Atl. Svamp. t. 9, Krombh. t. 63, f. 18, 22 *ochraceum*. Hussey I, t. 83, Ventur. t. 4, Berk. Outl. t. 4, f. 5, Cooke Ill. t. 63, Gonn. et Rab. t. 18, f. 3. *A. graveolens* Sowerb. t. 284, Secr. n. 676, non Pers. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, udo, glabro, maculato, demum rimoso, albo-flavescente, margine primitus stipiteque solido, valido apice flocculosis; lamellis emarginatis, dente adnexis, ventricosis, confertis, albidis.

*Hab.* in pratis aliisque locis graminosis in regionibus campestribus Europæ amplum, ungulæforme, circulos sæpe latos formans. Sporæ 15 = 10 vel 13 = 11, teste Worth. Sm. Deliciosum. In Scania color pilei alutaceus, in Suecia media albidus; hæc forma cum *T. albello* non confundenda, potius ad *T. boreale* accedens. — Var. *a.* **vernale**. *A. pomonæ* Lenz f. 13. — Var. *b.* **æstivale**. *A. cerealis* Lasch n. 517: lamellis demum dente longe decurrentibus, postice anastomosantibus.

119. **Tricholoma pachymeres** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 515. 435
— Cæspitosum; pileo compacto, convexo, guttato, ochraceo, margine incurvo, carne crassa candida; stipite crasso, squamoso, tumido, solido; lamellis subliberis, arcuatis, stramineis.

*Hab.* ad terram, Ambegamowa, Central Provinces, Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 cm. vel ultra latus; caro alba, 2,5 cm. crassa; stipes 10 cm. longus, 4 cm. ad centrum crassus, squamulis reflexis obtectus; lamellæ 6 mm. latæ potius postice rotundatæ. Aff. *Tr. gamboso* et probabiliter esculentum. Differt a *Tr. equestri* ob marginem æqualem non sinuato-plicatum, stipitem squamosum aliasque notas. More istius giganteum.

120. **Tricholoma Georgii** Fr. Hym. Eur. p. 67, Pat. Tab. 103. Clus. 436
Esc. gen. 3. Bauh. l. c. c. 3. *A. mouceron* Vittad. Fung. mang. t. 12, Fl. Dan. t. 1672, Secr. n. 675. Pers. Ch. comest? n. 11. — Pileo carnoso, convexo-plano, subrepando, sicco flocculoso-molli, ochraceo, margine levi, nudo; stipite solido, obeso, subventricoso, fibrilloso; lamellis attenuato-adnexis, confertis, linearibus, transverse striatis, albidis.

*Hab.* in Europa australi, Promont. Bonæ Spei. Afr. merid. (Mac

Owan) et in Sinis ubi audit *Ta-ting-mo* et *Pai-kôu-mo*. (Bretschneider). Priore minus, obesum immaculatum, lamellis facile distinctum. Nomen *Mouceron* vagum et barbarum. — Pileus 4,5 cm. diametro, stipes 5 cm. altus; odor subnullus, sapor nucum Avellanarum; sporæ ovoideæ 3-4 μ. longæ, teste Patouillard; 5,5-8 = 3-3,5 teste Lanzi.

121. **Tricholoma albellum** Fr. Epicr. pag. 43, Monogr. I, pag. 83, 437
Hym. Eur. p. 67, Cooke Ill. t. 229, Decand. Fl. fr. pr. p. Pers. Ch. Comest. n. 13, Smith in Seem. Journ. t. 46, f. 45, Gonn. et Rab. t. 15. f. 3, *A. aromaticus* Rocq. *A. pallidus* Schaeff. t. 50, Trattin. Austr. t. 20. — Pileo carnoso, e conico expanso, glabro, udo, squamoso-maculato, disco compacto gibbo, margine tenui, levi, nudo; stipite solido, ovato-bulboso, fibrilloso-striato; lamellis æqualiter attenuato-adnexis (edentulis), confertis, candidis, antice latioribus.

*Hab.* in regionibus frondoso-silvaticis Europæ admodum præcox. Odor recentis debilis. Pileus regularis, non lutescens, recens albus, dein griseo-fuscus, maculis subsecedentibus adspersus 3 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus; sporæ tenuissimæ ovoideæ 3 μ. long. sec. Worth. (an ad præcedens spectantes?); testibus Britz et Quél. 6-8 μ. longæ. Duplex forma, altera major, solitaria, altera minor connato-cæspitosa, omnino ut *T. albellum* Sowerb. t. 122. Confunditur sæpe cum formis minoribus *T. gambosi* et cum *T. Georgii*, uti a mensuris sporarum varie indicatis quoque apparet et hinc synonyma dubia. Ternæ species ulterius inquirendæ et comparandæ.

122. **Tricholoma boreale** Fr. Epicr. pag. 44, Icon. t. 41, f. 1, Hym. 438
Eur. pag. 67. — Pileo carnoso, irregulari, subumbonato, glabro, sicco rivuloso, incarnato expallente, margine levi, nudo; stipite solido, elastico, inæquali, sæpe torto, basi attenuato lamellisque emarginato-decurrentibus, tenuibus, confertis, albis.

*Hab.* locis graminosis raro in Europa. — Odor et habitus *Cl. Prunuli*. Stipite elastico et colore primitus incarnato, dein vero albescente a prioribus distinctum. — *A. monstrosus* Sowerb. t. 283 dubius manet.

123. **Tricholoma linctum** Karst. Symb. Myc. Fenn. VI, p. 2. — Ab af- 439
fini *Trich. boreali*, quoad staturam et colorem, pileo siccō haud rivuloso odoreque nullo differt. A *Trich. civili* Fr. quocum quoque multum commune habet, pileo epelliculoso statim dignoscendum.

*Hab.* locis apricis in terra vel juxta truncos in Syrjöâs Feniæ. Solitarium vel subcæspitosum. Sporæ sphæroideæ, diam. circiter 4 μ.

124. **Tricholoma effocatellum** (Mauri) Lanzi F. Rom. pag. 74, t. V, *A. effocatellus* Mauri in Giorn. Arcad. t. 54, Viv. t. 18. Fr. Hym. Eur. p. 91. — Cæspitosum, pileo carnoso, ex hemisphærico convexo, levi, glabro, livide castaneo; stipite e farcto cavo, nudo, deorsum ventricoso lamellisque sinuatis confertis, angustis candidis. 440

*Hab.* in carbonariis Italiæ. — Dense stipata, e massa carnosa alba enascens; sæpe plures fungi aborti. Sporæ 7 ≈ 5,5 (Lanzi). *A. coalescens* Vitt. t. 16 vix dubie hujus varietas mycelio terram in tuberculum amplum, instar *Polypori tuberastri*, conglobante. In illo pilei color, qualis in *T. effocatello* describitur. Teste cl. Pr. Lanzi ad *Tricholoma* recte ducenda est hæc species, pro *Clitocybe* habita a cl. Fries.

125. **Tricholoma fumoso-luteum** Peck 27 Rep. p. 92. — Pileo carnoso, convexo vel expanso, udo, fumoso-luteo; lamellis latis, confertis, postice rotundatis atque profunde emarginatis, candidis; stipite valido, glabro, fistuloso, albo; sporis subglobosis 4–5 μ. diam. 441

*Hab.* ad terram in silvis, Forestburg, Sullivan county, Amer. bor. — Statura 8–10 cm., pileus 5–8 cm. latus, stipes 8–12 mm. crassus. Caro fracta odorem farinæ præbet. Fungus plerumque est dense cæspitosus. Statura atque characteribus generalibus ad *A. virescentem* accedit.

126. **Tricholoma Caffrorum** K. et M. Ow. in Grevillea. — Insigne, circulos sæpe 20 metr. diam. formans; pileo sæpe 24–30 cm. d., e convexo planiusculo, levi, impolito, albo; stipite solido, subbulboso, 3 cm. crasso, concolor; lamellis latiusculis, postice rotundato-emarginatis, albis (nec carneis), siccitate fuscidulis; sapore grato, ostreato, odore nullo. 442

*Hab.* in campis graminosis ad Somerset East. Edule, sapidum (Mac Owan in sched.) — Statura gigantea et pileo plerumque eumorpho, nec ungulæformi a *Tr. gamboso* egregie differt. Var. **Sulonense** C. et M. Ow. l. c. Æque giganteum, edule, album sed differens pileo subgibbo, margine involuto et stipite ovato bulboso, ad basim 5 cm. et ultra crasso, sursum valde attenuato, quo habitum alienum acquirit. Somerset East (Mac Ow.).

**) Lamellis decolorantibus, rufescentibus vel fuligineis.

127. **Tricholoma graveolens** Pers. Syn. p. 361 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 67, Syst. Myc. p. 45, Trog Helv. p. 13. *A. mouceron* Tratt. Austr. t. 19. *Krombh.* t. 55, f. 2–6. Bull. t. 142, Quélet. pag. 44. — Pileo carnoso-compacto, subhemisphærico, obtuso, glabro, siccitate rivu- 443

loso, margine levi; stipite solido, firmo, æquali, fibrilloso; lamellis arcuato-affixis, confertis, tenuibus, ex albido fuligineis.

*Hab.* in dumetis Europæ sub Prunis præcox, sed etiam in campis legitur. — Pileus non guttato-maculatus, sed valde decolorans, albidus, vulgo fuligineus, in fuscum et fulvescentem transiens, 2½ cm. latus, 6-9 mm. crassus. *A. grossus* Léveill. in Ann. Sc. Nat. 1843, pag. 213, t. 7, f. 1 nulla nota recedit.

128. **Tricholoma amethystinum** Fr. Epicr. pag. 45, Hym. Eur. pag. 444
68, Cooke Ill. t. 262, *T. palumbinum* Quél. Ench. pag. 15, *A. Palomet* Dec. Fl. fr. VI, pag. 49? Paul. t. 95, f. 9-11. *Monom. amethystinus* Batt. t. 9, G? — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, repando, glabro, levi, udo, cœruleo-maculato, margine rugoso, pallidiore; stipite solido, curto, basi attenuato; lamellis subadnatis, confertis, ex albo rufescentibus.

*Hab.* in silvis Europæ australis, etiam ineunte autumno. — Sporæ ovoideæ, 7 μ. long. Cum T. Maluvio comparandus. Teste Quélet, *Ag. amethystinus* Scop., ad quem cl. Fries retulit hanc speciem, est *Russula.*

129. **Tricholoma tigrinum** Schaeff t. 89 (*Agar.*), Fr. Icon. t. 41, infer. 445
Hym. Eur. p. 68, Gonn. et Rab. t. 13, f. 2, Cooke Ill. t. 64, *A. camarophyllus* Secr. n. 757 e descript.; saltim nil commune habet cum Alb. et Schw. et Fr. — Pileo carnoso, compacto, convexo, repando, glabro, fusco-maculato, margine involuto; stipite solido, tumido, pruinoso, albo; lamellis rotundatis, confertis, angustis, ex albo fuligineis.

*Hab.* sub pinis Europæ solitarium v. cæspitosum. — Majus, obesum pileo pallide brunneo, ex aliis cano, nigro-maculato. Icones haud parum differunt, sed eamdem sistere speciem non dubitandum. Pileus 6-8 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ subglobosæ 8 μ. l. diam.

130. **Tricholoma duracinum** Cooke Grev. et Ill. t. 640. — Pileo car- 446
noso, compacto, firmo, sicco, levi, nitido, convexo, late umbonato, cinereo, margine involuto; stipite solido sursum attenuato et reticulato-squamoso, deorsum striato, pileo pallidiore; carne albida; lamellis angustis, confertis, emarginatis, arcuatis, cinereis.

*Hab.* ad terram sub Cedris, Kew Gardens Britanniæ. — Pileus 7 cm. d.; stipes 7 cm. att., basi 3 cm. crasso, supra 2,5 cr.; lamellæ 2½ mm. latæ. Affine *T. tigrino.*

131. **Tricholoma tegulicium** Mont. Cent. VII, pag. 22. — Subgrega- 447
rium; pileo carnoso hemisphærico, disco obtuso squamis violaceo-

umbrinis tigrino, margine demisso, recto, cinereo-albicante; stipite solido, curvulo, subæquali, fuliginoso, intus albescente in pileum dilatato; lamellis tetradymis confertis latiusculis, longioribus adnatis lutescenti-dilute-fuliginosis, ceteris convexis.

*Hab.* ad truncos loco monte Ouro branco dicto in Brasilia (Weddell). *T. tigrino* affine.

132. **Tricholoma Pes-capræ** Fr. Epicr. pag. 45, Monogr. pag. 85, 448
Hym. Eur. pag. 68, Quél. pag. 328, Geiss-Klaw Clus. Esc. gen. XI, Sterb. t. 9, A. Hall. Helv. n. 2341. *A. multiformis* Schaeff. t. 14, lusus maxime cæspitosus; illi ipsi *Mouceronis* species. — Pileo carnoso, tenui, conico-expanso, umbonato, fragili, inæquali, griseo-fuscescente, glabro, margine rimoso demum inciso; stipite solido, æquali (v. basi attenuato), glabro; lamellis emarginatis, latis, e conferto subdistantibus, albo-cinereis.

*Hab.* in Scaniæ campis ad solstitium raro, in silva Montello Italiæ, in Gallia, Germania. Ceteris tenuius, fragilius; pileus disco excepto vix carnosus; sporæ 6 ≃ 4. *A. Pes-Capræ* Léveill. ad Paul. t. 65, f. 1, est species paradoxa, in rerum natura constans vix exsistens.

133. **Tricholoma congregabile** Britz. Hymen. Südb. IV, pag. 147, f. 449
274. — Pileo inæqualiter conico, brunneo, margine inflexo, albicante; stipite carnoso, albido; lamellis e griseo violaceo-griseis; sporis 10 ≃ 6.

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ, autumno. — Affine *T. Pedi-capræ.*

VI. Tricholomata spongiosa. Pileo e compacto spongioso, obtuso, levi, glabro, udo nec hygrophano. — Fungi firmi, serotini, catervatim nascentes. Stipes validus, basi vulgo incrassatus, fibroso-spongiosus. Pileus humorem absorbens, in marginem usque carnosus. Lamellæ demum spurie (sed sinuato-) decurrentes, ut facile pro Clitocybis sumantur.

*) Lamellis haud decolorantibus.

134. **Tricholoma Schumacheri** Fr. S. M. I, pag. 87, El. pag. 7, n. 35 450
(exclud. nomen), Hym. Eur. p. 69, Weinm. Ross. pag. 52, Cooke Ill. t. 168, Gill. Ch. Fr. cum icone. (*A. petasatus* Gonn. et Rab. IV, t. 4 varietas vel nova species? Ob lamellas emarginatas non *Pluteus;* sporæ in icone albæ). *A. pullus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 144, 364, Alb. et Schwein. certissime (non Schaeff.). — Pileo spongioso, compacto, convexo-explanato, obtuso, levi, udo, margine excedente inflexo; stipite carnoso, solido, valido, fibrilloso-striato; la-

mellis leviter emarginatis (demum adnato-decurrentibus), planis, angustis, confertis, candidis.

*Hab.* in fagetis Europæ serotinum et Greig Lewis county Amer. bor. (Peck). — Tota indoles et structura *T. personati*, tantum ob colores (pileum cinereum, nudum tamen) cum *Cl. nebulari* comparatum. Stipes omnino carnosus et lamellæ primitus emarginatæ *Tricholoma* evidenter probant. Pileus 8-16 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 2 cm. crassus.

135. **Tricholoma amicum** Fr. Monogr. I, pag. 88, Icon. t. 36, f. 1. 451
Hym. Eur. p. 69. — Pileo carnoso, e convexo expanso, regulari, levi, glabro, fusco; stipite solido, tenaci, bulboso, albo; lamellis subliberis, latis, distantibus, candidis.

*Hab.* in pinetis inter muscos, hactenus tantum in Suecia lectum. — Species nobilis, regularis, solitaria et eumorpha. Odor nullus. Pileus carnosus, sed non compactus, 8 cm. usque latus. Lamellæ rotundatæ, 6-8 mm. latæ; sporæ 6-7 ≈ 3-4.

136. **Tricholoma patulum** Fr. Epicr. pag. 47, Icon. t. 37, f. 1, Hym. 452
Eur. p. 69, Cooke Ill. t. 279. Saund. et Smith t. 48, f. 1, pileo subgilvo. — Pileo carnoso, e convexo plano, repando, levi, glabro, pallido; stipite solido, firmo, elastico, æquali, glabro; lamellis emarginatis, confertis, reticulato-junctis, albis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ nunc solitarium, nunc subcæspitosum. — Plane alius indolis, quam prius, nec cum *Cl. decaste* confundendum. Color pilei stricte pallide cinereus, sed abit in dilute gilvum. Odor nullus. Sporæ 7 μ. longæ. — ***T. Conradii** Karst. Symb. VII, pag. 2: pileo carnoso, margine tenui, e convexo expanso, repando, subumbonato, udo, levi, glabro, livido-pallente, carne primitus compacta, dein spongiosa, 5-7 cm. lato; stipite solido, carnoso-fibroso, æquali, recto vel flexuoso, levi, glabro, apice subtiliter puberulo, albo, 4-5 cm. longo, 1-1,5 cm. crasso; lamellis descendentibus, adnato-emarginatis, subinde decurrentibus, confertis, distinctis, ex albido pallidis. Locis apricis, aridis in pinetis, circa Mustiala, autumno seriori. Odor nullus. *Trich. patulo* maxime affine at minus, lamellis descendentibus, distinctis, neutiquam venosis.

137. **Tricholoma Maluvium** Fr. Epicr. p. 47, Hym. Eur. pag. 69. *A.* 453
*Palomet* Lêtell. t. 657. *Maluvium* Batt. 20, G. — Pileo carnoso, e campanulato convexo, obtuso, glabro (punctato?), virescente; stipite solido, firmo, elastico; lamellis rotundatis, confertis, distinctis, pallidis.

*Hab.* in pratis Europæ australis. — Fungus sine dubio nobilis, sed nondum rite definitus. Sporæ 4-6 ≃ 3-4 (Britz.). Adest var. **major** Britz.: sporis 6-9 ≃ 4-5. Conferendi *A. nitroso-virescens* Secr. n. 686 et *A. amanitoides* Krombh. t. 73, f. 1-4.

138. **Tricholoma conglobatum** Vittad. Fung. mang. p. 349, Fr. Hym. Eur. pag. 69. Bresad. T. Trid, p. 27, t. XXXI. — Pileo carnoso-compacto, inæquali, levi, margine tenui, inflexo, subpruinoso; stipitibus solidis, brevibus, ventricosis, subtomentosis, e tubere communi stipatis; lamellis liberis, rotundatis, albidis, antice evanescentibus. 454

*Hab.* in Italia et Germania. — Valde cæspitosum, sed pumilum, pileo fusco-nigricante. Basidia clavato-stipitata 45-50 ≃ 9; sporæ e globoso angulatæ 6-8 μ. diam., hyalinæ. Cl. Bresadola l. c. ducit hanc speciem ad *Clitocyben*, prætereaque demonstrare conatur hujus synonyma esse: *Ag. multiformis* Schäff., *A. Pes-caprœ* Fr., *A. humosus* Fr., *A. tumulosus* Kalchbr. — Odor farinæ recentis. Forsan potius *Tr. guttatis* adscribendum.

139. **Tricholoma consobrinum** B. et Mont. in Syll. Crypt. n. 327. — Pileo carnoso, maximo, convexo, centro umbonato, pallido lilacino-liturato, margine involuto striato; stipite solido, basi subbulboso striato, tandem spongioso-cavo concolori; lamellis confertis, latis, arcuatis, dente decurrentibus, albis, acie undulatis lacèris; sporis albis, globosis, levibus. 455

*Hab.* in apotheca lignaria, circa Columbum Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 10 ad 13 cm. latus, margine in fungo vivo demisso, in exsiccato vero striato et involuto insignis; stipes 7 ad 9 cm. longus, 1½ ad 2 cm. crassus, basi incrassata subbulbosus; lamellæ tridymæ, postice convexæ, centimetrum latæ, ad marginem sensim attenuatæ; sporæ hyalinæ, globosæ, 6,5 μ. diametro æquantes, nucleolum conformem includentes. *Tricholomati arcuato* forma lamellarum proxima species, a quo tamen lineolis pilei coloratis radiantibus umboneque centrali, nec non stipite spongioso-cavo satis differre videtur.

140. **Tricholoma arcuatum** Fr. S. M. I, p. 109. Hym. Eur. pag. 70, Pers. M. E. 3, p. 174. Secr. n. 631, etc. Weinm. Ross. pag. 64, Cooke Ill. t. 218. — Pileo explanato, subgibbo, levi, glabro, udo, discoideo, margine tenui, primitus inflexo, carne colorata; stipite solido, firmo, fibrilloso-squamuloso, deorsum nigricante, bulboso; lamellis arcuato-adnatis (dente decurrentibus) arcuatisque, confertis, albis. 456

*Hab.* in pratis graminosis Europæ raro, sed gregarium. — Pileus mollis, pæne viscidus, rufo-fuscus, expallens, disco nigricante, 6-11 cm. latus; lamellæ subundulatæ, fragiles; stipes interdum eximie marginato-bulbosus, 4-8 cm. longus: hic certe Clus. Esc. gen. X, sp. 2, Sterb. t. 7, C. — ***Tricholoma cognatum** Fr. Hymn. Eur. pag. 70, Bull. t. 589, f. 1 *(arcuatus)*: majus, extus intusque gilvus aut sordide alutaceus; pileo obtuso, discoideo; stipite fibrilloso, a basi submarginata attenuato; lamellis minus confertis, alutaceis; sporis ovoideis 10 μ. long., aculeolatis. In Gallia et Suecia.

141. **Tricholoma strictipes** Karst. Symb. VIII, pag. 7, Ic. select. 457
t. XXI. — Pileo carnoso molli, subspongioso, e convexo gibboque plano, subinde depresso, orbiculari, levi, jove pluvio udo, albo v. flavescenti-albo, sed mox albo, demum sæpe, præcipue medio, subisabellino margine haud excedente, primitus involuto, 3–10 cm. lato; stipite solido, æquali, cylindrico, ut plurimum basi bulbilloso-incrassato, elastico, firmo, striatulo, glabro, apice obsolete flocculoso, stricto, subinde tortuoso, albo, 7-9 cm. alto, 0,5–1 cm. crasso; lamellis subemarginatis, demum sæpe spurie decurrentibus, planis, admodum confertis v. confertissimis, in marginem usque æque latis, candidis, integerrimis, brevioribus numerosis, distinctis, 5-7 μ. latis; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, 6-9 ≃ 4-5 μ.

*Hab.* in lucis graminosis circa Mustiala fere quotannis, haud nimis raro solitarie, raro gregatim obvenit; æstate per totam ætatem album, autumno ut plurimum, sordide lutescens legitur; sapor mitis, odor nullus. Affinitate cum *Tr. oreino* et *grammopodio* junctum.

142. **Tricholoma oreinum** Fr. S. M. I, pag. 52, Hym. Eur. pag. 70. 458
Weinm. Ross. p. 29, Cooke Ill. t. 218. *A. testudineus* Pers. M. E. pag. 218, t. 23. f. 1-2. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro; stipite solido, curto, æquali, subbulbilloso, apice albo-squamuloso; lamellis e rotundato liberis, confertis, planis, albis.

*Hab.* in ericetis montosis Europæ solitarium. — Pumilum, inodorum, pileo fusco lividove, compacto, non hygrophano lamellisque in marginem usque æque latis excurrentibus a *Tr. humili* diversum. Fig. summa humillima Bull. t. 443 formam satis exhibet, sed vix hujus loci. Pileus 3-4 raro ad 8 cm. latus; stipes 3-4 raro ad 6 cm. longus, 5 raro ad 12 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ vel sphæroideo-ellipsoideæ 7-9 ≃ 4-5.

143. **Tricholoma album** Schaeff. t. 256 (insufficiens, forma tenuis), 459

[*Agar.*], Fr. Syst. Myc. p. 53, Icon. t. 43, f. 1, Hym. Eur. p. 70, Weinm. Ross. p. 30, Berk. Outl. t. 4, f. 6, Cooke Ill. t. 65, *A. leucocephalus* Bull. t. 536, Pers. Myc. Eur. 3, p. 113, Battar. t. 20, f. 1. — Pileo carnoso, e convexo plano depressoque, glabro, levi, sicco, margine primitus involuto, demum repando; stipite solido, elastico, sursum attenuato, subnudo; lamellis emarginatis, subconfertis, albis.

*Hab.* in silvis frondosis et mixtis Europæ totius — Pileus 8 cm. latus, stipes 6-8 cm. longus, 8-9 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ 5-6 ≃ 2½-3. Statura maxime variabilis, nunc admodum robusta, nunc sat gracilis. Nunc totum candidum, nunc præsertim disco lutescens. Odor debilis, sed sapor amarus. — ***Tricholoma cæsariatum** Fr. Hym. Eur. pag. 71: pileo tenui, molli, explanato, fibrilloso-sericeo, demum glabro; stipite tenui, fragili, apice subpruinoso; lamellis subliberis. In fagetis umbrosis. Colore albo (pileove lutescente) cum priore convenit, sed ceterum haud paullum distinctum stipite pileoque tenuioribus. Hoc vero pro ratione latius.

144. **Tricholoma leucocephalum** Fr. Epicr. pag. 47, Icon. t. 43, f. 2, 460
Hym. Eur. p. 71, Cooke Ill. t. 78, non Krombh. — Totum candidum; pileo carnoso, tenui, e convexo plano, levi, udo, velo sericeo secedente glabro, margine patente nudo; stipite cavo, cartilagineo-tenaci, radicato, levi, glabro; lamellis rotundato-liberis, confertis.

*Hab.* ad terram nemorum Europæ et Amer. bor. raro. — Sporæ subsphæroideæ vel ellipsoideo-sphæroideæ, asperulæ, hyalinæ 9-10 ≃ 7-8; sec. Lanzi 5-6 ≃ 4, hinc facile species aliena. Hoc et prius et a se invicem et a præcedentibus admodum diversa; vergit illud ad Clitocybas, hoc ad Collybias. Odor fortis farinæ recentis. Pileus 2-5 cm. latus stipes 4-5 cm. altus, 4 mm. crassus.

145. **Tricholoma viridi-tinctum** Peck 25 Rep. p. 74. — Pileo convexo 461
vel expanso, plerumque centro depresso, udo, glabro, fusco-viridi, margine interdum undulato vel repando; lamellis confertis, antice gradatim angustatis, postice rotundatis vel leviter emarginatis, candidis; stipite subæquali, farcto vel cavo, crasso sed fragili, albido, interdum viridi tincto; sporis late ellipsoideis, 5 ≃ 4.

*Hab.* in muscosis in silvis patentibus, North Elba Amer. bor. — Statura 8-13 cm. adæquans, pileus 8-13 cm. latus, stipes 12-24 mm. crassus. Speciei character in pilei colore atro fuligineo-viridi positus est.

146. **Tricholoma fumidellum** Peck 26 Rep. p. 52. — Pileo convexo, 462

demum expanso, subumbonato, glabro, udo, albido vel argillaceo-brunneo maculato; lamellis confertis, subventricosis, albidis; stipite æquali, glabro, solido, albido; sporis $4^1/_2 \simeq 4$.

*Hab.* ad terram in silvis, New Scotland Amer. bor. — Statura 5-8 cm., pileus $2^1/_2$-5 cm. longus, stipes 4-6 mm. crassus. Discus vulgo magis intense fusco coloratus quam margo. Pileus arescendo expallescit. Stipes facile fatiscit.

147. **Tricholoma albo-flavidum** Peck Report. pag. 75. — Pileo primitus convexo, margine incurvo, demum expanso vel leviter depresso, udo, glabro, æquali, albo, locis adustis lutescente; lamellis confertis, angustis, tenuibus emarginatis atque dente decurrentibus; stipite albido, æquali solido, striato-fibrilloso, cuticula tenui haud separabili. 463

*Hab.* ad terram in silvis et campis patentibus, Sandlake atque North Elba in Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes circiter 6 mm. crassus. Pileus sæpe est leviter et late umbonatus.

**) Lamellis decolorantibus. Serotina, quare Clusii Esc. gen. XX. Lamellæ in *A. cinerescente* aliisque ab hymenophoro facile secedunt.

148. **Tricholoma acerbum** Bull. t. 571. f. 2 (*Agar.*), Ventur. t. 38, f. 7, 8, Saund. et Smith t. 48, f. 2, Vittad. p. 350, Berk. Outl. p. 105, Fr. Hym. Eur. pag. 71, Gill. Ch. Fr. cum icone. — Pileo carnoso, convexo-expanso, glabro, udo, subtigrino-maculato, margine tenui, rugoso-sulcato; stipite solido, obeso, flavescente, apice squamuloso; lamellis emarginatis, confertis, e pallido rufescentibus. 464

*Hab.* in silvis frondosis Angliæ, Galliæ, Belgii, Italiæ et Germaniæ. — Majus, robustum, odore ingrato, sapore acerbo. Pileus albo-lutescens, helvolus, dein rufo fuscove lituratus, 8-11 cm. latus. Stipes vulgo bulbosus, rarius basi attenuatus; sporæ 4 $\mu$. diam. vel $4 \simeq 3$. — Apud Venetos esculentum.

149. **Tricholoma militare** Lasch n. 490, Fr. Hym. Eur. pag. 71, Cooke Ill. t. 169. — Pileo compacto, flexuoso, glabriusculo, viscoso, cinnamomeo, margine levi; stipite solido, squamuloso, fibrilloso, pallido, basi subbulboso; lamellis emarginatis, subconfertis, albidis, demum lurido-maculatis, laceratis. 465

*Hab.* locis silvaticis sterilibus Europæ vulgo seriatim nascens vel cæspitosum. — Odor saporque ingrati. Stipes 8-12 cm. longus, 2-3 cm. crassus, fibrillis radicalibus crassis; pileus primo

gibbus, margine involuto albo-floccosus, dein planiusculus vel depressus, 10-18 cm. latus.

150. **Tricholoma civile** Fr. Icon. t. 42, f. 1, *A. militaris* Fr. Monogr. I, p. 90, Hym. Eur. pag. 71. — Pileo carnoso, molli, e convexo plano, glabro, udo, gilvo-pallescente, cuticula separabili; stipite solido, molli, fragili, fibrilloso squamulosove, albido; lamellis profunde emarginatis, confertis, ex albo lutescentibus, immaculatis. 466

*Hab.* in pinetis montosis Europæ raro. — Inodorum et exannulatum, ceterum *T. phœniceo* proximum. Diceretur *Lep. lenticularis* exannulata.

151. **Tricholoma irinum** Fr. Epicr. pag. 48, Hym. Eur. p. 72. Quél. II, pag. 328, t. 2, f. 3. *A. personati* varietas Lasch n. 494. — Pileo spongioso-compacto, e convexo plano, obtuso, udo, obsolete innato-virgato, margine levi pruinoso; stipite solido, subbulboso, reticulato-fibrilloso; lamellis rotundato-liberis, confertis, angustis, integerrimis, e cano luridis. 467

*Hab.* in nemoribus Germaniæ et regione Jurana (Quélet). — Statura *T. personati*, sed colore e carneo albido, lamellis haud expallentibus, carne alba et odore Iridis florentinæ clare differt. Pileus 7-14 cm. latus; stipes 6-9 cm. longus, 1,5-2 cm. crassus; sporæ ovoideæ 8 μ. longæ.

152. **Tricholoma personatum** Fr. Syst. Myc. I, pag. 50, Hym. Eur. p. 72, Cooke Ill. t. 66, Sverig. Atl. Svamp. t. 57, Gonn. et Rab. t. 16, Berk. Outl. t. 5, f. 1 (var. anserina), *Ag. violaceus* Sowerb. t. 209, Fl. Dan. t. 1133, Bolt. t. 147, *A. bicolor* Pers. Syn. p. 281. non alior. *A. hepaticus* Weinm. in Flora 1832, n. 9, Paul. t. 91, f. 1-4. — Pileo e compacto molli, convexo-plano, obtuso, regulari, glabro, udo, margine excedente primo involuto et villoso-pruinoso; stipite solido, obeso, subbulboso, villoso; lamellis rotundato-liberis, confertis, latis, e violaceo sordidis. 468

*Hab.* per totam Europam vulgare in campis et silvis. — Pileus 6-16 cm. latus; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, 2 cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 8-11 = 5-6. Ut omnes vulgatissimæ valde quoad colores variabile. — *A.* pileo cinereo Sowerb. *B.* pileo lilacino Fr. l. c. C. pileo lamellisque albis, stipite violaceo Berk. l. c. quæ var. *anserina* Fr. Obs. — Fungus senilis totus fuscus, stipite fibrilloso. Deliciosus ex Quélet.

153. **Tricholoma glauco-canum** Bres. Fung. Trid. p. 7, t. II. — Pileo carnoso, submolli, e convexo explanato, glabro, udo, margine involuto, subflocculoso-pruinoso, glauco-cæsio, ætate canescenti, 6-9 469

cm. lato; stipite solido, fibrilloso-striato, apice præsertim subsquamuloso, basi bulboso, e concolore canescente, 4-5 cm. longo, 1½-2½ cm. lato; lamellis confertissimis, cæsio-violaceis, glaucescentibus, hymenophoro facile secedentibus, emarginatis; sporis ovatis vel subellipticis, 6 ≃ 3 μ., hyalinis; carne subconcolore, odore forti, subfarinaceo, sapore miti.

*Hab.* inter acus delapsas coniferarum, Val di Sole (Trento), autumno. — Exacte medium inter *Tr. perforatum* et *nudum*.

154. **Tricholoma nudum** Bull. t. 439 (*Agar.*), Krombh. t. 71, f. 27-29, 470
Berk. Outl. t. 4, f. 7, Cooke Ill. t. 67 et 133, Price t. 5, f. 35, Hoffm. Analyt. t. 11, f. 1, Sub n. 149 hoc et *personatum* jungere videtur Secretan. Fr. Hym. Eur. pag. 72. — Pileo carnoso, tenui, e convexo explanato depressoque, obtuso, glabro, udo, decolorante, margine inflexo, tenui, nudo; stipite farcto, æquali, elastico, subfarinoso; lamellis e rotundato decurrentibus, confertis, angustis, e violaceo rufescentibus.

*Hab.* in pinetis, rarius in Europa boreali et Australia. — *T. personato* tenuius, maxime decolorans, primo fusco-violaceum, dein rufescens, lamellis obscurioribus. Odor acidus. *A. nudus* Harz., Gonn. et Rab. valde diversa Clitocybis species. Pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 6-9 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 3-4.

155. **Tricholoma violaceo-nitens** Bagl. in Comm. Critt. Ital. II, p. 263, 471
Fr. Hym. Eur. p. 72. — Pileo carnoso, convexo, umbonato, obscure violaceo-nitente, margine undulato-repando, ruguloso-sulcato; stipite solido, obeso, basi attenuata concolore tandem tenuissime fatiscente; lamellis emarginatis, adnexis, confertis, sordide albidis.

*Hab.* in pascuis prope Genuam Italiæ bor. — Caro compacta, alba, sub cute dilute violascens. Affinitate dubia, juxta concolores violascentes insertum.

156. **Tricholoma deliberatum** Britz. Derm. et Mel. pag. 187, f. 165. 472
— Pileo carnoso, convexo levi, brunneo; centro saturatiore; stipite cylindraceo, ventricoso, albo; lamellis remotiusculis, duriusculis, albidis; carne albida vel griseo-violascente albida; sporis 10-12 ≃ 4-6.

*Hab.* in montosis ad 1000 metr. altitudinis in Bavaria australi. 473

157. **Tricholoma cinerescens** Bull. t. 428, f. 2, (*Agar.*), Fr. Monogr. II, p. 287, Hym. Eur. p. 73, Cooke Ill. t. 170, Vivian. t. 20, Pers. Myc. Eur. 3, pag. 209, Berk. Outl. p. 106. — Ex albo cinerescens; pileo carnoso, convexo, levi, glabro; stipite solido, æquali, glabro;

lamellis rotundato-liberis, latis, fragilibus, obscurioribus, ab hymenophoro facile secedentibus.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ et Sibiriæ. — Statura admodum varium; specimina a Fries et Viviani lecta robusta. Stipes obesus, basi a mycelio floccoso, compacto, albo peronatus, ut videre licet in *A. romaleo* Lèlell. t. 644, qui, colore excepto, nostrum haud male refert. Sporæ 6-7 ≃ 4. Bulliardi fungus gracilis est et Friesiano longe tenuior.

158. **Tricholoma panæolum** Fr. Epicr. p. 49, Icon. t. 36, f. 2, Hym. 474
Eur. p. 73. Cooke Ill. t. 97, Bern. Roch. t. IX, f. 2-3, *Ag. ectypus* Secr. n. 636. — Pileo spongioso-compacto, convexo-plano, maculis griseo-pruinosis variegato sæpeque guttato, margine inflexo, repando; stipite solido, brevi, fibroso-striato; lamellis arcuato-adnatis, subconfertis, griseis vel sordide rufescentibus.

*Hab.* ad terram locis graminosis in regionibus campestribus, Europæ, serotinum. — Minus, sed firmum, tenax, elasticum, odore et sapore non ingratum; colore pilei fuligineo pruina quasi marmorato tetricum. Sporæ 5 ≃ 3. Insignis varietas est: ***Tr. Calceolus** Sterb. t. 6, E. F. G. Fr. Hym. Eur. pag. 73. Pileo spongioso, difformi, ovali repandoque, opaco, atomis innatis pruinosis griseo-variegato, margine infracto, nudo; stipite solido, excentrico, fusiformi, brevissimo; lamellis arcuato-adnexis, confertis, fuligineis. In coryletis Europæ raro. Pileus griseo-fuligineus vel carneo-griseus, altero latere in calceoli formam productus, altero incisus, disco supra stipitem depresso. Lamellæ 6-8 mm. latæ; sporæ 8 ≃ 5-6.

159. **Tricholoma Cnista** Fr. Epicr. p. 50, Hym. Eur. p. 73. — Pi- 475
leo carnoso, tenui, molli, convexo-expanso, udo, margine inflexo, levi, subrepando, glabro; stipite solido, curto, glabro, subæquali; lamellis rotundatis, latis, confertis, transverse venosis, albis, tritis rubellis.

*Hab.* in fagetis apricis Europæ raro; ad lacum Bolmen Smolandiæ. Præcedenti simile, sed album, non cinerescens; odor carnis assatæ. — Stipes carnosus, 4-5 cm. longus, 13 mm. crassus, levis; pileus 5-8 cm. latus, albus, subalutaceus, disco subobscuriore, carne scissili alba; sporæ 10-12 μ. longæ (Quélet). — ***Tr. evenosum.** Cfr. Bresad. F. Trid. pag. 44. t. XLVIII: pileo carnoso e convexo expanso, late umbonato, glabro, subudo, in sicco nitente et cute areolato-diffracta, albido, centro alutaceo-straminеo, 5-8 cm. lato; lamellis confertis, albis, sinuato-uncinatis, ab hymenophoro facile secedentibus; stipite solido æquali, albo, fibril-

loso, apice furfuraceo, 5-6 cm. long. 8-10 mm. cr.; carne alba, dein rubescente; sporis asperulis, 7-9 ≃ 4-5, basidiis clavatis, 30 ≃ 6-7; odore farinaceo. In pascuis subalpinis pr. Trento. A typo Friesiano differt, lamellis non venosis, tritis non rubellis, odore alieno. — Var. **gracile** Bres. l. c. gracilius, album, lamellis subdecurrentibus. Cum præcedente.

160 **Tricholoma Limonium** Peck 26 Rep. p. 52. — Pileo tenui, late 476
convexo vel expanso, glabro, lutescente; lamellis confertis, angustis, non sub striarum forma in stipitem productis, citrino-luteis; stipite basi attenuato, glabro, striato, radicato.

*Hab.* ad terram in silvis, Worcester et Croghan, Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans, pileus 5-8 cm. latus, stipes 6-8 mm. crassus. Color citrino-luteus, quo præsertim lamellæ tinctæ sunt atque stipitis productio attenuata radiciformis speciem rite distinctam probant.

161. **Tricholoma albo-flavidum** Peck 23 Rep. St. Mus. pag. 75. — 477
Pileo primo convexo, margine incurvo quandoque leniter lateque umbonato expanso vel leniter depresso, udo, levi, applanato, albo, hinc illinc flavescente; stipite æquali, solido, striato-fibrilloso, albido, cuticula tenui, tenaci obtecto; lamellis confertis, angustis, tenuibus, emarginatis et decurrentibus, denticulatis.

*Hab.* in silvis et agris apricis Sandlake et North Elba Americæ borealis, augusto. 7-10 cm. altum, pileus 5-7 cm. latus, stipes circ. 7 mm. crassus.

VII. Tricholomata hygrophana. Pileo tenui, subumbonato, udo carneque demum molli hygrophanis. Stipes arrhizus, medullatus, totus in fibras fissilis. Pileus inæqualiter carnosus, hinc plus minus umbonatus, versus marginem tenuissimus. Color pilei tam expallens, quam hygrophanus, maxime mutabilis in unaquaque specie. Caro uda, aquosa, primo compacta, dein mollis, lamellis tenuibus non latior. Pileus subinde pulverulentus est lusus abnormis e velo jove sicco persistente. Valde affinia *Tr. spongiosis*, sed abeunt in *Collybias*.

*) Lamellis albidis immaculatis.

162. **Tricholoma grammopodium** Bull. 548, 585, f. 1 (*Agar.*), Fr. S. 478
M. I, p. 93, Hym. Eur. p. 74, Cooke Ill. t. 98, Weinm. Ross. p. 54, *A. tabularis* Pers. M. E. 3, p. 73. — Pileo carnoso, e campanulato-convexo explanato depressove, umbonato, glabro, udo; stipite farcto, elastico, sulcato, glabro, sursum attenuato; lamellis arcuato-adnatis, confertis, albis.

*Hab.* in nemoribus graminosis Europæ raro. — Spectabile, majus,

udum, demum molle et fragile. Caro alba, pellicula secedente. Lamellæ pilei explanati adnatæ, plano-convexæ. Color e fusco-rufo lividove albicans. Pileus 8-14 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1¼ cm. crassus; sporæ sphæroideæ 5 μ. diam.

163. **Tricholoma turritum** Fr. Epicr. pag. 51, Monogr. I, pag. 93. 479
Hym. Eur. p. 74. — Pileo carnoso, conico-expanso, umbonato, udo, margine inflexo; stipite e farcto cavo, fibroso-molli, albo, fuligineo-fibrilloso, sursum attenuato; lamellis secedenti-liberis, ventricosis, adscendentibus, albis.

*Hab.* locis humidis silvaticis Europæ. — Primo firmulum, mox totum molle, pileo udo fuligineo-purpurascente subtigrino, pellicula stipitis et pilei nulla. Lamellæ sæpius serratæ, candidæ vel albidæ. Affine *A. lixivio* et *furvo*. Teste Quélet, vix diversum a *T. grammopodio*.

164. **Tricholoma melaleucum** Pers. Syn. p. 355 (*Agar.*), Fr. S. M. I, 480
p. 114, Icon. t. 44, f. 1, Hym. Eur. p. 74, Berk. Outl. p. 106, Cooke Ill. t. 119, *A. leucophæus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 219, Secr. n. 644, Buxb. C. IV, t. 12, f. 2. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, obsolete umbonato, glabro, udo, expallente; stipite farcto, tenui, elastico, subglabro, albido, striis fibrillosis infumato, basi incrassato; lamellis emarginato-adnexis, ventricosis, confertis, albis.

*Hab.* pervulgatum jove pluvio in silvis, juxta vias, locis graminosis Europæ. — Primo elastico-firmum dein fragile. Color plerumque nigro-fuligineus, sed ut expallens, hygrophanus, varie varians. Præcipue ab *A. orcino* et *stridulo* caute separandum. Variat lamellis lutescentibus: Weinm. in Linn. X, p. 53. — Pileus 4-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus; basidia tereticlavata 40-45 ≃ 8; cystidia nulla; sporæ ovoideo-ellipsoideæ 9-10 ≃ 5-6 subhyalinæ, guttatæ, subinde asperulæ, teste Britz. — ***Tr. adstringens** Pers. Syn. p. 350. Cfr. M. E. p. 220, Fr. Hym. Eur. p. 74, *A. melaleucus* var. Fr. Obs. II, p. 114, Secr. n. 635 (n. 645 videtur media forma), Bull. t. 443, figg. nigr. Pileo explanato, rigente, exsiccato piceo, subnitente; stipite nudo; lamellis albis, dein obsolete incarnatis; sporæ 8-9 ≃ 4. Præcipue in quercetis Europæ. — ***Tr. polioleucum** Fr. S. M. I. c. Hym. Eur. p. 75, *A. leucophæus* var. Pers. M. E., Secr. n. 632 ex ipso. Paul. t. 96, f. 1. Pileo obtuse umbonato, e livido griseo; stipite subæquali, apice albo-pruinoso; lamellis albidis. In graminosis etc. Europæ et Sibiriæ. — ***Tr. porphyroleucum** Bull. t. 443, figg. rufesc. stipite glabro, Cooke Ill. t. 119. Firmius, pileo carnoso, umbone ob-

scuriore evanidoque; stipite solido, subfibrilloso; lamellis albis. Locis similibus Europæ. Nunc elongatum ut ad *A. turritum*, nunc curtum ut ad *T. oreinum* accedere videatur, sed certe distinctum. Pileus e fuligineo aut fusco rufescens. — ***Tr. alutaceo-pallens** Karst. Symb. Fenn. IX, pag. 40. Pileo carnoso, molli, e convexo plano, obsolete umbonato, levi, glabro, alutaceo-pallente, vix hygrophano, circ. 7 cm. lato; stipite farcto, rigido-fragili, stricto, æquali, basi incrassato, primitus squamuloso-fibrilloso, glabrescente, apice pruinoso, albido, demum nigrescenti, 6-7 cm. longo, 4-5 mm. crasso; lamellis emarginatis, planis, horizontalibus, rectis, linearibus, sat angustis, admodum confertis, integerrimis, albis, 4-5 mm. latis; carne alba, molli, non hygrophana. In clivis sterilibus prope Mustiala Fenniæ, septemb.

165. **Tricholoma microcephalum** Karst. in Hedw. 1881, pag. 177, Ic. sol. t. XII. — Pileo carnoso, tenui, fuligineo-livido, sicco, isabellino-livente, 2-3 cm. lato; stipite farcto, elato, æquali, basi apiceque incrassato, nudo, striatulo, pallescente, 9-12 cm. alto, 3-4 mm. crasso, lamellis adnexis, denticulo striæformi decurrentibus, confertissimis, mollibus, albis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 5-6 ≃ 5. 481

*Hab.* in silva mixta prope Mustiala Fenniæ. — Affine *T. melaleuco.*

166. **Tricholoma testatum** Britz. Derm. et Mel. App. p. 188, f. 170. — Lamellis subconfertis, albis; carne alba, inodora; sporis globosis 4-6 μ. diam. 482

*Hab.* ad Lechsand in Bavaria. — Inter *T. melaleucum* et *brevipes* medium.

167. **Tricholoma consequens** Britz. Hyp. et Leuc. p. 145, f. 95. — Pileo conico-convexo, 5 cm. diam. e violaceo brunneo-atro, opaco, cute non secernibili, margine albido, leniter involuto; carne sub cute atra, propre stipitem pallidiore; stipite 5 cm. alto, 1 cm. cr., basi 2 cm. cr., albido-fuscello; lamellis sinuatis denticulo minuto auctis, confertis, venosis; sporis asperulis 6-7 ≃ 4-5. 483

*Hab.* in graminosis, Siebentischwald Bavariæ. — Affine *T. melaleuco.*

168. **Tricholoma brevipes** Bull. t. 521, f. 2. (junius) [*Agar.*], Paul. Ch. t. 44, f. 1, 2 (adultius). Fr. S. M. I. p. 53, Hym. Eur. p. 75, Cooke Ill. t. 68, Weinm. Ross. p. 28, Pers. M. E, 3, p. 217 forma abnormis. Fl. Bat. t. 1095, Klotzsch Fl. Bor. t. 374, Buxb. C. IV, t. 31, f. 1. — Pileo carnoso, e rigido molli, convexo-applanato, glabro, umbone evanescente; stipite solido, firmo, rigido, brevissimo, sub- 484

inerassato, fusco; lamellis emarginatis, confertis, ventricosis, e fuscescente albidis.

*Hab.* in terra humosa Europæ, Upsaliæ etc. frequens, serotinum. — Junius umbrino-nigrescens (carne pilei stipitisque quoque umbrino-fusca), valde rigens, dein fragile; pileus 2-7 cm. latus, mollis, expallens, isabellinus; stipes 1-1¾ cm. longus, obsolete pruinosus; sporæ ellipsoideæ 8 ≃ 5.

169. **Tricholoma humile** Fr. S. M. I, p. 51, Hym. Eur. p. 75, Cooke Ill. t. 99, 263, Buxb. Cent. IV, t. 32, *Ag. blandus* Berk. Engl. Fl. p. 20, *A. molybdeus* Pers. M. E. 3, pag. 218, et *A. humilis* pag. 211 (lusus levissimus lamellis sinuato-decurrentibus), Secr. n. 692. — Pileo carnoso, molli, ex umbonato convexo-plano depressove, levi, glabro, hygrophano, margine tenui excedente; stipite farcto, brevi, æquali, fragili, pallido, villoso-pulverulento; lamellis rotundatis (dente decurrentibus), confertis, ventricosis, albidis. 485

*Hab.* ubique ad terram humosam in Europa, Sibiria et Americ. fœder. — Pileus 6-14 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 8-13 mm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 7-8 ≃ 5-6. Priori affine, sed stipes tenuior, longior, mollior. Pileus e fusco-cinereo varie decoloratus, sæpe totus pulverulentus (Secr. n. 693). — Exstat var. **fragilissimum**: pileo pallidiore, stipite longiore cavo fibrilloso, lamellis angustioribus. In pratis.

170. **Tricholoma exscissum** Fr. S. M. I, p. 114, Ic. t. 44, f. 2, Hym. Eur. pag. 75, Cooke Ill. t. 171, Weinm. Ross. p. 660. *A. myochrous stilbopus* Pers. M. E. 3, p. 219. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, demum umbonato, levi stipiteque solido, tenui, æquali glabris, nitidulis; lamellis emarginatis, confertis, linearibus, candidis. 486

*Hab.* in graminosis pinguibus Europæ jam æstate. — Parvulum, admodum regulare, murinum, interdum pulverulentum, sed numquam sericeum et ab *A. curtipede* distinctum. Pileus 2½ cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 4-5 mm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 4.

171. **Tricholoma subpulverulentum** Pers. M. E. 3, p. 221 (*Agar.*), Hussey II, t. 39, Berk. Outl. p. 106, Fr. Hym. Eur. p. 76, Cooke Ill. t. 219. — Pileo carnoso, e convexo plano depressove, levi, rore pruinoso innato, albo-canescente, marginello excedente inflexo; stipite solido, æquali, glabro, substriato; lamellis rotundatis (sine dente), confertis, angustis, albis. 487

*Hab.* in hortis et campis graminosis Europæ, Upsaliæ copiose

in Kungsängen. — Firmum, sed e priorum fœdere, carne hygrophana; pileo 4 cm. circ. lato recente livescente, sed e pruina innata canescente, non ut priorum subinde pulverulento. Stipes 6 cm. longus, 6-7 mm. crassus, passim adscendens, sub lente apice obsolete pruinatus; sporæ ellipsoideæ 4-5 ≃ 2½ sec. Worth., 9 ≃ 8 sec. Quél., 7,5 ≃ 5 sec. Lanzi; ergo forte duæ species latent.

172. **Tricholoma persicinum** Fr. S. M. I, pag. 52, Icon. t. 42, f. 2, 488
Hym. Eur. pag 76. — Pileo carnoso, convexo-explanato, obtuso, levi, glaberrimo, udo, hygrophano, versus marginem nudum tenui; stipite farcto, cartilagineo, intus fibroso, æquali, levi, glabro; lamellis dente decurrente adnexis, confertis, arcuatis, tenuibus, albis.

*Hab.* in pineto-montanis locis graminosis Europæ, passim. — Ex icone Bull. *T. ionide* facile crederes, sed abunde differt pileo stipiteque constanter firmis, tenacibus, pallide incarnatis, haud decolorantibus, sed siccitate pallentibus. Pileus 2-8 cm. latus; majorum stipes solidus, sæpe curvatus, apice albo-maculatus, 6 cm. longus, 6-7 mm. crassus. Lamellæ nunc rotundatæ, nunc emarginatæ, fere liberæ, lineares vel paullum ventricosæ, sed primo eximie arcuatæ.

173. **Tricholoma juranum** Quél. Jur. t. 3, f. 6, Fr. Hym. Eur. p. 76. 489
— Pileo carnosulo, ex hemisphærico convexo, obtuso, e rufo pallescente, albo-floccoso, margine crenulato, pulverulento; stipite solido, fibrilloso, albido, apice farinoso; lamellis sinuato adnexis, confertis, albis.

*Hab.* in silvis juranis ad truncos vetustos. — Habitus Collybiæ, at stipes solidus, fibrosus; pileus hygrophanus, facie corrugi. Pileus 2,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 4.

174. **Tricholoma Sienna** Peck 24 Rep. of St. Mus. N. Y. pag. 60. — 490
Pileo potius tenui, convexo, demum expanso vel leviter depresso, glabro, hygrophano, extremo margine obscure striatulato (quum udus), luteo-rubro; lamellis moderate confertis, albidis; stipite æquali, glabro, cavo, pileo concolore.

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans, pileus 2½-5 cm. latus, 6-8 mm. crassus. Pileus colorem habet «siennæ» adustæ atque totus fungus coloratione similis est *Hydno repando.*

175. **Tricholoma thujinum** Peck 26 Rep. p. 52. — Pileo convexo vel 491
centro depresso, glabro, hygrophano, pallide alutaceo, margine plerumque irregulari undulato vel repando; lamellis confertis, tenui-

bus, abrupte emarginatis, alutaceis; stipite apice leviter incrassato, glabro, cavo, concolore, basi albo-villoso.

*Hab.* locis paludosis sub Thuja occidentali, Memphis Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans, pileus 5 cm. latus, stipes 4-6 mm. crassus.

176. **Tricholoma Hebeloma** Peck 26 Rep. pag. 153. — Pileo late co- 492
nico vel subcampanulato, obtuso, hygrophano, striatulato brunneo, disco (madore) fusco, sicco griseo; lamellis latis, postice rotundatis atque profunde emarginatis, lutescentibus; stipite æquali, cavo, glabro, pallido; sporis 7 = 4.

*Hab.* ad terram in silvis, Worcester Amer. bor. — Statura 2,5 cm. adæquans; pileus 12 mm. latus, stipes vix 2 mm. crassus. Ob generalem aspectum fungus ita arcte refert plurimas *Hebelomatis* species, ut absque sporarum examine facile sumatur pro aliqua hujuis generis specie.

**) Lamellis violascentibus, griseis, fuligineis.

177. **Tricholoma pædidum** Fr. Epicr. pag. 53, Icon. t. 46, f. 1, Hym. 493
Eur. p. 77. — Tenax; pileo subcarnoso, e campanulato-convexo explanato, circa umbonem conicum depresso, fibrilloso-levigato, udo, margine involuto nudo; stipite farcto, curto, substriato, basi bulbilloso lamellisque subsinuato-decurrentibus, confertis, angustis ex albido griseis.

*Hab.* in campis sabulosis, Europæ. — Inodorum, subopacum, pumilum. Stipes 4 mm. crassus, extus subcartilagineus, intus totus fibrosus; pileus $1^1/_4$ cm. latus, murino-fuligineus, vix expallens, carne tenuissima, tenacissima, albescente. Sporæ subfusoideæ 12 µ. longæ.

178. **Tricholoma hospitans** Fr. Vet. Akad. Förh. 1873, Hym. Eur. 494
pag. 78. — Candidum; pileo carnosulo, campanulato, obtuso, levi, margine recto adpresso; stipite solido, fibroso, tenaci, glabro, apice pruinoso; lamellis liberis, valde ventricosis.

*Hab.* in frigidario horti Upsaliensis in Suecia (Fries). — Statura omnino Mycenæ, sed stipes solidus, fibrosus. A genuinis Tricholomatibus differt margine recto. Stipes 2,5 cm. longus; pileus $2^1/_2$ cm. vix latus, hygrophanus; lamellæ fere ovatæ.

179. **Tricholoma urbum** Fr. S. M. I, pag. 48, Hym. Eur. pag. 76, 495
Fl. Dan. t. 1844, f. 1. *A. incurvus* Schum. *A. melaleucus* Secr. n. 637? — Fragile; pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso, subumbonato, udo, hygrophano, sæpe tigrino, margine recto, nudo;

stipite solido, bulboso, incurvo, fibrilloso-striato; lamellis attingenti-liberis, adscendentibus, confertissimis, cœrulescenti-albis.

*Hab.* in humo silvarum Europæ præcipue intra truncos cavos. — Lamellis postice æqualiter attenuatis, stipitem, Lepiotarum more tantum attingentibus etc. distinctissimum. Pileus nigro-fuscus, cum carne alba subcœrulescens, 4 cm. latus; stipes 6 cm. vel ultra longus, basi circiter 2 cm. crassus, apice 4–5 mm.

180. **Tricholoma sordidum** Fr. S. M. I, p. 51, Icon. t. 45, f. 1, Hym. Eur. pag. 77, Quél. I, t. 3, f. 1, Berk. et Br. n. 1196, Fl. Dan. t. 1843, f. 2, Lasch Linn. n. 495. *A. mutabilis* et *sordidus* Schum. *A. nudus praticola* Alb. et Schw. Weinm. Ross. pag. 29, n. 47. Buxb. C. IV, t. 12, f. 1. — Tenax; pileo subcarnoso, e campanulato-convexo plano depressove, subumbonato, glabro, hygrophano, margine demum striatulo; stipite farcto, fibrilloso-striato, subincurvo, basi incrassata; lamellis rotundatis, subconfertis, e violaceo albidis fuligineisve, demum sinuato-decurrentibus. 496

*Hab.* in sterquiliniis, hortis, pratis etc. Europæ borealis copiose. *T. nudo* olim subjunctum, at diversissimum, vegetum admodum tenax, junius plus minus fusco- vel carneo-violascens, dein squalidum, totum fuscescens, undulatum, sæpe excentricum, lamellis subdistantibus. — Pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. v. ultra longus, apice 6, basi 10 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ 7–9 ≃ 3,5–4, muriculatæ; basidia cylindraceo-clavata 25–29 ≃ 6–7; sterigmata 3 ≃ 2. — Var. **jonidiforme** Vogl. Obs. Agar. p. 12, t. III, f. 6. Tenax; pileo campanulato, glabro, hygrophano, lilacino, 4–5 cm. diam.; carne albo-violacea; stipite farcto fibrilloso, striato, basi incrassato 5,5 cm. longo, 1 cm. cr.; lamellis adnatis violaceo-atris; sporis ovatis v. ellipsoideis, muriculatis, hyalinis, 6–8 ≃ 3–5; basidiis clavatis 25–29 ≃ 7; sterigmatibus acicularibus 3 ≃ 2. In silvula horti Patavini ad Pinos, nov. — Var. **Feuilleauboisii** Luc. et Quél. in Luc. Suite Bull. t. 153. Statura *T. nudi*, umbone non vel vix manifesto. Prope Paris (Feuilleaubois).

181. **Tricholoma holoianthinum** Kalchbr. Sziber. Gomb. p. 7, t. I, f. 2. — Pileo carnoso, convexo, levi, glabro, atro-violaceo, in obscure cinereum vibrante, 2½–4 cm. lato; stipite solido, deorsum incrassato, glabro, pure et saturate violaceo; lamellis sinuato-adnatis, leviter decurrentibus, latiusculis, confertis, haud venosis, purpureo-violaceis, nec siccitate decoloribus; carne concolore amœne violacea. 497

*Hab.* in silvis ad terram prope Minussinsk in Sibiria. — Sta-

tura totoque habitu *Tr. sordido* Fr. proximum, sed nec sordidum, nec expallescens; ob lamellas leviter decurrentes Clitocybeis adnumerandum videtur et pone *Cl. cyanophœam* Fr. collocandum foret, a quo tamen statura minore et lamellis haud longe decurrentibus distinguitur.

182. **Tricholoma lixivium** Fr. Epicr. pag. 54, Icon. t. 45, f. 2, Hym. Eur. p. 77, Cooke Ill. t. 120, Berk. et Br. n. 1107, *A. compressus* Swartz in Vet. Ac. H. 1808 et Sowerb. t. 66 exacte repræsentat nostrum. — Fragile; pileo subcarnoso, e convexo plano, glabro, udo, umbone evanido, margine explanato, membranaceo, striatulo; stipite e farcto cavo compressoque, æquali, albo-floccoso-pruinoso; lamellis truncato-liberis, mollibus, subdistantibus, griseis. 498

*Hab.* in pinetis campestribus Uplandiæ, v. c. Upsaliæ et Britanniæ. — Habitus *Coll. orbiformis*, sed pileus obscurior, umbrinus, non virgatus. Stipes totus fibrosus, admodum mollis, fragilis. Lamellæ a stipite ad apicem attenuatæ, sæpe crispæ.

183. **Tricholoma rasile** Fr. Epicr. p. 54, Hym. Eur. p. 77. — Molle; pileo subcarnoso, campanulato-expanso, umbonato, udo, fibroso-virgato, opaco, margine infracto undulato; stipite subcavo, æquali, fibrilloso; lamellis secedentibus, venoso-connexis, mollibus, subdistantibus, umbrino-fuligineis, acie albo-floccosis. 499

*Hab.* locis subhumidis juxta vias in pinetis Smolandiæ, Helvetiæ. — Leucosporum, totum facile in fibras secedens, pileo umbrino-fuligineo, carne alba. Stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus, subgriseus. *T. furvo* et *turrito* tantum affine. Cfr *Nolaneam proletariam.*

184. **Tricholoma favillare** Fr. Epicr. p. 54, Hym. Eur. pag. 78. — Rigidum; pileo subcarnoso, explanato, circa umbonem persistentem depresso, levi, glabro, udo, margine patente levi; stipite subcavo, æquali, glabro, scissili, levi; lamellis longe attenuatis, subliberis, confertissimis, linearibus, albido-griseis. 500

*Hab.* in pratis montanis Hallandiæ inter muscos serotinum. — Habitus fere *A. metachroi,* siccus quoque albicans, sed minor, rigidior, carnosior, semper umbonatus lamellisque valde distinctus.

185. **Tricholoma putidum** Fr. Epicr. p. 54, Icon. t. 46, f. 2, Hym. Eur. p. 78, Cooke Ill. t. 172. — Pileo carnosulo, hemisphærico, umbonato, levi, molli, hygrophano; stipite cavo, fragili, subcompresso, pruinoso; lamellis adnexis, ventricosis, confertis, cinereis. 501

*Hab.* in pinetis Europæ. — Valde affine *A. rancido,* sed stipes 4 cm. longus, 6-7 mm. crassus, totus fibrosus, mollis et fra-

gilis. Pileus subolivaceo-griseus, siccus canus, hinc inde albo-sericeus. Lamellæ 4-6 mm. latæ, distinctæ, apparenter liberæ. Odor farinaceo-rancidus. Sporæ 8-10 = 3-4.

186. **Tricholoma Trentonense** Peck 24 Rep. of St. Mus. N. Y. p. 60. 502
— Pileo tenui convexo vel expanso, sæpe irregulari, glabro vel subvirgato, hygrophano, margine (madore) leviter striatulo, albo maculato, disco plerumque brunneo; lamellis angustissimis, confertis, obscure emarginatis, albis in luteum transeuntibus; stipite curto, æquali solido, striatulo, albo.

*Hab.* ad terram et ad ligna putrida in silvis, Trenton Falls Amer. bor. — Statura 4-5 cm. adæquans. pileus 2½ cm. latus, stipes 6-10 mm. crassus. Gregarium vel subcæspitosum, plerumque dense (catervatim) fasciculatum.

187. **Tricholoma prægrande** Berk. Hook. Lond. Journ. ii. (1843) 629. 503
— Species, cujus diagnosis nondum visa.

*Hab.* in herbosis, Minas Geraes in Brasilia (GARDNER).

**CLITOCYBE** Fr. S. M. I. p. 70, Hymen. p. 78 (Etym. *clitos* declivis et *cybe* pileus). — Velum universale pruinæ rorisve instar sericei in pileo conspicuum, vulgo obsoletum. Stipes spongioso-farctus, facile cavus, subelasticus, extus compactior fibrosus. Pilei margo involutus. Hymenophorum ex apice stipitis dilatato prorsus contiguum; lamellis postice attenuatis, acutis, adnatis decurrentibusve, numquam sinuatis. Fungi terrestres, lentius carnosi, ut plurimum plano-depressi vel infundibuliformes.

Typus a reliquis distinctissimus: a sequentibus veli rudimento et stipite haud cartilagineo, a *Tricholomatibus* structura, substantia et lamellis haud sinuatis. — Pleuroti medii constanter arborei vel, *P. Eryngii* instar, epiphyti; rarissima *Clitocybarum* individua, aliis terrigenis, simul in lignis putridissimis. Dispositio e colore pilei ubique fallax et pessima quidem, sed inter has maxime conformes admisi ut tertiariam, quum tirones solidiorem, sibi difficiliorem, vituperarent. Valet tamen tantum de plurimis individuis. *Agaricinearum* species e coloribus pilei novas determinare sæpius anceps est. — Species in hac grege, quam mallem, sæpe argutius limitare coactus fui, ut rite definiantur. Staturam *Clitocybes* gerunt *Hygrophori*, *Lactarii*, *Russulæ* et *Cantharelli*, lamellarum indole genera distincta. Fr. l. c. — Auctores plures *Pleuroti* et *Paxilli* species huc duxerunt forte non immerito, sed exstantibus speciebus quoad locum incertis, ne confusio augeatur, Friesium et in hoc sequuti sumus.

Ser. A. Pileus carnosus, immutabilis expallensve, sed non hygrophanus. Caro firma, non aquosa, nec in laminas scissilis. — Siccitate pallentes, rore sericeo a ser. B. differunt.

I. DISCIFORMES. Pileo subæqualiter carnoso, e convexo plano depressove, regulari, obtuso; lamellis primitus adnatis vel regulariter adnato-decurrentibus. Normaliter solitariæ.

*) Pileo cinereo fuscove.

1. **Clitocybe nebularis** Batsch f. 193 (var. minor) [*Agar.*], Fr. S. M. I, p. 86, Sverig. Atl. Sv. t. 45, Hym. Eur. p. 79. Fl. Dan. t. 1734, Hussey II, t. 9, Badh. I, t. 9, Weinm. Ross. p. 52, Cooke III. t. 79, Gill. C. F. icon. *A. pileolaris* Bull. t. 400, [Paul. Ch. t. 79, f. 1-5 e descr. *A. murinaceus* Gonn. et Rab. t. 10, f. 2? nec Bull. nec Fr.] B. lamellis luteis: *A. turgidus* Grev. Scot. t. 9, *A. canaliculatus* Schum. Fl. Dan. t. 1844, f. 2 monstrosus — Pileo carnoso, compacto, convexo-explanato, obtuso, levi, primitus nebula grisea consperso, dein nudo; stipite farcto, firmo, spongioso-elastico, fibrilloso-striato; lamellis subdecurrentibus, arcuatis, confertis, albo-pallescentibus. 504

*Hab.* pervulgata in Europa et in America boreali et meridionali. — Magna, valida; pileus cinereus, pallens, immo ut caro albus, 6-14 cm. latus, 8 cm. vel ultra longus, basi 1-2½ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 4-5 ≃ 2½-3. Odor debilis. Facilis commutatu cum forma *Trich. humilis* lamellis spurie decurrentibus (quæ tenuior, fragilior), non vero cum *Clitocybe geotropa* vel *Tr. Schumacheri,* si ad notas essentiales attendas.

2. **Clitocybe stenophylla** Karst. in Hedw. 1881, pag. 177. — Pileo carnoso, compacto, planiusculo, levi, nudo, sicco nitente, fusco-cinereo, circ. 8 cm. lato; stipite solido basi incrassato, inferne adpresse villoso, superne pulverulento-squamuloso, circ. 7 cm. longo, apice 2, basi 3 cm. crasso; lamellis decurrentibus, confertis, angustissimis, albis, demum lutescentibus; sporis ellipsoideis, 5-7 ≃ 2-4. 505

*Hab.* in silva frondosa prope Mustiala Fenniæ. — *C. nebulari* affinis, immo ex ipso auctore tantum forte varietas.

3. **Clitocybe columbana** Mont. Syll. Cr. n. 332. — Cæspitosa; pileo carnoso-membranaceo convexo, tandem centro depresso, levi, e luteo aurantio glaberrimo; stipite valido intus cavo basi incrassato profunde striato-costato subconcolori; lamellis polydymis confertissimis, angustissimis, decurrentibus, dilutioribus. 506

*Hab.* ad terram nudam prope Columbum Amer. bor. (SULLIVANT). — Pileus subtenuis, 2-3 mm. in medio crassus, 5 ad 8 cm. diametro metiens, siccus rufo-cinnamomeus. Stipes 8 cm. longus, 1½ in medio, ad 3 cm. basi incrassato-bulbosa crassus, costas validas sulcis profundis interjectis segregatas projiciens, cum pileo

subconcolor, intus omnino excavatus, deorsum cum aliis (5–7, coalitus. Lamellæ polydymæ, luteæ, latitudine millimetrum parum superantes, utrinque attenuatæ, illis ultimi ordinis seu brevioribus vix 2 mm. longis ad marginem pilei acute desinentibus. Species *C. nebulari* affinis at pluribus characteribus distinguenda.

4. **Clitocybe clavipes** Pers. Syn. p. 353 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 86, Icon. 507
t. 47, f. 1; Hym. Eur. p. 79, Cooke Ill. t. 80, Gill. Champ. cum icone, Saund. et Smith. t. 31, Sommerf. Lapp. *A. mollis* Bolt. t. 40 (male fucata). *B.* lamellis luteis: *A. obconicus* Schum. e descr. — Pileo carnoso, molli, convexo-applanato, nudo; stipite farcto, spongioso-molli, elastico, subfibrilloso; lamellis decurrentibus, descendentibus, subdistantibus, albis.

*Hab.* vulgatissima saltim in Europa boreali. — Caro alba; odor mitis, gratus. Pileus fusco-cinereus, albicans præcipue circa marginem, demum obconicus, 4 cm. latus; stipes 4–6 cm. longus, basi 1–1½ cm. crassus, apice 6 mm.; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 5–7 ≈ 3–4.

5. **Clitocybe comitialis** Pers. Syn. p. 352 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 86, 508
Icon. t. 47, f. 2, Hym. Eur. pag. 80. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, udo; stipite farcto, conico, spongioso-elastico, glabro; lamellis subdecurrentibus, planis, confertis, niveis.

*Hab.* cum priore, sed locis magis humidis montanis, serotina. — Pileus 6 cm. latus, stipes 6–8 cm. longus, sporæ 6–8 ≈ 3–5. Fere inodora, minor, fuliginea (etiam stipes), ceterum priori nec *Tr. melaleuco* affinis. Batt. t. 16. C. staturam axhibet.

6. **Clitocybe gangrænosa** Fr. Epicr. pag. 56, Hym. Eur. pag. 80, 509
Trog Helv. pag. 14, Batt. t. 20, f. M. *A. fumato-fœtens* (sic!) Secr. n. 641. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, primitus albo-pulverulento, dein nudo, variegato virgatove; stipite solido, spongioso, subbulboso, molli, striato; lamellis subdecurrentibus, arcuatis, confertis, albo-sordidis.

*Hab.* in Europæ australis nemoribus. — Fœtens, major, carne nigrescente nigrove variegata. Stipes curvatus, interdum excentricus. Pileus albidus, hinc inde virens, livescens etc. *A. nigrescens* Lasch n. 521 pertinet ad *Clitopilum mundulum*.

7. **Clitocybe polia** Fr. Epicr. p. 57, Monogr. II, p. 344, Icon. t. 48, 510
f. 1, Hym. Eur. pag. 80. — Pileo carnoso, convexo-plano, regulari, glabro, griseo, non hygrophano; stipite solido, æquali, glabro lamellisque æqualiter decurrentibus, confertissimis, albis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — B. cæspitosa, tenuior. Ab

*Cl. fumosa*, cum qua vulgo confunditur, præcipue differt substantia carnosa nec subcartilaginea, forma regulari, colore dilute cinereo, non hygrophano. Sporæ 6-8 = 3-4.

8. **Clitocybe inornata** Sow. t. 342, Fr. S. M. I. pag. 93, Hym. Eur. p. 80. Cooke Ill. t. 246. — Pileo carnoso, plano depressove, obtuso, levi, glabro, pellicula secernibili; stipite solido, subæquali, glabro, firmo lamellisque adnatis, planis, demum decurrentibus, confertis griseis. 511

*Hab.* in Anglia. — Pileus 8 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 12 mm. crassus; sporæ ovoideæ 10 μ. longæ. Similis priori, sed firmior, tota sublivida, carne grisea vel griseo-variegata. Odor fere *Ag. campestris*.

9. **Clitocybe Cardarella** Fr. S. M. I. p. 84, Hym. Eur. p. 80. Batt. t. 16. G. — Pileo carnoso, compacto, e convexo plano depressove, glabro, nitido, pellicula crassa secernibili tecto; stipite solido, obeso, æquali, glabro lamellisque decurrentibus, arcuatis, confertis, latis candidis. 512

*Hab.* in Italia. — Edulis, grata, pileo atro-rufo, forte viscido. Hic et prior pellicula a reliquis optime distant. *A. albescens* Viv. p. 9, qui Romæ *Cardarella* dicitur, videtur *Hygrophori* (Limacii) species; sed teste cl. Lanzi F. Rom. pag. 24 *Cardarella* Romanorum est *Pleurotus Eryngii*.

10. **Clitocybe Auricula** Dec. Fl. fr. VI, p. 48, Fr. S. M. I. pag. 85, Hym. Eur. p. 81, Bern. Roch. t. XXIV, f. 4. Dub. Orl. p. 168 plane quidem convenit, dubia tamen et forte e *Tricholomatibus guttatis*. — Pileo carnoso, compacto, hemisphærico, levi, glabro, epelliculoso, marginello excedente nudo, involuto, concolore; stipite solido, glabro lamellisque decurrentibus, arcuato-planis, confertis, albis. 513

*Hab.* in pinetis Smolandiæ perraro. — Odor farinæ recentis. Pileus non explanatus, sed disco depressus, glaberrimus, cinereo-fuscus, carne sporisque candidis.

11. **Clitocybe indigula** Britz. Derm. et Mel. p. 188, f. 179. — Pileo stipiteque flavo-brunneis, pilosulis; margine involuto; carne brunnescenti-alba; lamellis albis, confertis in stipitem decurrentibus; sporis subglobosis 4-6 μ. diam. 514

*Hab.* in M. Grünten ad 1000 m. alt. Bavariæ. *Cl. Auriculæ* valde affinis.

12. **Clitocybe nimbata** Batsch f. 65, 64 (var. alba) [*Agar.*], Fr. Monogr. II, p. 288, Icon. t. 48, f. 4, Hym. Eur. p. 81, Secr. n. 689. — 515

Pileo carnoso, campanulato-convexo, obtuso, levi, glabro, margine tenui (haud excedente), inflexo, albo-pruinoso; stipite solido, firmo, innato-squamuloso, basi subincrassato lamellisque subdecurrentibus, confertis, arcuatis albis.

*Hab.* in pratis Europæ. — Inter priores firmiores et seqq. tenuiores ratio media. *Cl. luscinâ* duplo major, firmior; odor farinæ rancidus. Caro sub cuticula grisea. Squamulæ stipitis demum nigrescunt. Sporæ 6-8 = 3-4. (Britz.).

13. **Clitocybe luscina** Fr. S. M. I. pag. 87, Hym. Eur. pag. 81, Pers. M. E, 3, pag. 92, *A. trochæus* l. c. t. 23, f. 3. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, margine patente, nudo, concolore; stipite solido, brevi, deorsum attenuato, farina alba pulverulento; lamellis subdecurrentibus, planis, confertis, e sordido albicantibus. 516

*Hab.* in pascuis etc. Europæ. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 6-7 mm. crassus. Minor, inodora, junior obscurior, stipite manifeste attenuato; adultior expalliens (e fusco livida), stipite subæquali.

14. **Clitocybe curtipes** Fr. S. M. I. pag. 88, Icon. t. 18, f. 5, Hym. Eur. pag. 81. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, obliquo, glabrato; stipite solido, brevi, rigido, inæquali, fusco, sursum incrassato, subpruinoso, albicante; lamellis adnatis, confertissimis, candidis. 517

*Hab.* locis graminosis Europæ et Australiæ. — Pileus et stipes (normaliter extus et intus fuscus) e fusco expallentes, lividi, immo albicantes et maculati, sed non hygrophani. Affinitate forte *Trich. carneolo* proxima et, si lamellæ sinuatæ legantur, eidem postponenda. Vidit enim Fries etiam sericello-levigatam: *A. excissus* Secr. n. 646, sed *A. curtipes* Weinm. Ross. p. 56 magnitudine, pileo demum infundibuliformi nimis recedere videtur.

15. **Clitocybe hirneola** Fr. S. M. I, pag. 269, Icon. t. 48, f. 3, Hym. Eur. p. 82, Cooke Ill. t. 246, Quél. Jur. t. 3, f. 2, Weinm. Ross. pag. 223, Pers. M. E. 3, pag. 84, *A. phacellus* l. c. pag. 112. — Pileo carnosulo, convexo, plano, levi, glabro, sericello-nitente, disco demum depresso, margine involuto tenuissimo; stipite farcto, tenaci, gracili, subflexuoso, apice albo-pulverulento; lamellis subdecurrentibus, confertis, canescentibus. 518

*Hab.* inter muscos, juxta vias, pervulgata species in Europa. — Tenax, arida, e griseo albescens, sed non hygrophana, carne alba. Stipes 2-6 cm. longus, subfiliformis; pileus 6-11 mm. latus,

optime vigens quasi viscidulus, pellicula quasi e flocculis conglutinatis; sporæ sordidæ 5 ≈ 3. Numquam separari potest. — ***Cl. undulata** Bull. t. 535, f. 2, Pers. M. E. 3, pag. 112 (non alior. et nomen speciei prorsus ineptum), Fr. Hym. Eur. pag. 82. Pileo explanato, subundulato, subzonato, albicante; stipite deorsum incrassato. Cum vulgari. Vegeta etiam grisea, sed demum explanata (ad 4 cm. usque) prorsus candicans.

16. **Clitocybe dothiophora** Fr. Monogr. I, pag. 102. Icon. t. 48, f. 2, 519
Hym. Eur. p. 82. — Pileo carnosulo, tuberculo mammæformi elato gibboso, glabro, canescente; stipite solido, curto, excentrico, glabro, deorsum attenuato; lamellis decurrentibas, confertis, albidis.

*Hab.* locis graminosis silvarum Europæ. — Pusilla, stipite 13 mm. v. parum ultra longo, basi 2, apice 4 mm. crasso. Pileus obliquus, 2 cm. latus. Nisi copiose lecta, pro forma monstrosa haberetur. — ***Cl. depressa** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, pag. 41. Pileo disco carnoso, ceterum tenui, planiusculo, late umbonato, glabro, levi, aquose albido, sicco subcandicante, circiter 2 cm. lato, stipite æquali, vulgo curvato, interdum subexcentrico, albo, circiter 2 cm. longo et 2 mm. crasso; lamellis confertis, decurrentibus, angustis, albis. In locis graminosis circa Mustiala Fenniæ.

17. **Clitocybe carnosior** Peck 23 Report, pag. 76. — Pileo crasso, 520
carnoso, obconico, primitus convexo, demum plano vel leviter depresso, subumbonato, brunneo, margine primum involuto, denique expanso, tenui; stipite pileo concolore, fibrilloso, leviter sursum attenuato; lamellis albis, distantibus, pluribus ex iis furcatis.

*Hab.* in pinetis, West Albany et Sandlake Amer. bor. — Statura 5–10 cm.; pileus 2½–8 cm. latus, stipes 6–12 mm. crassus. Caro uda, mollis atque alba, interdum cæspitosa. Sapor gratus.

18. **Clitocybe Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 133. — Pileo e sub- 521
globoso convexo, plerumque obtuso, rarius umbonato, carnosulo, 3–4 cm. lato, glabro, levi, nec nitido, margine albido fuscescenti, in medio obscuro; lamellis subconfertis, fuscescente-albidis, circa 3 mm. latis, utrinque acuminatis, arcuato-subdecurrentibus; stipite farcto, contiguo, sæpe curvato, subcylindrico, basim versus parum attenuato, albido, levi, glabro, apice albo-pulverulento, 4–5 mm. crasso, 3–4, 5 cm. longo; carne albida, sine odore; sapore dulcidulo grato; sporis globosis, 3–4 μ. diam.

*Hab.* gregatim in silva Kunjevce in Slavonia.

**). Pileo violaceo, rufescente.

19. **Clitocybe cyanophæa** Fr. Hym. Eur. pag. 82, *A. nudus* Harz. 522

t. 30, Gonn. et Rab. t. 17, f. 1. — Pileo compacto, e convexo plano, obtuso, glabro, fusco-cærulescente; stipite solido, glabro, a basi attenuato, in junioribus cærulescente, apice abrupte albo; lamellis longe decurrentibus, confertis, e violaceo expallentibus.

*Hab.* in silvaticis Germaniæ, Helvetiæ (Trog). — Species elegans, ab *T. nudo*, clare distincta. Stipes robustus, 8 cm. longus et ad basim incrassatam 2,5 cm. crassus; pileus 8-10 cm. latus; sporæ 8 ≃ 4-5. — ***C. Pengellei** B. et Br. Cooke Ill. t. 264: pileo compacto, convexo dein plano obtuso levi, fusco, demum cyaneo; stipite solido, juventute cyaneo, apice abrupte albo; lamellis longe decurrentibus, confertis, violaceis demum pallidis. In silvis Cornwall Britanniæ.

20. **Clitocybe mollicula** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 147, f. 279. — 523
Tota mollis et tenera; pileo stipiteque griseis, griseo-violaceis; pileo convexo expanso, umbonato; stipite farcto; lamellis cinerescentibus; sporis 10-12 ≃ 2-3, sæpe curvulis.

*Hab.* in silvis prope Westheim Bavariæ. Inodora.

21. **Clitocybe tyrianthina** Fr. Obs. 2, pag. 91, Monogr. I, pag. 104, 524
Hym. Eur. pag. 82, *A. gilvus* Fl. Dan. t. 1606 (status decoloratus), *A. carneo-violascens* Jungh. Linn, 1830 pag. 398. — Pileo compacto, e convexo plano depressoque, levi, glabro, carneo-purpureo, pellicula sicca secernibili; stipite solido, spongioso, villoso, dein striato, deorsum incrassato; lamellis primo æqualiter attenuato-attingentibus, confertis, dein æqualiter decurrentibus, incarnato-violaceis.

*Hab.* in fagetis Europæ raro. — Major, speciosa, inter *T. personatum* et *Cl. gilvam* quasi media, præcipue insignis mycelio copioso igneo-rubigiuoso. Lamellæ vix decolorantes. Sporæ pallidissime roseo-lutescente-albidæ.

22. **Clitocybe Lorinseri** Wint. Pilzfl. I, pag. 862. — Pileo carnoso, 525
tenui, umbonato, disciformi-expanso, 2,5 cm. lato, leniter pubente, circa umbonem depresso, margine involuto, pallide rubente; stipite solido crasso, infra crassiore, 2 cm. cr., 4 cm. alto albido, substriato; lamellis angustis, albis, decurrentibus furcatis; carne et sporis albis.

*Hab.* ad pedes muscosos Pinorum in Tiroli (Lorinser).

23. **Clitocybe roseo-maculata** Rabenh. Wint. Pilzfl. I, pag. 862. — 526
Pileo subcarnoso, applanato, 2,5-5 cm. lato, umbilicato, piloso dein glabro, et sericeo-nitente; stipite 5-11 cm. vel 9-13 mm. cr., in-

fra leniter inflato et rugoso, initio farcto dein cavo griseolo lamellisque decurrentibus, latis, roseo-maculatis.

*Hab.* in humidis paludosis in Lusatia.

24. **Clitocybe monochroa** Lév. Conf. Rev. myc. VI, p. 130. — Pileo 527
carnoso, 4–5 cm. lato, obtuso, levi, convexo, violaceo, margine pallidiori; stipite cylindraceo, curvato, circiter 23 mm., vacuo; lamellis angustis decurrentibus, curvatis, subconfertis.

*Hab.* ad vias, Merdy et Mur in Gallia.

25. **Clitocybe iopepla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 516. — 528
Tota violacea; pileo e convexo umbonato, depresso, striato; stipite subæquali striato; lamellis confertis, angustis, longe decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 5–8 cm. latus; stipes 6–8 cm. longus, 6 mm. crassus fibrillosus. Affinis *C. tyrianthinæ*. Mycelium haud rubrum sicut in hac specie neque totus fungus ita robustus.

26. **Clitocybe ochro-purpurea** Berk. Dec. n. 74, Lond. Journ. 1845, 529
p. 299. — Pileo subhemisphærico, demum depresso, carnoso, compacto, lento, pallide alutaceo, leviter purpurascente; cute facile secernibili, margine inflexo primum tomentoso; stipite pallidiore hic illic purpurascente, medio tumido; lamellis crassis non connexis purpureis, postice latioribus decurrentibus.

*Hab.* in solo argillaceo in silvaticis, Ohio Amer. bor. (E. G. Lea). — Pileus 5 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2 cm. crassus. Pluribus notis *C. tyrianthinæ* respondet, at lamellæ sunt crassæ; mycelium album.

27. **Clitocybe piniaria** Bosc Mag. Naturf. Berl. 1811, pag. 84, t. 4, 530
f. 3, Fr. Epicr. p. 59, S. M, pag. 85. — Pileo carnoso compacto, hemisphærico, levi, brunneo; margine violaceo; stipite solido, æquali, glabro; lamellis decurrentibus, utrinque acutis, pallidis.

*Hab.* in pinetis Carolinæ Amer. bor. — Solitaria diu persistens. Stipes validus, 4 cm. longus, 8 mm. crassus, glaber; pileus vix 2½ cm. latus; lamellæ utrinque valde acutæ, subæquales.

28. **Clitocybe opipara** Fr. Epicr. pag. 59, Monogr. I, pag. 164, Icon 531
t. 49, f. 1, Hym. Eur. pag. 83, *A. roseus* Schaeff. t. 75. — Pileo compacto, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, subcarneo, nitido; stipite solido, valido, glabro; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, venoso-connexis, albis.

*Hab.* locis muscosis Europæ, in pratis silvaticis, olim igne devastatis, raro. Major, firma, odore vix insignis, sed sapore grato polentæ. Stipes longus, 1 cm. et ultra crassus, æqualis vel sursum

attenuatus; pileus 6-11 unc. latus, gilvus, roseus, incarnato-alutaceus, primo flocculis superficialibus adspersus; sporæ 6-8 ≃ 3-4.

29. **Clitocybe amara** Fr. Syst. Myc. I, pag. 87, Hym. Eur. pag. 83, 532
Ic, ined. Pers. Myc. Eur. 3, pag. 107, Cooke Ill. t. 134, *A. rivulosus v. amarus* Alb. et Schw. pag. 185, *A. commistus* Pers. Myc. Eur. 3, pag. 97. — Pileo carnoso, e convexo-plano, obtuso, sicco, flocculoso-rivuloso, rufescente; stipite solido, tenaci, e floccoso glabrescente, albo; lamellis leviter decurrentibus, confertis, angustis, albis.

*Hab.* locis silvaticis Europæ raro et in promont. Bonæ Spei: Somerset East inter folia decidua putrescentia in silvis montis «Boschberg» (Mac-Owan et Tuck.). — Species bene distincta, sed colore pilei variabili fallax. Vidimus colorem rufo-fuscum et albido-rufum, circa marginem pallidiorem Stipes circa 6 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 6-8 cm. latus sæpe inæqualis et repandus, sub lente impolitus, carne firma, sed non crassa; sapor valde amarus; sporæ 4 $\mu$. d.

30. **Clitocybe gentianea** Quél. Jur. II, pag, 341, t. I, f. 5. — Pileo 533
convexo-plano, 6-8 cm. d., firmo, glabrescente, brunneo-œneo, margine attenuato et pallido; lamellis tenuibus, confertis, subdecurrentibus, albis; stipite farcto elastico, basim versus attenuato, tomentoso, albo; sporis ovoideo-sphæricis 6 $\mu$. longis.

*Hab.* in pinetis Jura, circulos formans. Caro alba, amarissima. — A præcedente vix diversa.

31. **Clitocybe vulpecula** Kalchbr. (Cum descr. et icone) in Fr. Hym. 534
Eur. pag. 83. — Pileo carnoso, e convexo-plano depressove, obtuso, glabro, gilvo-rufescente; stipite cavo, a basi incrassata attenuato, nudo, albido; lamellis acute adnatis, confertis, angustis, utrinque attenuatis, albis.

*Hab.* ad terram in Hungaria. — *Cl. amaræ* admodum similis, sed sapore miti, stipite cavo aliisque notis videtur distincta. Stipes sesquiuncialis, sat firmus; pileus 2-8 cm. latus, leviter repandus; lamellæ pileo depresso decurrentes.

32. **Clitocybe socialis** Fr. Icon. t. 49, f. 2, Hym. Eur. pag. 83, Cooke 535
Ill. t. 134 B. — Pileo carnoso, e convexo-expanso, umbonato, levi, gilvo; stipite solido, subglabro, rubello, basi radicante hirta; lamellis plano-decurrentibus, vix confertis, lutescentibus.

*Hab.* supra acus Pini coacervatos, putrescentes in Europa. Stipes 2,5 cm. longus, 4 mm. vel parum ultra crassus, basi hirto-peronatus more *Marasmii peronati;* pileus 2,5 cm. latus, carne alba,

inodora. Hujus lusus *Cl. inverso* accedens videtur *A. irrufatus* Lund Holm. pag. 13.

33. **Clitocybe pyraces** B. et Br. Jour. Linn. Soc. XI. pag. 518. — 536
Pileo plano-depresso, rufo, margine levi inflexo; stipite deorsum attenuato, ochraceo, striato; lamellis distantibus, crassis, subconcoloribus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, circiter 1 mm. crassus. Interdum videtur similis *C. irrufatæ*.

34. **Clitocybe erubescens** Mont. Syll. Crypt. n. 334. — Pileo car- 537
noso, convexo-plano, obtuse umbonato, udo, viscoso, rubescente; stipite curto, valido, cavo lamellisque angustis linearibus decurrenti-affixis, albis; sporis ovoideis.

*Hab.* in truncis dejectis, novembri, Columbus Amer. bor. (SULLIVANT, Icon. n. 309). — Pileus disco umbonato carnosus, margine attenuatus, convexo-applanatus, viscosus (gelatinous SULL.), albus, rubore tinctus, 5 cm. latus, exsiccatus margine involutus. Stipes cavus, 2 ad 3 cm. longus, 6-8 mm. crassus, æqualis; pallidus. Lamellæ tridymæ, subconfertæ, lineares, postice attenuatæ, decurrenti-affixæ, albæ, medio 3 mm. latæ, $1^1/_4$ mm. crassæ. Hymenium e basidiis clavatis 80 $\mu$. longis constans et sporis ovoideis 6,5 $\mu$. l.

35. **Clitocybe reticeps** Mont. Syll. Crypt. n. 331. — Pileo carnoso 538
convexo, tandem depresso, margine striato rubescente, plicis reticulatis exstantibus saturatioribus instructo; stipite brevi, solido, levi, basi orbiculariter, apice æqualiter dilatato; lamellis tridymis rotundato-adnatis, latis, albo-roseis.

*Hab.* in lignis ad humum dejectis, julio, Columbus Amer. fœd. (SULLIVANT, Icon., n. 115). — Pileus diametro 4 ad 5 cm. metiens, totus plicatus, plicis colore rubro intensiore insignibus et reticulum efformantibus. Stipes pro ratione brevis, 3 cm. vix longior, levigatus, pallidus; lamellæ postice 2 ad 3 mm. latæ, rotundæ, sensim attenuatæ, $1^1/_4$ mm. crassæ; trama fibroso-cellulosa, cellulis sphæricis. Sporæ albæ, sphæricæ, diametro vix 10 $\mu$. æquantes, limbo nullo conspicuo. — A *Pluteo phlebophoro*, quocum analoga nostra, striis marginalibus pilei, stipite solido et sporarum colore maxime distat.

***) Pileo lutescente.

36. **Clitocybe Veneris** Fr. Hym. Eur. pag. 84, *Cl. insignis* Gill. Champ. 539
Fr. pag. 163 cum icone. — Pileo carnoso, mox explanato, gibbo,

levi, glabro, luteo; stipite solido, firmo, æquali, glabro, elastico, albo; lamellis adnatis, dein subdecurrentibus, confertis, angustis, candidis.

*Hab.* in pinetis Galliæ circa Alençon (P. ALEXANDRE). — Species pulchra, statura *Cl. opiparæ*, sed pileus minus compactus, 8 cm. latus, disco obscuriore. Stipes 6 cm. longus, 2 cm. crassus. Odor spermaticus, sapor fatuus. Sporæ 7-8 ≃ 4-5.

37. **Clitocybe Tuberaster** Brig. jun. in Comes, fung. Nap., pag. 113, t. XIV, f. 4. — Pileo carnoso, flavescente, centro e depresso infundibuliformi, 9-10 cm. lato; lamellis albis, inæqualibus, subdecurrentibus basi venis connexis; stipite brevi, incurvo, crasso, basi rufescente. 540

*Hab.* in matrice *Polypori Tuberastri* in agro Neapolitano. — Odor gratus; caro candida, non succulenta, sapidissima.

38. **Clitocybe amarella** Pers. Myc. Eur. 3, pag. 99. Fr. Hym. Eur. pag. 84, *A. amarus* Quél. p. 213. — Pileo carnoso, plano, firmo, subumbonato, glabro; stipite solido, tenaci, æquali, basi albo-villoso; lamellis subdecurrentibus, confertis, pallidis, subnitidis. 541

*Hab.* in pratis graminosis Europæ raro. Odor fortis, sapor valde amarus. Stipes compactus, 6 cm. longus, 4 mm. crassus. Pileus gilvus vel pallide cervinus. Lamellæ dilutiores, subgriseæ, passim dichotomæ. Sporæ 7-8 μ. longæ.

39. **Clitocybe vernicosa** Fr. S. M. I. pag. 90, Icon. t. 50. f. 1, Hym. Eur. pag. 84. Cooke Ill. t. 265, *A. cerinus splendens* Alb. et Schwein. pag. 169. — Pileo carnoso, plano-depresso, obtuso, levi, glabro, gilvo; stipite farcto, tenaci, curto, glabro lamellisque decurrentibus, subdistantibus flavis. 542

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ admodum rara. — Stipes 2-4 cm. longus, tenax. Pileus circiter 6 cm. latus. Caro firma, alba. Odor nullus. *B.* pileo subinfundibuliformi indeque lamellis longe decurrentibus. Ceterum tam bene convenit, ut haud distinguam. *A. flavidus* Sowerb. t. 366, Pers. Myc. Eur. n. 88.

40. **Clitocybe venustissima** Fr. Monogr. II, pag. 289, Icon. t. 50, f. 2, Hym. Eur. pag. 84. — Pileo subcarnoso, e convexo plano, obtuso, glabro, aurantio-rutilante, expallente; stipite e farcto cavo, æquali, glabro, rutilo; lamellis decurrentibus, subdistantibus, concoloribus. 543

*Hab.* supra folia coacervata putrida abietis, loco umbrosissimo in horto botanico Upsaliensi in Suecia. — Species elegantissima. Stipes 4 cm. longus, 4 mm. circiter crassus, basi albo-tomentosus.

Pileus 2–5 cm. latus, margine minorum levi, sed majorum striato et eleganter crenato. Odor nullus.

41. **Clitocybe interveniens** Karst. Hattsv. I, pag. 63. — Pileo conico denique depresso, convexo, firmo, argillaceo, centro plerumque brunnescente, 10 cm. lat. subpiloso; stipite et lamellis pallide argillaceis; sporis oblongis 6–7 ≃ 2–25. 544

*Hab.* in silvis, Mustiala Fenniæ.

42. **Clitocybe subalutacea** Batsch f. 194 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 90, Epicr. p. 85, Hym. Eur. p. 84. Secr. n. 818, Weinm. Ross. pag. 57, *A. pallescens* Schum. pag. 311. — Lutescente-pallescens; pileo carnoso, molli, convexo-plano depressove, obtuso, inæquali, glabro; stipite farcto, firmo, elastico, nudo; lamellis adnato-decurrentibus, latis, subdistantibus, albidioribus. 545

*Hab.* in nemoribus Europæ. — Pileus 2½–6 cm. latus; stipes 2½ cm. vel ultra longus, 4–7 mm. crassus; sporæ 6–8 ≃ 4. Pileus expallens. Odor debilis aniseus vel obsoletus.

43. **Clitocybe armeniacea** Mont. Cont. VII, pag. 22. — Pileo carnoso convexo-expanso squamulis saturatioribus adsperso armeniaceo, margine striato; stipite adscendente farcto, basi subbulboso dilutiori, sursum in pileum dilatato; lamellis tridymis convexis, pileo concoloribus, obtuse adnato-secedentibus. 546

*Hab.* locis umbrosis humidis secus muros in Brasilia (Weddell.).

44. **Clitocybe exsanguis** Mont. Cent. VII, p. 32. — Alba; pileo carnoso, tandem explanato, centro depressiusculo, ochraceo-punctato; margine miro modo undulato-plicato; stipite adscendente subæquali, fistuloso; lamellis tridymis, simplicibus bifurcatis vel ramosis (an venoso-connexis?) distantibus adnatis, margine rectiusculo. 547

*Hab.* ad lignum cariosum in silvis humidis provinc. Matto-Grosso Brasiliæ (Weddell).

****) Pileo viridi, pallescente.

45. **Clitocybe virens** Scop. Carn. p. 437 (sub *Agarico*), *A. viridis* Withering. Fr. S. M. I, pag. 90. Hym. Eur. pag. 85, Bolt. t. 12, Bull. t. 176, Larber t. 12, f. 7, Paul. t. 77, f. 3, 4. — Pileo carnoso, convexo-expanso, obtuso, glabro, viridi; stipite solido, æquali, glabro lamellisque adnato-decurrentibus, confertis, tenuibus candidis. 548

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Pileus 6–8 cm. latus, stipes 6–8 cm. longus, 4–7 mm. crassus. Sequente magis regularis, minus te-

nax, odora? Cl. Fries typicam non legit; pro sequente facile haberetur, nisi Kickx, Trog etc. distinctam urgerent.

46. **Clitocybe odora** Bull. t. 556, f. 3 (*Agar.*), Sowerb. t. 42, Grev. 549
Scot. t. 28, Fl. Dan. t. 1611, Krombh. t. 67, f. 20-22. Fr. Sverig. Atl. Svamp. t. 85, Hym. Eur. p. 85, *A. anisatus* Pers. Obs. et Myc. Europ. — Sordide virens, tenax, fragrans; pileo carnoso, planiusculo, levi, subrepando, glabro; stipite farcto, elastico, inæquali, glabro, basi incrassato; lamellis adnatis, haud confertis, latis, pallescentibus.

*Hab.* in silvis, etiam in pinetis ericetosis, totius Europæ frequens in silvis Carolinæ, Americ. bor. ad terram prope Ssamodurcroka. Odore suavi aniseo et colore sordide ærugineo, lamellis nunc concoloribus, nunc albidis facile distincta. — Pileus 8 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 8-9 mm. crassus, inferne usque 4 cm. metiens; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 6-8 ≃ 4-5.

47. **Clitocybe Trogii** Fr, Epicr. pag. 59, Hym. Eur. pag. 85, Trog. 550
Helv. pag. 14, *A. suaveolens* Trog in Flora 1832, pag. 521, Cooke Ill. t. 102. — Pileo carnoso, compacto, e convexo expanso, obtuso, glabro, cinerescenti-albo, opaco; stipite solido, firmo, curto, basi incrassato villoso lamellisque subdecurrentibus, confertis albis.

*Hab.* in Helvetiæ, Angliæ et Germaniæ silvis. — Carne compacta et statura robusta a priore certe distincta. *Cl. suaveolens* differt pileo tenui, demum infundibuliformi, hygrophano, stipite subfarcto, elastico. Fragrantissima.

48. **Clitocybe bifurcata** Weinm. Ross. pag. 85, Fr. Hym. Eur. p. 85. — 551
Pileo carnoso, convexo-plano, subsericeo, alutaceo-pallescente, margine substriato; stipite farcto, fibrilloso lamellisque adnato-decurrentibus, confertis, simplicibus bifurcatisque candidis.

*Hab.* in silvis mixtis, Europæ, solitaria. — Stipes 6 cm. longus, 6-10 mm. crassus. Pileus 6 cm. latus. Lamellæ fragiles, 4-6 mm. latæ. Ad hanc speciem etiam pertinere videntur *A. solidus* Lasch n. 519 et *A. corneus* Secret. n. 673.

49. **Clitocybe rivulosa** Pers. Syn. p. 369 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 87, 552
Monogr. pag. 108, Hym. Eur. pag. 86, Quél. pag. 214, Cooke Ill. t. 200, *A. cupula versicolor* Secr. n. 1016, *A. neptuneus* Batsch f. 118 hujus monstrum. — Pileo e convexo plano, depresso, subcompacto, obtuso, expallente, glabro, rore albido demum rivuloso; stipite farcto, tenaci, elastico, subfibrilloso lamellisque adnato-decurrentibus, latis, subconfertis, incarnato-albis.

*Hab.* ad vias, versuras etc. Europæ vulgaris, sed jove pluvio

tantum rite cognoscenda. Pileus incarnatus, rufescens etc., siccus albescens, levigatus. Odor gratus, sapor mitis. Autumno seriore cæspitosa, major, pileo undulato-lobato e. s. p., ut facile pro sq. difformi sumas.

*****) Colore albo, candicante. (Caute separes hygrophanas dealbatas et Paxillos albos).

50. **Clitocybe cerussata** Fr. S. M. I. pag. 92, Hym. Eur. pag. 86, 553
Lucand Suit. Bull. 129. Fl. Dan. t. 1796, Weinm. Ross. pag. 58 optime. Pers. Myc. Eur. 3, n. 195 etc. nec obstat n. 157. — Alba; pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, udo, glabrato; stipite spongioso, solido, tenaci, elastico, nudo; lamellis adnatis, confertissimis, tenuibus, dein decurrentibus, immutatis.

*Hab.* vulgata in silvis acerosis, nemoribus etc. Europæ. — Sapor mitis, odor vix ullus. Stipes deorsum subincrassatus sæpeque tomentosus (*polyrrhizus* Otto). Pileus gibbus legitur, sed non umbonatus nec rufescens; 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ subsphæroideæ 3 $\mu$. diam. v. $4 \simeq 3$. Lamellæ haud lutescunt. Cfr. Bull. t. 118, ab *Hygroph. eburneo* lamellis confertis tenuissimis, stipite glabro diversa.

51. **Clitocybe difformis** Schum. p. 335 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 86. 554
*A. dilatatus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 188, Sterb. t. 16, A. — Cæspitosa, sæpe gigantea; pileo undulato-lobato; stipite curto, longitudinaliter rugoso; lamellis demum pallidis; sporis $4\text{-}5 \simeq 3$.

*Hab.* solo pingui vel sub pluviis continuis autumnalibus in Europa; abunde quotannis in horto Upsaliæ. — Variat pileo primo floccis adsperso, 5-18 cm. lato in eodem cæspite, stipite majorum 2,5 cm. crasso et longo; et hoc modo fere omnes hujus sectionis statura in infinitum variant. Est ne vera quidem varietas, sed individua prioris luxuriantia, qualia quoque exstant præcedentium.

52. **Clitocybe obtexta** Lasch l. c. n. 101, Fr. Hym. Eur. pag. 86, 555
*A. sordarius* Pers. ex aliorum sententia, *A. sericeus* Weinm. in Linn. X, pag. 52, Cfr. Ross. pag. 658, ubi etiam *A. nauseosus* Flor. Ratisb. 1832, pag. 449, huc ducitur ut var. glabra viscosa. — Nivea; pileo contexto-fibrilloso, dein glabro, viscidulo, margine involuto subtomentoso; stipite solido, fibrilloso, tomentoso; lamellis subdecurrentibus, confertis, angustis, albis.

*Hab.* inter folia coacervata in Europa rarius. Veli in pileo persistentis luxurie a priore tantum differre videtur.

53. **Clitocybe adsentiens** Karst. Myc. Fenn. pars III, pag. 53. — 556
Pileo carnoso convexo-plano, obtuso, levi, demum in squamas dis-

rupto, albo; stipite curto, basi subincrassato, albo, floccis nigricantibus v. fuscis squamoso; lamellis adnatis vel demum adnato-subdecurrentibus, confertissimis, albis.

*Hab.* in areis horti Mustialensis in Fennia. – Pileus 4-6 cm. latus; stipes 2,5-3 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Ad *Cl. puellulam* se refert fere ut *Cl. difformis* ad *Cl. cerussatam*. Gregaria, at non cæspitosa, vulgo regularis. Cum *Ag. Sowerbyi* in Rab. Fung. eur. ed. II, 505 statura omnino convenit.

54. **Clitocybe puellula** Karst. Myc. Fenn. pars III, pag. 52. — Pileo 557
carnoso, convexo-plano, subumbonato, levi, glabro, candido; stipite subæquali, stricto, elastico, albo, floccis fuscis v. nigricantibus squamoso, basi subincrassato; lamellis adnatis, confertis, albis.

*Hab.* ad margines fossarum nec non in palude, in parœcia Tammela prov. Tavastland in Fennia. — Ab affini *Cl. cerussata* magnitudine minori (pileus 2-4 cm. latus, stipes 5-6 cm. longus), stipite squamulis nigrescentibus obsesso etc. recedit hæc species elegans. Specimina hujus speciei sicca determinavit Cel. Fries nomine *Ag. nimbati*. Sporæ ellipsoideæ, uniguttulatæ, hyalinæ, longit. 9-12 ≃ 5-7.

55. **Clitocybe phyllophila** Fr. S. M. I. pag. 83, Hym. Eur. pag. 87 558
Fl. Dan. t. 1847, Berk. Outl. pag. 109, Pers. et Auct. ex parte. — Alba; pileo carnoso, convexo-plano, mox depresso umbilicatoque, levi, sicco, velo sericeo circa margines argentato; stipite e farcto cavo, spongioso fibrosoque; lamellis adnato-decurrentibus, leviter distantibus, ex albo sublutescentibus.

*Hab.* inter folia varia, præcipue Fagi, basi incurva villosa in Europa et in Carolina Amer. bor. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ ellipsoideæ 6 ≃ 3 usque 8 ≃ 5. Statura, ut proximæ, mire variat, nunc minor solitaria, nunc magna cæspitosa, pileo undulato lobato, passim cum lamellis alutaceo, non expallens, multo minus hygrophana. Vaga est apud auctores species, etiam Hygrophanis siccitate dealbatis conspurcata; vide v. gr. Myc. Eur. *A. hydrogrammus* Schum. *A. cerussatus* Secr. n. 672, omnino.

56. **Clitocybe pithyophila** Fr. S. M. I. pag. 83, Obs. Myc. I, pag. 78, 559
Hym. Eur. pag. 87, Gill. Cham. Franc. cum icone, *A. phyllophili* var. Weinm. Ross. pag. 82, *A. pithyophilus* Secr. n. 1011, sed in nostro nil rufescentis. Berk et Broom. n. 1107. — Alba; pileo carnoso, tenui, planiusculo, umbilicato, glabro, expallente; stipite subcavo, e tereti compresso, glabro (basi albo-tomentoso); lamellis adnato-decurrentibus, confertis, planis, semper albis.

*Hab.* vulgaris in pinetis Europæ. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ 6-7 ≃ 4. Odor gratus. Pileus colore puro, in udis albo, sicco candicante. Simillima est *Cl. Tuba*, eisdem locis obvia.

57. **Clitocybe subviscifera** Karst. Hattsv. I, pag. 65. — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, subinde demum depresso, orbiculari vel subrepando, levi, glabro, viscido, albido, expallente, 3-4 cm. lato; stipite cavo, æquali, flocculoso-furfuraceo, albido-pallente, 4-7 cm. longo, 5 mm. circiter crasso; lamellis longe decurrentibus distantibus, venoso-connexis aut ramosis albido-pallentibus. 560

*Hab.* locis muscosis in pineto Syrjöäs in Fennia. — Simplex vel subcæspitosa; stipes teres, vulgo flexuosus, basi tomentosus; lamellæ lineares; sporæ ellipsoideæ, hyalinæ (sub micr.), eguttulatæ, 6-8 ≃ 3-4; pileus demum passim disco subrufo-maculato. Odor et sapor haud notabiles. Prope *Cl. pithyophilam* collocanda.

58. **Clitocybe tornata** Fr. S. M. I. pag. 91, Icon. t. 41, f. 1, Hym. Eur. pag. 87, Berk. et Br. n. 1200, Weinm. Ross. pag. 60, Secr. n. 674, lamellis demum virescentibus. Cfr. *A. sapidus* Pers. M. E. ob lamellas distinctas (quod e terminologia Pers. vix confertas), sed reliqua, excepta magnitudine, *Cl. cerussatæ*. — Alba; pileo carnoso, tenui, orbiculari, plano, subdepresso, glabro, nitido; stipite farcto, æquali, glabro, striatulo; lamellis decurrenti-adnatis, subconfertis, planis. 561

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Parva, eximie regularis, inodora, stipite tenui, firmo, basi pubescente. Pileus disco passim obscurior, $2^1/_2$ cm. vel ultra latus; sporæ 5-6 ≃ 3-4.

59. **Clitocybe opala** Fr. Hym. Eur. pag. 87. — Alba; pileo carnoso, tenui, convexo-plano, obtuso, viscoso; stipite subfistuloso, levi, nitido; lamellis subdecurrentibus, tenuibus, confertis. 562

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ. — Affinitate adhuc incerta, hinc ut species propria haud forte proponenda. Parva, regularis, jove udo sicca.

60. **Clitocybe olorina** Fr. S. M. I. pag. 92, Hym. Eur. pag. 88, Weinm. Ross. pag. 54, Secr. n. 669 ex ipso. *A. sepincola* Pers. M. E. 3, pag. 120 quoad notas essent. — Candicans; pileo carnoso, tenui, e convexo explanato, levi, glabro; stipite cavo, rigido, cylindrico, squamuloso, basi tomentoso; lamellis subdecurrentibus, confertis, subarcuatis, linearibus. 563

*Hab.* inter folia decidua, præcipue in fagetis, raro in pinetis, Europæ. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 4-5 mm.

crassus. Inodora, unicolor, uda alba, sicca candicans. Sq. ceterum proxima.

61. **Clitocybe candicans** Pers. Syn. pag. 456, Fr. S. M. I. pag. 91, 564
Ic. t. 51, f. 3, Hym. Eur. pag. 88, Saund. et Smith t. 39, f. 1, Weinm. Ross. pag. 87, Secr. n. 1014, Bull. t. 575, f. E. — Alba; pileo carnosulo, e convexo-plano depressove, levi, e rore sericeo tenui candicante, nitente; stipite subfistuloso, levi, ceraceo, nitido; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, dein decurrentibus.

*Hab.* ubique locis humidis silvarum inter folia in Europa, in Carolina Amer. bor. et Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Parva, tenax, morphosi Cyathiformium, cum quibus a Bulliardo acutissimo jungitur, sed uda alba, sicca candicans. Stipitis indole ad Omphalias magis accedit. Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 2-5 mm. crassus; sporæ 4-6 ≃ 4.

62. **Clitocybe dealbata** Sowerb. t. 123, Fr. S. M. I. pag. 92, (sensu 565
latiore) Hym. Eur. pag. 88, Pers. Myc. Eur. 3, pag. 120, Grev. Edin. pag. 376, Secr. n. 1018, Hogg et Johnst. t. 10, Weinm. Ross. pag. 61. — Alba; pileo carnosulo, e convexo plano revolutoque, levi, glabro, subnitente; stipite farcto, toto fibroso, tenui, æquali, apice subpruinoso; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, albis.

*Hab.* in campis graminosis Europæ. — Parva, mitis, stipitis indole a præcedente distinctissima. Pileus nunc orbicularis, nunc valde repandus 2 cm. vel ultra latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ 4 ≃ $1^3/_4$-2. *A. ericetorum* Bull. differt lamellis distantibus et longe decurrentibus. Var. **minor** Cooke Ill. t. 173, Vogl. Obs. Agar. p. 13, t. I, f. 7, a-c. Sporæ ovatæ, 5-7 ≃ 2-3; basidia 16-18 ≃ 4-5; sterigmata 2 ≃ 1. In Britannia et Italia bor.

63. **Clitocybe Augeana** Mont. Syll. Crypt. n. 336. — Cæspitosa; pileo 566
e convexo deplanato-concaviusculo, albo-alutaceo, margine primum involuto sericeo, dein patente undulato; stipitibus ascendentibus pluribus basi connatis, albo tomentosis, incrassatis, superne fistulosis fibroso-sericeis; lamellis inæqualibus polydymis confertisque (intio obtusis acie crassiusculis, tandem tenuescentibus) angustis concoloribus, utroque fine attenuatis, dente stipiti adhærentibus, venis hinc inde connexis.

*Hab.* in iisdem pulvinis ubi colitur *A. campestris* ad Nannetes Galliæ detexit cl. Augé, cui dicata species. Odor farinæ recentis. Pileus adultus et expansus 3 cm. latus, sericeus, tenuis, junior centro grosse verrucosus. Stipes basi incurvus, 3 ad 4 cm. lon-

gus, ad 8 mm. crassus, apice leviter attenuatus, interdum et excentricus. Lamellæ aquosæ, sublanceolatæ. Hymenium tenuissimum, e sphorophoris brevibus clavatis apicem versus articulatis, articulo supremo oblongo, compositum. Sporæ quinatæ, albæ, hyalinæ, oblongæ, nucleo inconspicuo. Trama celluloso-fibrosa anastomosans. Loco natali odoreque farinæ recentis a *Cl. dealbata* affini præsertim recedit, cui ceterum similis.

64. **Clitocybe gallinacea** Scop. Carn. p. 433 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 59, 567
Hym. Eur. pag. 88. Cooke Ill. t. 174, Huss. I, t. 39, *A. dealbatus* aggeralis S. M. I. pag. 92, (var. excentrica e loco). *A. peltideus* Pers. M. E. 3, pag. 121, Bolt. t. 4, f. 2 ob lamellas decurrentes hanc potius, quam *Cl. Michelianam*, licet minor, exhibet. — Alba, acris; pileo carnosulo, e convexo depresso, levi, sicco, opaco; stipite solido, æquali, tenui, levi; lamellis subdecurrentibus, confertis, tenuibus.

*Hab.* in salicetis aliisque locis humosis muscosis Europæ. Habitus prorsus præcedentis, nullo modo mutabilis. Differt pileo haud revoluto, planiusculo, semper obtusissimo et præcipue habitu alieno opaco, sapore subacri. Pusilla; stipes 5 cm. longus, interdum subtiliter flocculoso-pruinosus; pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus; sporæ 4-6 ≃ 4.

65. **Clitocybe albissima** Peck 26 Rep. pag. 53. — Pileo convexo vel 568
expanso, sicco, glabro, molli, pure candido; stipite æquali, glabro, solido, albo; lamellis confertis, breviter decurrentibus, albis, plerisque basi furcatis.

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. Fungus in circulos nascens, 5-8 cm. altus; pileus 5-8 cm. latus, 4-6 mm. crassus. 569

66. **Clitocybe conspurcata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 517. — Sordide alba, subtiliter tomentosa; pileo depresso, tenui, carnoso toto particulis lineisque sordidis rugoso; stipite subæquali striato; lamellis angustis decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus, tenuis sed carnosus obtuse umbonatus, siccus veluti excrementis nigris quorumdam insectorum conspersus; stipes 5 cm. longus; lamellæ vix 2 mm. latæ. Singularis species affinitatis admodum incertæ.

II. Difformes. Pileo disco carnoso, margine tenui, primitus umbonato, dein expanso depressoque, irregulari. Lamellis inæqualiter decurrentibus, hinc breviter, illinc longius, interdum etiam uno latere rotundatis v. attingentibus tantum, ut in Tricholomatibus. Stipite extus subcartilagineo, sed

fibroso. Cæspitosæ, sæpe connatæ, forma valde variæ, interdum vero solitariæ. (*Cl. fumosa* medium tenet locum inter has et Disciformes).

Grex ita naturalis, ut proteas et meteoricas formas ad species definitas difficillimum sit, forsan frustraneum, reducere. Proponam insigniores, jam descriptas, iteratis vicibus lectas, dubias quasdam negligens, sed etiam propositas vere differre affirmare non audeo. Fr. l. c. — Cl. Quélet ad *Tricholoma* ducit hanc seriem.

67. **Clitocybe ampla** Pers. Syn. pag. 359, Fr. S. M. I. pag. 95, Icon. t. 58, Hym. Eur. pag. 89, Kickx pag. 143, Cfr. Secr. n. 819, sq. magis accedens, in quercetis. — Pileo carnoso, convexo-plano, subrepando, fragili, levigato, subhygrophano, disco compacto, margine tenui, nudo, mox patente reflexoque; stipite solido, valido, subcartilagineo, nudo, albo, apice subvilloso; lamellis decurrentibus, subconfertis, latis, e fuligineo sordide albis. 570

*Hab.* in silvis montanis acerosis Europæ inter muscos gregaria, subcæspitosa; in Smolandia haud raro. — Vulgo amplissima (pileo 8-20 cm. vel ultra lato; stipite 15 cm. longo, 2½ cm. crasso; lamellis 2½ cm. latis) sed etiam minor. Pileus subgibbus, numquam depressus, e fuligineo lividus, nunc glaberrimus, nunc virgatus, siccus canus, quasi sericeus. Lamellæ uno latere sæpe sinuatæ, crispulæ, serrulatæ; sporæ ellipsoideæ 5-7 = 3½-4,1-guttulatæ, hyalinæ. Stipes apice subincrassatus, villosulus. Odor nullus.

68. **Clitocybe molybdina** Bull. t. 523 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 49, Hym. Eur. p. 89. — Pileo carnoso, campanulato-expanso, late et obtuse umbonato, levi, glabro, margine tenui, recto; stipite solido, valido, fibroso-striato, sursum farinaceo-squamuloso, pallescente; lamellis adnatis, latis, integerrimis, planis, e corneo pallescentibus. 571

*Hab.* in silvis frondosis Europæ cæspitosa. — Ampla solida, stipite sursum incrassato, 11-16 cm. longo, 2½ cm. crasso; pileo 14-16 cm. lato, fuligineo, subexpallente, glabrato, disco præcipue livido-rufescente. Lamellæ non sinuatæ (« d'un gris blanchâtre forment avec le pédicule un angle droit » Bull.), passim dente decurrentes; hinc minime Pluteis affinis, potius quærenda in *A. fumoso* Pers. ic. pict. et *A. pullo* Secr. n. 821 (minime Pers.).

69. **Clitocybe schizophylla** Berk. Fl. Tasm. pag. 242. — Cæspitosa, connata; pileo convexo, stipite cartilagineo-fibroso, basi spongioso-tomentoso; lamellis decurrentibus demum margine fissis. 572

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Archer). — *Cl. coffeatæ* subaffinis; pileus 25-30 mm. d.

70. **Clitocybe coffeata** Fr. S. M. I. pag. 85, Icon. t. 54, Hym. Eur. pag. 89, Trog. Helv. pag. 62, *a.* Lucand Suit. Bull. t. 30. — Pileo 573

e conico-hemisphærico planiusculo, levi sed virgato-subtigrino, disco compacto, nigro-punctato, margine tenui, subinvoluto; stipite farcto, elastico, glabro lamellisque decurrentibus, confertis, angustis, arcuatis, integerrimis sordide albicantibus.

*Hab.* in pinetis Europæ, etiam in quercetis, specimin. paucis conjunctis. Præcedd. minor, obscurior. Stipes utrinque vel a basi attenuatus, 8 cm. longus, 8-9 mm. crassus; pileus 6 cm. latus, udus fusco-cervinus, dein fuligineo-griseus, siccus politus, nitens, cervinus, glaber, sed sub lente fibroso-reticulatus et disco punctatus; sporæ 5-7 $\mu$. diam. Schaeff. t. 64, non male etiam hanc refert.

71. **Clitocybe decastes** Fr. S. M, I. pag. 49, Icon. t. 52, Obs. 2, pag. 574
105, Hym. Eur pag. 90, Weinm. Ross. pag. 27, Quél. pag. 50, Secr. n. 695. — Pileo convexo-plano, undulato, subumbonato, levi, glabro, unicolori, expallente, disco compacto subumbonato; stipite solido, glabro, apice pruinato lamellisque rotundatis adnatisve, confertis, subundulatis albis.

*Hab.* in quercetis et fagetis Europæ, stipitibus circiter 10 junctis. — Magnitudine maxime varians, larvis valde infesta, unde fragilis fit. Stipes æqualis vel basi incrassatus, apice obsolete pruinatus. 8-10 cm. longus, 2,5 cm. circiter crassus; pileus lividus v. canus, siccus fere albidus. Lamellis albis haud arcuatis, 5-8 mm. latis, a prioribus ceterum mox dignoscitur; sporæ 6-7 ≃ 2-3. — Secr. n. 696, vix differt. Comparanda cum *Cl. cryptarum*.

72. **Clitocybe aggregata** Schaeff. t. 305, 306 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. 575
p. 90, Cooke Ill. t. 182, (f. brevipes). — Subtenax; pileo carnoso, convexo-expanso, æquali, repando, nitido, demum expallente, subsericeo-virgato; stipite farcto, inæquali, subfibrilloso, deorsum attenuato; lamellis inæqualiter decurrentibus, confertis, flaventi-carneis.

*Hab.* in quercetis Europæ, cæspitosa, valde irregularis, sæpe excentrica, lobata, habitu fere *Pl. ostreati*. Stipes nunc longior, nunc brevior, albo-rufescens. Pileus e griseo-livido rufescens maculisque obscurioribus notatus. Sporæ obovatæ, granulosæ, hyalinæ 8-9 ≃ 6,5-7 copiosæ, lamellas denique conspergentes. Vesca, sed tenax. Huc spectare videtur *Collybia inarmillata* Schulz Verhandl. Herm. 1884 pag. 19, t. II, f. 1. — Vere legit Fries var. **parvam** tenuem, lamellis sordidis; cfr. *A. plicatum* Pers. M. E. pag. 78 variis aliis simul accedentem.

73. **Clitocybe apposita** Britz. Derm. et Mel. pag. 189, f. 192. — Inter 576

*Cl. aggregatam* et *Cl. hortensem* media; lamellis albo-brunneolis, griseolis, crassis, confertis; sporis 8 ≃ 4.

*Hab.* in silvis Fischach Bavariæ, aut. — Odor farinaceus.

74. **Clitocybe hortensis** Pers. Syn. p. 362 (*Agar.*), Secr. n. 697, Batt. t. 21, D., Fr. Hym. Eur. pag. 90. — Cæspitosa; elastica, pileo e subhemisphærico planiusculo, obsolete umbonato, fuligineo, subnigrescente; stipite cavo, subundulato, deorsum incrassato; lamellis inæqualiter decurrentibus, subcontortis, ex albo incarnatis. 577

*Hab.* in hortis Europæ australioris. — Stipes 6 cm. longus, 4–6 mm. crassus; pileus 5 cm. latus, nunc nigrescens, nunc fuligineo-lividus v. subrufescens; lamellæ 6 mm. latæ, margine erosulæ.

75. **Clitocybe anapacta** Létell. t. 643, Fr. Hym. Eur. pag. 90. — Cæspitosa; pileo carnoso, depresso, inæquali, repando, glabro, brunneo, margine incurvo; stipite solido, deorsum subattenuato, glabro, pallescente; lamellis irregulariter decurrentibus, latis, sordide argillaceis. 578

*Hab.* ad terram Galliæ. — Ex icone sat insignis, 8-10 cm. alta, stipite unciam crasso. Pileus in medio depressus, 5-8 cm. latus, disco excepto admodum tenuis. Lamellarum insertio varia.

76. **Clitocybe elixa** Sowerb. t. 172, Berk. Outl. pag. 109, Cooke Ill. t. 280, Fr. Monogr. 114, Hym. Eur. pag. 91. — Pileo e convexo explanato depressove, inæquali, repando, disco umbonato, subtiliter virgato, carnoso, ceterum tenui, fuligineo-albido; stipite solido, subtiliter floccoso, sordido; lamellis inæqualiter decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, albis. 579

*Hab.* in silvis Britanniæ; in Suecia semel legit Fries. Facies hujus speciei omnino *Hygrophori caprini*. Sola hujus gregis non cæspitosa. Stipes 5 cm. longus, 13 mm. crassus; pileus 5-8 cm. latus, expallens, demum habitu sericeo.

77. **Clitocybe fumosa** Pers. Syn. p. 348 (*Agar.*), Alb. et Sowein. p. 175, Fr. Syst. I. pag. 56, Monogr. I. pag. 115, (ubi lapsu calami dicta *A. nebularis*), Icon. t. 54, f. 2, Hym. Eur. pag. 91, Weinm. Ross. — Subcartilaginea, rigida; pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, expallente, pellicula adnata; stipite farcto, apice subpruinoso lamellisque adnatis, subconfertis lividis vel sordide albidis. 580

*Hab.* in silvis tam frondosis, quam acerosis, Europæ et Amer. bor. sæpe cæspitosa. — Pileus 2–8 cm. latus, stipite 6–8 cm. longus, 4–7 mm. crassus; sporæ subsphæroideæ 6 μ. diam. Color pilei variat plus minus obscurus. Species litigiosa. Icones partim dubiæ, partim alienæ. Pers. Ic. pict. t. 7, f. 3, recedit a fungo in Synopsi

descripto et in Myc. Eur. jungitur cum *A. virgato*. Lètell. t. 669 justo robustior et facie aliena. Harzeri t. 73, sistit. *A. portentosum*. *A. nebularis* Vivian. forte hujus loci.

78. **Clitocybe tumulosa** Kalchbr. Fung. Hung. pag. 13, t. 5, Fr. Hym. Eur. pag. 91, Cooke Ill. t. 105. — Cæspitosa; pileo carnoso e conico expanso, umbonato, levi, glabro, umbrino, expallente; stipite solido, floccoso-pruinoso, pallido; lamellis leviter emarginatis decurrentibusque, confertis, ex albo cinerescentibus. 581

*Hab.* in pratis silvaticis, præsertim ad radices Cirsii lanceolati, prope Olazzinum Scepusii et prope Hereford Britanniæ (Dr. Bull.) Tabula citata sistit formas valde diversas, ut affinitas ægre indicetur. Fig. infima *Cl. humosam* refert; figuræ duæ superiores sinistræ *Tr. pedi-capræ* adulto respondent (hoc junius similes tumulos ac supra citatos format); fig. duæ superiores dextræ regulares, pileo compacto, lamellis longe decurrentibus, speciei forsan typus. Lamellis nunc emarginatis, nunc decurrentibus, vegetatione cæspitosa et formis irregularibus. Difformium typum præbet. Sporæ, 6-7 = 4.

79. **Clitocybe humosa** Fr. Epicr. pag. 66, Hym. Eur. pag. 92, Quél. pag. 51. — Fragilis; pileo carnoso, tenui, plano, obtuso, repando, glabro; stipite subcavo, curto, æquali, demum compresso lamellisque planis, utrinque attenuatis, adfixis (haud decurrentibus), subconfertis, albidis. 582

*Hab.* in terra humosa, immo congelata, Europæ, cæspitibus stipatissimis, quasi detrusis, copiosissime. Stipites basi omnino connati, vix 2,5 cm. longi, 4-6 mm. crassi, laterales adscendentes. Pilei nunquam umbilicati, 2,5 cm. lati, fusci, haud expallentes nec hygrophani.

80. **Clitocybe Sadleri** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1734 bis. Cooke Ill. t. 127. — Cæspitosa, fortiter odorata; pileo plano-depresso vel umbilicato, luteo, centro brunneo, primitus sericeo, demum centro glabrescente; stipite inferne incrassato, luteo, fibrillis brunneis prædito, dein glabro; lamellis citrinis, tenuibus, confertissimis, margine integro. 583

*Hab.* in ligno quercino in calidariis, Edimburgh Britanniæ. — Pileus 5-6 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 4 mm. crassus, basi excepta. Affinis *C. illudenti* Schwz. Sapor intense acris.

81. **Clitocybe illudens** Schwein. Car. n. 604, Fr. Epicr. pag. 66. — Pileo carnoso applanato, umbonato, obscurius virgato, margine in- 584

flexo glabro; stipite solido, longissimo, compresso, basi attenuato; lamellis decurrentibus, confertissimis, tenerrimis ramosis.

*Hab.* in America boreali. — Extus intusque unicolor, fœtens, valde distincta.

82. **Clitocybe marmorea** Peck 24 Rep. St. Mus. N. Y. p. 61. — Pileo 585
carnoso, tenui, convexo, glabro, albo, maculis fuscis aquosis obsito; stipite firmo, solido, longo, vulgo curvo atque basi leviter incrassato, albo, pruinoso; lamellis confertis, angustis, arcuatis, inæqualiter decurrentibus; sporis globosis 4 μ. long.

*Hab.* in lignis vetustis in silvis, Greig Amer. bor. — Cæspitosa, statura 10-15 cm. adæquans, pileus 5-10 cm. latus, stipes 12-20 mm. crassus. Affinis *C. illudenti* et colore, at umbonis absentia recedit.

83. **Clitocybe crocobapha** B. et. Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 516. — 586
Flava; pileo e convexo umbonato plano, fulvo-virgato, levi; stipite subæquali, e farcto cavo striato; lamellis angustis demum decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus, demum fere concolor; stipes 6 cm. longus, 8 mm. crassus; lamellæ 3 mm. latæ, arcuatæ primitus leviter postice rotundatæ. Affinis *Cl. illudenti*. Stipes interdum connatus. Mycelium fibrosum.

84. **Clitocybe adunata** Secr, n. 820, Fr. Hym. Eur. p. 92. — Pileo 587
carnoso, firmo, convexo-plano, e gibboso depresso, inæquali, glabro, udo, demum viscoso; stipite solido, valido, torto, glabro, compresso, deorsum attenuato, candido; lamellis adnatis, inæqualiter decurrentibus, confertis, erosis, e rufescenti-corneo sordide carneis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Ampla connato-cæspitosa, fœtida, pileo ex albo rufescenti-tigrino, demum rufo-corneo, putrescens glutinosa.

85. **Clitocybe connata** Schum. pag. 299, Fr. S. M. I, pag. 97, Hym. 588
Eur. pag, 92, Fl. Dan. t. 1908. — Candida; pileo carnoso, tenui, e conico expanso, inæquali, nudo, udo, umbone obtuso evanido; stipitibus cavis, amplis, glabris, tuberoso-connatis; lamellis inæqualiter decurrentibus, angustis, confertis, subarcuatis.

*Hab.* locis humidis silvarum Europæ. — Ampla, sed tenuis, non viscosa; pileo 8-10 cm. lato,; stipite 8-13 cm. longo, 1-2 mm. crasso. Sporæ 8 = 3-4. — [Secr. n. 696 potius var. expallens cujusdam speciei, v. c. *A. decastis* vel sectionis antecedentis]. — Var. **hebepodia** Fr. S. M. I, pag. 97, Hym. Eur. p. 92, *Cl. connata* v. *Micheliana* Bres. F. Trid. p. 29, t. XXXIII, Mich. t. 79, f. 1, *A.*

*polycephalus* Pers. Myc. Eur. 3, pag. 75. Pileo carnoso, demum plano, depresso, 5-10 cm. lat. inæquali, pruinato, griseo-cinereo; stipite farcto v. subcavo, candido, 4-10 cm. long., valido, lanuginoso lamellisque decurrentibus, albis. In Italia, connato-cæspitosa, pileo cinereo-pallente. Sporæ hyalinæ 6-7 ≃ 2-3; basidia clavata 25-30 ≃ 4-5.

86. **Clitocybe opaca** With. Sow. t. 142, Pers. M. E. 3, n. 162, 170, 589
190, Fr. Hym. Eur. pag. 93, *A. cerussatus* β. Fr. Linn. 1830, Weinm. Ross. pag. 59, *A. cretaceus* Pers. Syn. non Syst. Myc. *A. canus* Schum. — Alba; pileo carnoso, convexo, expanso, umbonato, repando, levi, rore floccoso obducto; stipite farcto, subfibrilloso, inæquali, flexuoso; lamellis adnato-decurrentibus, confertissimis, albis.

*Hab.* in silvis Europæ rarior, nunc connato-cæspitosa, nunc simplex. — Maxime affinis *Cl. cerussato*, cui olim subjuncta et a qua aliorum suasu tantum nunc separatur. Pileus 4-5 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 6 mm. crassus; sporæ 5-6 ≃ 3.

87. **Clitocybe marzuola** Fr. S. M. pag. 84, Hym. Eur. p. 93, Mich. 590
t. 74, f. 9, Cfr. *A. obesum* With. — Pileo carnoso, compacto, explanato, subdepresso, levi, repando; stipite crasso, curto lamellisque inæqualiter decurrentibus, albis.

*Hab.* in alpibus Italiæ sub nive martio. — Solitaria, pileo obscuro, forma obesa difformi insignis, affinitatis incertæ. Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½ cm. crassus et longus.

88. **Clitocybe aperta** Peck 30 Rep. St. Mus. N. Y. p. 38. — Pileo 591
convexo, demum expanso vel centro depresso, sæpe irregulari, albido lilacino tincto, duabus vel tribus zonis fuscis ornato; stipite curto, æquali vel versus basim attenuato, solido, albido; lamellis confertis, adnatis vel leviter decurrentibus, albidis, sæpe roseo-pallescenti tinctis; odore farinæ, sapore ingrato.

*Hab.* in herbosis, in pascuis atque iuxta margines viarum, Maryland, Otrego county America bor. — Gregaria vel cæspitosa, 2½-5 cm. alta, pileus circiter 2½ cm. latus; stipes 2 mm. crassus. In speciminibus exsiccatis lamellæ sæpe pallido-cinnamomeæ evadunt.

89. **Clitocybe monadelpha** Morg. Myc. Miami II, pag. 69, t. IV. — 592
Dense cæspitosa; pileo carnoso, convexo, dein depresso, primo glabro, dein squamoso, melleo, pallide brunneo vel rufescente; stipite elongato, solido, curvato, filiformi, fibroso, basi attenuato, pallide brunneo vel carneo-colorato: lamellis brevibus, decurrentibus non

confertis, pallide carneo-coloratis; sporis albis, irregularibus, 7-6 ≃ 5,5.

*Hab.* in terra in truncis udis Miami Valley, Ohio. — Pileus 2,5-7 cm. latus, stipes 7-17 cm. longus.

90. **Clitocybe Bourgæi** Mont. Cent. VI, n. 25 et Syll. Crypt. n. 387. 593
— Fasciculato-cæspitosa, tota glutinosa; pileo hemisphærico fusco-brunneo, margine demisso, disco rugoso; stipite lamellisque concoloribus subconfertis, madidis tremellosis, pallidis obtusis, deorsum attenuato-fistuloso.

*Hab.* e fissuris trunci Spartiocytisi nubigeni egrediens in monte ignivomo insulæ Teneriffæ (Bourgeau). — Hic fungus humoris ambientis sic avidus est, ut vix exsiccari possit. Odor gratus, sapor dulcis fere saccharatus. Edulis. «An novæ sectionis typus?».

III. Infundibuliformes. Pileo a disco carnoso versus margines attenuato, demum toto infundibuliformi aut centro profunde umbilicato-depresso. Stipite spongioso, fibroso-corticato. Lamellis descendentibus, primitus longe et æqualiter decurrentibus. — Pileus sæpe decolor vel expallens, sed non hygrophanus.

*) Pileo colorato pallescenteve, superficie (sub lente saltim) innato-flocculosa vel sericea, bibula, non uda. (*A. giganteus* ad Paxillos relatus et vix dubie plures ad hoc genus transferendi).

91. **Clitocybe maxima** Gärtn. et Meyer Fl. Wett. pag. 329 ex Alb. 594
et Schw. p. 215, Secr. n. 992, Fr. Hym. Eur. p. 93. Buxb. Cent. 4, t. 1, *A. giganteus* Leys. et Auct. *A. infundibuliformis* Hoffm. *A. stereopus* Pers. M. E. 3, p. 72. — Pileo carnoso, tenui, subflaccido, sicco sericeo-levigato squamulosove, late infundibuliformi, disco compacto, subumbonato; stipite spongioso-farcto, compacto, elastico, attenuato, fibrilloso-striato; lamellis longe decurrentibus, subconfertis, albidis (vix lutescentibus).

*Hab.* in silvis frondosis umbrosis Europæ et Amer. bor. — *Pax. giganteo* elatior, olida, alutaceo-pallescens albidave; pileo 10-35 cm. lato, margine levi; stipite 11 cm. longo 5 cm. crasso; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 4-6 ≃ 3-4 vel 8 ≃ 4. Sq. proxima, ut ejus lusus luxurians facile credatur. Cfr. Fr. El. Fung. p. 13, γ.

92. **Clitocybe infundibuliformis** Schaeff. t. 212 (*Agar.*), Fries El. p. 12 595
a. *gibba*, Hym. Eur. p. 93. Cfr. Weinm. Ross. pag. 80. (Reliquas varr. ad libitum et in usum tironum separatas omittimus, quum de omnium nexu nullum dubium). *A. gibbus* Pers. Syn. pag. 449. — Pileo carnoso, e compacto molli, primo convexo, umbonato, in-

nato-sericello, dein infundibuliformi, flaccido, expallente; stipite spongioso-farcto, molli, elastico, deorsum incrassato; lamellis longe decurrentibus, vix confertis, candidis.

*Hab.* inter muscos in campis et silvis montosis Europæ vulgata. — Odor gratus. Statura media, 6-8 cm.; stipes 4-18 mm. crassus; pileus 6-8 cm. latus disco carnosior, margine tenuis (numquam udus, sed sub lente sericellus), colore ut plurimæ hujus sectionis varius, ex rufescente in alutaceum et album transiens, sed non primitus albus, optime monentibus Alb. et Schw. pag. 217; sporæ 5-6 ≃ 3-4. *C. Catinus* differt pileo glabro, hinc Secr. n. 99 potius hujus loci.

93. **Clitocybe leiphæmia** Mont. Syll. Crypt. n. 333. — Solitaria, ma- 596
gna, unicolor, pallida; pileo carnoso e convexo plano subdepresso, levi glabro, sicco alutaceo, margine erecto sinuato; stipite curto obconico v. obovoideo, e spongioso farcto cavo; lamellis confertis connexis, utrinque attenuatis, adnato-decurrentibus, venoso-connexis.

*Hab.* ad terram prope Columbum Amer. fœd. (Sullivant). — Pileus cum stipite obconicus, 10-12 cm. altus, tandem explanatus et 15 cm. diametro metiens, initio convexus, tandem leniter depressus, margine sinuoso erecto ob lamellas prostantes crenato-denticulatus, levis (viscosus?), ut totus fungus pallidus (unde nomen), in specimine sicco vero alutaceus et nitidus, tactu mollis. Caro sesquimillimetrum crassa e duobus stratis composita: stratum superius compactum et casei substantiam referens, inferius vero (quod singulare) fibroso-lanosum et eodem modo cum stipite spongiosum. Stipes levigatus, basi subattenuatus, 6 cm. longus, 3 cm. sursum in vivo crassus, Lamellæ tetradymæ, confertiusculæ, longiores convexæ, 7 mm. medio late, 1/4 mm. crassæ, utrinque attenuatæ, adnato-decurrentes et venis transversis simul, præsertim medio, connexæ. Hymenium e basidiis et cystidiis, illis clavatis, his obtuse acuminatis, utrisque longitudine æqualibus, 30-40 μ. attingentibus, constans. Sporæ albæ, ex ovoideo oblongæ, 7-8 μ. longæ.

94. **Clitocybe membranacea** Fr. El. p. 13, Hym. Eur. p. 94, Fl. Dan. 597
t. 1012, Saund. et Smith t. 63, Paul. t. 66, f. 1. — Pileo exumbonato stipiteque æquali, tenuiore; cetera *C. infundibuliformis*.

*Hab.* in pinetis Europæ et Africæ. — Inter *C. infundibuliformem* et *C. squamulosam* quasi media. Pileus 8 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 12 mm. crassus; sporæ subfusoideæ 7 μ. long. *A. subcyathus* Schum. et Secr. n. 993 videtur media forma.

95. **Clitocybe squamulosa** Pers. Syn. p. 449 (*Agar.*), Fr. S. M. p. 82, 598

Obs. 2, pag. 197, Hym. Eur. pag. 94, Weinm. Ross. pag. 82. — Pileo carnoso, tenui, obtuso, squamuloso, primitus obtuso, profunde infundibuliformi; stipite spongioso-farcto, sursum attenuato, elastico; lamellis decurrentibus, distantibus, albis.

*Hab.* in pinetis Europæ, præcox. — Minor, flaccida, subinodora, pileo fuscescenti-alutaceo, 2-4 cm. lato, squamulis evidentibus, obscurioribus, passim secedentibus, stipite 4 cm. longo.

96. **Clitocybe pervisa** Britz. Derm. et Mel. p. 189, f. 195, *Cl. squamulosæ* affinis; lamellis albidis, copiosis, firmis; sporis 6 ≃ 4; carne subinodora. 599

*Hab.* in Siebentischwald inter muscos Bavariæ.

97. **Clitocybe trullæformis** Fr. S. M. I, pag. 174, Hym. Eur. p. 94, Berk. et Br, n. 1108, Trog. Helv. n. 67. Sommerf. Lapp. 257. — Pileo carnoso, obtuso, demum infundibuliformi, floccoso-villoso, margine explanato; stipite farcto, elastico, æquali, striato; lamellis decurrentibus, subdistantibus, venoso-connexis, candidis. 600

*Hab.* in dumetis Europæ borealis raro et in montibus ad Somerset East Africæ austr. — Habitus *A. cyathiformis* ob pileum cinereum, 6 cm. metiente sed carnosa, nec hygrophana; sporæ 6 μ. l. Icon Kalchbrenneri t. 6, f. 1 ab specie Friesii differt statura minore, stipite fistuloso pileoque plano longe tenuioribus, lamellis adnatis. Hæc dicenda *Cl. modesta* Kalch. in Haz. Comm. in ic. Hym. Hung. ad t. VI.

98. **Clitocybe incilis** Fr. Epicr. pag. 69, Hym. Eur. pag. 94. — Pileo carnoso, plano, umbilicato, levi, opaco, margine sericello, inflexo, crenato; stipite cavo, curto, sericello, deorsum attenuato, demum compresso; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, venoso-reticulatis, albo-pallescentibus. 601

*Hab.* in silvaticis Upsaliæ in Suecia et in Britannia, serotina. — Abnormis in hac serie, sed sq. utique affinis. Stipes dilute testaceus, micore sericeo detersil tectus, 13 mm. longus et ultra, 4-6 mm. et compressus 8-10 mm. crassus. Pileus orbicularis, lateritio-ruber, non udus, multo minus hygrophanus, 5 cm. latus. Secr. n. 1001 vix differt pileo albido, stipite farcto longiore.

99. **Clitocybe sinopica** Fr. S. M. I, pag. 83, El. p. 14, Icon. t. 55, f. 2, Hym. Eur. pag. 95, *Ag. squamulosus* var. Alb. et Schw. pag. 217, Secr. n. 989. — Pileo carnoso, tenui, plano-depresso, umbilicato, sicco, demum flocculoso-rivuloso; stipite farcto, æquali, subfibrilloso; lamellis decurrentibus, confertissimis, latiusculis, e candido lutescentibus. 602

*Hab.* in silvis montosis, locis præcipue adustis, Europæ, Africæ austr. et Amer. bor. — Pileus 2-4 cm. latus; stipes 2½ cm. longus, 2-5 mm. crassus; sporæ 8-10 = 5-6. Vernalis vel æstivalis, odore farinæ recentis facile distincta. Variat leviter vel profunde umbilicata. Versipellis, primo vere rubra, levis et glabra apparet, qualis in Obs. Myc. descripta, dein (eadem indiv.) evidenter flocculosa, expallens.

100. **Clitocybe cantharelloides** Karst. Symb. Myc. XVII. p. 159. — 603
Pileo carnosulo, depresso-umbilicato, glabro, carneo-rubro, 1-2 cm. lato; stipite subæquali, glabriusculo, lutescenti, 3-4 cm. longo; lamellis sat longe decurrentibus, distantibus, hinc inde ramosis, angustissimis, lutescentibus.

*Hab.* inter muscos in silva mixta Tammela Fenniæ. — *Cantharellum cibarium* in memoriam reducit. *Clitocybæ sinopicæ* Fr. affinis.

101. **Clitocybe lentiginosa** Fr. Epicr. pag. 69, Hym. Eur. pag. 95, *A.* 604
*ochraceus nanus* Secr. n. 1004. — Pileo carnosulo, plano, profunde umbilicato, tuberculis minutis concentricis zonato, margine (humido) striatulo; stipite cavo, æquali, luteo-fuscescente; lamellis longe decurrentibus, confertissimis, ex albido luteis.

*Hab.* in pinetis Helvetiæ et Germaniæ. — Parva, uda, subelástica, pileo luteo-ochraceo (margine obscuriore) et gemmato insignis.

102. **Clitocybe lenticulosa** Gill. Champ. Fr. pag. 144 cum icone. — 605
Pileo carnoso, depresso-umbilicato, denique infundibuliformi 7-8 cm. lato, olivaceo-rufo, minute præsertim ad marginem tuberculoso; lamellis longe decurrentibus crebris, angustis carneo-rufis; stipite cylindraceo, carnoso, solido dilute carneo.

*Hab.* in silvis fagineis in Gallia bor. — Ab affini *C. lentiginosa* Fr. differt statura majore, stipite farcto, pilei margine non striato.

103. **Clitocybe parilis** Fr. S. M. I. pag. 168, Icon. t. 48, f. 6, Hym. 606
Eur. pag. 95, Berk. et Br. n. 1202. Trog Helv. n. 65, Pers. M. Eur. 3, pag. 81, *A. cimicarius* l. c. t. 26, f. 7 var. minor, *A. obliquus* Pers. Ic. pict. ad hanc ut *Cl. undulata* ad *A. hirneolam* accedit. — Pileo carnosulo, convexo-plano, atomato-flocculoso, disco depresso, margine deflexo, involuto; stipite farcto, fibroso, tenaci, firmulo; nudo, fuligineo; lamellis longe decurrentibus, confertis, angustis, griseo-albicantibus.

*Hab.* in silvis Europæ major æstate, minor autumno seriore.

— Stipes firmior, brevior, crassior, magis fuscescens quam in *Cl. pariti*, 6 cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ ovoideæ 7 μ. longæ; pileus e fusco v. griseo subexpallens (non albescens), opacus, vulgo 2 cm. latus, sed statura multum ludit. Forma undulata major, pileo sericeo-nitente tenuiore.

104. **Clitocybe œnocephala** Mont. in Ann. Sc. Nat. 1856, pag. 854. 607
— Pileo carnosulo-membranaceo, convexo, centro umbilicato, verrucoso, obscure vinoso, radiatim striatulo, stipite solido, gracili, flexuoso, dilatato, pallide brunnescente, adscendente, levi; lamellis didymis, majoribus adnatis, decurrentibus, margine concaviusculis, dilute vinosis.

*Hab.* ad terram in silvis umbrosis secus flumen *Tocantins* dictum in Brasilia, prov. Goyaz.

105. **Clitocybe ectypoides** Peck 24 Rep. St. Mus. N. Y. p. 61. — Pileo 608
carnoso, tenui, late umbilicato v. infundibuliformi, margine expanso densis fibrillis nigricantibus minute virgato atque squamuloso-punctato, punctis nigris strias ornantibus, colore ab aquoso-griseo ad fuscum aquoso-luteum variante; stipite æquali, firmo, solido, pileo concolore, mycelio albo basi instructo; lamellis confertis angustis, longe decurrentibus, plerisque ex iis furcatis, lutescentibus.

*Hab.* in lignis putrescentibus atque in truncis in silvis, Sandlake et in montibus Catskill Amer. bor. — Statura circiter 5 cm. adæquans, pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, stipes 2-4 mm. crassus. Subcæspitosa; pileus nunc lobatus, nunc excentricus.

106. **Clitocybe dimorpha** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI. p. 577. — 609
Pileo convexo acute umbonato, dein umbilicato striato; stipite sursum dilatato, solido vel fistuloso; lamellis candidis decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 12-25 mm. latus, citrinus, lineolis fuscis virgatus; stipes 18 mm. longus pileo concolor; lamellæ albæ vel lutescentes; sporæ 5-8 μ. long. Videtur sub duplici forma occurrere, quarum minor acute umbonata, stipite solido manifeste fistuloso, crassiore atque lamellis magis lutescentibus.

107. **Clitocybe anisa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 516. — Pi- 610
leo e convexo subunilaterali, depresso, infundibuliformique leviter floccoso; stipite elongato fistuloso; lamellis crassiusculis, latis, ventricosis, decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Cæspitosa, straminea; pileus 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. cras-

sus pileo pallidior; lamellæ circiter 4 mm. latæ, utrinque attenuatæ. Affinis *C. dimorphæ*.

108. **Clitocybe glypholoma** Mont. in Ann. Sc. Nat. 1856, p. 354. — Pileo carnoso convexo, centro depresso, umbilicato, pallido, flocculoso, squamulis crassis, sparsis obscurioribus, margine denticulato; stipite ascendente, apice ampliato solido; lamellis tri-tetradymis, distantibus, convexis, longioribus stipiti adnatis, pileo stipiteque concoloribus. 611

*Hab.* ad ligna putrescentia in silvis brasiliensibus provinciæ Goyaz.

**) Pileo colorato pallidiore, glabro, udo (jove pluvio). Colore et statura (pileus undulato-lobatus nullius momenti) variabiles.

109. **Clitocybe gilva** Pers. Syn. p. 448, pr. parte (*Agar.*), Fr. S. M. p. 80, Fl. Dan. t. 1011, Weinm. Ross. p. 78. Pers. Myc. Eur. 3, p. 58. Fr. Hym. Eur. p. 95. — Pileo carnoso, compacto, e convexo depresso, obtuso, glabro, udo; stipite carnoso, solido, valido, glabro, subæquali; lamellis decurrentibus, confertissimis, tenuibus, ramosis carneque e pallido ochraceis. 612

*Hab.* in pinetis montanis Europæ et Australiæ. — Pileus 8–11 cm. latus; stipes 6–10 cm. longus, 0,5–2 cm. crassus; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ 4–5 $\mu$. diam. vel 5–6 $\simeq$ 4; sec. Britz. 8–10 $\simeq$ 3–4. An duæ species confusæ? — Respondet Paxillis; forma primaria curta, robusta; stipite haud elastico, demum etiam cavo. Pileus vix infundibuliformis, sæpe guttato-marmoratus. Lamellæ non rufescunt. Secr. n. 1000 huic proximus, forte varietas. Pauca citantur synonyma, quum vulgo cum *C. splendente* confusa.

110. **Clitocybe subinvoluta** Batsch f. 204 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 96. — Pileo carnoso, e convexo plano depressove, gibbo, glabro; stipite solido, æquali, fibrilloso, submaculato, lutescente; lamellis longe decurrentibus, simplicibus, confertis, ex albo lutescentibus. 613

*Hab.* sub pinubus Germaniæ et Angliæ. — Ex icone Batschii statura minore quam *C. geotropæ* et stipes dilute flavido-maculatus. Teste Berk. species diversa ab homonyma Saund. et Sm. t. 36, quæ *Cl. spinulosa* Stev. et Sm. Cfr. n. 114.

111. **Clitocybe conquisita** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 30, f. 5 (sine diagnosi). — Pileo explanato-umbilicato, levi, glabro, e flavido albo, carnoso 6–8 cm. lato; lamellis decurrentibus, confertis, albidis; acie integra, utrinque attenuatis; stipite brevi, deorsum attenuato, farcto, carnosulo, albido. 614

*Hab.* inter Gramina in Algeria.

112. **Clitocybe candida** Bres. F. Trid. p. 16, t. XVIII. — Gigantea; 615
pileo carnoso, e plano-convexo infundibuliformi, margine involuto, pubescente, vix in exoletis expanso, nec unquam striato vel sulcato, jam primitus lacteo, persistente, centro ætate tantum subalutaceo, glabro, sicco, 1-2 decm. lato; stipite solido, valido, æquali v. subventricoso, lacteo, glabro, apice subpruinato, 4-7 cm. longo, 2-3,5 cm. crasso; lamellis confertissimis, strictis, attenuato-decurrentibus, ex albo pallescentibus, sæpe furcatis, acie tantum in vetustis acuta, haud anastomosantibus; sporis hyalinis, ovato-elongatis, interdum virguliformibus, 7 ≃ 3; basidiis clavatis, 30-35 ≃ 6; carne alba, compacta, grata, odore forti, subfarinaceo.

*Hab.* in pratis subalpinis vel locis nudis in pinetis juxta calles ad terram nudam et pinguem, series valde elongatas efformans, dense gregaria vel raro subcæspitosa, Valle di Sole et di Rabbi (Trento). — Teste Quél. *Paxillo Lepistæ* affinis.

113. **Clitocybe geotropa** Bull. t. 573, f. 2 (*Agar.*), Hussey I, t. 66, 616
Harz. t. 75, Létell. t. 670, Paul. t. 112, Fr. Hym. Eur. p. 96, Gill. Champ. Franc. cum icone, Patouill. Tab. anal. t. 208. *A. pileolarius* Sowerb. t. 61, Grev. Scot. t. 41. Var. b. Pers. M. E. p. 3, 89, 90, non Bull. — Pileo carnoso, e convexo plano-infundibuliformi, obtuse umbonato, compacto, levi, glabro; stipite solido, compacto, fibrilloso, sursum attenuato, carne alba; lamellis decurrentibus, confertis, simplicibus, albis, demum pileo concoloribus.

*Hab.* in silvis, etiam abiegnis, Europæ, Sibiriæ et Amer. bor. rarior. — Pileus 11 cm. latus; stipes 16 cm. longus, 2 cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 6-7 ≃ 4-5 Respondens *C. maximæ*, sed firmior, glabra, colore magis mutabilis. A præcedentibus notis datis, pileo tenuiore, lamellis minus confertis bene distingui potest. Cfr. El. I, pag. 14 γ. Pileus sæpe obtusus, passim evanido-guttatus. Variat stipite curto. Cfr. Secr. n. 1000.

114. **Clitocybe spinulosa** Stev. et Sm. Brit. Fungi I, pag. 84, *Ag.* 617
*subinvolutus* Saund. et Sm. t. 36, Cooke Ill. t. 177. — Pileo convexo dein plano v. depresso, gibboso v. umbonato subcoriaceo, levi, carnoso ex alutaceo carneolo, 4-7 cm. lat.; margine incurvo; carne alba; stipite sursum subattenuato, 5-7 cm. alt., solido v. subfarcto, albo, fibrilloso, alutaceo-zonato; lamellis decurrentibus, simplicibus subconfertis, albis dein flavis; sporis globulosis spinulosis, 9 μ. diam.

*Hab.* in graminosis Greening Britanniæ.

115. **Clitocybe splendens** Pers. Syn. p. 452 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 70 sub *A. gilvo*, Icon. t. 44, f. 1, Hym. Eur. p. 96, *A. gilvus* Plurim. Auctorum. — Solitaria; pileo subcarnoso, plano-infundibuliformi, glabro, nitido, gilvo-lutescente; stipite solido, glabro, concolore; lamellis longe decurrentibus, confertis, simplicibus, albis. 618

*Hab.* in silvis tam frondosis, quam acerosis Europæ, Sibiriæ et Africæ austr. haud infrequens. — A vera *C. gilva* certe distincta et *C. flaccidæ* magis affinis. Hæc vulgo simplex nec ut duæ sequentes vulgo cæspitosæ. Pileus planiusculus, non flaccidus, *C. gilvâ* multo tenuior 6-8 cm. latus. Caro alba. Sporæ 4-5 $\mu$. diam. subglobosæ.

116. **Clitocybe inversa** Scop. Carn. p. 445 (*Agar.*), Schaeff. t. 65 (epiphylla, similis sq.). Berk. Outl. p. 111, Kickx p. 142, Fr. Hym. Eur. pag. 96, *A. infundibuliformis* Bull. t. 553. Cfr. Schum. n. 1720, 1710, 1711. — Pileo carnoso, fragili, e convexo infundibuliformi, glabro, rufescente, margine involuto, tenui; stipite e spongioso-farcto cavo, rigidulo, glabro, carne pallida; lamellis decurrentibus, simplicibus, pallidis, dein rufescentibus. 619

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ et Australiæ; Upsaliæ copiose. Minor, haud elastica vel flaccida. Respondet *C. infundibuliformi* Schaeff. exstatque ejus more alia forma primitus gibba rarior, alia umbone destituta frequentior et priori proxima. Ab *C. gilva* tota indole differt. Pileus testaceus, rufescens, dein alutaceus, 6 cm. latus; sporæ 3-5 $\mu$. diam. Forma primaria regularis, solitaria, stipite sursum attenuato, concolore. Frequentior subcæspitosa stipitibus curvatis, compressis, pileo obtusissimo, inæquali, subrepando. Hujus status luxurians, ipso monente, est *A. lobatus* Sowerb. t. 186; stipite sursum incrassato, pileo subspadiceo undulato-lobato; sporæ $5 \simeq 4$. Odor acidulus, Clusio Pernic. gen. X.

117. **Clitocybe evulgata** Britz. Derm. et Mel. p. 189, f. 199. — *C. inversæ* affinis; carne albida, odora; lamellis albo-brunneis, subconfertis; sporis $8\text{-}10 \simeq 3\text{-}4$. 620

*Hab.* in silvis fagineis pr. Krumbad Bavariæ.

118. **Clitocybe flaccida** Sowerb. t. 185, Fr. S. M. I, pag. 81, Hym. Eur. pag. 97, Pers. M. Eur. 3, pag. 58, Berk. l. c. Kickx l. c. Fl. Batav. t. 1044, *A. limbatus* Schum. Secr. n. 999. — Pileo subcarnoso, tenui, flaccido, ex umbilicato infundibuliformi, levi, margine late reflexo; stipite farcto, inæquali, subflexuoso, basi villoso; lamellis decurrentibus, confertis, arcuatis, lutescentibus. 621

*Hab.* inter folia in silvis frondosis campestribus Europæ et Si-

biriæ. — Sæpe cæspitosa, immo connato-ramosa, ut in *A. ozode* Secr. n. 998 (stipite tum, ut inter folia solet, incurvo, basi attenuata repente), sed etiam solitaria, regularis. Pileus flavo-ferrugineus, rufescens, expallens, vetustus fragilis 6-8 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 4-5 mm. crassus; sporæ subsphæroideæ $4\frac{1}{2}$-5 μ. diam. v. 4-5 = 3-4; lamellæ nunc totæ, nunc acie tantum flaventes, non rufescentes.

119. **Clitocybe zizyphina** Vivian. t. 21, f. 1-4, Fr. Hym. Eur. p. 97. 622
*A. superbiens* Schulz. in Kalchbr. Hung. t. 9, f. 2. — Subcæspitosa; pileo carnoso, e convexo infundibuliformi, passim excentrico, glabro, rufo-brunneo, carne albo-rubente; stipite farcto, æquali, pallido; lamellis confertis, angustis, luteis.

*Hab.* in silvis frondosis Italiæ, Slavoniæ, Germaniæ et prope Somerset East (915 m. alt.) Promont. Bonæ Spei (Mac-Owan). — Statura admodum varians. Pileus nunc centralis, nunc excentricus, quare inventor inter Pleurotos collocat. Odor et sapor non ingrati.

120. **Clitocybe cervina** Hoffm. Nomencl. t. 2, f. 2, Fr. S. M. I, p. 82, 623
Hym. Eur. p. 97, Nees Syst. f. 174. *A. adscendens* Schum. — Pileo carnoso, tenui, plano-infundibuliformi, obtuso, obliquo, cavo, glabro, margine convexo; stipite farcto, elastico, cylindrico, basi tuberoso; lamellis decurrentibus, confertis, pallidis, acie fuscescentibus (cervinis).

*Hab.* inter muscos Europæ, serotina. — Cervino-cinerea, pileo irregulari, subzonato, ratione stipitis longi parvo et tenui.

121. **Clitocybe Garidelli** Fr. Epicr. pag. 71, Hym. Eur. p. 98. *Fungus* 624
*infundibulum referens, carneus.* Garid. Aix. *Hypophyll.* Paul. t. 63, f. 2-4. — Pileo carnoso, convexo-plano, primitus umbilicato, subrepando, glabro, margine inflexo; stipite subcavo, curto, firmo, inæquali, basi tuberoso; lamellis decurrentibus, confertissimis, acie carneis.

*Hab.* in pinetis Galloprovinciæ. — Curta, firma, tota extus læte sanguineo-carnea, intus vero et ad latera lamellarum pallescens. Deliciosa, sub nomine *Pinedo* celebrata.

122. **Clitocybe paropsis** Fr. Epicr. pag. 72, Hym. Eur. pag. 98. — 625
Pileo carnoso, tenui, primitus plano-depresso, obtuso, levi, glabro, margine patente flaccido; stipite farcto, elastico, cylindrico, basi bulbilloso; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, candidis.

*Hab.* in fagetis et pinetis Europæ ad terram subapricam, raro. — Tota mollis, stipite 5 cm. longo, 6 mm. crasso, pallente, pileo rufo vel carneo, formam coloremve haud mutante.

123. **Clitocybe vermicularis** Fr. Epicr. pag. 72, Hym. Eur. pag. 98, Bresad. T. Trid. p. 45, t. XLIX, Quélet p. 215. *A. sinopicus* Secret. n. 1006 (æstivalis). — Pileo carnosulo, ex umbilicato reflexo, infundibuliformi, repando, levi, glabro, udo, expallente; stipite cavo, mox compresso, glabro, nitido lamellisque decurrentibus, confertissimis, tenuibus, albis. 626

*Hab.* in pinetis montosis Smolandiæ etc. copiose. — Serotina, uda, subfragilis, pileo e pulchre rubro carneove alutaceo (fere hygrophano), sæpissime undulato-lobato. Sporæ subovatæ 5 ≈ 3; basidia clavata 20–25 ≈ 4. Certe differt ab *C. diatreta* et *Omphalia offuciata*.

124. **Clitocybe Cacabus** Fr. Epicr. p. 72, Hym. Eur. p. 98, *A. gibbus fuligineus* Alb. et Schw., El. Fung. p. 13. Forte Secr. n. 1043. — Pileo subcarnoso, flaccido, infundibuliformi, obtuso, glabro, margine late reflexo; stipite e farcto cavo, tereti, elastico, striato, basi incrassato villoso; lamellis longissime decurrentibus, confertissimis, angustis, obscure cinereis. 627

*Hab.* in silvis abiegnis densis Europæ, raro. — Habitus et odor fere *Cl. infundibuliformis* et præter colorem alienum parum distincta.

125. **Clitocybe senilis** Fr. Icon. t. 56, f. 1, Hym. Eur. p. 98, Cooke Ill. t. 110. — Pileo carnoso-membranaceo, infundibuliformi. glabro, concentrice cicatricoso, fusco-alutaceo, margine patente; stipite solido, æquali, glabro, albido; lamellis longe decurrentibus, linearibus, confertis, demum pileo concoloribus. 628

*Hab.* in pinetis Smolandiæ raro (O. R. Fries). — Gregaria, inodora. Ut prior ad *C. infundibuliformem*, hæc ad *C. flaccidam* accedit. Stipes pro ratione tenuis, 4 mm., basi haud incrassatus; pileus 6-8 cm. latus, adultus sæpe undulatus; sporæ 7 ≈ 3. *C. conquisita* Mont. Expéd. Alg. t. 30, f. 5, nostram refert.

126. **Clitocybe flexilis** Lév. Champ. exot. pag. 169. — Pileo coriaceo-membranaceo, infundibuliformi, nudo, sulcato, fusco, margine acuto recto; lamellis tenuibus, distantibus, acute decurrentibus stipiteque gracili, nudo cylindrico concoloribus. 629

*Hab.* ad truncos, Sumatra. — Fungus 2-4 cm. altus.

***) Pileo candicante, flocculis superficialibus adsperso glabratove. Cfr. *Paxillum sordarium* et *Lepistam*.

127. **Clitocybe Catinus** Fr. Epicr. pag. 72, Icon. t. 51, f. 4, Hym. Eur. pag. 99. (*A.* stipite basi incrassato villoso), *A. flaccidus* var. 630

alba Fr. S. M. Weinm. Ross. p. 79. *A. suavis* Pers. M. E. 3, p. 59? Cfr. Bull. t. 286 et Secr. n. 993. — Alba, decoloraus; pileo carnoso, tenui, e plano infundibuliformi, flaccido, sicco, glabro; stipite farcto, elastico, tereti, sursum subattenuato; lamellis decurrentibus, subconfertis, albis.

*Hab.* inter folia Fagi etc. in Europa. — Affinis *C. flaccidæ* et *infundibuliformi*. Pileus glaber, umbo non distinctus; lamellæ confertiores. Caro tenuis, flaccida, alba; odor sat gratus. Color hujus primo albus nec ut in similibus per ætatem pallescens, sed sub pluviis incarnatus quoque demumque alutaceus. Caute separanda ab *Cl. phyllophila*.

128. **Clitocybe neapolitana** Pers. Myc. Eur. III, pag. 73, Inzenga F. Sic. I, p. 14, Comes F. Napol. p. 12, Sacc. Mich. I, p. 546. *Ag. Catinus* (B.) Fr. Hym. p. 99. *A. Coffeæ*, Brig. Nap. t. 23-26. — Alba, cæspitosa, raro gregaria; pileo carnoso e plano depresso infundibuliformi, limbo tumidulo et incurvo; lamellis albis, inæqualibus, decurrentibus; stipite subcentrali, solido. 631

*Hab.* in sedimento decocti coffeici in tota Italia, parce. — Basidia cylindraceo clavata 30 = 7-8, apice obtuso; sporæ oblongæ, curvulæ 9-10 = 4 deorsum brevissime apiculatæ, nubilosæ, hyalinæ.

129. **Clitocybe Tuba** Fr. Epicr. p. 72, Icon. t. 51, f. 2,. Hym. Eur. pag. 99, Paulet t. 65, f. 2-5 (basi nuda, sed etiam et vulgo villosa occurrit). — Alba; pileo carnoso, tenui, convexo-plano, umbilicato, sicco micore sericello candicante, margine levi; stipite æquali, mox cavo compressoque, sursum nudo; lamellis longe attenuato-decurrentibus, latis, confertissimis, albis, pallescentibus. 632

*Hab.* inter folia, præcipue Pini, in Europa. — Pileus 5-8 cm. latus, stipes 6 cm. longus; sporæ 8 μ. longæ. Serotina, gregaria. Uda alba, sicca candicans. Simillima ceterum *C. pithyophilæ*, ut pileo evidentius umbilicato et lamellis longe decurrentibus tantum differat.

130. **Clitocybe ericetorum** Bull. t. 551, f. 1, D (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 73, Monogr. I, p. 127, Hym. Eur. p. 99, Patouill Tab. anal. t. 205, Cooke Illustr. t. 138. — Alba; pileo carnoso, e globoso plano concavove, subturbinato, glabro, sicco nitido; stipite farcto, brevi, tenaci, glabro, deorsum attenuato; lamellis brevius decurrentibus, distantibus, latis, venoso-connexis. 633

*Hab.* ad vias, in campis apricis Europæ. — Odor gratus. Statura minimarum *Hygroph. pratensis* formarum, sed tota tenax, elastica, arida, flaccida, nec pileus (2½ cm. lat.), hygrophanus (hinc

vix Secr.). Stipes $2^1/_2$ cm. longus uncialis, 4-7 mm. crassus, interdum compressus; sporæ ovoideæ $4 \simeq 2$ (Paf.).

131. **Clitocybe setiseda** Schw. Car. n. 779, Fr. Epicr. pag. 73. — 634
Candida, demum lutescens; pileo carnosulo infundibuliformi, levi, glabro, stipite farcto æquali, setis stellatis adfixo; lamellis decurrentibus, confertis, tenuissimis.

*Hab.* ad folia dejecta Amer. bor. — Parva, arescens. Setæ ad basim 2,5 cm. longæ.

132. **Clitocybe? hemispila** Lév. Champ. exot. pag. 168. — Cæspitosa; 635
pileo carnoso, infundibuliformi, lobato, versus marginem tomentoso, albo; lamellis confertis, acute decurrentibus, lutescentibus; stipite coriaceo nudo, glabro, albo, deorsum attenuato fuscescente.

*Hab.* in Guadalupa ad truncos. — Fungus 5-8 cm. alt.

Ser. B. Pileus carnoso-membranaceus, vere hygrophanus. Caro tenuis, mollis, aquosa, hygrophana (Albæ, siccæ modo candidiores, præcedentibus adscriptæ).

IV. Cyathiformes. Pileo carnoso-membranaceo (e laminis duabus membranaceis subcompaginato), disco haud compacto, cum carne hygrophano, e depresso cyathiformi; lamellis primo adnatis, dein decurrentibus, descendentibus, rectis. Bull. t. 575. P. Q. (eximiæ). Color udus sordidus. Cfr. Omphalias Hydrogrammas.

133. **Clitocybe cyathiformis** Fr. S. M. I, pag. 173, ubi syn. Hym. 636
Eur. p. 100, Hussey II, t. 1, Gonn. et Rab. t. 9, f. 1 (f. 2 monstrosa), Hoffm. Anal. t. 3, f. 1, Bull. t. 575, f. M. etc. Vaill. t. 14, f. 1-3, Bolt. t. 145, Holmsk. Ot. II, t. 41, Sow. t. 363 (variæ formæ, nulla bona icon). — Pileo carnoso-membranaceo, e depresso infundibuliformi, levi, subglabro, udo, hygrophano, margine diu involuto levi; stipite farcto, elastico, sursum attenuato, fibrilloso-reticulato; lamellis ex adnato decurrentibus, distantibus, postice junctis, sordidis.

*Hab.* in campis muscosis, silvis Europæ et Cincinnati Amer. bor. frequens; etiam ad ligna putrida et minor (Secr. n. 1037?) ad truncos muscosos. — Pileus 4-8 cm. latus, stipes 6-11 cm. longus; sporæ ellipsoideæ, $8\text{-}8^1/_2 \simeq 4\text{-}5$; basidia clavata $21\text{-}26 \simeq 6\text{-}8$; sterigmata acicularia $4 \simeq 2$; sec. Britz. sporæ $10\text{-}12 \simeq 5$. Vulgo umbrino-nigrescens, sed variat dilutior fusco-cinerea; etiam ex incarnato alutacea, dilute cinnamomea, e fuscescente argillacea vel alutacea (Bull. l. c. f. F. H. *A. infundibuliformis* Schum.), lamellis albidis, fuscescentibus, rufis (Bolt. t. 59). Margo in exoleta

expansus, immo striatulus. Plurimas hinc subministravit species Schumachero (cfr. S. M.), Persoonio (*A. platycipilem, tardum, æreum* Myc. Eur.) etc. — **Cl. cinerescens** Batsch f. 101, Fr. Hym. Eur. p. 100. — Minor; pileo tenui, plano, depresso; lamellis albo-flaventibus. Ob speciei notam essentialem, stipitem fibrilloso-reticulatum, priori subjungi debet.

134. **Clitocybe expallens** Pers. Syn. pag. 461 (*Agar.*), Fr. Monogr. 637
I, p. 129, Icon. t. 56, f. 2. Hym. Eur. pag. 100. — Pileo carnoso-membranaceo, plano-infundibuliformi, levi, glabro, fuscescente, sicco argillaceo-albicante, margine mox expanso; stipite e farcto cavo, æquali, apice albo-sericeo; lamellis decurrentibus, leviter distantibus, albo-cinereis.

*Hab.* in silvaticis et campis apricis Europæ et Africæ. — Præcedente minor, pallidior. Sporæ 10 ≃ 6-7. — β. **trivialis** fuscescens, stipite longiore; sporæ 8 ≃ 4-5. Bull. t. 575, f. I, G. *A. expallens* Albert. et Schwein. pag. 221, Weinm. Ross. p. 84, Fr. Ic. t. 56, f. 3. Hæc differt vix characteribus, sed toto habitu *C. cyathiformis*.

135. **Clitocybe Vespertilio** Berk. Dec. n. 501. — Pileo cyathiformi, 638
cinerescente rimoso-striato; stipite elato, sursum attenuato, concolore; lamellis albidis, subdistantibus, decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Pamire Brasiliæ (Spruce) — Pileus 4 cm. latus; margo inflexus, fusco-cinereus; stipes 10 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ candicantes, moderate latæ. Affinis *C. cyathiformi* sed major lamellis fere candidis atque ob pileum rimoso-striatum notanda.

136. **Clitocybe obbata** Fr. Epicr. pag. 74, Icon. t. 57, f. 1, Hym. 639
Eur. p. 101, Cooke Ill. t. 230, Quél. p. 54, Berk. et Br. n. 1200, Buxb. C. IV, t. 3, f. 1, Bull. t. 248, f. C. habitum optime exprimit, sed stipes albus pictus. *A. tardus cinereus* Pers. Myc. Eur. 3, pag. 81, Secr. n. 1044. — Pileo submembranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, glabro, hygrophano, margine demum striato; stipite cavo, æquali, tenaci, glabro, fusco-cinereo; lamellis decurrentibus, distantibus, primitus obscure cæsio-cinereis, dein albido-pruinosis.

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ. — Stipes omnino glaber, sed mollis, argenteo-striatus, sæpe flexuosus, 4 mm. crassus, dein complanatus latior. Pileus fusco-nigricans, in disco tantum scissilis.

137. **Clitocybe pulla** Gill. Champ. Fr. p. 149. — Pileo carnoso membra- 640
naceo, depresso dein infundibuliformi, glabro, hygrophano, sicco

isabellino, udo brunneo, margine albido-pruinoso; lamellis decurrentibus, venosis, cinereis, lilacino tinctis; stipite solido dein cavo, inæquali, albo-fibrilloso, pileo subconcolore.

*Hab.* ad viarum margines in Gallia bor. — A *C. obbata* differt margine non striato, stipite inæquali, lamellis confertis.

138. **Clitocybe fritilliformis** Lasch descr. cum specc. et ic. in Fr. Hym. Eur. pag. 101, Larb. t, 20, f. 4, ut plurimæ l. c. anceps, habitum sat exprimit. Cfr. Secr. n. 1040. — Pileo carnoso-membranaceo, e convexo-umbilicato infundibuliformi, glabro, obscurato, margine levi, flexuoso, sublobato; stipite cavo, subtomentoso, sursum incrassato; lamellis decurrentibus, confertis, crassiusculis, pallidis. 641

*Hab.* in fagetis, inter ramenta lignea, folia in Europa. — Rigidula, sed tenax, sapore amaro et odore forti ingrato! Pileus submollis, 4-6 cm. latus, sæpe rugulosus, opacus, griseo-pallidus, exsiccatus fuscescens; stipes 2-4 cm. longus, superne 8-12 mm crassus, glabrescens; lamellæ integerrimæ, demum venoso-connexæ.

139. **Clitocybe Calathus** Fr. Epicr. p. 75, Hym. Eur. p. 101, Buxb. Cent. IV, t. 12, f. 1, *A. nudus* Larb. t. 11. f. 5. — Pileo subcarnoso, e plano infundibuliformi, levi, glabro, hygrophano, margine mox patente levi; stipite solido, tenaci, striato-rugoso, deorsum attenuato lamellisque demum longe decurrentibus, subconfertis, flexuosis e violaceo rubellis. 642

*Hab.* in nemorosis, hortis Europæ et Amer. bor. (Upsaliæ in horto Linnæano). — Statura *A. cyathiformis* (*A. tardus* Schum. e descriptione huc pertineat), sed natura et colore gaudet *T. sordidi*, ut ejus filia credatur. Odor fortis.

140. **Clitocybe pruinosa** Lasch in Fr. Epicr. pag. 75, Hym. Eur. p. 101, Icon. t. 57, Cooke Ill. t, 231, Quél. pag. 216. — Pileo carnoso-membranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, leviusculo, hygrophano, pruina plumbea consperso; stipite farcto, subadscendente, fibrilloso, pallido; lamellis ex adnato decurrentibus, confertis, angustis, ex albo sordidis. 643

*Hab.* in pinetis muscosis Europæ, serotina; etiam ad truncos (Secr. n. 1037?).— Tenuis, rigidula, inodora. Pileus 2-6 cm. brunneus, cinerescens, interdum squamulosus; stipes 2-6 cm. long., 2-4 mm. cr.. basi solidior, incrassatus, flocculosus; lamellæ subarcuatæ. Similis *C. cyathiformi*, sed Hydrogrammis forte propior.

141. **Clitocybe concava** Scop. Carn. p. 449 (*Agar.*), plene cum hoc convenit, Fr. Epicr. p. 75, Icon. t. 57, f. 2, Hym. Eur. p. 102, *A.* 644

*fumigatus* Pers. M. E. 3, pag. 79 non obstat. — Pileo submembranaceo, late et profunde umbilicato, levi, flaccido, nudo, hygrophano, limbo convexo-plano undulato; stipite farcto, æquali, glabro, griseo; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, fuligineis.

*Hab.* in nemoribus campestribus Europæ, Upsaliæ raro. — Vix odora, obscure cinerea vel subfuliginea. Pileus 2–6 cm. long. siccus lividus vel argillaceo-canus, levis; stipes 2–6 cm. long., 2–5 mm. crass., totus fibroso-mollis; sporæ ovoideæ chlorinæ 8-12 ≃ 6-8.

142. **Clitocybe vibecina** Fries Obs. II, pag. 209, Icon. t. 58, f. 1, 645
Hym. Eur. pag. 102, *A. infundibuliformis* Schum. n. 1747, *A. aggregatus* Pers. M. E. 3, p. 80, Secr. n. 1038, forma congruens, colore recedens. Num var.? — Pileo submembranaceo, e plano infundibuliformi, glabro, hygrophano, margine mox patente striato; stipite cavo, æquali, molli, glabro, subundulato lamellisque primo adnatis, dein longe decurrentibus, vix confertis griseo-albidis.

*Hab.* inter muscos altiores, præcipue in pinetis, Europæ catervatim *C. metachroæ* senili simillima. — Stipes 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus, basi albo-villosus, non cartilagineus neque pruinatus; pileus griseo-lividus, siccus albidus, sæpe facie sericea zonataque, 2-6 cm. latus; sporæ 5-7 ≃ 3-4. Exstat subspecies odore farinaceo obsoleto, cum qua melius, quam cum *C. ditopoda* convenit Secr. n. 1039.

143. **Clitocybe Quéleti** Fr. Icon. t. 57, f. 4, Hym. Eur. pag. 102. — 646
Pileo subcarnoso, convexo, umbilicato, fusco, sicco albido. squamis fuscis punctato; stipite cavo, æquali, flocculoso, albido; lamellis longe decurrentibus, arcuatis, subdistantibus, albidis.

*Hab.* in collinis Juræ, serotina. — Minor, stipite $2^1/_2$ cm. longo, 5 mm. crasso. Pileus demum infundibuliformis, $2^1/_2$ cm. latus; sporæ 5 ≃ 2. Odor farinæ recentis.

144. **Clitocybe suaveolens** Schum. Fl. Dan. t. 1912, f. 1 (*Agar.*), Fr. 647
S. M. I, p. 91 (var. major). Hym. Eur. p. 102, Weinm. Ross. p. 58, *A. hedeosmus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 121, *A. pseudofragrans* Secr. n. 1013. — Fragrans; pileo subcarnoso, e convexo-umbilicato depresso, subinfundibuliformi, glabro, discoideo, hygrophano, margine striatulo demum reflexo; stipite subfarcto, elastico, subrufescente, basi incrassato; lamellis decurrentibus, confertis, albis, decoloribus.

*Hab.* inter muscos in Europa et prope lacum Hysyculni Sibiriæ. — Stipes 4 cm. longus, 6 mm. vel ultra crassus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Odor aniseus *C. fragrantis* et *odoræ;* illâ carnosior, magis

depressa discoque obscuriore insuper diversa. Albida, sicca omnino alba, lamellis demum sordidis. Sporæ 6-8 ≃ 3-4, vel 4 ≃ 3 (Cob.).

145. **Clitocybe Balansæ** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 2. — Solitaria, inodora; pileo carnoso-membranaceo, 5-6 cm. diam., applanato-subhemisphærico, profundiuscule umbilicato, glabro, subflaccido albo, centrum versus sordido v. fuscescente, margine non v. vix subinvoluto, levi, integro, leniter undulato (in sicco!); lamellis pallescentibus subconfertis, latiusculis 2 mm. lat., membranaceis, acie integerrimis, polymacriis, antice attenuato-acutatis, postice adnatis brevissimeque decurrentibus; stipite breviusculo, crassiusculo 2-3 cm. long. 5-7 mm. crass., deorsum tereti, fuscescente, sursum parce incrassato et compresso, albo, levi, glabro, carnosulo-fibroso, latiuscule cavo, basi abruptiuscule ac modice noduloso-incrassato; sporis ellipticis, sæpius inferne lateraliter acutatis 7-7,5 ≃ 4-5, hyalinis. 648

*Hab.* ad terram in silvis prope Guarapi Brasilæ, Dec. (Balansa). — Species habitu *C. Catino* Fr. nec non *C. brumali* Fr. satis similis, stipite tamen crassiore atque cavo, lamellis fere denticulo tantum decurrentibus statim dignoscenda.

146. **Clitocybe brumalis** Fr. Epicr. pag. 76, Hym. Eur. pag. 103. Berk. Outl. pag. 112, Quél. pag. 54, *A. livescens*, stipite basi villoso Fr. S. M. I. pag. 171, Obs. II, p. 206, Secr n. 1041. — *B.* aquose albida, basi nuda, Bull. t. 278, A. B. — Inodora; pileo carnoso-membranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, glabro, flaccido, unicolori, hygrophano, margine reflexo levi; stipite subcavo, æquali, subincurvo, glabro, albido; lamellis decurrentibus, distinctis, pallidis. 649

*Hab.* in pinetis Europæ supra acus, *B.* in ericetis, utraque valde serotina. — Stipes firmulus, tenuis, 2½ cm. latus. Pileus siccus albicans, varians lutescens, 2-6 cm. longus, 4 mm. vel ultra crassus. Lamellæ latiusculæ; sporæ subsphæroideæ 3-3½ μ. diam. vel 4-5 ≃ 3-4.

147. **Clitocybe Adirondackensis** Peck 23 Rep. pag. 77. — Pileo tenui submembranaceo, infundibuliformi, margine incurvo, subglabro, hygrophano, albo, disco sæpe fusco; lamellis candidis, angustissimis, latitudine vix pilei carnis crassitudinem superantibus, confertis, longis, decurrentibus, subarcuatis, pluribus ex iis furcatis; stipite tenui, subæquali, haud cavo, albido, mycelio basi incrassato. 650

*Hab.* inter folia in silvis Amer. bor. — Lamellæ interdum luteo tinctæ, pilei margo passim undulatus. — Fungus 2,5-7,5 cm. alt.; pileus 2,5-5 cm. lat.; stipes 2,5-5 mm. lat.

148. **Clitocybe Poculum** Peck 23 Rep. pag. 77. — Stricte affinis *C.* 651
*Adirondackensi* forma atque dimensionibus, differt tamen colore griseo-brunneo, lamellis minus confertis, duplo latioribus atque obscurioribus.

*Hab.* in silvis, North Elba et West Albany Amer. bor.

149. **Clitocybe Gerardiana** Peck 26 Rep. pag. 54. — Pileo tenui, in- 652
fundibuliformi, hygrophano, in fungo udo striatulato, brunneo, ex flocculis atris sparsis aspero; stipite potius longo, flexuoso, glabro, farcto, concolore, basi albo; lamellis decurrentibus, confertis, stipite paullo pallidioribus, pluribus ex iis furcatis.

*Hab.* in sphagnetis, Sandlake, Rensselaer county, New Paltz Amer. bor. — Statura 5-8 cm.; pileus 16-24 mm. latus, 1-2 mm. crassus. *C. ectypoidi* relata, sed multo humilior et fragilior, habitatione differens atque lineis fibrosis radiatis hujus speciei carens.

150. **Clitocybe? Calyx** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 3. — Solitaria, 653
inodora; pileo tenuiter carnoso-membranaceo, 10 cm. diam., sordide albescenti-pallido vel fulvescente (in sicco), centro minute, laxe adpresse ac sæpe parum manifeste fuscescenti-squamuloso, ceterum glabro, margine erecto, acuto, tenuissimo, subconferte et majuscule (sed sæpe parum conspicue) striato, acie irregulariter repandulo-crenato, crenis plus minusve breviter et dense lacero-fissis; lamellis polymacriis, membranaceo-rigidulis et fulvo-fuscescentibus (in sicco), latiusculis, 3,5-4,5 mm. lat., acie integerrimis, utrinque attenuato-acutis in stipitem irregulariter decurrenti-productis, sæpe subanastomosantibus; stipite erecto, recto vel vix incurvo tereti longiusculo, 4-5 long., 6-7 mm. crass., rigidulo subsuberoso-carnoso (in sicco), extus sordide albescente, sæpe squamulis plus minusve fuscescentibus ac conspicuis ornato, deorsum irregulariter et subbreviter squarroso-hirsuto, basi abrupte modiceque nodoso-incrassato adnatoque, intus farcto, albo, centro stricte spongiosulo; carne suberoso-fragili ac subfriabili; sporis basidiisque non visis.

*Hab.* ad truncos humifusos putrescentes in silvis pr. Guarapi.

151. **Clitocybe ohiensis** Mont. Syll. Crypt. n. 330. — Gregaria, sub- 654
cæspitosa; pileo carnoso-membranaceo, convexo-depresso, umbilicato, margine striato, involuto, mox expanso stipiteque cavo sursum deorsumque incrassato, striato, e cinnamomeo rubris expallentibus, glabris; lamellis tridymis distantibus, roseis, crassis, acie obtusis, longioribus decurrentibus.

*Hab.* ad ligna terra obruta in silvis, junio, Colombus Amer. fo-

der. (Sullivant Icon., n. 56). — Pileus initio margine crasse striato involutus, adultus expansus, 3-5 diam. metiens, stipes 3-4 cm. longus, medio 5-6 mm. crassus, totus cavus. Lamellæ 3-5 mm. medio latæ, longiores in stipitem decurrentes, roseæ seu pileo multo dilutiores, exsiccatæ pallidæ, subfarinaceæ. Hymenium cum trama fibrosa. Sporæ albæ, globosæ, exasperatæ 10 μ. diam. æquantes. — Habitus *Marasmii oreadis*, at charactere generico sat distincta species. Etiam *Coll. fusipedi* affinis, a qua stipite et lamellis decurrentibus abunde differt. Quædam individua *Cl. laccatæ* cum nostro ad speciem conveniunt, quæ revera sporis levibus distinctissima.

152. **Clitocybe vaga** Berkeley in Ann. Nat. Hist. 1885, pag. 384. — 655
Candida; pileo expanso undulato, lobato, flexuoso, centro furfuraceo-squamuloso, glabrescente; margine tenui; stipite basi ramoso, brevi, solido; lamellis longe decurrentibus, angustis.

*Hab.* in sabulosis Zanzibar. — Pileus 12 cm. lat.; stipes 3,5-4 cm. long., 18-20 mm. cr. Ex Berk. ad *Difformes* rectius referenda.

153. **Clitocybe macromphala** Mont. in Ann. Sc. Nat. 1856, p. 355. 656
— Ceracea; pileo carnoso-membranaceo, convexo-hemisphærico, albido, levi, centro profunde cyathiformi-umbilicato; stipite erecto, deorsum piloso, cavo, e basi ampla compressa sensim attenuato; lamellis candidis, tridymis, stipitem haud attingentibus.

*Hab.* in silvis humidis brasiliensibus, inter folia dejecta, in provincia Goyaz (Wedd).

154. **Clitocybe pacifica** Sp. F. Arg. Pug. n. 2. — Pusilla, cæspitosa, 657
sed non raro solitaria; pileo explanato, margine et centro depresso, integro, sicco levi sed ob papillas cutis prominulas papilloso-pruinuloso, griseo, opaco, tenacello, margine recto rarius repando v. undulato et centro intensius colorato, udo testaceo-griseo, pellucido, 2 sæpius 3,5-8 mm. diam.; carne albo-grisea in stipite descendente ab hymenophoro discreta, molli, subspongiosa; lamellis pileo pallidioribus carnoso-ceraceis, distantibus, subdimacriis, pellucidis, quandoque inter se basi 2-3 anastomosantibus, antice acutatis, deorsum latissime adnato-decurrentibus, subtriangularibus 1-2 mm. long., 0,3-0,6 mm. lat.; basidiis clavatis, crassis, sursum obtuse rotundatis 30-32 = 12, apice tribus sterigmatibus conicis minutissimis ornatis; cystidiis subsimilibus; sporidiis globosis v. ovoideis basi sæpius inæquilateraliter angulato-acuminatis, granuloso-farctis, hyalinis, an vix fumosulis? 8-10 = 7-8; stipite cylindraceo vel deorsum incrassato-subclavato, solido, carnoso-ceracello, epi-

dermide tenaciuscula vestito, fulvo-fuscescente, glaberrimo, 21-2 mm. long. 0,5-1 mm. crass. arrhizo.

*Hab.* in fimo equino atque terra fimetosa in ollis plantarum en el patio del Sr. Coni, Buenos Aires Amer. merid. « An *Omphaliæ* species? — Fungus distinctissimus, pulchellus et parvulus, 4-7 mm. altit., ob decurrentiam lamellarum obverse conicus visus.

155. **Clitocybe hyalodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 517. — 658
Hyalina, fragilis, alba; pileo cyathiformi, glabro, estriato, tenui; stipite deorsum attenuato, fistuloso; lamellis angustissimis, postice attenuatis.

*Hab.* ad vegetabilia dejecta, terræ radiculis ad hærens, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus; stipes 9 cm. longus, 8 mm. crassus, flexuosus, irregularis; lamellæ vix 2 mm. latæ, minime ultra stipitis apicem productæ, ubi cavitas incipit supra quam caro lamellarum crassitudinem haud superat. Arescendo admodum fusca.

156. **Clitocybe metria** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 517. — 659
Gilva; pileo subcyathiformi, angusto, glabro; stipite elongato farcto; lamellis arcuatis, breviter decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 mm. latus; stipes 20-25 mm. longus; lamellæ moderate distantes; mycelium album, fibrosum.

157. **Clitocybe maculosa** Peck 26 Rep. p. 53. — Pileo, convexo cen- 660
tro depresso, glabro maculis aquosis innumeris in fungo sicco notato, luteo-albo, margine lineolis curtis radiatis virgato; stipite leviter basi incrassato, glabro, farcto vel fistuloso, pileo concolore; lamellis confertis, angustis, longe decurrentibus, pallidis vel luteis, plerisque ex iis furcatis.

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans, pileus 4-5 cm. latus, stipes 4-6 mm. crassus. Pilei maculæ aquosæ imitantur illas *C. marmoreæ*. Exsiccatione sæpe evanescunt.

158. **Clitocybe pinophila** Peck 31 Rep. St. Mus. p. 32. — Pileo te- 661
nui, convexo umbilicato vel centro depresso, glabro, udo, pallido, alutaceo, in fungo sicco pallidiore vel alutaceo; stipite æquali, farcto vel cavo, glabro vel subpruinoso, pileo concolore; lamellis moderate confertis, subarcuatis, adnatis vel leviter decurrentibus, albidis; sporis subellipsoideis, 5-6 μ. long.; odore et sapore farinæ recentis.

*Hab.* ad terram sub pinis, Albany et Ticonderoga Amer. bor.

— Pileus 2½ cm. latus, stipes 2-4 mm. crassus, statura 2½-4 cm. adæquans.

159. **Clitocybe peltigerina** Peck 30 Rep. of St. Mus. p. 38. — Pileo 662
subplano, glabro, umbilicato, hygrophano, brunneo, margine striatulo in fungo udo, albido vel pallide griseo in sicco; stipite subæquali, potius firmo, glabro, pileo pallidiore, sæpe versus basim minute tomentoso albo; lamellis potius distantibus, interdum ramosis, venoso-connexis, decurrentibus, paullo pileo udo pallidioribus; sporis ellipsoideis 8 μ. long., basi leviter apiculatis.

*Hab.* in Peltigeris languentibus, Oncida (H. A. Warne) North Greenbush Amer. bor. — Parva, ob peculiarem habitationem notanda.

160. **Clitocybe vilescens** Peck 33 Rep. pag. 19. — Pileo convexo, 663
dein plano-depresso, sæpe irregulari, glabro, margine involuto parum pruinoso, brunneo vel griseo-brunneo, dein pallido, sæpe concentrice ruguloso; stipite brevi, firmo, subinde compresso, griseo-brunneo, basi albo-tomentoso; lamellis confertis, adnatis vel decurrentibus, cinereis subinde luteis; sporis subglobosis vel late ellipsoideis, 5-6 μ. longis; carne albo-grisea, odore subnullo.

*Hab.* in graminosis, Jamesville Amer. bor. — Fungus gregarius, 2,5-5 cm. altus, pileus 2,5-3,5 cm. diam., stipes 2-4 mm. crassus.

161. **Clitocybe subzonalis** Peck 26 Rep. of St. Mus. p. 54. — Pileo 664
tenui, centro depresso vel subinfundibuliformi 2-3 obscure zonato, tomento sericeo, pallide luteo, dense obducto; stipite æquali, subtiliter fibrilloso, farcto, pallido-luteo; lamellis confertis, angustis, æqualiter decurrentibus, pluribus ex iis furcatis, pallidis vel luteis.

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes 4-8 mm. crassus.

162. **Clitocybe compressipes** Peck 33 Rep. pag. 18. — Pileo tenui, 665
convexo, expanso, umbilicato, glabro, hygrophano, udo brunneolo, siccitate albescente vel pallide alutaceo, margine tenui; stipite firmo, cavo, sæpe compresso, vix pruinoso; lamellis confertis subarcuatis vel horizontalibus, adnatis vel subdecurrentibus, albescentibus; sporis ellipsoideis 5-6 ≃ 4-4,5, carne sicca alba.

*Hab.* in graminosis, Albany Amer. bor. — Fungus gregarius, 2,5-3,5 cm. altus; pileus 12-30 mm. diam.; stipes 2-4 mm. crassus.

163. **Clitocybe truncicola** Peck 26 Rep. pag. 54. — Pileo tenui, fir- 666
mo, expanso vel leviter centro depresso, glabro, sicco, albo; stipite æquali, farcto, glabro, sæpe excentrico vel curvo, albido; lamellis angustis, tenuibus, confertis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* in truncis arborum frondosarum, præsertim Acerum, Croghan Amer. bor. — Statura $2^1/_2$ cm. adæquans, pileus $2^1/_2$ cm. latus, stipes 2 mm. crassus.

164. **Clitocybe? hymenodes** Lév. Champ. exot. pag. 169. — Alba; 667
pileo tremelloso-membranaceo, infundibuliformi, subpellucido, nudo, sulcato; lamellis distantibus, acute subdecurrentibus, acie acutis; stipite sursum attenuato, nudo subcorneo.

*Hab.* ad truncos, Sumatra. — Fungus 4-5 cm. altus.

V. Orbiformes. Pileo subcarnoso, extus intusque udo, hygrophano, e convexo applanato depressove, polito, nec squamuloso vel farinoso; lamellis planis, horizontalibus, tenuibus, confertis, adnatis vel denticulo tantum decurrentibus. Color sordidus vel aquose pallescens. Species plurimæ plebejæ, ægre et jove pluvio tantum recognoscendæ ob colorem mutabilem et characteres parum acutos.

*) Lamellis cinerescentibus. Pileus primitus obscurus.

165. **Clitocybe orbiformis** Fr. Epicr. pag. 76, Hym. Eur. p. 103. — 668
Inodora; pileo subcarnoso, convexo-plano (nec depresso), levi, glabro, hygrophano; stipite farcto, spongioso, elastico, substriato, nudo, sursum attenuato; lamellis decurrenti-adnatis, subconfertis, discretis, planis, griseo-albidis.

*Hab.* in pinetis, locis graminosis Europæ raro, serotina. — Analoga (non affinis) *A. cyathiformi*, sat valida; stipes 8 cm. longus, basi incrassatus, villosus; pileus regularis, 6 cm. latus, griseo-fuligineus.

166. **Clitocybe applanata** Secr. n. 1035, Fr. Hym. Eur. p. 103. — 669
Pileo subcarnoso, e convexo disco depresso, tenaci, flaccido (e lurido cano); stipite subcavo, æquali, deorsum fusco, albo-villoso, sursum pallido, fibroso-sericeo; lamellis adnatis, vix confertis, albocinereis, postice discretis.

*Hab.* cum præcedente. — Ambigit inter priorem et *C. expallentem*. Sporæ 6-7 ≈ 3-4.

167. **Clitocybe metachroa** Fr. S. M. I, pag. 172, El. I, p. 22, Hym. 670
Eur. p. 103, Cooke Ill. t. 115, Weinm. Ross. p. 84, Berk. Outl. p. 112, *A. dicolor* Pers. Secr. n. 1031. — Inodora; pileo subcarnoso, e convexo plano, depresso, glabrato, hygrophano; stipite e farcto cavo, æquali, tenaci, sursum pulveraceo-pruinato; lamellis adnatis, confertis, pallide cinerescentibus.

*Hab.* in pinetis Europæ abunde, præcipue autumno sero. — Minor, inodora. Pileus in prima infantia fuscus (Krombh. t. 2, f. 22

non male refert), adultus lividus, siccus albescens, $2^1/_2$-4 cm. latus; margo demum striatulus. Stipes, ut in plerisque cavis, demum compressus, 4 cm. vel ultra longus, 4-9 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Exstant plures varr., alia disco obscuriore fusco, alia colore incarnato (non Secr. n. 1034), alia sordide rufescente (Batsch f. 102).

168. **Clitocybe pausiaca** Fr. Epicr. pag. 77, Icon. t. 58, f. 2, Hym. Eur. p. 104. — Olida; pileo subcarnoso, e convexo plano depressove, levi, hygrophano; stipite subcavo, æquali, striato, apice albo-pruinoso; lamellis obtuse adnatis, semicircularibus confertis, olivaceis. 671

*Hab.* in pinetis montosis Europæ raro. — Inter proximas media. Stipes tenuis 4 mm. subundulatus pileusque $2^1/_2$ cm. latus, primitus subumbonatus. sæpe velo sericeo obductus, subolivascens cinerei. Sporæ 5-6 ≃ 2-3. Exstant individua statura *C. metachroæ*, hinc, nomine suadente, Secr. n. 1048? (*olivascens*).

169. **Clitocybe odorula** Karst. Hattsv. I, pag. 81. — Pileo subcarnoso, umbilicato, e convexo depresso, levissimo, glabro, nitente, rigidulo, margine infracto, livido-pallente, jove sicco pallidiore, 2,5-4,5 cm. lato; stipite subtiliter fistuloso, deorsum attenuato, e sericello glabro, striatulo, pallescente, 4-5 cm. alto, apice ad 5 mm. usque crasso; lamellis decurrentibus, subconfertis, distinctis, angustis, sordidis vel griseis; sporis sphæroideis, diam. 2-3 μ. 672

*Hab.* in Syrjöas, supra acus Abietis in Fennia. — Solitaria vel gregaria. Odor farinæ recentis debilior. Sapor haud notabilis. *Clit. ditopodæ* proxima. Cum *Collybia coracina* colore sat convenit, lamellis vero decurrentibus, odore debiliori, stipite fibroso, terete differens.

170. **Clitocybe ditopoda** Fr. S. M. I, pag. 171, Hym. Eur. pag. 104, Cooke Ill. t. 116. — Graveolens; pileo subcarnoso, e convexo plano, depresso, levi, glabro, hygrophano; stipite cavo, æquali, subnudo: lamellis adnatis, confertis, tenuibus, obscure cinereis. 673

*Hab.* in pinetis Europæ, præcocior. — Pileus 2-3 cm. latus, stipes 3-5 cm. longus; sporæ sphæroideæ 2-3 μ. diam.; sec. Britz. 5-6 ≃ 3-4. Statura *C. metachroæ*, sed odor fortis farinæ recentis. Pileus fusco-cinereus, minorum convexus, majorum inversus et undulatus, sed ad *Cyathiformes* haud referatur.

171. **Clitocybe nubila** Fr. Epicr. p. 77, Icon. t. 58, f. 3, Hym. Eur. pag. 104. — Inodora; pileo subcarnoso, plano, depresso, umbilicato, glabro, hygrophano; stipite farcto, gracili, æquali, levi, apice 674

pruinato; lamellis subdecurrentibus, planis, subdistantibus, fuscescente-argillaceis.

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ, raro. — Stipes 8 cm. usque longus, 2 mm. vel parum ultra crassus, pallescens, subelasticus, fragilis nec cartilagineus. Pileus 2-4 cm. latus, sæpe excentricus, udus lividus, siccus alutaceus.

172. **Clitocybe obola** Fr. S. M. I, pag. 89, Hym. Eur. p. 104, Secr. n. 649. — Inodora; pileo subcarnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, æquali, tenui, striato, nudo lamellisque adnatis, confertis lividis. 675

*Hab.* in pinetis Europæ. — Stipes politus, subflexuosus, elasticus nec cartilagineus, 6-7 cm. longus, 4 mm. crassus; pileus orbicularis, e livido cano-albicans; variat repandus et depressus 4 cm. latus; sporæ 7 $\mu$. diam., aculeolatæ; lamellæ etiam subdecurrentes.

173. **Clitocybe rigidata** Karst. Fragm. Myc. IV, p. 1. — Pileo subcarnoso, rigido, plano, depresso, inæquali vel difformi, levi, glabro, pallescente, sicco albicanti, 3 cm. lato; stipite farcto, ut plurimum compresso vel canaliculato, superne incrassato, fibrilloso, glabrescenti, radicato, pallescenti, circ. 3 cm. alto, usque ad 1 cm. crasso; lamellis adnatis, subconfertis, angustis, pallescentibus; sporis ellipsoideis, 4-5 ≃ 2-3 mm. 676

*Hab.* juxta viam magnam prope Aboam oppid. Fenniæ. — Affinis *Cl. diatretæ.*

**) Lamellis albidis v. coloratis.

174. **Clitocybe diatreta** Fr. S. M. I, p. 83, Obs. 2, pag. 200, Hym. Eur. pag. 104, Weinm. Ross. pag. 85, Secr. n. 731. — Inodora; pileo subcarnoso, e convexo-plano depresso, levi, glabro, hygrophano; stipite e farcto cavo, elastico, levi, stricto, tereti, glabro apiceque nudo; lamellis dente acuto decurrentibus, confertis, angustis, albis. 677

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Inodora fere. Stipes non cartilagineus, 2-6 cm. longus, 2-4 mm. crassus; pileus quam ceterarum magis carnosus, junior rigidulus, ex incarnato alutaceus, siccus albidus 2½ cm. latus; lamellæ ut in *C. fragante*, postice acuminatæ, subdecurrentes, interdum incarnatæ, pallescentes; sporæ 6 ≃ 3-4.

175. **Clitocybe isabella** Quél. esp. II, pag. 1, t. VI, f. 1. — Pileo campanulato v. convexo 2-3 cm. lato, margine fimbriato, valde in- 678

flexo, scabriusculo, hygrophano, pallide ochraceo, siccitate obscuriori; stipite fistuloso, gracili, flexuoso, undulato; sæpe ad basim versus subtiliori, fragili, pallide ochraceo, subconcolori levi, apice pruinoso, sub lente tomentoso, basi albo; lamellis adnato-decurrentibus, sæpe ramosis, confertis, margine undulatis, primo albis dein pallide ochraceis; sporis ovoideo-sphæroideis, 4-5 mucronatis, guttulatis, albescentibus.

*Hab.* fasciculatim, ad terram in silvaticis umbrosis Jura. — Affinis *C. diatretæ* et *C. atropunctæ*.

176. **Clitocybe fulvo-nitens** Gill. Tabl. Champ. Fr. p. 24. — Pileo 679
subcarnoso, convexo dein plano, centro depresso, sericeo-fibrilloso, e flavido rufo, diam. 2-3 cm.; lamellis adnato-decurrentibus, crassiusculis, remotis, pallidis; stipite æquali, e farcto cavo, duro, elastico, pileo concolori, fibrilloso-pruinoso.

*Hab.* ad vias aridas, cæspitosa v. solitaria, in Gallia bor.

177. **Clitocybe fragrans** Sow. t. 10, Fr. S. M. I, pag. 171, Hym. 680
Eur. p. 105, Pers. Myc. Eur. 3, t. 27, f. 5, Secr. n. 1012, Weinm. l. c. Krombh. t. 1, f. 34-38, Lètell. t. 658, Brig. t. 19, Hoffm. Anal. t. 3, f. 2, *A. gratus* Schum. — Fragrans; pileo subcarnoso, e convexo plano depressove, levi, glabro, unicolore, hygrophano; stipite e farcto cavo, elastico, glabro; lamellis subdecurrentibus, confertiusculis, distinctis, albidis.

*Hab.* inter muscos frequens in Europa, ad terram Minussinsk in Sibiria, et inter folia putrida prope Somerset East Promont. Bonæ Spei (Mac-Owan). — Odor fragrans, aniseus. Unicolor nec disco obscurior, ex aquose albido albicans. Stipes subflexuosus 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus 2-6 cm. latus; sporæ ellipsoideæ 6-7 ≃ 3-4.

178. **Clitocybe angustissima** Lasch n. 523, Fr. Hym. Eur. pag. 105. 681
Icon. t. 59, f. 2, Gill. Champ. Franc. cum icone. — Inodora; pileo subcarnoso, plano-depresso, levi, glabro, hygrophano, margine patente; stipite farcto, tenui, nudo, flexuoso; lamellis subdecurrentibus, angustis, confertissimis, albis.

*Hab.* in silvis frondosis inter folia, muscos in Europa et Sibiria. — Pileus 4-8 cm. latus, stipes 2-7 cm. longus, 3-5 mm. crassus. Priori simillima, ex aquoso-albido alba, sed stipes tenuior, odor nullus. Margo patens, demum striatulus. Sporæ 4 ≃ 2-3.

179. **Clitocybe papillata** Gill. Champ. Fr. p. 168 cum icone. — Pileo 682
submembranaceo, convexo-explanato, centro exquisite acute papillato, glabro, hygrophano, margine striatulo, argillaceo-roseo, pa-

pilla saturatiore; lamellis confertis concoloribus, denticulo decurrentibus; stipite tenui elongato, fistuloso, carneo, basi albo-pulvereo; sporis ovoideis.

*Hab.* in pinetis in Gallia bor. — Teste Quélet Ench. p. 31 ad *Collybiam extuberantem* Fr. spectaret.

180. **Clitocybe macrophylla** Karst. in Hedw. 1881, pag. 177. — Pileo carnosulo, tenui, convexo, obtuso, orbiculari, levi, glabro, margine striatulo, livido-albo, siccitate lutescente, albo et nitente, 3-4 cm. lato; stipite e farcto cavo, tenace, elastico, æquali, basi subbulboso-incrassato, tereti, flexuoso, glabro, apice subsquamuloso, albido, striatulo, siccitate nitente, 6-8 cm. alto, 2 mm. crasso; lamellis adnatis, secedentibus, latissimis, triangularibus, tenuibus, subdistantibus, albis, demum lutescentibus; basidiis majusculis, piriformibus vel clavatis; sporis non inventis. 683

*Hab.* in fimo vaccino pro Mustiala Fenniæ.

181. **Clitocybe obsoleta** Batsch f. 103 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 105, Cooke Ill. t. 233, *A. mustelinus* Schum. Fl. Dan. t. 2021, *A. sebaceus* Pers. M. E. 3, p. 188, Secr. n. 669 hic potius quam *A. olorinus* (= Secr. n. 667?). — Obsolete fragrans; pileo subcarnoso, e convexo plano depressove, levi, glabro, hygrophano; stipite e farcto cavo, elastico lamellisque obtuse (fere rotundato-) adnatis, latis, confertis albidis. 684

*Hab.* in pinetis Europæ præcipue juxta margines viarum. — Media exacte inter *C. fragrantem* et *C. metachroam*. Odor gratus, sed non fortis, aniseus. Stipes rectus, ipso apice tantum pruinatus, basi sæpe villosus. Pileus junior subumbonatus, siccus lutescenti-albus, udus pallide lividus vel argillaceo-incarnatus.

182. **Clitocybe mortuosa** Fries Obs. 2, pag. 210 aut hæc aut *C. metachroa* junior (prisco loco evanuit). Icon. t. 59, f. 3, Hym. Eur. pag. 105. — Inodora; pileo subcarnoso, molli, plano-depresso, levissimo, glabro, hygrophano; stipite farcto, æquali, curto, glabro lamellisque adnatis, confertissimis, angustis albidis. 685

*Hab.* locis graminosis, nemorosis Europæ et Sibiriæ, raro. — Pumila, irregularis, sæpe excentrica, inodora. Stipes vix 2 cm. longus, 2-3 mm. crassus, sæpe curvatus, adscendens, demum compressus. Pileus 2-4 cm. latus, primo umbrinus, dein spadiceus, siccus in alutaceum transiens, omnino ut *Hyph. appendiculatum*, quod colore refert. Sporæ 4-5 ≈ 2-3.

183. **Clitocybe gyrans** Fr. Epicr. pag. 79, Hym. Eur. pag. 106, *Hypoph. gyrans* Paul. t. 66, f. 3 nostro paullo major. — Inodora, 686

pileo subcarnoso, convexo-umbilicato, levi, glabro, hygrophano, margine late infracto, convoluto; stipite cavo, tenaci, æquali, glabro; lamellis tenuibus, confertis, albis, apiculo decurrentibus.

*Hab.* in graminosis montanis Europæ. — Ab omnibus valde distat. Stipes 6 cm. longus, 2-5 mm. crassus, albus. Pileus disco carnosulo, $2^1/_2$ cm. latus, udus hyalinus, siccus albus. Inodora, ex Paulet venenata.

184. **Clitocybe epia** B. et Br. Journ. Soc. XI, pag. 517. — Alba; 687
pileo tenui e plano depresso stipiteque gracili glabris; lamellis angustissimis leviter decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus circiter 2,5 cm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus; lamellæ $1^1/_2$ mm. latæ. Sicca colorem sumit ochraceum.

185. **Clitocybe chrysocephala** Ellis Bull. Torr. Cl. 1876, p. 75 *(aurantiocephala)*. — Pileo obtuse conico, convexo-expanso, umbonato, levi, contextu fibroso demum plus minusve rimoso-striato, circiter 4 cm. lato; lamellis 6 mm. latis, ventricosis, carneis, subsinuatis, dente decurrentibus, non confertis, dein sicco aurantio-rubris; stipite sæpius compresso, curvo utrinque attenuato, levi, fragili, 7-10 cm. longo, 6 mm. lato; sporis circiter 10 $\mu$. longis, breviter oblongis, sæpe irregularibus. 688

*Hab.* gregaria et subcæspitosa in udis in Amer. boreali.

186. **Clitocybe ambigua** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 57. — Pileo 689
carnoso, tenui, tenaci, orbiculari, convexo, obtuso, subinde subumbonato aut medio dein leniter umbilicato-depresso, omnino glabro et levi, margine inflexo, levissime albo-puberulo, rufo-pallido, vulgo in carneum vergente, siccitate expallente, at non hygrophano, 1-1,5 cm. lato; stipite farcto, tenaci, æquali, basi incrassatulo, flexuoso, glabro, basi radicato byssoque alba obvoluto, apice subpuberulo, albido, pallescente, 6-10 cm. longo, 2 mm. crasso; lamellis adnato decurrentibus, confertis, arcuatis, linearibus, mollibus, crassiusculis, pallidis; sporis late ellipsoideis vel subsphæroideis 4-5 ≃ 3.

*Hab.* inter atque supra muscos in parte abietina silvæ Syriæ Fenniæ. — Ambigit inter *Clitocyben* et *Omphaliam*.

187. **Clitocybe Berteroana** Mont. Fl. Chil., VII, pag. 334 et Syll. 690
Crypt. n. 338, *Agaricus curvipes* Bert. et M. Cent. I, n. 64, in Ann. sc. nat. 2, VIII, pag. 370, non Persoon. — Pileo convexo subcarnoso, umbonato, glabro, flavescente, umbone badio; stipite solidiusculo, basi curvato, furfuraceo-squamuloso, pallidiore; lamellis adnatis pileo concoloribus.

*Hab.* supra parietes argilla et quisquiliis compositos, apud Rancagua, in Chile (Bertero).

VI. Versiformes. Pileo tenui, e convexo difformi, tenaci, plus minus squamuloso aut furfuraceo; lamellis adnatis (non aut denticulo tantum decurrentibus), latis, crassiusculis, ut plurimum distantibus et albo-farinosis. — Color hygrophanus. Stipes tenax, interdum cum velo. Cfr. Schaeff. t. 13, *Cl. bellam* etc. Species omnes nobilissimæ, utpote statura, forma et colore maxime variæ.

*) Pileo squalente vel squamulis obscurioribus infuscato.

188. **Clitocybe difformis** Pers. Syn. pag. 462 (*Agar.*), Fries S. M. I, p. 170, Hym. Eur. p. 106, Weinm. Ross. p. 86. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, subumbilicato, glabro, hygrophano, udo striato, sicco, levi, demum subsquamuloso-rimoso; stipite cavo, æquali, glabro, nitido; lamellis adnatis, distantibus, albidis. 691

*Hab.* locis humidis in pinetis montanis Europæ. — Pileus 2½ cm. vel ultra latus; stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ 4-5 ≈ 3. Facies *C. gyrantis* colore pilei udi livido, sicci albido-nitido, sed versiformis ut *C. laccata.*

189. **Clitocybe stygia** Fr. Hym. Eur. pag. 106. — Pileo campanulato, umbilicato; lamellis adnexis, ventricosis; stipite longo, gracili; ceteris præcedentis. 692

*Hab.* in paludosis sphagnosis Europæ. — Distincta crederetur nisi adesset *C. laccatæ* prorsus analoga forma mycenoidea, palustris.

190. **Clitocybe xanthophylla** Bres. Fung. Trid. p. 8, t. III. — Pileo subcarnoso, convexo-umbilicato, sicco, griseo-cano, fibrillis fuscis, centro præsertim virgato, margine subirregulari, 2½-5 cm. lato; stipite subtiliter fistuloso, albido-griseo, fibrilloso-substriato, apici basique subincrassato, 4-6 cm. longo, 2-5 mm. crasso; lamellis decurrentibus, distantibus, latis, crassiusculis, acie acuta, subfurcatis, læte flavis; carne pallida. 693

*Hab.* ad truncos Coniferarum in silva Magrasii, Val di Sole Trid. — *Cl. incomptæ* manifeste proxima; forma vero ad *Chant. infundibuliformem* accedit, a quo tamen optime distincta, neque affinis — Sec. B. et Br. F. Br. n. 1961* hæc species ad *Marasmium Wynnei* B. et Br. spectat.

191. **Clitocybe incompta** Fr. S. M. I, pag. 171, Hym. Eur. pag. 106. — Pileo submembranaceo, e convexo-plano depresso, fibrillis nigris adglutinatis virgato rugosove-squamuloso, viscido (sicco ni- 694

tido); stipite cavo, æquali, fibrilloso-striato, cinereo; lamellis obtuse adnatis, subdistantibus, pallide cinereis.

*Hab.* locis humidis silvaticis Europæ, etiam autumno. — Species nobilissima. Pileus vegetus vere viscosus, pellucide striatulus, olivaceo-niger, 2-6 cm. latus, primo cum umbonis rudimento. Stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus, apice subincrassatus. Lamellæ antice latiores. Fungus in Obs. M. 2, p. 212 est status vernalis, gracilior, pallidior cum *C. stygia* comparanda.

192. **Clitocybe nigro-punctata** Secr. n. 1046, Fr. Hym. Eur. p. 107. 695
— Pileo subcarnoso, plano, umbilicato, inæquali, farinoso, disco nigro-punctato; stipite cavo, tenaci, nigro-striato, basi incrassato incurvo; lamellis adnatis, confertis, pallescentibus, dein lutescenti-ardosiaceis.

*Hab.* in pinetis Helvetiæ, cæspitosa. — Elastica, arida, odore amaro. Pileus ex albido sordidus, subnitens, margine reflexo striatulo, sæpe lobato. Sq. peraffinis videtur; lamellis tenuibus confertis differt.

193. **Clitocybe pachyphylla** Fries Obs. I, p. 78, Fr. Monogr. p. 139, 696
Ic. t. 60, f. 2, Hym. Eur. pag. 107, Pat. Tab. Anal. t. 1, *A. absinthiatus* β. Lasch l. c. n. 120. — Pileo subcarnoso, convexo-planiusculo, flocculoso-squamuloso, demum rimoso, disco depresso; stipite subfarcto, tenaci lamellisque adnatis, crassis, distantibus luteis.

*Hab.* in silvis Europæ raro, solitaria vel cæspitosa. — Minor; stipite 2½-3½ cm. longo, 2-3 mm. crasso, odore amaro. Pileus sordide lutescens vel rufescens 2-3 cm. latus; sporæ 8 × 3-4; lamellæ varie adnexæ, subdecurrentes et interdum secedentes, omnino ut in *C. laccata*.

194. **Clitocybe absinthiata** Lasch l. c. n. 120, Fr. Hym. Eur. p. 107. — 697
Pileo subcarnoso, furfuraceo-squamuloso, ochraceo-brunneo; stipite subcavo, deorsum attenuato, fibroso-squamuloso; lamellis subdecurrentibus, latissimis, canis, pallescentibus.

*Hab.* in pinetis Europæ subgregaria. — Ad præcedentem, quâ minor, accedit ut *C. amethystina* Pers. ad *C. laccatam*. — ***C. incomis** Karst. Hattsv. I, pag. 164 (*Collybia*): pileo depresso umbilicato, rufescente-pallido, 3 cm. lat.; stipite deorsum attenuato, curvo, pallido, 2-2,5 cm. l.; lamellis albis. In Fennia.

195. **Clitocybe Pelletieri** Gillet Hymenomyc. de France 1874, p. 170, 698
cum icone. — Pileo carnoso, cuticula difficulter secernibili, convexo pulvinato, demum leviter depresso, aspectu *Boleti sublomentosi*,

velutino 10 cm. lato, olivaceo-brunneo; stipite farcto, firmo, lutescente, carne leviter rubescente, recto vel curvo, 5 cm. longo, subæquali; lamellis adnatis decurrentibus, latis, crassis, interdum bifurcatis, venoso-connexis, confertis, amœne luteo-aureis; carne pallide lutea; odore sulphureo.

*Hab.* prope Verviers et Bruxelles Belgii et in Gallia, haud raro.

196. **Clitocybe ectypa** Fr. S. M. I, pag. 108, Icon. t. 59, f. 1, Hym. Eur. pag. 107, Berk. Outl. pag. 112. — Pileo subcarnoso, explanato, demum depresso revolutoque, hygrophano, fibrillis fuligineis adpressis subtiliter virgato, margine striatulo; stipite subcavo, elastico, fibrilloso; lamellis adnatis, subdistantibus, pallescentibus, demum rufo-maculatis, albo-farinosis. 699

*Hab.* in pratis paludosis Europæ passim, subcæspitosa. — Pileus melleus 5-8 cm. latus; stipes 5-10 cm. longus, 6-10 mm. crassus; sporæ ovoideæ 9 $\mu$. l. Odor primo gratus aniseus, demum fœtens. Habitus *A. melleæ* ejusque more albo-conissans. *A. stramineo-fuscus* Secr. n. 811 differt tantum colore luteo, i. e. ut *Cl. mellea lutescens* a vulgari.

197. **Clitocybe radicellata** God. in Gill. Champ. Fr. p. 171. — Pileo subcarnoso, convexo-umbilicato, subinæquali, brunneo-purpurascente et cinereo-pruinoso, 1-2 cm. l.; lamellis adnato-decurrentibus numerosis, crassiusculis, pallidis, dein flavido-cinerescentibus; stipite farcto, elastico, subæquali pileo concolore et albo-pruinoso, basi copiose radiculoso, 2-4 cm. alt., 1-2 mm. cr. 700

*Hab.* sub Abietibus in Gallia bor. (Godey). — Cæspitosa.

198. **Clitocybe myochroa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 518. — Pileo convexo obtuso, pulverulento-tomentoso, estriato; stipite tenaci insititio, pallidiore, apice candido, intus deorsum cinerescente; lamellis albidis adnato-decurrentibus, interstitiis reticulatis. 701

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2 cm. latus, subcampanulatus, murinus; caro alba; stipes 2,5 cm. longus, vix 2 mm. crassus, solidus, minute sericeus; lamellæ subhorizontales, 4 mm. latæ. *Versiformibus* certe adnumeranda.

199. **Clitocybe pistillipes** Mont. Cent. VII, p. 23. — Pileo submembranaceo, hemisphærico levissimo, albido; stipite pro ratione gracili, fistuloso, basi incurvo, incrassato, rufescenti-castaneo; lamellis tridymis, angustissimis, subcinereis (ex icone), utrinque attenuatis, subfiliformibus, dente decurrentibus. 702

*Hab.* ad terram in silvis umbrosis Brasiliæ, præsertim in provincia Minas-Geraes (Weddell).

200. **Clitocybe odontella** Mont. Ann. des Sci. Nat. 1856, p. 355. — Tota alba; pileo carnoso-membranaceo, hemisphærico, centro acuminato, margine radiatim striato, glabro; stipite adscendente cavo, subæquali; lamellis tridymis, latiusculis, convexis, majoribus sinuato-adnexis seu dente decurrentibus. 703

*Hab.* ad terram, Goyaz in Brasilia (Wedd.).

201. **Clitocybe apala** Comes Funghi Nap. II, p. 89, t. XIV, f. 1-3. — Pallide alutacea; pileo carnosulo, convexo, obtuso, sericello, hygrophano; stipite farcto, tenaci, æquali, apice albo-farinaceo, squamulisque fulvis asperulato; lamellis subdecurrentibus, distantibus, inæqualibus, ex albido cinnamomeis; sporis ellipsoideis, albis, 7-8 ≃ 4-5. 704

*Hab.* in silvis, in collibus Monopoli It. Mer. (Barnaba). — Pileus 2-6 cm. latus, stipes 4-6 cm. longus.

**) Pileo læto, unicolore.

202. **Clitocybe sandicina** Fr. S. M. I, pag. 157, Hym. Eur. pag. 108, Guill. et Forq. Champ. Sud-Est t. I, f. 4, Cfr. *A. bacillaris* (ad spec. unic.) Pers. M. E. 3, p. 200, *A. janthinus* Secr. n. 1027. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, umbilicato, difformi, levi, hygrophano, demum griseo-farinaceo, margine fasciato; stipite cavo, inæquali, glabro lamellisque adnatis, confertis, ventricosis, purpurascentibus, subnudis. 705

*Hab.* in silvis, præcipue pinetis Europæ. — Rarius occurrunt specimina, statura valde diversa, quæ peculiarem, *C. laccatæ* proximam ejusque modis variantem speciem exhibere videntur. Color obscurior. Lamellæ tenuiores, sæpe ramosæ.

203. **Clitocybe ochracea** Gill. Champ. Fr. p. 173, cum icone. — Pileo subcarnoso, e convexo expanso, centro breviter umbonato, margine revoluto estrio, ochraceo, levi; lamellis breve decurrentibus ochraceo-pallidis; stipite cylindraceo sæpe subexcentrico argillaceo, basi subincrassato et fibrilloso farcto, 4-6 cm. l., 3-5 mm. cr.; carne molli alba. 706

*Hab.* inter muscos in Gallia boreali.

204. **Clitocybe grumata** Scop. p. 443 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 108. — Pileo submembranaceo, ex obtuse campanulato convexo, glabro, rimuloso-squamuloso, disco depresso; stipite subtiliter fistuloso, æquali, tenaci, glabriusculo, pallescente: lamellis late adnatis, distantibus, tenuibus, planis, albis. 707

*Hab.* in Carniolia et in sabulo profundissimo Sandlien ad Femsjö

Smolandiæ. — Solitaria valde tenax, inodora. Stipes 2½ cm. long., 4-5 mm. crassus. Pileus flavus, 2½-4 cm. latus. Affinis *C. pachyphyllæ*. Optime convenit nomen et descriptio Scopolii, modo filamentosa loco rivuloso-squamosa dicitur. — ***C. albida** Karst. Symb. Fenn. IX. p. 42: pileo convexo, margine depresso, demum irregulari centroque depresso vel umbilicato, levi, subinde demum diffracto-squamoso, 1-2,5 cm. lato; stipite valido, valde tenaci, difformi, nudo, striato, usque ad 6 cm. longo et 5 mm. crasso; lamellis adnatis, subdecurrentibus, 2-7 mm. latis; sporis sphæroideis echinulatis, hyalinis, 8-9 μ. d. Prope Mustiala Fenniæ, augusto. Totus fungus albus, vix hygrophanus. Cl. Karsten hanc et subsimiles species ad *Collybias* duxit, recentius vero ad *Camarophyllum*.

205. **Clitocybe trullissata** Ellis Torr. Cl. 1874, p. 45. — Pileo carnoso, plano-convexo, demum centro depresso violaceo-rufo innato-fibroso-squamoso, dein disco levi, margine tenui; lamellis inæqualibus, non confertis, crassis, adnatis, dente decurrentibus, tandem albo-pulverulentis, primo purpureo-violaceis, dein obscure rufis; stipite solido, fibrilloso, basi claviformi; sporis late cylindraceo-oblongis, 15-20 μ. longis. 708

*Hab.* in arenosis in Amer. boreali. — Affinis *C. laccatæ*.

206. **Clitocybe incongrua** Berk. Dec. n. 253. — Pileo undulato umbilicato, subcarnoso, glabro, cinereo-cæsio; stipite elongato, basi incrassato, valido, concolore, deorsum cavo; lamellis latiusculis, ventricosis, decurrentibus. 709

*Hab.* ad terram, Jillapahar, Darjeeling Indiæ 2300 m. (Hook.). — Inodora; pileus 3 cm. latus; caro alba; stipes 15 cm. longus, 12 mm. crassus, subtiliter tomentosus, interdum fibrillosus, intus albus, non vero prope superficiem fibrosam; lamellæ potius distantes, decurrentes, albæ. Subinde accedit formæ *amethystinæ Clitocybæ laccatæ*.

207. **Clitocybe rudis** Berk. Dec. n. 502. — Pileo irregulari, subcarnoso, sulcato-rugoso; stipite elongato, torto; lamellis crassis, distantibus, ventricosis, decurrenti-adnexis, armeniacis. 710

*Hab.* Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 4 cm. latus, ochraceus; stipes 10 cm. longus superne pallidior, inferne rubescens; lamellæ latæ, postice emarginate atque levissime decurrentes. Habitu admodum refert *C. laccatam*.

208. **Clitocybe glaucipes** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo convexo, tenui, rufulo, pubescente, margine incurvo; stipite so- 711

lido, concolore, glauco; lamellis adnatis, distantibus, rectis, candidis.

*Hab.* ad terram in silvis, Connecticut Amer. bor. (C. WRIGHT). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus. Affinis *C. laccatæ*.

209. **Clitocybe rubro-tincta** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 284. — 712
Pileo umbilicato, glabro, rubro; stipite elongato, glabro, subæquali, concolore, cavo; lamellis tenuibus, latis, decurrentibus, pallidioribus.

*Hab.* ad terram in silvis, Cuba Americæ centralis (C. WRIGHT). — Pileus 12-24 mm. latus; stipes 5 cm. longus. Affinis *C. laccatæ* et lamellis tenuioribus et confertioribus.

210. **Clitocybe porphyrella** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — 713
Pileo convexo, glabro, purpurascente; stipite solido, sursum incrassato, glabro, albo-purpureo; lamellis rectis, adnatis, pallide purpureis.

*Hab.* in solo arido, Connecticut (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus, 3 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ $6^1/_2$ $\mu$. long. A *C. laccata* differt lamellis numerosioribus atque sporis diversis.

211. **Clitocybe angustilamellata** Mont. Syll. Crypt. n. 335. — Pileo 714.
carnoso-membranaceo, pellicula viscosa secedente obducto, hygrophano, e convexo campanulato, brunneo-sanguineo; stipite cavo elastico, supra attenuato-pallescente; lamellis linearibus angustissimis $^1/_2$ mm. lat., utrinque acutis, subattingentibus; sporis globosis, albis.

*Hab.* ad ligna in silvis umbrosis, Columbus Amer. fœder. (SULLIVANT). — Pileus e convexo hemisphæricus, margine paullum patente campanulatus, $^1/_2$ cm. altus, 3-4 cm. latus; stipes siccus fragilis, basi incrassatus et interdum decumbens, mox vero erectus, sensim ad medium attenuatus, sursum teres et pallidior, 4-6 cm. longus, 3-4 mm. apicem versus crassus; lamellæ subæquales, confertissimæ, lanceolatæ, medio semimillimetrum latitudine vix metientibus, $^1/_6$ mm. crassæ, in vivo lutescentes, in fungo exsiccato rufescentes, utroque fine acutissimæ et prope apicem stipitis desinentes nec illi decurrentes. Hymenium etiam tenuissimum, cellulis e duplici ordine, 1° obovoideo-clavulatis, 2° ovoideo-acuminatis compositum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, vix 4 $\mu$. diam. metientes. Species cum nulla comparanda. An *Hygrophorus?*

212. **Clitocybe holoporphyra** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 284. 715

— Pileo tenui, plano, glabro, radiato, sulcato reticulato, sordide purpureo; stipite glabro, cavo, pallide purpureo; lamellis distantibus adnatis stipite concoloribus, interstitiis transverse rugosis.

*Hab.* in truncis cariosis in silvis, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT).

— Pileus 5-6 cm. latus, stipes 5 cm. longus, $1^1/_2$ cm. crassus; sporæ oblongæ, nec subglobosæ ut in *C. laccata*.

213. **Clitocybe colletica** Mont. Guy. n. 266 et Syll. Crypt. n. 329. — Pileo membranaceo, hygrophano, convexo-umbonato obtuso, lineato-striato, albo-cœrulescente, pellicula viscosa secernibili obducto; stipite brevi, cartilagineo, glabro, fistuloso; lamellis tri-tetradymis ventricosis, albis, utrinque attenuatis, haud attingentibus. 716

*Hab.* in ligno circa Cayennam Amer. (LEPRIEUR).

214. **Clitocybe connexa** Peck 26 Rep. p. 53. — Pileo tenui, convexo vel expanso, subumbonato, denso, tomento sericeo vestito, albo, margine interdum pallide cœruleo; stipite æquali vel inferne attenuato, solido, albido; lamellis confertis, angustis, albis in luteum vergentibus. 717

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5-8 cm.; pileus 5-8 cm. latus; stipes 4 mm. crassus; lamellæ plerumque potius abrupte truncatæ atque haud valde decurrentes, quare species hæc facile commutatur cum Tricholomatibus. Pilei margo interdum subtiliter striatus. Odor debilis sed aromaticus et gratus.

215. **Clitocybe flavidella** Peck 30 Rep. St. Mus. N. Y. p. 38. — Pileo tenui, convexo, demum expanso vel centro depresso, sæpe irregulari, hygrophano, glabro; stipite æquali, glabro, fistuloso; lamellis angustis, confertis, adnatis vel subdecurrentibus. 718

*Hab.* in paludosis, Maryland Amer. bor. — Gregaria 5 cm. alta; pileus 2,5 cm. latus, stipes 3-4 mm. crassus. Adhuc vigens colorem uniformem habet sordide luteum. Exsiccatione pileus albescit.

216. **Clitocybe Hoffmanni** Peck 24 Rep. St. Mus. p. 60. — Pileo carnoso, tenui, convexo, demum infundibuliformi, umbilicato, hygrophano, aquoso-luteo in fungo udo, luteo in sicco; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, late flavis, interstitiis rugosis; stipite æquali, levi, farcto vel cavo; sporis ellipsoideis, 10 $\mu$. longis. 719

*Hab.* in lignis putridis in silvis Greig Amer. bor. — Pileus 16-36 mm. lat.; stipes 2 mm. cr.; statura 2,5-5 cm. alta. Subaffinis *C. bellæ*.

***) *Laccaria* B. et Br. Not. Br. Fungi n. 1994. Lamellis crassiusculis, fragilibus, mox sporis typice subglobosis verruculosis albo-pulverulentis.

217. **Clitocybe laccata** Scop. p. 444 (*Agar.*), Fr. Syst. M. I, p. 106, 720

Hym. Eur. p. 108, Schaeff. t. 13, Bull. t. 570, f. 1, Grev. Scot. t. 249, Krombh. t. 43, f. 17-20, Hussey I, t. 47, Batt. t. 18, G-I. — Pileo submembranaceo, e convexo versiformi, subumbilicato, adulto farinoso subsquamuloso, hygrophano; stipite farcto, æquali, tenaci, fibroso lamellisque adnatis, crassis, distantibus, læte coloratis, demum albo-pruinosis.

*Hab.* ubique in Europa et Amer. bor., Asia, Africa et Australia vulgatissima species, statura infinite ludens. — Pileus 2½-6 cm. latus, 2½-15 cm. longus; sporæ sphæroideæ 9-10 μ. diam. verruculosæ; basidia clavato-oblonga 27-30 ≃ 7-8; sterigmata quaterna 3-4 ≃ 2-3. Pileus primo et udus sublevis, tenuium striatus. Varietates e colore, quas tamen omnes acutiores Mycologi conjunxerunt, constantiores *a*) rufo-carnea, pileo sicco subochraceo: *A. farinaceus* Huds. Bolt. t. 64, Sow. t. 208, Fl. Dan. t. 1249. *A. rosellus* Batsch f. 99 (et 100 stipite fistuloso); *b*) lutea, lamellis carneis: Buxb. C. IV, t. 30, f. 1; *c*) pileo luteo-violaceo, sicco ochraceo, lamellis violaceis: *A. impolitus* Schum. Secr. n. 1026; *d*) obscure violacea, pileo sicco canescente: *A. amethystinus* Bolt. t. 63, Sow. t. 187. In glareosis viarum vix *C. tortili* major, valde deformis. — Var. *tota alba* Lanzi Fungi Rom. p. 23, t. XIV. A, ob habitum et præcipue sporas ellipsoideas leves videtur potius *C. dealbata* vel affinis. Cl. Karsten *C. laccatam* et affines ad *Camarophyllum* (*Hygrophorum*) ducit.

218. **Clitocybe tortilis** Bolt. t. 41, f. A (*Agar.*), Secr. n. 1024, Fr. 721
Hym. Eur. p. 109, Patouill. Tab. Anal. t. 105. — Pileo membranaceo, e convexo-plano, depresso, striis obscurioribus distantibus radiato; stipite fistuloso, torto, fragili; lamellis adnatis, crassis, subdistantibus, carneo-roseis.

*Hab.* locis umbrosis ad radices arborum, viarum margines in Europa raro. — Cæspitosa, admodum pusilla, irregularis, pileo stipiteque subferrugineis. Num *C. laccatæ* monstrosa progenies? Sporæ globosæ, verruculosæ, hyalinæ 10 μ. diam.; sterigmata bina (Pat.).

219. **Clitocybe echinospora** Speg. F. Argent. Pug. III, n. 3. — So- 722
litaria vel laxe pauci-gregaria, nunquam cæspitosa; pileo primo hemisphærico vel subgloboso, dein convexo subexplanato, versiformi, centro umbilicato radiatimque undulato-sulcato, tenacello, amœne roseo, centro intensius colorato, primo nubecula rosea v. glauco-rosea vestito, dein nudo, levi, iove pluvio subhygrophano, centro et sulcis fuscescente atque pellucido, margine recto repando-sub-

crenulato 0,5-1 cm. diam.; lamellis latis pileo pallidioribus distantibus, crasse carnoso-ceraceis, subpruinosis, apice acutatis, deorsum in stipitem longe decurrentibus, acie integerrimis, a trama pilei stipitisque discretis, sæpius dimacriis, 2-5 mm. lat.; stipite cum pileo continuo, solido, tereti, subarrhizo, fibroso-carnoso, fragili, basi-subclavato-incrassato, roseo 1-1,5 cm. long. 1,5-3,5 mm. crass.; basidiis cylindraceo-clavatis, medio subconstrictis, apice 2-3 sterigmatibus longiusculis ornatis, 55-60 ≃ 10, cystidiis majoribus hyalinis, granuloso-farctis; sporis globosis, hyalinis, 12 μ. diam., ubique aculeis conicis, 2-3 μ. long., obtectis.

*Hab.* inter muscos ad ramenta lignea dejecta putrescentia in nemorosis prope la Recoleta, secus el Rio de la Plata. — Species *C. laccatæ* atque *C. tortili* affinis, ab utraque tamen satis recedens. Totus fungus pulchellus, amœne roseus, primo tenacellus dein ceraceo-fragilis, 2-3 cm. altit., exsiccatione valde contrahitur ac fuligineo-fulvescens evadit,

220. **Clitocybe sublaccata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 579. — 723
Pileo convexo laccato; stipite sursum attenuato, farcto lamellisque adnatis planis concoloribus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 13 mm. latus, glaber, striatus; stipes 2,5 cm. longus, pallidior sursum dilatatus, e subiculo depresso, leniter tamen in stipitem ascendente, oriens; lamellæ planæ; sporæ subglobosæ 5 μ. diam.

221. **Clitocybe spodophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 518. 724
— Rufula; pileo subhemisphærico umbilicato, flocculis nigris obsito, membranaceo; stipite sursum dilatato, solido, flocculento; lamellis adnatis, denticulo decurrente, acie nigra serrulata.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus. Color ubique carneo-rufulus. Affinis *C. laccatæ*.

222. **Clitocybe porphyrodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 519. — 725
Pileo depresso, squamuloso, purpureo, sulcato; stipite subæquali, fusco; lamellis latis, adnatis, crassis, distantibus, interstitiis levibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). Pileus 3 cm. latus, depressus vel umbilicatus, purpureo-fuscus, squamis minutis fibrillosis adspersus; stipes 3 cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ subglobosæ nucleatæ, 5-6 μ. diam.

223. **Clitocybe vinoso-fusca** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 519. 726
— Pileo convexo, depresso, sulcato, fuligine consperso; stipite brevi, glabro; lamellis latis, adnato-decurrentibus, distantibus, crassis, interstitiis reticulatis.

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 5 cm. vel ultra latus; stipes 2,5–4 cm. longus, 4 mm. crassus; sporæ ut in *C. porphyrode*, cum qua stricte cognata.

224. **Clitocybe bella** Pers. Syn. p. 452 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 107, Hym. Eur. p. 107, Alb. et Schw. p. 218, Berk. Outl. p. 113, non Gonn. et Rab. Cfr. Secr. n. 269. — Pileo subcarnoso, e convexo depresso, aureo, squamulis obscurioribus adsperso; stipite farcto, æquali, tenaci, rivuloso lamellisque adnatis, subdistantibus, venoso-connexis luteis, demum albo-farinosis. 727

*Hab.* in pinetis, Europæ vulgo ad ligna carie consumpta. — Pileus luteus, interdum rufescens et pallens, 2½–8 cm. latus; lamellis sæpe ramosis et anastomosantibus; stipes 2–3 cm. longus, 4–5 mm. crassus.

**COLLYBIA** Fr. S. M. I, p. 129 (Etym. *collybos* moneta). — Stipes fistulosus, cartilagineus vel medullatus, cute cartilaginea, radicans. Pileus leviter carnosus, nec sulcato-plicatus, nec corrugis, margine primo involuto. Lamellæ [membranaceæ, molles] liberæ vel postice obtuse adnexæ tantum. — Fungi in lignis, foliis etc., immo fungis epiphyti, sed ob radicem sæpe terrestres obvii, haud crispicantes nec arescentes.

A præcedentibus stipite cartilagineo et a *Clitocybis* insuper lamellarum insertione mox differt hoc genus, jam acutius limitatum, exclusis *Collybiis* Marasmii generis; quod lamellarum fabrica, substantia subcoriacea, vegetatione lenta subpersistente, post exsiccationem reviviscente, acute, sed non sine acumine, discernitur. — Stipes in quibusdam v. c. *A. platyphylla*, *pulla* etc. mollior, sed vegetatione, loco et habitu a Tricholomatibus facile dignoscuntur. — Species nobilissimæ affines separari vetant.

A. Lamellæ albæ aut læte coloratæ, nec cinereæ. Caro alba.

I. STRIIPEDES. Stipite valido, cavo vel medulla spongiosa subdiscreta farcto, sulcato fibrillosove-striato.

*) Lamellis latis, subdistantibus.

1. **Collybia radicata** Relh. Cant. 1040 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 118, ubi syn., Hym. Eur. p. 109, Sow. t. 48, Grev. Scot. t. 217, Krombh. t. 72, f. 26, 27, Hussey I, t. 15, Berk. Outl. t. 5, f. 4, Paul. t. 97 bis f. 3, 4, *A. clypeatus* Huds. *A. phrygius* Wallr. Cr. 4, p. 714. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, gibbo, rugoso, glutinoso; stipite farcto, procero, attenuato, rigido, glabro, demum sulcato; lamellis adnexis, subsecedentibus, distantibus, albis. 728

*Hab.* circa bases truncorum ubique in Europa, Amer. bor., Africa austr. et Australia. — Pileus 8-11 cm. latus; stipes 10-20 cm. longus, 2 cm. circiter crassus; sporæ ellipsoideæ, 15-17 = 10. — Var. **brachypoda** Kalchbr. in Grevillea: pileo gibboso, brunneo; stipite striato, haud gracili, basi dilatato et in radicem brevem acuminato. Terrestris. Inter *C. radicatam* et *C. butyraceam* ambigua. — Var. **superbiens** Berk. in litt.: pileo convexo fusco; stipite subcavo intus strigoso, extus præsertim ad basim furfuraceo-velutino; lamellis distantibus, adnato-decurrentibus. In Swan River (Drummond). Color lamellarum in speciminibus majoribus fere idem est ac hymenii *Sterei hirsuti*. Forma communis occurrit in Khasia.

2. **Collybia undabunda** Berk. Dec. n. 257. — Pileo subhemisphærico 729
obtusissime umbonato, viscosissimo sulcato rugosoque; carne brunnea; stipite elongato, furfuraceo, cavo; lamellis latis, undulatis, distantibus, postice rotundato-truncatis, adnexis.

*Hab.* in truncis vetustis in silvis Darjeeling Indiæ (2300 m. alt.) (Hook.). — Inodora, erecta, perelegans; pileus 4 cm. vel ultra latus, pallido-brunneus; stipes 15 cm. longus, 12 mm. crassus, basi vera attenuatus leviter radicatus, sursum striatus, pallido-brunneo maculatus. Mollior *Col. radicatâ*, stipite cavo, carne alba atque lamellis abrupte rotundatis.

3. **Collybia napipes** Berk. Dec. n. 254. — Pileo irregulari, undulato, 730
subdepresso, corrugato, sicco, subcarnoso, margine striato; stipite torto, bulboso, radicato, farcto; lamellis latis, candidis, postice rotundatis, adnexis.

*Hab.* ad terram, Darjeeling Indiæ (2300 m. alt.), (Hook.). — Inodora, subfirma; pileus 13 cm. vel ultra latus luteo-brunneus; stipes 10 cm. longus, 2 mm. crassus, intus fibrosus, cartilagineus, brunneus, minute squamosus in longam undulutam radicem productus; lamellæ candidæ, interdum, æque ac sporæ, exsiccatione alutaceæ. Affinis *Col. eurhizæ* Berk. sed umbone annuloque destituta, magis *Col. radicatæ* accedit.

4. **Collybia sparsibarbis** B. et Br. Linn. Tr. XXVII, p. 151. Journ. 731
Linn. Soc. XI, p. 522. — Esculenta; pileo carnoso, fortissime umbonato, convexo virgato-striato, marginem versus floccis liberis aspero; umbone glabro, fusco; carne alba; stipite valido subradicante, præmorso, basi marginato-bulboso hic illic sulcato; lamellis angustioribus, postice rotundato-adnexis, pallidis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 16 mm. ad medium cras-

sus; lamellæ 6 mm. latæ. Affinis *Col. eurhizæ*, sed differt pilei margine tomentoso atque absentia longæ radicis et annuli. *Col. napipes* B. etiam stricte affinis. Ab indigenis comeditur.

5. **Collybia alveolata** Kalchbr. in Grevillea. — Pileo carnoso, tenace, convexo-plano, leviter umbonato, 3-4 cm. lato, in umbone rugis crispulis, nigricantibus ornato, circa umbonem sulcis radiantibus, latis et profundis, marginem haud attingentibus exarato, ceterum glabro, cervino; stipite solido, gracili, tenace, striato, 10-15 cm. longo, 5 mm. crasso, basi ovato-fusiformi, radicato ibidemve 1-1½ cm. crasso, pileo subconcolore; lamellis rotundato-adnexis, confertis, latiusculis, albis. 732

*Hab.* ad Somerset East Africæ austr. (Mac-Owan). — Pileo in alveolos oblongos, radiantes exsculpto insignis; sed an hæc nota constans? Species singularis, cum nulla alia confundenda, e fœdere *C. radicatæ* et *C. longipedis*.

6. **Collybia raphanipes** Berk. Dec. n. 255. — Pileo rugoso, depresso, carnoso, sicco; stipite deorsum incrassato, radicato, flocculoso, squamuloso, cavo; lamellis latis, albis, adnatis. 733

*Hab.* ad terram, Jillapahar Indiæ 2200 m. alt. (Hook.). — Inodora, fragilis; pileus 10 cm. latus subnitens, striatus, sulcatus, aurantio-brunneus; caro sub cuticula rubro-brunnea; stipes 13 cm. longus, 8 mm. crassus, inflatus atque rubro-brunneus, deorsum attenuatus in longam radicem. A *Col. radicata* recedit stipite cavo atque pileo apparenter sicco.

7. **Collybia eradicata** Kalch. in Grevillea VIII, p. 151. — *Coll. radicatæ* statura, stipite procero sulcato etc. simillima sed nec radicata, nec ad basim incrassata. 734

*Hab.* ad terram Richmond River N. S. Wales Australiæ (Hodgkinson).

8. **Collybia longipes** Bull. t. 232 (*Agar.*), Larb. t. 16, f. 1, Hussey I. t. 80, Berk. Outl. p. 112, Fr. Hym. Eur. p. 110, *A. subulatus* Raddi in Soc. Ital. *A. pudens* Pers. M. E. 3, pag. 140. *A. macrourus* 2 Scop. *A. costatus* Wallr. Crypt. Germ. 4, pag. 709, Batt. t. 20, f. A. — Pileo carnoso, tenui, conico-expanso, umbonato, sicco, subvelutino-villoso; stipite farcto, procero, sursum attenuato, villoso, demum sulcato, radice longa fusiformi; lamellis rotundatis, subdistantibus, albis; sporis sphæroideis 12 μ. d. v. 7-8 μ. sec. Karst. 735

*Hab.* in silvis umbrosis Europæ. — Statura et color fuscescens, ceterum præcedentis, ut ejus var. olim cum Scopolio et Bulliardo dixerit Fries. Krombh. t. 1, f. 31, minor forma: — var. **badia** Quél.

et Le Bret. Champ. Norm, pag. 6. Pileo convexo-mammillato, 2-4 cm. lato, tenaci, tenui, brunneolo; stipite gracili, basi bulboso et longe radicanti, exsiccatione striato flavo-brunneo margineque pilei, pilis longis nitentibusque instructo; lamellis adnatis, demum liberis, latis, albidis; sporis sphæroideis, 12 μ. diam. In silvis abietinis Jura, æstate-autumno.

9. **Collybia gaudialis** Britz. Derm. et Mel. pag. 190, f. 215. — Affinis *C. longipedi* et *Mycenæ proliferæ;* carne lamellisque pure albis; lamellis remotiusculis; stipite basi elongata albo-radiculosa; sporis vehementer curvis, 10 ≃ 3. 736

*Hab.* in silvis fagineis pr. Oberstaufen Bavariæ.

10. **Collybia lachnophylla** Berk. Dec. n. 111. — Pileo carnosulo conico-hemisphærico, fulvo-spadiceo, velutino; stipite cavo deorsum fusco-purpureo nitido, sursum pallido subvelutino; lamellis liberis fulvo-velutinis. 737

*Hab.* in fragmentis ligneis putridis in silvis, Waynesville Ohio, Amer. bor. (F. S. Lea). — Plus minus cæspitosa; pileus 2 cm. latus admodum arescendo rugosus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus, brevi tomento irregulariter vestitus. Affinis *Col. longipedi;* lamellæ elegantissime velutinæ.

11. **Collybia texensis** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Connato-cæspitosa; pileis glabris subcampanulatis, fortiter umbonatis, obtusissimis, carnosis, albidis; stipitibus spadiceis, velutinis; lamellis latis ventricosis, sinuato-adnatis, candidis. 738

*Hab.* in Texas, Amer. merid. (C. Wright). — Pileus 5 cm. vel ultra latus, sordide albus; stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus denso tomento velutino brunneo vestitus. Affinis *Col. pudenti* sed differt habitu atque pileo glabro.

12. **Collybia elevata** Weinm. in Linn. X, pag. 52, Ross. pag. 662, Fr. Hym. Eur. pag. 110, *A. sitaneus* Ed. I, p. 82, *Ag. livescens* Kichx pag. 146, cum optima descriptione. — Pileo carnoso-membranaceo, tenaci, convexo-plano, subfibrilloso, albo-griseo, nitente, umbone evanescente, floccoso-squamuloso; stipite e farcto cavo, longo, striato, præmorso-radicato; lamellis sinuato-adnatis, dente decurrentibus, ventricosis, subdistantibus, e candido sordidis. 739

*Hab.* ad terram in silvis Petropoli in Rossia et in Belgio, rara insignis species. — Pileus 6-7 cm. latus, stipes æque longus.

13. **Collybia platyphylla** Fr. S. M. I, pag. 117, Hym. Eur. pag. 110, Cooke Ill. t. 128, Weinm. Ross. pag. 66, Secr. n. 750, Paul. t. 97, f. 1, 2? Buxb. C. IV, t. 18, *A. grammocephalus* Bull. t. 594. 740

carne alba (rufa in Secr. n. 753) nostram bene refert, quo excluso, dubius est Pers. Syn. p. 362. — Pileo carnoso-membranaceo, explanato, obtuso, udo, fibrilloso-virgato; stipite farcto, æquali, molli, nudo, striato, pallido, radice præmorsa; lamellis truncato-adnexis, distantibus, latissimis, albis.

*Hab.* ad et juxta truncos Betulæ, Fagi etc. in Europa et Carolina inf. Amer. bor. — Pileus 8-11 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 1 cm. crassus; sporæ ellipsoideæ 17-18 ≃ 12-13 (Smith), 8-10 ≃ 5-6 (Britz.). Tenuis, fragilis. Pileus aquosus, e fusco cinereoque albicans. Certe Clusii Pern. gen. VIII. Sterb. t. 16. H.

14. **Collybia repens** Fries Obs. I. pag. 14, Icon. t. 61, Hym. Eur. 741
pag. 110, Berkl. Outl. pag. 114, Secr. n. 751. — Pileo carnosiore, depresso stipite; cavo, compresso, apice pruinato, mycelio loriformi repente; ceteris præcedentis.

*Hab.* inter folia dejecta etc. in Europa. — ***C. spuria** Bres. in Hedw. 1885, p. 133. — Recedit a forma typica pileo in medio saturatius colorato, lamellis postice semper exacte sinuatis, nunquam rotundatis, non ultra 8-12 mm. latis; nec Fibrillaria, nec mycelium simile adest. — Gregatim ad terram in silva Vidor in Slavonia.

15. **Collybia semitalis** Fr. S. M. I, pag. 117, Icon. t. 62, Hym. Eur. 742
pag. 110, Cooke Ill. t. 292, Buxb. Cent. IV, t. 14 (major ex habitu bona). (Cfr. *A. Buxbaumii* sub Pratellis). Affinis videtur Secr. n. 759. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, obtuso, glabro, udo; stipite fibroso, farcto, fibrilloso-striato, præmorso, cute cartilagineo-membranacea; lamellis obtuse annulato-adfixis (denticulo decurrente), distantibus, distinctis, albis, dein tactuque nigricantibus.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileus 6-11 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Subcartilaginea, sat tenax. Pileus nunc lividus albicansve, siccus isabellinus, nunc e fuligineo-livido albidus, margine patente demum striato. Caro alba. — ***C. trigonospora** Bres. F. Trid. pag. 30, t. XXXIV, f. 1. Pileo carnoso, e convexo campanulatove expanso, depresso, umbrino-nigricante, haud expallente, ætate piceo-atro, sicco, glabro vel in junioribus griseo-pruinato, margine sæpe lobato primitusque involuto, pubescente, 3½-7 cm. lato; stipite ex albido griseo-nigricante, fibrilloso, apice pruinato, glabrescente, tereti. vel compresso e farcto subcavo, substantia spongioso-fibrosa prædito, basi generatim attenuato, albo, tomentoso et fasciculatim conjuncto, 2½-5 cm. longo, 5-15 mm.

crasso; lamellis subconfertis, postice subdecurrentibus vel inæqualiter sinuato-adnatis, cinereo-fuligineis, succosis, tactu e cœruleo-nigricantibus, ætate venoso-conjunctis; sporis hyalinis, triangularibus, granulosis vel 1-guttulatis, 9-10 ≃ 5-6; basidiis clavatis 30-40 ≃ 7-10 carne albido-grisea, fracta in junioribus nigrescente, sicca nigra, inodora, sapore atramentario. In silvis coniferis in series elongatas cæspitose crescens, Val di Sole Trid. — Teste cl. Bresadola *Clitocybis difformibus*, prouti etiam forma typica, omnino adscribenda.

16. **Collybia leucophæata** Karsten in Flor. Fenn. Notis. IX, pag. 336, Fr. Hym. Eur. pag. 111. — Pileo convexo-plano, obtuso, levi, tomentoso, canescente-griseo; stipite farcto, æquali, striato, fibrilloso, basi hirsuto; lamellis adnatis, sordide albidis, tandem fumoso-pallidis. 743

*Hab.* in dumetis humidis Fenniæ. Stipes 4-7 cm. longus. Pileus 6-8 cm. latus. Fracta cærulescit et demum nigrescit. Sporæ ellipsoideæ 6-8 ≃ 3-4. Odor et sapor nulli. Affinis videtur præcedenti.

17. **Collybia lentiniformis** Karst. Hattsv. I, p. 142. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, umbilicato aut depresso, irregulari, levi, glabro, rufescenti; stipite fistuloso, striatulo vel fere levi, apice incrassato et sericello, interdum torto, albido, tactu demumque nigrescenti; lamellis rotundato-adnexis vel subliberis, confertis albidis, dein nigrescenti-maculatis; sporis ellipsoideis, utrinque attenuatis, uniguttulatis, luteolo, seu chlorino-hyalinis, 10-11 ≃ 4-6. 744

*Hab.* supra terram juxta vias in pineto Syrjöäs prope Mustiala, mense sept. Species valde insignis, forma coloreque *Lentino cochleato* sat similis. Solitaria aut sæpius subcæspitosa. — Pileus irregularis, margine repando, udus, siccus nigrescens, circiter 6 cm. latus; stipes æqualis, apice ultimo incrassato sæpeque compresso, 6 cm. circiter longus; lamellæ integerrimæ, postice latissimæ.

18. **Collybia concolor** Del. in Seyn. Montp. pag. 143, Fr. Hym. Eur. pag. 111. — Ex albo argillacea; pileo carnoso, ex umboniformi expanso, levigato, rarius squamoso; stipite solido, æquali, glabro; lamellis adnexis, quaternatis, pallescentibus. 745

*Hab.* circa Monspelium in Gallia. — Species videtur distincta, licet incomplete descripta, ex affinitate *C. fusipedis*. Vulnerata colorem haud mutat. Sapor dein amaricans.

19. **Collybia loripes** Fr. Epicr. pag. 83, Hym. Eur. pag. 111. — Cæspitosa, fragilis; pileo carnoso, e convexo expanso, flexuoso, laxo, 746

flavo-rufescente, levi, glabro; stipite subcavo, flexuoso, fibrilloso-striato, pallido; lamellis rotundato-liberis, latis, subconfertis, albido-sulphureis.

*Hab.* in truncis arborum frondosarum, Scaniæ raro, sed densis cæspitibus insignis. — Stipes mollior, 8–10 cm. longus, 6–8 mm. crassus, rufescens. Pileus laxus, junior infractus, 8–10 cm. latus, flavo-rufescens.

20. **Collybia tabescens** Scop. p. 446 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 111, 747
*A. socialis* Dec. Fl. fr. VI, pag. 48, Seyn. Montp. p. 142. — Cæspitosa, tenax; pileo carnoso, planiusculo, fulvo, disco saturatiore squamuloso, margine involuto; stipite e farcto cavo, æquali, pallido, basi rufo-nigricante; lamellis decurrentibus (?), rufescentibus.

*Hab.* ad truncos Quercus Ilicis in Europa. Ob lamellarum colorem ad Flammulas relata; ex Delile sporæ albæ et ex Seynes *Cl. contortæ* maxime affinis.

21. **Collybia fusipes** Bull. t. 106, 516, f. 2 (*Agar.*), Sowerb. t. 129, 748
Krombh. t. 42, f. 9-11, Fl. Dant. t. 1607, Berk. Outl. t. 5, f. 5, Price f. 85, Hoffm. Ic. Anal. t. 4, Fr. Hym. Eur. p. 111, *A. crassipes* Schaeff. t. 87, 88. *A. ilicinus* Dec. Fl. fr. VI, pag. 48, Vaill. Par. 66, n. 37. — Subcæspitosa, tenax; pileo carnoso, convexo-explanato, glabro, levi rimosove, umbone evanescente; stipite e farcto cavo, tumido, sulcato, basi fusiformi-radicato; lamellis annulato-adnexis, secedentibus, latis, distantibus.

*Hab.* ad truncos præcipue Quercus in Europa. — Pileus 4 cm. vel ultra latus; stipes 6–16 cm. longus, 1–2½ cm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 4–6 ≃ 3–4. Pileus rufescenti-vaccinus, expallens, quoque lamellæ submaculatæ. Teste Trog extat var. *alba*, quæ forte *A. cryptarum* Letell.

22. **Collybia œdematopoda** Schaeff. t. 259 (*Agar.*), Fr. Hym. p. 112, *A.* 749
*fusiformis* Bull. t. 76, Weinm. Ross. p. 71 eoque teste *A. bulbosus* Pall. Ross. I, t. 9, f. 2. — Subcæspitosa; pileo e conico applanato, rufo-spadiceo stipiteque valido, ventricoso, fibrilloso pulverulentis (ut in *A. cryptarum* Let.); lamellis pallidis; ceteris præcedentis.

*Hab.* ad truncos in Europa. — Pileus 4 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 13 mm. crassus. Lamellæ decurrentes videntur abnormes. *A. daucipes* Pers. recedit pileo squamuloso.

23. **Collybia contorta** Bull. t. 36 (*Agar.*), Weinm. p. 74, Kickx p. 147, 750
Fr. Hym. Eur. pag. 112, Paulet Ch. t. 50, Batt. t. 9, f. F. — Cæ-

spitoso-connata; pileo stipiteque tortuoso tenuioribus; lamellis confertioribus, albis; ceteris præcedentis.

*Hab.* ad truncos in Europa. — Pileus 4 cm. latus, stipes 10 cm. longus.

24. **Collybia ærina** Quél. Quelq. esp. II, p. 2, t. VI, f. 2. — Pileo 751
convexo, depresso, 3 cm. lato, tenui, leniter tomentoso, olivaceo vel æreo, margine viridulo; stipite fibroso-carnoso, apice cavo, inferne attenuato, striato, fibrilloso, citrino, dein flavido, e mycelio reticulato, fibrilloso flavoque exsurgente; lamellis sinuatis, uncinatis, ventricosis, crassis, distantibus, sæpe anastomosantibus vel ramosis, citrinis, demum margine rufis et pruina alba adspersis; sporis ovoideis, 8-9 $\mu$. longis, albidis.

*Hab.* gregarie sub Pinis, La Rochelle Galliæ (G. Bernard). Autumno.

25. **Collybia præceps** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo e convexo umbilicato, virgato, rufo; stipite deorsum attenuato, pruinoso; lamellis albidis adnatis.

*Hab.* New England (Murray), Car. inf. Amer. bor. (Curtis). — 752
Pileus 5-10 cm. latus, subcarnosus, undulatus, centro fuscus, delicate atque regulariter striatus; caro mollis alba; stipes 8-10 cm. longus, 6 mm. crassus, contortus, flexibilis, fibrosus laxe medullatus; lamellæ crassiusculæ aliquantulum ventricosæ, acute adnatæ, Acies demum inæqualis, superficies rugosa, interdum brunneo-striata. Affinis *Col. fusipedi.*

26. **Collybia lancipes** Fr. Epicr. pag. 83, Hym. Eur. pag. 112. *A. fu-* 753
*siformis* Krombh. t. 42, f. 6-8 exacte staturam sistit, sed color alienus. — Rigida; pileo carnoso, e convexo applanato, umbonato, radiato-rugoso, glabro, margine striato; stipite farcto, striato, deorsum fusiformi-attenuato lamellisque emarginato-adnexis, secedentibus, latis, crassis, distantibus, venoso-connexis, carneis, immaculatis.

*Hab.* ad terram Sueciæ mediæ et Germaniæ raro. — Nobilis, major, colore totius carneo-pallido *Myc. purcæ.* Medulla stipitis e fibris crispatis. Figuram citatam ad *C. crassipedem* ducit Seynes. Figuræ Pauletii t. 48, 49, f. 2, ad *C. crassipedem* relatæ, quoad colorem differunt ut *C. fusiformis* et *lancipes*, et hinc has jungendos censeo.

**) Lamellis confertis, angustis.

27. **Collybia maculata** Alb. et Schwein. p. 186 (*Agar.*), Fr. El. I, p. 17, 754

Hym. Eur. pag. 112, Cooke Ill. t. 142, Secr. n. 792, Weinm. Ross. pag. 72, Hussey II, t. 60, *A. rubiginosus* Schum. *A. carnosus* Sowerb. t. 246. — Pileo carnoso, compacto, convexo-plano, obtuso, levi, glabro; stipite valido, ventricoso, striato, deorsum attenuato, præmorso-radicato; lamellis liberis, confertissimis, linearibus, albis.

*Hab.* inter ramenta Pini et locis humidis pinetorum in Europa. — Pileus plerumque 8-11, raro usque 16 cm. latus, stipes 8-16 cm. longus, 8-14 mm. crassus; sporæ subsphæroideæ 4-6 $\mu$. diam. *Coll. fodiens* Kalchbr Ic. t. XXXVI, f. 2, huc verisimiliter spectat ex Karst. Symb. Fenn. IX, pag. 41, et Quélet. Firma, acidula, alba, rufo-maculata pileusque demum rufescens.

28. **Collybia scorzonerea** Batsch f. 14 (*Agar.*) nullam melius refert. 755
Fr. Hym. Eur. p. 113. — Minor, flavicans; stipite longo, radicato (sæpe flexuoso); lamellis flavidis; ceter. præced.

*Hab.* cum priore. — Pileus interdum rore sericeo obductus,

29. **Collybia nephelodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 521. — 756
Pileo hemisphærico, centro leviter depresso, subfulvo, nebuloso, estriato; stipite recto, glabro, fistuloso; lamellis latis, albidis, truncatis leviter adnatis.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; caro sub cuticula ochraceo-brunnea; stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus, fere albus; lamellæ 8 mm. latæ, pallide stramineæ. Affinis *Col. maculatæ*. Pileus singulariter vestitus; sporæ oblongæ, 13 ≃ 6.

30. **Collybia stereocephala** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — 757
Pileo convexo, late umbonato, firmo, brunneo-albo; stipite farcto, candido, basi bulboso; lamellis albis, adnatis, utrinque rotundatis.

*Hab.* ad terram inter acus abitum in silvis humidis, Amer. bor. (Sprague). — Pileus 5 cm. latus; caro alba, compacta, dura; stipes 8 cm. longus, 8 mm. crassus extus fibroso-cartilagineus, fibris sericeis farctus; lamellæ moderate latæ. Affinis *Col. maculatæ*.

31. **Collybia Spragueii** B. et C. Ann. Nat. Hist. Art. 1859. — Alba; 758
pileo umbonato, carnoso, sericeo-nitente stipiteque cavo glabris; lamellis, angustis, adnatis, crispatis.

*Hab.* in truncis cariosis in nemoribus umbrosis, New England Amer. bor. (Sprague). — Pileus 10-13 cm. latus; stipes 11-13 cm. longus, filamentosus; rimosus, incurvus ob pilei pondus; lamellarum acies minute undulata. Affinis *Col. maculatæ*.

32. **Collybia prolixa** Fr. in Fl. Dan. t. 1608, Fr. S. M. I. p. 120, Hym. 759

Eur. pag. 113, *A. megaleus* Pers. M. E. 3 p. 170 (expallens). — Pileo carnoso, convexo-explanato, gibboso, laxo, levi, glabro; stipite solido, valido, subæquali, præmorso, sulcato, testaceo; lamellis liberis, confertis, integerrimis, albis, immaculatis.

*Hab.* inter ramenta lignea in Europa raro. — Magna, spithamæa usque, stipite firmo sæpe scrobiculato, 13 mm. vel ultra crassos; pileo fragili, testaceo-ferrugineo, expallente, 10 cm. lato.

33. **Collybia distorta** Fr. Epicr. pag. 84, Hym. Eur. pag. 113, Icon. t. 63, f. 1, Cooke Ill. t. 282, Berkl. et Br. n. 1205. — Pileo carnoso, convexo-expanso, laxo, obtuse umbonato, glabro, levi, expallente; stipite subcavo, a basi ventricosa, tomentosa attenuato, subtorto, sulcato, pallido; lamellis leviter adnexis, subternatis, angustis, confertissimis, albis, dein rubiginoso-maculatis. 760

*Hab.* ad truncos Pini gregaria in Europa. — Pileus 4-9 cm. latus, 9-12 cm. longus, $1^1/_2$ cm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 6 ≃ 4. In pinetis montosis Sueciæ copiose. *C. fusipedi* proxima, sed *Col. butyraceæ* simillima; pileo lato, laxo, stipite tenuiore, fragili, torto, pallido lamellisque maculatis distinctissima.

34. **Collybia butyracea** Bull. t. 572 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 121, ubi syn. Hym. Eur. p. 113, Weinm. Ross. p. 73, Berk. Outl. p. 115, Buxb. Cent. IV, t. 5, f. 1, Batt. t. 16, C. — Pileo carnoso, convexo-expanso, umbonato, levi, glabro, udo, expallente, carne albicante; stipite subfarcto, cartilagineo-corticato, conico, striato, obscure rufescente; lamellis subliberis, confertis, crenulatis, albis. 761

*Hab.* vulgatissima in silvis Europæ, Sibiriæ, Africæ, austr. et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 7-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ ellipsoideæ vel sphæroideo-ellipsoideæ, 7-9 ≃ 4-5. Color pilei mollis valde mutabilis. Cfr. Fr. Obs. 2, pag. 123, Secr. n. 658-662, inclusis forsan subsqq. Normaliter badio-rufa, sed vario modo pallescens: *A. lejopus* Pers. Ic. pict. t. 2, f. 1-3 (minime *A. asemus*). Interdum totus stipes villosus: *A. trichopus* P., vulgo nudus: *A. leucophyllus* P.

35. **Collybia aurorea** Fr. Hym. pag. 113, *A. leucophyllus* Larber. t. 12, f. 1, Secr. n. 664. — Pileo tenuiore, margine striato, carne rufescente; stipite cavo. 762

*Hab.* in Europa australi. — Videtur diversa a præcedente.

36. **Collybia phæopodia** Bull. t. 532 (*Agar.*), f. 2, Fr. S. M. I. p. 122, Hym. Eur. p. 113, Secr. n. 663. — Pileo carnoso, convexo-explanato, levi, glabro, udo, umbone evanescente, carne fuscescente; stipite 763

farcto, cartilagineo-corticato, glabro, utrinque incrassato, atro-fusco; lamellis subliberis, confertis, integerrimis, albis.

*Hab.* in silvis Europæ. — Pileus 6-8 cm. latus, stipes æque longus. Priori valde affinis. Pileus brunneo-fuscus, fere nigricans, non hygrophanus.

37. **Collybia Ephippium** Fr. Epicr. pag. 85, Hym. Eur. pag. 114. — 764
Pileo submembranaceo, convexo-plano, obtuso, discoideo, viscoso, ad medium striato; stipite cavo, cartilagineo-glabro, striato, sursum attenuato, albo; lamellis obtuse adnatis, venoso-connexis, subcrispis, candidis.

*Hab.* in silvis Europæ, raro. — E priorum fœdere mediante Secr. n. 662, sed tenuior, rigens, fragilis, pileo non hygrophano, 5-8 cm. lato, disco fusco, margine albicante. Stipes interdum compressus; sporæ 8-9 $\mu$. longæ.

38. **Collybia asema** Fr. S. M. I. pag. 121, Hym. Eur. pag. 114, Weinm. 765
Ross. pag. 73. — Pileo carnoso, tenui, umbonato, hygrophano, margine, striato, carne aquosa inferne corneo-grisea; stipite fistuloso-cavo, fere æquali, striato, livido; lamellis liberis, confertis, linearibus, integerrimis, albidis.

*Hab.* inter folia decidua præcipue Fagi in Europa. — Pileus 5 cm. circiter latus lividus, siccus albicans, hinc formis pallentibus *C. butyraceæ* accedens, sed tenuior, haud rufescens etc.; stipes 5 cm. longus, 7 mm. crassus,

39. **Collybia stridula** Fr. Epicr. pag. 85, Icon. t. 62, f. 2, Hym. Eur. 766
pag. 114. — Pileo carnoso, molli, convexo-explanato, levi, udo, hygrophano; stipite subfistuloso, cylindrico, stricto, rigido-fragili, fibrilloso-striato, livido-fusco, basi incrassato, præmorso; lamellis arcuato-adnexis, confertis, candidis.

*Hab.* ad terram minime raro (cum *Trich melaleuco* forsan confusa), in Europa, Sibiria et Africa austr. Stipes tenuis, subcorneus. Pileus e nigricante vel fuligineo expallens circiter 8 cm. latus; sporæ 8-10 $\simeq$ 4, asperulæ. Affinitas *A. cornei* Weinm. Ross. pag. 639 probabilis.

40. **Collybia pulla** Schaeff. t. 250 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 114 (modo 767
solitaria). — Pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso obtuso, levi, glabro, hygrophano; stipite subcavo, torto, striatulo, molli, nudo lamellisque adnexis, latiusculis, transversim pellucido-striatis albidis.

*Hab.* ad truncos Betulæ, vulgo cæspitosa, nobilissima, sed rarius in Smolandiæ montanis lecta. Stipes præmorso-radicatus, fissilis,

cuticula molli polita, non discreta. — Pileus fragilis, recens badio-purpureus, siccus fusco-pallidus. Sporæ 10 $\mu$. l. Exoleta albida *Bolt.* t. 15 huic proxima videtur.

41. **Collybia xylophila** Weinm. in Linn. X, pag. 54, Fr. Monogr. II, pag. 289, Icon. t. 63, f. 2, Hym. Eur. pag. 114, Cooke Ill. t. 202. — Pileo subcarnoso, campanulato, laxo, dein expanso, late gibbo, glabro; stipite cavo, æquali, subflexuoso, fibrilloso-striato, albido; lamellis adnatis, perangustis, confertissimis, albis. 768

*Hab.* in Ulmis vetustis cariosis, in Europa, vulgo cæspitosa. Stipes 5-8 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Pileus explanatus, 8-10 cm. latus, albidus, disco fusco-rufescens.

42. **Collybia ramosa** Bull. t. 102 (*Agar.*) (nostro major). Fr. S. M. I. p. 95, Hym. Eur. p. 115, Paul. Ch. t. 111, f. 3, *A. umbilicatus* Scop. — Candida; pileo carnoso, convexo-explanato, obtuso depressove, levi stipiteque farcto, subæquali, striatulo, radicato glabris; lamellis adnexis, secedentibus, confertis, integerrimis. 769

*Hab.* ad truncos Ulmi raro in Europa. Insignis, ut plurimum connato-cæspitosa; stipes gracilis, adscendens. — Pileus orbicularis, leviter expallens, 6 cm. latus.

43. **Collybia strumosa** Fr. Epicr. pag. 86, Hym. Eur. pag. 115, Quél. pag. 58. Cfr. Secr. n. 671, sed variis notis videtur diversa. — Alba; pileo tenui, convexo, irregulari, subflexuoso, glabro, margine primo inflexo villoso; stipite cavo, æquali, flexuoso, crispato-bullato-undulato striatoque; lamellis secedentibus, confertis, integerrimis. 770

*Hab.* in pinetis, locis humidis, umbrosis, muscosis in Suecia et Germania. Olida. Stipes tenax, tortus, 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus. Pileus vix $2^1/_2$ cm. latus, udus lacteus, siccus candidus.

44. **Collybia globularis** Weinm. in Linn. 1835, pag. 54, Ross. pag. 663, Fr. Hym. Eur. pag. 115. — Alba; pileo carnosulo, globoso, disco demum plano, subumbilicato, glabro, margine rotundato-incurvo; stipite e farcto fistuloso, striatulo, apice flocculoso, basi tomentoso; lamellis adnatis, confertis, latis. 771

*Hab.* in pratis muscosis Petropoli. — Tenax, firmula. Pileus 12-25 mm. latus, stipes 2-4 mm. crassus, radicatus.

45 **Collybia podagrosa** Berk. Dec. n. 260. — Pileo convexo, carnoso, fortiter incurvato, glabro, rufo-carneo; stipite valido, ventricoso, fibrilloso-striato, solido, concolore; lamellis angustis, distantibus, decurrentibus, incarnatis. 772

*Hab.* ad terram argillosam, Sinchul Indiæ (2400 m. alt.) (Hook.).

— Pileus 2½ cm. latus rubro-brunneus nitens vel incarnatus; stipes 8 cm. longus, 2 cm. crassus, striatus; lamellæ breviter decurrentes. An *Clitocybe?*

II. Vestipedes. Stipite tenui, æquali, fistuloso aut medullato, levi, velutino, floccoso aut pruinoso.

*) Lamellis latis, subdistantibus.

46. **Collybia velutipes** Curt. Lond. 4, t. 70 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 119, ubi syn. et varr. Hym. Eur. pag. 115, Bolt. t. 135, Sow. t. 384, f. 3, Krombh. t. 44, f. 6-9, *A. austriacus* Tratt. Austr. t. 7, Batsch f. 112 (var.), Kickx pag. 118 cum var. Batt. t. 22 C. (duæ in descr. commixtæ). — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, obtuso, glabro, viscoso; stipite farcto, velutino, badio-nigricante, radicato; lamellis adnexis, distantibus, lutescentibus. 773

*Hab.* vulgata ad truncos Salicis, Fagi etc. in Europa, Sibiria et Americ. fœder. — Pileus 2½–8 cm. latus, stipes 6 cm. vel ultra longus, sporæ ellipsoideæ 6–9 ≃ 4–5. Serotina per omnem hiemem persistens, subcæspitosa, vulgo adscendens, subexcentrica; pileo fulvo. Var. **rubescens** Cooke Ill. t. 650. — Pileo viscido, 2 cm. lato, ferrugineo-brunneo, obscure striato; stipite ut in typo, velutino, obscure brunneo interne nigricante, sursum vero albido; lamellis demum brunneo-maculatis. Inter folia pinea in Britannia (W. G. Smith).

47. **Collybia lactea** Quél Assoc. Fr. 1880 pag. 3. — Pileo convexo, 2–3 cm. lato, rivuloso, viscoso, lacteo, margine puberulo et leniter striato; lamellis emarginatis, latis, albis; stipite velutino albo; sporis allantoideis, aculeolatis, 10 μ. longis. 774

*Hab.* in truncis, cæspitosa, Jura Galliæ.

48. **Collybia amabilipes** Peck in Bot. Gaz. 1879 pag. 216. — Pileo tenui, convexo vel expanso, glabro, madore, flavo-rufo et margine striatulo, sicco vero rubiginoso-brunneo vel castaneo; stipite æquali, cavo vel farcto, velutino, brunneo; lamellis latis, non confertis, subventricosis, basi rotundatis, pallide flavis, venoso-connexis; sporis ellipticis 7 μ. longis. 775

*Hab.* in lignis putresceutibus, Sheboygan Wisconsin (J. J. Brown) *C. velutipedi* proxima, 5–8 cm. alta; pileus circ. 2 cm. latus; stipes 2,5–5 mm. crassus.

49. **Collybia elastica** Lasch in Bot. Zeit. 1857, pag. 171. — Cæspitosa, subcartilaginea, alba; pileo tenui-carnoso, convexo, obtuso, viscoso, margine inflexo; stipite fistuloso, e ventricoso brevi, dein elongato, sulcato, floccoso puberulo, pallescente, basi fusiformi-ra- 776

dicato; lamellis arcuato-adnexis, latis, subdistantibus, crassiusculis, integerrimis; sporis oblongis, albis.

*Hab.* ad radices putridas Salicis pr. Driesen in Germania. — *C. velutipedi* Curt. proxima.

50. **Collybia talpina** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 6. — Flavida; pileo 777
tenui stipetique basi strigoso-radiato subtiliter velutinis; lamellis angustis simis, adnexis.

*Hab.* in lignis putrescentibus, in ins. Bonin — *C. velutipedi* proxima.

51. **Collybia tenuipes** Schw. Syn. Am. n. 92. — Pileo ferrugineo- 778
spadiceo, tenui, 2-3 cm. diam. submembranaceo nec carnoso, margine striato; lamellis latiusculis pallidis; stipite, apice lamellis concolore, longissimo, 15-30 cm. longo radicato, deorsum subattenuato, crassitie pennæ corvinæ, velutino, substriato et versus basim flexuoso; pilei centro depresso et subumbonato.

*Hab.* intor folia putrescentia Bethlehem. Amer. bor. — Affinis *C. velutipedi*, sed differt contextu pilei. Solitarie crescit.

52. **Collybia clara** B. et Br. Journal Linn. Soc. XI, pag. 522. — 779
Pileo convexo fulvo, cuticula gelatinosa margine, inflexo; stipite subæquali glabro; lamellis tenuibus ventricosis, postice attenuatis flavis.

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus, stipes 4 cm. longus. Stricte affinis *Col. velutipedi.*

53. **Collybia chrysoropha** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 521. — 780
Pileo convexo, tenui, croceo lineato; stipite æquali, pallidiore, e farcto cavo; lamellis pallidis, distantibus, dente adnatis.

*Hab.* in lignis mortuis, Peradenya, Ceylon, Indiæ (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm.circi ter latus, interdum minuta papilla centrali præditus, aurantius, fusco-striatus; caro alba; stipes $2^1/_2$ cm. longus, basi truncatus; lamellæ liberæ, pallidissime stramineæ. Affinitas cum *Col. velutipede* manifesta, sed stipes glaber.

54. **Collybia melinosarca** Kalchbr. in Grevillea. — Forma ad *C.* 781
*fusipedem*, indumento stipitis ad *C. velutipedem* accedens; solitaria vel gregaria, firma, inodora, rufo-vaccina; pileo carnoso, e convexo plano, vix umbonato, pro ratione parvo, pollicari et ultra, levi, glabro, rufo-brunneo; stipite rigido, tenace, farcto, extus eximie cartilagineo, 3-8 cm. longo, 5-6 mm. crasso, e basi ventricosa radice fusiformi caudato vel toto fusiformi, pulverulento-tomentoso, fulvo-ferrugineo; lamellis emarginato-subliberis et se-

cedentibus, firmis distantibus, pileo pallidioribus; carne flava.

*Hab.* in silvis, ad pedem montis Boschberg Africæ austr.

55. **Collybia pilularia** Mont. Syll. Crypt. n. 345. — Pileo hemisphæ- 782
rico, carnosulo, brunneo, levi; stipite incurvo fistuloso; lamellis latiusculis, adnatis, dente uncinatis, pallide ochraceis; sporis albis globosis.

*Hab.* in ligno dejecto mucido, octobri, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 292). — Cæspitosa; pileus 6-8 mm. altus, 12-15 mm. latus, levis; stipes pallidior, incurvus, basi compressa decumbente flocculosus, siccus striatus et fragilissimus, 1-2 cm. longus, mm. crassus; lamellæ tridymæ, ceraceæ, majores simulque latiores stipiti adnatæ et eidem dente decurrentes, ceterum semilanceolatæ, antice acutæ, e pallido ochraceæ, ⅛ mm. crassæ. Hymenium 20 μ. crassum, e cellulis (an basidiis?) longe clavatis compositum; sporæ globosæ, albæ, 4 μ. diam. — Habitu et modo crescendi, stipitibus scilicet coalitis ascendentibus, *C. velutipedi* subsimilis, a qua tamen iisdem glabris et fistulosis maxime recedit.

56. **Collybia verticolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 522. — 783
Pusilla, albida; pileo convexo, subcarnoso, estriato; stipite æquali solido, e basi floccosa oriundo; lamellis adnatis.

*Hab.* ad cortices emortuos, Peradenya, Ceylon, Indiæ (Thwaites). — Gregaria; pileus 13 mm. latus, margine extremo fulvus, sicuti totus fungus per exsiccationem, pulverulentus; stipes 18 mm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ moderate latæ, adnatæ vel leviter adnato-decurrentes. Affinis, quamvis remote, *Col. velutipedi.*

57. **Collybia rheicolor** Berk. Ann. N. Hist. III, p. 376. — Rhabarba- 784
rina; pileo tenui, demum umbilicato, centro rugoso, striato; stipite elongato tenui pube velutina subfascicula vestito; lamellis latiusculis adnato-decurrentibus, interstitiis venosis, basi velutinis.

*Hab.* ad truncos arborum in Brasilia et Venezuela, Cuba, Minas. — Pileus 5 cm. latus; margo sulcatus, striatus; stipes 20 cm. longus, 4 mm. crassus. Affinis *Col. velutipedi.*

58. **Collybia laxipes** Fr. Epicr. pag. 86, Hym. Eur. pag. 115, Cooke 785
Ill. t. 184, B., Quél. Jur. II, pag. 330, t. 2, f. 2, Batt. t. 9, f. 5. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, glabro, udo; stipite farcto, rufo-velutino, laxo, longissimo; lamellis secedenti-liberis, distantibus, latis, ventricosis, lacteis.

*Hab.* ad frustula lignea in Europa. — Stipes rigens. Pileus parvus, lacteus. Eximia species.

59. **Collybia mimica** Sm. in Stev. Brit. Fungi I, pag. 103, Cooke Ill. 786

t. 129. — Pileo levi, cuticula separabili prædito, pallide brunneo-flavido; stipite basi fibrilloso, medio fibrilloso-striato, apice subnudo vel pruinoso; lamellis latissimis, subdistantibus, tenuibus, albis; sporis ellipsoideis.

*Hab.* in rasuris silvarum in Britannia. — *Naucoriam Cucumerem* omnino refert, sed leucospora.

60. **Collybia declinis** Weinm. Ross. pag. 660, Fr. Hym. Eur. p. 116. — 787
Pileo carnosulo, e conico campanulato, umbonato, udo, demum rimuloso; stipite floccoso-farcto, æquali, albo, apice flocculoso-pulverulento; lamellis vix adnexis, subdistantibus, albo-pallidis, acie flocculoso-crenulatis.

*Hab.* in pinetis Europæ basi cohærens, subcæspitosa, sed rara. — Pileus dilute fuscus, $2^1/_2$–6 cm. sæpe fissus. Stipes 6 cm. et ultra longus, 4–6 mm. crassus. Affinitas dubia.

61. **Collybia floccipes** Fr. Epicr. pag. 87, Hym. Eur. pag. 116. — 788
Pileo carnosulo, e campanulato convexo, umbonato, levi, expallente; stipite fistuloso, stricto, radicato, pallido, squamulis floccosis, punctiformibus, nigris exasperato; lamellis adnexis, ventricosis, subdistantibus, crassis, albis.

*Hab.* ad terram et truncos in fagetis Europæ serotina, rara. Habitus Mycenæ v. *C. plexipedis*, pileo nigro-fuligineo livescente.

62. **Collybia trochila** Fr. Epicr. pag. 87, Hym. Eur. pag. 116. — 789
Pileo carnosulo, convexo, glabro, umbilicato-depresso, discoideo, hyalino-striato; stipite levi, fistuloso, longo, rigido, superne pulverulento, albo, inferne subtiliter tomentoso, nigro-fusco, radice fibrillosa aucto; lamellis adnatis, distantibus, angustis, integerrimis, albis.

*Hab.* in humo silvarum Europæ gregaria. (Lasch, e cujus ic. et descr. valde insignis, *C. lupuletorum* proxima). Tenax, insipida, inodora. Stipes 6–11 cm. longus, vix 2 mm. excedens; pileus $2^1/_2$ cm. latus usque, fuscus v. fusco-pallidus, disco sublivente; lamellæ ob pileum depressum passim denticulo decurrentes.

63. **Collybia luteo-olivacea** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — 790
Parva, luteo-olivacea; pileo convexo-umbilicato, glabro, tenui; stipite leviter fistuloso, subtiliter furfuraceo, flexuoso; lamellis adnatis.

*Hab.* ad truncos vetustos in silvis humidis Amer. bor. (C. I. Sprague). — Pileus 12 mm. latus, udus opacus, siccus nitens; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus sordide ochraceus; lamellæ confertæ pileo concolores, modice latæ; sporæ subellipsoideæ. Affinis *Col. trochilæ*.

64. **Collybia vertirugis** Cooke Handb. Brit. l, pag. 57, Ill. t. 149. Fr. 79
Hym. Eur. p. 116, *A. undatus* Berk. Engl. Fl. V, p. 51, Outl. pag. 117. — Pileo carnosulo, tenaci, e campanulato expanso, radiato-rugoso, subpulverulento, fusco-cinereo; stipite fistuloso, sericeo, basi strigoso; lamellis adnatis, subdistantibus, venoso-connexis, albo-lutescentibus.

*Hab.* ad radices emortuas filicum in Europa et ad ligna uda fabrefacta in ollis plantarum Bonariæ Amer. merid. (Spec.). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 5-6 cm. longus, filiformis; basidia elongato-clavata, 40-50 = 8-10, apice truncato-rotundata, tribus sterigmatibus conicis, sporas subæquantibus ornata; sporæ ellipticæ, sæpe inæquilaterales, granuloso-farctæ, hyalinæ, 8-12 = 4-5.

65. **Collybia disjungenda** Karst. Symb. Myc. Fenn., *Ag. vertirugis* 792
Karst. Myc. Fenn. III, pag. 68, nec Cooke. — Pileo carnosulo, tenace e campanulato expanso, 1,5 cm. lato, radiato-rugoso, subpulverulento, lutescente; stipite fistuloso, basi strigoso, ferrugineo-fusco, squamuloso-granuloso, 13 cm. long.; lamellis subdistantibus, venoso-connexis, albis.

*Hab.* inter acus Pini, Mustiala Fenniæ.

66. **Collybia stipitaria** Fr. S. M. I, pag 138, Hym. Eur. pag. 116, 793
Cooke Ill. t. 149, Lasch n. 159, Secr. n. 740, Hussey I, t. 68, *A. scabellus* Alb. et Schw. t. 9, f. 6, non S. M. *A. cauticinalis* Bull. t. 522, f. 2, (var. insignis) non With., Sow., Sw. etc. — Pileo carnosulo, convexo-plano, umbilicato, velutino-squamuloso fuscove-fibrilloso; stipite e farcto fistuloso, tenaci, spadiceo, hirto-fibrilloso; lamellis secedente-liberis, ventricosis, subdistantibus, albis.

*Hab.* ad stipites, radices graminum gregatim in Europa, Amer. bor. et merid., copiose in regionibus campestribus ut Lundæ, Lincopiæ, Upsaliæ, numquam in montanis et silvaticis. — Pileus 8-11 mm. latus; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ 8-9 $\mu$. l. Valde insignis, parva, pileo albido, sæpe discoideo, habitu *Marasmii*, v. c. *perforantis*.

67. **Collybia poigena** Berk. et C. N. Pac. Exp. n. 9. — Fusca; pileo 794
hemisphærico, striato, glabro; stipite insititio, deorsum velutino; lamellis adnexis, subdistantibus.

*Hab.* in graminibus emortuis, Hong-Kong. — *C. stipitariæ* similes.

68. **Collybia zonata** Peck 24 Rep. Mus. N. Y. p. 61. — Pileo tenui, 795
carnoso, convexo, demum expanso vel leviter depresso, umbilicato, piloso-tomentoso, fulvo obscure fusco-zonato; lamellis angustis,

confertis, liberis; stipite æquali, firmo, cavo, tomentoso-fibrilloso, brunneo-fulvo; sporis subellipsoideis, 5 μ. long.

*Hab.* ad basim Ulmi, Albany, New Jersey, Amer. bor. — Cæspitosa, statura $2^1/_2$–5 cm. adæquans; pileus 12-24 mm. latus, stipes 2 mm. crassus. — Affinis *Col. stipitariæ* sed maior atque crescendi modo differens.

69. **Collybia homotricha** Berk. in Hook. Lond. Journ. III, p. 410. — Pileo hemisphærico, demum plano-subcarnoso, pilis brevibus, radiantibus, mollibus, fasciculatis vestito, glabrescente; stipite gracili, velutino coriaceo; lamellis distantibus, leviter adnexis, crassiusculis. 796

*Hab.* ad pedunculos putres Vitis, et ad radices varias, Uitenhage, Ceylon Indiæ (Gardner, Zeyher). — Pileus 6 mm. latus primum globosus, velutinus, demum expansus, plus minus zonatus; stipes 12–18 mm. longus, vix 2 mm. crassus, fibris candidis nitentibus sericeis contextus; lamellæ leviter ventricosæ, ochraceæ. — Affinis *Col. stipitariæ*, præsertim. var. *graminicolæ*. Color siccitate in pallidum fulvum abit.

70. **Collybia stupparia** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 285. — Pileo e convexo plano, subcostato, tenui, subpellucido, pallide fusco, stuppeo; stipite gracili, concolore, pilis subfasciculatis hispido; lamellis angustis, liberis, subdistantibus. 797

*Hab.* in lignis, in nemoribus densis, Cuba (C. Wright) et in vegetabilibus mortuis, Peradenya, Ceylon Indiæ. — Pileus 2 mm. latus; stipes 8 mm. longus. Ætate juvenili forman exhibet albi disci orbicularis. Ut *Col. stipitaria* ad *Marasmios* accedit.

71. **Collybia cayennensis** Mont. Guy. n. 268, et Syll. Crypt. n. 341. — Pileo e carnoso coriaceo, convexo, centro umbonato, glabro, margine plicato-striatulo, fusco; stipite rigido, subcartilagineo, fistuloso, strigoso-velutino, rufo-ferrugineo; lamellis tetradymis, distantibus, crassis, flavescentibus, demum pileo concoloribus, postice dente adnatis, convexis, antice attenuatis. 798

*Hab.* ad ligna et cortices circa Cayennam (Leprieur, Coll. n. 986, c. icone). — *A. rheicolori* Berk. nimis affinis. — Pileus 5 mm. ad 4 cm. latus; stipes pro ratione crassus, 5 mm. ad 5 cm. longus secundum ætatem, 4 mm. crassus, totus tomento denso strigoso-velutinus; lamellæ subdistantes, postice dente stipiti strigoso adnatæ, convexæ, marginem versus primitus involutum attenuatæ. Hymenium sat crassum, cortex pilei stipitisque colore intense spadiceo insignia. Caro pilei punctis albis intus farcta e fibris dissimilibus constat, aliæ tenuissimæ flexuosæ, aliæ ramosissimæ quintuplo-cras-

siores, illis quæ tomentum stipitis constituunt, simillimæ, lutescentes, in tramam hymenii descendentes. Hymenium 40 μ. crassum, e sporophoris clavatis acuminatis, ad speciem granulis farctis compositum. Sporæ hyalinæ, sphæricæ, minutissimæ, diametro 3-4 μ. Puncta alba stellata, quibus caro pilei farcta, e granulis tenuissimis conglomeratis constant. — Species *C. velutipedi* similis et proxima, notis quam plurimis tamen distinguenda.

72. **Collybia chortophila** Berk. in Lond. Journ. 1843, p. 403. — Pileo convexo-plano, carnosulo, subtiliter demum glabro stipiteque brevi gracili farcto, atomato-pruinosis; lamellis distantibus, latiusculis, crassiusculis, longe decurrentibus; interstitiis poroso-venosis. 79

*Hab.* ad basim caulium herbarum in sabulosis, Uitenage (Zeyher) et in Africa, austr. (Mac-Owan, Wood). — Pileus 1 cm. latus, margine tenuissimo acuteque pallido-ochraceo; stipes 12 mm. longus, 1 mm. crassus deorsum radicatus, e farcto cavus; lamellæ saturate rufo-brunneæ, acie pallidæ; sporæ subglobosæ. — Affinis *Col. stipitariæ*.

73. **Collybia urbica** Mont. Guy. n. 269, Syll. Crypt. n. 339. — Cæspitosa, albida; pileo carnosulo, convexo, centro depresso umbonato, margine striato tandem fisso, villosulo stipiteque farcto rigido, striato-sulcato, spadiceo, hirto-fibrilloso; lamellis cultriformibus tridymis, utrinque attenuatis, fuscidulis. 800

*Hab.* ad terram sabulosam in ipsa urbe Cayenna crescens (Leprieur). Plura individua basi conjuncta. — Pileus 5 ad 8 mm. latus; stipes solidus, cartilagineus, 2 ad 3 cm. longus, 1 mm. vix crassus; lamellæ liberæ, præsertim postice attenuatæ. — *C. stipitariæ* affinis; ab eadem plurimis notis recedit, inter quas locus, color lamellarum, villositas quâ obducta est, ceteris omnibus præstant.

74. **Collybia Sobolewskii** Weinm. Ross. pag. 98, Fr. Hym. Eur. pag. 117. — Pileo submembranaceo, hemisphærico, obtuse umbonato, albo-pulverulento; stipite fistuloso, tenui, obsolete fuscescente, nitido, albo-fibrilloso glabrove; lamellis liberis, ventricosis, subdistantibus, candidis. 801

*Hab.* in terra turfosa Petropoli et pr. Minussinsk in Sibiria raro. — Solitaria; stipes tenuis, tenax, 2½-6 cm. longus; pileus fragilis, e candido dilute incarnatus.

75. **Collybia alumna** Fr. Hym. Eur. pag. 117, *A. parasiticus* Schum. pag. 308, *A. tuberosus* var. Fr. Fl. Dan. t. 2022, f. 1, *A. alumnus* Bolt. t. 155, hanc potius quam *C. tuberosam* sistit, sed lam. liberis ab utraque differt. — Alba; pileo submembranaceo, e glo- 802

boso campanulato expansoque, glabro, striato; stipite e basi incrassata subulato, deorsum piloso-pubescente; lamellis adnatis, latis, distantibus.

*Hab.* in fungis putridis in Europa. — Minima; stipite 13 mm. longo, pileo 4 mm. lato.

76. **Collybia blandula** Berk. Dec. n. 364. — Pileo hemisphærico, carnosulo, sicco, margine striato stipiteque solido, flexuoso pruinato-tomentosis; lamellis distantibus, latis, postice rotundato-adnexis. 803

*Hab.* in silvis pineis, Sikkim (3300 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Pileo 12 mm. lato albo roseo tincto; stipes 4½ cm. longus, vix 2 mm. crassus, pileo concolor atque hujus more pruinoso-tomentosus, solidus; lamellæ candidæ. — Affinis *Col. alumnæ*.

77. **Collybia semihærens** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo convexo, rufo, glabro; stipite gracili, solido, fusco, sursum pallido pubescente; lamellis distantibus, ex albido luteo-fuscis, adnexis. 804

*Hab.* in lignis emortuis inter herbas in silvis, Connecticut et New York, Amer. bor. (C. Wright). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes cm. longus, vix 2 mm. crassus pilis densis curtis vestius; lamellarum interstitia venosa. *C. conigenoides* Ellis (Cfr. Peck 30 Rep. pag. 39) vix differre dicitur.

78. **Collybia Dorotheæ** Berk. in Grev. v. I, p. 88. — Pileo primum subgloboso, fusco, dein applanato subumbonato pallidiore, demum depresso usque ad centrum radiato-sulcato granulato, setulis brevibus candidis sparso; margine crenato; stipite basi fibrilloso luteo vel rufo, sursum candicante (velut pileus) granuloso-hispidulo setuloso; lamellis candidis distantibus adnexis, leviter ventricosis, postice connexis, acie integra. 805

*Hab.* in caule mortuo Filicis ex Jamaica, in calidario, Dangstein (Lady Dorothy Nevill). — Stipes 5-6 cm. longus, vix 2 mm. crassus.

79. **Collybia scotodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 522. — Pileo convexo umbonato, subcinereo, subtiliter tomentoso; stipite deorsum attenuato, cavo, albo, fibrilloso; lamellis ventricosis, subliberis, candidis. 806

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon, Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus, cinereus, versus marginem pallidior, æqualis; stipes 2½ cm. longus, 6 mm. crassus, cavus usque ad verticem umbonis; lamellæ 4 mm. latæ; sporæ 3 μ. long. — Exstat forma pileo castaneo (*A. contrarius* B. et Br. Mss.), stipite concolore et radicato atque lamellis ochraceis, postice sinuatis. — Pileus 5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus.

80. **Collybia laccatina** Berk. Linn. Journ. XVIII, p. 383. — Cæspi- 807
tosa; pileo plano-convexo, pallide rufo-carneo, glabro, margine, sulcato; lamellis crassis, paucis concoloribus; stipite pallidiore, fibrilloso.

*Hab.* in lignis emortuis inter folia, Moreton Bay Australiæ. — Primo obtutu *C. laccatam* refert.

81. **Collybia morula** Berk. Fl. Tasm. pag. 243, Tab. CLXXXI, 1. — 808
Rufo-purpurea; pileo convexo, carnoso, stipiteque æquali albofarcto, horizontali asperulis; lamellis planis, latis, adnatis, distantibus.

*Hab.* in ligno emortuo in Tasmania (Archer). Subaffinis *A. Trich. pæonio.* — Pileus 25 mm. lat.

82. **Collybia leucomyosotis** Cooke et Smith. Illustr. t. 651. — Pileo 809
convexo, dein expanso, quandoque obtuse umbonato, pallide murino, disco obscuriori, margine pallidiori, siccitate subalbido, graveolente, subgrato, margine striatulo; stipite cavo, leniter sursum pruinoso, pallido, basi albo et obtuso, fragilissimo; lamellis crassis, modice distantibus, adnatis, postice sinuatis, albis; sporis ellipticis, 6 ≃ 4.

*Hab.* inter Sphagna in paludibus Angliæ, majo. Habitus *Naucoriæ myosotidis* sed leucospora. — Pileus circ. 2 cm. latus; stipes 10-12 cm. altus, 5 mm. crassus.

83. **Collybia efflorescens** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 8. — Flavida; 810
pileo planiusculo stipiteque sursum dilatato subtiliter pulverulento-velutinis; lamellis liberis, modice latis, venoso-connexis.

*Hab.* in lignis putrescentibus, Bonin Island. — *C. velutipedi* proxima.

84. **Collybia hydrochroa** Rabenh., Wint. Pizfl. I, pag. 860. — Pileo 811
membranaceo, subviscoso, distincte umbonato, infundibuliformi, 2,5-5 cm. lato, nudo, levi, diaphano, griseo-viridulo vel cœrulescente, demum pallido; stipite 8-14 cm. alto, fragili, demum fibrilloso-carnoso, primo farcto, dein cavo, superne glabro, inferne albo-pruinoso; lamellis demum liberis, attenuatis, 6-9 mm. latis, subdistantibus, minute denticulatis, albidis.

*Hab.* inter muscos nec non in lignis putrescentibus in silvis paludosis Germaniæ.

85. **Collybia sumatrensis** Lév. Champ. exot. p. 170. — Cæspitosa; 812
pileo membranaceo, coriaceo, orbiculari, nudo, dichotome sulcato; stipite gracili pleno, cylindrico, æquali, tomentoso, ferrugineo; lamellis distantibus, latis, adnatis, fusco-nigricantibus.

*Hab.* in Sumatra. — «An *Marasmius*?»

86. **Collybia? aurantiella** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 4. — Cæspitosa, rarius subsolitaria, inodora; pileo convexo-applanato, 1-4 cm. diam., membranaceo, rigidulo, subpellucido (fere tremelloideo, in sicco, viso!) regulari vel plus minusve excentrico, medio primo modicissime prominulo dein depresso subumbilicatoque, margine laxe subinvoluto (in sicco), tenui, acuto, integro, repandulo-undulato, centro fulvescenti-rubescente, ceterum aurantiaco vel rufescenti-aurantio, levi, glabro; lamellis trimacriis, laxiusculis, majoribus deorsum latiusculis, 1,5-2 mm. lat., tenui-membranaceis, rigidulis, acie integerrimis, antice attenuato-acutatis, postice rotundato-sinuatis denticuloque decurrentibus, pileo concoloribus, levibus rugis transversis subconfertiusculis, centralibus majoribus, stricte lamelloideis, concoloribus conjunctis; stipite elongato, terete vel vix ad tertium inferum subinflatulo, 3-7 cm. long., 3-4 mm. crass., recto vel adscendenti-arcuato (præcipue et subabrupte basim versus), subcartilagineo-tenacello, late fistuloso, aurantio v. fulvescenti-aurantio, pubescentia minuta, compacta, adpressa, ad tertium superum minute-reticulatim rimoso-disjuncta, flavo-virescente vel virescenti-fulvella vestito, basi tamen glabrato nodulosoque, adnato-cæspitoso; basidiis clavulatis, utrinque obtusulis, hyalinis; sporis ellipticis, deorsum lateraliter angulato-acutatis, hyalinis, 4-5 ≃ 2-2,5. 813

*Hab.* ad truncos in silva virginea, Caà-guazú vocata, Brasilæ.

87. **Collybia triplicata** Berk. Dec. n. 258, Hook. 9, t. 870-871 *B.* — Pileo campanulato umbonato, usque ad umbonem levem profunde sulcato, nitido, sicco, margine tenui involuto; stipite elato, squamuloso, solido; lamellis paucis, distantibus remotis, liberis. 814

*Hab.* probabiliter ad ligna terra obruta, Sikkim Hymalayæ (Hook.). — Inodora, mitis, mollis; pileus 15 cm. latus pallide luteo-brunneus; stipes pluriuncialis, 8 mm. crassus, concolor; lamellæ distantes remotæ, liberæ. Habitus *Heliomycetis* cum notis *Collybiæ*.

**) Lamellis perangustis, confertissimis.

88. **Collybia hariolorum** Dec. Fl. fr. II, p. 182, Bull. t. 585, f. 2, Fr. S. M. I, p. 125, Hym. Eur. p. 117, Cooke Ill. t. 150, *A. sagarum* Secr. n. 735. — Pileo carnosulo, e campanulato hemisphærico, plano depressove, glabro; stipite fistuloso, sursum attenuato, rufe- 815

scente, lanato-hirsuto; lamellis adnexo-liberis, subconfertis, angustis, albo-pallescentibus.

*Hab.* inter folia Fagi in Europa gregaria, subcæspitosa. — Olida. Pileus albido-alutaceus, margine striatulo, 2-3 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ 6-7 ≃ 3-3½.

89. **Collybia confluens** Pers. Syn. p. 368 (*Agar.*), Ic. pict. t. 5, f. 1, Fr. S. M. I, p. 123, Hym. Eur. p. 117, Weinm. Ross. p. 74, Fl. Bat. t. 1083, Saund. et Smith t. 30, Buxb. C. IV, t. 20, Batsch f. 104 var. — Pileo carnosulo, convexo-explanato, obtuso, flaccido, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, subcompresso, rufo, villo albo undique pulverulento; lamellis remote liberis, linearibus, confertissimis, albidis. 816

*Hab.* in silvis ubique in Europa, Amer. fœder. et ad terram graminosam pr. Somerset East, Promont. Bonæ Spei (Mac-Owan) in insula Runsula. — Pileus 2-3 cm. latus, stipes 8-14 cm. longus. Contextus tenax odorque alliaceus submarasmioidei. Sporæ subglobosæ, 7-9 μ.

90. **Collybia hemileuca** B. et C. Jour. Linn. Soc. X, p. 285. — Pileo plano, orbiculari, fusco; stipite concolore, pulverulento; lamellis breviter adnatis. confertis, albis. 817

*Hab.* inter folia emortua, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 2 cm. latus. stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus. Subcæspitosa, affinis *Col. confluenti.*

91. **Collybia ingrata** Schum. p. 304, Fr. S. M. I. p. 123, Icon. t. 64. f. 1, Hym. Eur. p. 118, Cooke Ill. t. 283, Berk. Outl. pag. 117, Quél. p. 305. — Pileo carnosulo, e globoso campanulato, convexo, umbonato, levi; stipite fistuloso, longo, torto, subcompresso, sursum albo-pulverulento, deorsum æquali, umbrino; lamellis liberis, linearibus, confertis, pallidis. 818

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileus 4 cm. latus; stipes 8-14 cm. longus, 8-12 mm. crassus. Priori valde cognata, major, odore subingrato, colore subfusco-alutaceo.

92. **Collybia lupuletorum** Weinm. Syll. II, p. 88, Kickx p. 149, Fr. Hym. Eur. p. 118. *A. dryophilus* γ. Weinm. Ross. p. 76, Batt. t. 28, f. X, quoad ic. optime. — Pileo carnosulo, e convexo plano depressove, levi, glabro; stipite fistuloso, arrhizo, sursum albo, squamuloso-pulverulento, deorsum brunnescente, attenuato, glabro; lamellis adnatis, confertis, albis, pallescentibus. 819

*Hab.* in lupuletis etc. Europæ. — Livido-pallescens vel dilute alutacea; pileo circiter 2½ cm. lato, stipite 2-3½ mm. longo, non

compresso, basi l, apice 4 mm. crasso, Lamellæ leviter ventricosæ. Sporæ 3-4 ≃ 2.

93. **Collybia lilacea** Quèl. Jur. et Vosg. III, p. 434, t. I, f. 1. — Pileo convexo-explanato, 2-3 cm. lato, tenui, diaphano, hygrophano, tenuiter tomentoso, lilacino, margine involuto, pruinoso, albo dein ochraceo-griseo; lamellis sinuato-adnexis, angustis, confertissimis, albis dein violaceis; sporis ovcideis, 4 μ. longis; stipite anguste fistuloso, albo-medullato, tenaci, albo-violaceo, dein lilacino-griseo, basi pilis albis erectis hirto. 820

*Hab.* ad basim truncorum Salicis, in Gallia orient.

94. **Collybia orbicularis** Secr. n. 648, Fr. Hym. Eur. p. 118. — Pileo carnosulo, explanato, umbonato, disco papillis minutis, viscosis nigricante; stipite (farcto (?), rufescente, apice incrassato, albofarinoso; lamellis adnexis, confertis, latiusculis, albicantibus. 821

*Hab.* sparsim inter muscos in pinetis Helvetiæ et Germaniæ raro. — Statura *C. lupulatorum*. Pileus fuscus.

95. **Collybia myosura** Fr. S. M. I, p. 132, Icon. t. 65, f. 4, Hym. Eur. p. 118, Wahl. Suec. n. 1094, Secr. n. 653. — Pileo carnosulo, orbiculari, planiusculo, subobtuso, levi, glabro; stipite subtiliter fistuloso, æquali, rufescente, apice albo-pulverulento, radice elongata glabra; lamellis liberis, linearibus, confertissimis, albis. 822

*Hab.* frequens in pinetis montosis Europæ. — Pileus rufus v. rufo-fuscus, vix 2½ cm. latus, sed exstat var. minor, tota albopallescens, pileo subumbonato, ex habitu Batsch f. 95, ut citat Secr.. sed pileo sericeo, lamellis adnatis admodum diversa.

96. **Collybia conigena** Pers. Syn. p. 388 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 132, Icon. t. 67, f. 3, Hym. Eur. p. 118, Cooke Ill. t. 30, Weinm. Ross. p. 76, Buxb. Cent. I, t. 57, f. 2 (optima). — Pileo carnosulo, planiusculo, inæquali, subumbonato, glabro; stipite subtiliter fistuloso, tenaci, pulverulento, pallescente, radice strigoso-fibrillosa; lamellis liberis, linearibus, confertissimis, pallescentibus. 823

*Hab.* in pinetis, ad conos etc. in Europa et Amer. bor. (Peck). — Pileus 2-17 mm. latus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, 3-4 ≃ 2-3. Variabilis. Pileus e testaceo-gilvove-livido expallens; lamellæ ex albo concolores. — Var. primitus **pallens**, immo alba, minor: Alb. et Schw. — Var. **porcina**, sordide lutescens, pileo striatulo, stipite elongato, filiformi.

97. **Collybia conigenoides** Ellis Bull. Torr. Cl. 1876, p. 76. — Pileo tenui carnoso, convexo-plano, 5 mm. a cross (¼), non umbonato, pellucido-striato, albo, demum flavescente, minute pubescente; sti- 824

pite gracili, 2,5 cm. longo, albido, basi radicante; lamellis liberis, non confertis, 9-12 integris, aliis brevioribus, albis dein flavidis, margine pubescentibus, pubescentia ex corpusculis ellipsoideis; lamellis infixis et circ. 2,5 $\mu$. longis producta.

*Hab.* in fructibus putrescentibus Magnoliæ, Newfield, N. J. (Amer. bor.) augusto-septembre — *Collybiæ conigenæ* Pers. affinis. Cfr. *C. semihærens.*

98. **Collybia cirrata** Schum. n. 1773, Berk. Outl. p. 117, Fr. Ic. t. 68, f. 1, Hym. Eur. p. 119, Cooke Ill. t. 144 B. *A. tuberosus cirratus* Pers. Syn. p. 374, Secr. n. 742, *A. ocellatus* b. Fr. S. M. Weinm. Ross. p. 99, Batsch f. 95 (certe, licet radix glabra picta). — Pileo carnosulo, plano, sericello, demum umbilicato; stipite subfistuloso, flexuoso, æquali, pallido, pulverulento, radice torta, fibrillosa; lamellis adnatis, confertis, angustis, albis. 825

*Hab.* inter folia, quisquilias, fungos putridos etc. in Europa, in Sibiria et Cincinnati Amer. bor. frequens. — Pileus 4-7 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, 4,6 ≃ 2-3. Tenax, alba, subrufescens.

99. **Collybia tuberosa** Bull. t. 256 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 133, ubi syn. Hym. Eur. p. 119, Cooke Ill. t. 144, Fl. Dan. t. 1613. Grev. Scot. t. 23, Quél. t. 3, f. 5, Weinm. l. c. Batsch f. 93. — Alba; pileo carnosulo, convexo-expanso, umbonato, glabrato, levi; stipite fistuloso, obsolete pulverulento, radice glabra, tubere sclerotioideo subrufescente insititio; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, albis. 826

*Hab.* in Agaricis putridis in Europa frequens. — Minima; pileo 4-7 mm. lato, stipite vero sæpe elongato, interdum prolifero, 3½ cm. longo, 2 mm. crasso; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 4-6 ≃ 2-3.

100. **Collybia racemosa** Pers. Disp. t. 3, f. 8 (*Agar.*), Nees f. 190, Fr. S. M. l. c., Hym. Eur. p. 119, Sow. t. 287, Berk. Outl. p. 118, Kickx n. 149, *A. globulifer* Brond. Cr. Ag. t. 6, f. 6, 7. — Pileo submembranaceo, convexo, papillato, griseo-subtomentoso; stipite subfarcto, pilis simplicibus capituliferis racemoso, basi sclerotioidea nigra; lamellis adnatis, confertis, albis. 827

*Hab.* in Agaricis putridis in Europa, rarissima. — Pileus 4-6 mm. latus, stipes 8-11 cm. longus. Statura prioris, colore griseo et stipite capitulis *Stilbum* æmulantibus regulariter obsito; paradoxa, potius monstrosa progenies.

101. **Collybia delicatella** Peck 30 Rep. St. Mus. N. Y. p. 39. — Penitus niveo-alba, subcæspitosa; pileo convexo vel late campanulato, submembranaceo, leviter disco incrassato; stipite tenui, æquali 828

cavo, leviter basi albo-villoso; lamellis angustis, confertis, emarginatis.

*Hab.* inter folia ejecta, North Greenbush Amer. bor. — Statura 2½ cm. adæquans, pileus 5–8 mm. latus, stipes 10 mm. cr. crassus. Ob lamellarum characteres inter *Collybias* collocanda sed substantia potius tenera.

102. **Collybia papaveracea** Berk. Dec. n. 259. — Pileo e campanulato 829
irregulari, flexuoso, demum depresso, tenui, toto corrugato; stipite elongato, radicato, fistuloso, reticulato-striato; lamellis angustis, crispatis ramosis, venoso-convexis, carnoso-griseis.

*Hab.* in lignis emortuis inter muscos, Darjeeling Indiæ (2300 m. alt.) (Hook.). — Pileus 8 cm. latus, fragilis, rubescenti-griseus; caro concolor; stipes 13 cm. longus, 6 mm. crassus, radicatus atque fibris crebris pileo obscurioribus connexus; lamellæ moderate confertæ, rubescenti-griseæ, crenatæ, adnexæ.

103. **Collybia nigrita** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 285. — Ni- 830
gra; pileo convexo, pulverulento, margine involuto; stipite elongato, fibrilloso; lamellis angustis, confertis, attingentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Cuba, Americ. centr. — Pileus 6–8 mm. latus; stipes 13–30 mm. longus, 2 mm. crassus.

104. **Collybia lepidopoda** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 131. — Pileo car- 831
nosulo, convexo-plano, levi, glabro, aurantiaco; stipite fistuloso, æquali, concolori, squamis exasperato; lamellis adnatis, albis.

*Hab.* in Australia (Preiss). — Ex pulchra Preissii icone; specimina non inveni. Prætermittere tamen nolui, cum affinitas, hinc quoad staturam cum *C. esculenta,* illinc quoad colores cum *C. Clavo* videatur manifesta, ab utraque vero stipite squamoso conspicue differat (Fries l. c).

105. **Collybia humillima** Quél. Quelq. esp. (1882) p. 4, t. XI, f. 3. — 832
Pileo convexo-plano, 1 mm. crasso, membranaceo, ruguloso, pruinoso, albido; stipite capillari, brevi, 2 mm. alto, basi inflato, albido subhyalino, dein carneolo-rufo et pubescentia albida instructo; lamellis adnatis, paullo distantibus, crassis, angustis, albis, margine farinulento; sporis pruniformi-elongatis, granulosis, 8–9 μ. longis, albidis.

*Hab.* in culmis siccis gramineis, in collibus Jura.

III. Levipedes. Stipite tenui, æquali, fistuloso, nudo, glabro (basi neglecta) nec conspicue striato (sub lente vero *C. dryophilæ* etc. striatulo).

*) Lamellis latis, laxis, vulgo plus minus distantibus.

106. **Collybia collina** Scop. Carn. p. 132 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 124, Hym. Eur. p. 119, Cooke Ill. t. 205, Schaeff. t. 220, Fl. Dan. t. 1609, Berk. et Br. n. 1206, *A. arundinaceus* Bull. t. 403, f. 1 [Paul. t. 104, f. 7-9 ex Secr. n. 796, sed minus bonæ]. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, umbonato, glabro; stipite fistuloso, æquali, præmorso, nudo, levi, pallescente; lamellis liberis, ventricosis, laxis, albis, pallescentibus. 833

*Hab.* in clivis graminosis Europæ, gregaria. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Serotina, rigens, habitu Mycenæ, sed margo primo incurvus. Pileus irrigatus subviscidus, striatulus, siccus nitens. Color pallens.

107. **Collybia ventricosa** Bull. t. 411, f. 1 (*Agar.*), non Schum., Fr. Hym. Eur. p. 120, Cooke Ill. t. 145 *A.* — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, umbonato, glabro; stipite fistuloso, levi, nudo, rufescente, basi ventricoso, radicato; lamellis arcuato-adfixis, ventricosis, laxis, subconfertis, undulatis, rufescentibus. 834

*Hab.* in silvis Europæ australis frondosis raro. — Pileus 5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, *C. dryophilæ* affinis sed latior, laxior, pileo alutaceo vel isabellino. — Var. **alba**: Bull. l. c. f. B.

108. **Collybia Stevensoni** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1497, Cooke Ill. t. 145 *B.* — Pileo semiovato, obtuso, viscido, pallido, luteo, hic illic maculato; stipite tenui, fibrilloso, sursum pulverulento, extus intusque rufo, radicato; lamellis latis adnatis, dente decurrentibus, distantibus, candidis. 835

*Hab.* Glamis in Britannia (J. Stevenson). — Pileus 13 mm. latus atque altus; stipes 4 cm. longus, vix 2 mm. crassus, fibrosus. Affinis *Col. ventricosæ*, sed differt stipite tenui subsolido, pileo viscido, semiovato atque lamellis latissimis, adnatis, aliquantulum ventricosis, planis.

109. **Collybia xanthopoda** Fr. S. M. I, p. 24, Hym. Eur. pag. 120, Cooke Ill. t. 203. Weinm. Ross. p. 75, Batsch f. 209 (var. stipite fulvente). — Pileo carnosulo, convexo-expanso, subumbonato, glabro stipiteque fistuloso, æquali, luteo levibus, basi æquali strigoso-radicata; lamellis truncato-liberis, latis, laxis, tenuibus, confertis, albidis. 836

*Hab.* sparsa in pinetis, etiam ad truncos rara, in Europa. — Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, stipes 8 cm. longus. Tenax, pileo alutaceo-expallente. *C. dryophilæ* affinis, sed ab ejus communi, expallente forma (Secr. n. 734) diversa umbone, lamellis latis laxis, stipitis basi.

110. **Collybia nitellina** Fr. Epicr. p. 80, Monogr. I, pag. 142, Icon. t. 65, f. 1, 2, Hym. Eur. p. 120, Cooke Ill. t. 146. — Pileo carnosulo, e convexo explanato, levi, subfulvo, nitido, hygrophano; stipite subtiliter fistuloso, æquali, rigido, glabro; fulvo; lamellis adnatis, tenuibus, subconfertis, albo-pallescentibus. 837

*Hab*, ad margines viarum graminosos in pinetis Europæ. — Statura varia; color e rufo fulvus, sicci stipitis luteus, pilei alutaceus.

111. **Collybia succinea** Fr. Epicr. p. 91, Hym. Eur. p. 120, Icon. t. 65, f. 3, Cooke Ill. t. 151, Schaeff. t. 45 terrestris picta; (alius in indice locus e syn.). — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, demum subdepresso, levi stipiteque fistuloso, arrhizo, rufo-pallido (etiam basi) glaberrimis; lamellis obtuse adnexis, latis, crassiusculis, serrulatis, subdistantibus, albidis. 838

*Hab.* locis graminosis ad vias in Europa, rara sed gregaria. — Stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 2-5 mm. crassus, breviorum basi attenuata. Pileus $2^1/_2$ cm. latus, rufo-fuscus brunneusve, expallens, margine facile fissus. Non Secr, n. 738, sed n. 650 in hujus formam saltim quadrat,

112. **Collybia nummularia** Fr. Epicr, p. 91, Hym. Eur. p. 120, Cooke Ill. t. 151, *Am. nummularia* Lamark. Bull. t. 56, *A. gratiosus* Lasch n. 141. — Pileo carnosulo, planiusculo, circa umbonem obsoletum depresso, levi, pallido; stipite e farcto cavo, glabro, pallido, apice incrassato; lamellis liberis, subdistantibus, albis. 839

*Hab.* inter folia, stipulas etc. Europæ australis (Batt. t. 22 A.). — Pulchra, arida, albo-pallescens, luteo et rubello passim variegata. Pileus 4 cm. et ultra, stipes 4 cm. longus. Cfr. Secr. n. 745.

113. **Collybia esculenta** Wulf. in Jacq. Coll. II, t. 14, f. 4 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 131, Hym. Eur. p. 121, Tratt. Essb. Schw. t. F. Lenz. f. 18, *A. perpendicularis* Bull. t. 422, f. 2, *A. clavus* Brig. Neap. t, 5, f. 4, Vaill. t. 11, f. 46-18. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso stipiteque obsolete fistuloso, æquali, tenaci, stricto, radicato glaberrimis, argillaceis; lamellis adnatis, laxis, albidis. 840

*Hab.* ubique in pinetis Europæ, Americ. fœder. et Australiæ. — Pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus, primo vere. Gregaria, sed semper discreta. Toto cælo diversa a *C. dryophila*, parum a *C. tenacella*. Tubulus stipitis ut in *C. myosura* (analoga) angustissimus. Variat pileo fuscescente: *A. dubius* P. — Secr. n. 729 videtur status morbosus.

114. **Collybia tenacella** Pers. Syn. p. 387 (*Agar.*), Ic. pict. t. 1, f. 3, 4, 841

Fr. S. M. I, p. 131, Hym. Eur. p. 121, Cooke Ill. t. 152, Weinm. Ross. p. 68, Berk. Outl. p. 118, Kickx p. 150, *A. griseus* Schaeff. t. 236, (minor). — Pileo carnosulo, planiusculo, subumbonato, levi, glabro; stipite anguste fistuloso, tenaci, nudo, fulvente, radice strigosa; lamellis emarginato-adnexis, latis, laxis, subdistantibus, niveis.

*Hab.* in silvis etc. Europæ et Carolinæ inf. Amer. bor. frequens, in hiemem usque persistens. — Pileus fusco-expallens, livens, 2½ cm. latus; stipes 6-11 cm. longus, vix 2 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 5 ≃ 3¼.

115. **Collybia stolonifera** Jungh. Linn. 1830, p. 396, Fr. Hym. Eur. 842
p. 121, Cooke Ill. t. 152 *B.*, *A. longicaudus* Schum. *A. tenacelli* var. Fries in Fl. Dan. t. 2021, f. 2. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso (subdepresso), glabro, margine striatulo; stipite fistuloso, æquali, glabro, fuscescente, radice repente, substolonifera (parce fibrillosa); lamellis rotundato-adnexis, ventricosis, subdistantibus, albidis.

*Hab.* inter folia pinea, in Europa vere et autumno, non raro. — Pileus fuscus expallens. Radix sæpe simplex, sed repens; sporæ ellipsoideæ, 6-8 ≃ 3-4.

116. **Collybia plumipes** Kalchbr. Icon. t. 6, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 121. 843
— Pileo carnosulo, e campanulato expanso, subumbonato, subtiliter innato-fibrilloso, fusco-livido, nitente; stipite fistuloso, tenaci, levi, glabro, albo, basi fibrilloso-strigoso; lamellis emarginato-adnexis, latis, subdistantibus, albis.

*Hab.* ad conos Pini Scepusiæ. — Mycelium ad basim stipitis 4 cm. longi omnino peculiare, fibrilloso-pinnatum. Pileus 2½ cm. latus, margine dilutior, crenulatus. Habitus omnino *C. conigenæ*, sed differt stipite glabro, pileo crenato, virgato, lamellis latis.

117. **Collybia planipes** Brigan. t. 16, f. 3,4, Fr. Hym. Eur. p. 121. — 844
Cæspitosa; pileo carnosulo, orbiculari, convexo-plano, levi, subviscoso, spadiceo, margine crenato, dilutiore; stipite fistuloso, radicato, concolore; lamellis liberis, ventricosis, albidis.

*Hab.* inter muscos in silvis pr. Neapolim. — Pileus 8-12 mm. latus, stipes compressus. Pileo viscoso et lamellis liberis bene distincta.

118. **Collybia rigidipes** Schulz. in Centralbl. 1883 XV, p. 5. — Pi- 845
leo membranaceo, regulari, fornicato, 2,5 cm. lato, ochraceo, vertice subrugoso, ceterum glabro, levi, nec nitido; lamellis dilutioribus, distantibus, liberis, ventricosis, fere 4 mm. latis; stipite elastice firmo, fistuloso, discreto 1,5 mm. crasso, 5-6 cm. longo, gla-

bro, levi, nitido, apice achroo, deorsum molochino usque nigro-castaneo, basi carnoso peronato (sicut interdum in *Clit. odora* et *Phol. æruginosa*); sporis oblongo-ellipsoideis 6-8 = 3.

*Hab.* ad quisquilias putrescentes in silva Gaj prope Djakovor Slavoniæ. — Solitaria.

119. **Collybia accommodans** Schulz. in Centralbl. 1883 XV, p. 5. — 846
Pileo, excepto centro carnoso, membranaceo 2-3,5 cm. lato, mox convexo-orbiculari expanso, parum umbilicato, tandem ad marginem inæqualem fisso, fuscenti-albido, levi, glabro; lamellis distantibus, concoloribus, postice subemarginato-adfixis, mox liberis, nonnunquam ad latera venosis, 3,5 mm. latis acie sæpe inæqualibus sed non serratis; stipite fistuloso, contiguo primitus ubique 0,5-1 mm. crasso, tandem sursum usque 2-4 mm. incrassato, longitudine valde variabili 1,5-3,5 cm. (quod non a provecta ætate dipendet) in juventute achroo, dein a basi usque saturate-castaneo colorato, nudo; sporis ellipsoideis 4 *u.* longis.

*Hab.* ad terram Djakovar Slavoniæ. — E mycelio byssoideo, tam acus Pini quam folia et ramenta putresentia conjugante, ad decimetra lateraliter et profunde extenso, oriuntur gregatim multa individua. Odor nauseosus; sapor dulcidulus, haud ingratus.

120. **Collybia Gussonei** Inzenga Sicil. p. 6, t. 1, f. 2, Fr. Hym. Eur. 847
p. 122. — Pileo carnosulo, convexo, subumbonato, striatulo, lateritio, margine sordide luteo; stipite bifistuloso, compresso, ochraceo, zona coccinea insigni; lamellis adnatis, latis, ventricosis, coccineis.

*Hab.* in agro Palermitano in Sicilia. — Affinitas omnino latet. Ex inventore inter *Collybias* recepta, sed habitus potius *Tricholomatis pusilli*. Stipes 2½ cm. longus, fere 4 mm. crassus. Lamellæ ex icone roseæ.

121. **Collybia psathyroides** Cooke Illust. t. 266. — Eburnea; pileo 848
campanulato, obtuso, viscidulo, margine regulari, levi; stipite erecto, gracili, cavo, æquali, firmulo; lamellis latissimis, triangularibus, adnatis, dente decurrenti, distantiusculis, albis; sporis ellipticis, 15 = 7, hyalinis.

*Hab.* ad terram in silva Epping Britanniæ. — *C. Stevensoni* B. et Br. proxima. Pileus 1,7-2 cm. latus, stipes 7-10 cm. altus, gracilis.

122. **Collybia euphylla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 520. — 849
Ochraceo-albida; pileo convexo obtusissimo, subcarnoso, estriato, leviter maculato, pulverulento; stipite brevi e farcto cavo, basi dilatato, truncato; lamellis latissimis, undulatis, dente adnatis.

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus, hemisphæricus, caro a stipite diversa cujus substantia intra lamellas extenditur; stipes 13 mm. longus, 2 mm. centro crassus; lamellæ 12 mm. latæ; sporæ 15-20 $\mu$. diam. Videretur forma humillima *Col. Magisterii*, sed plurimis characteribus distincta.

123. **Collybia Magisterium** B. et Br. Journ. Linn. Soc. p. 520. — Tota albida; pileo late expanso, carnoso, molli, obtusissimo, margine crenato, plicato; stipite apice basique dilatato, discreto; lamellis latis, serrulatis, ventricosis, crassis, rotundato-adnatis. 850

*Hab.* ad cortices emortuos, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Mollis atque tenera; pileus 10-13 cm. latus; stipes 3 cm. longus, 12 mm. crassus; lamellæ 12 mm. latæ; sporæ globosæ 15-20 $\mu$. diam. Mycelium dense pulverulentum ex sporis quæ *magisterium* chimicorum simulant. Arescendo ochracea vel fuliginea.

124. **Collybia hapalosarca** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 520. — Tota tenera; pileo plano-convexo, usque ad centrum striato; stipite brevi, solido, subæquali; lamellis ventricosis, latis, postice rotundato-adnexis, margine crenatis. 851

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Tenerrima, sordide alba; pileus 4 cm. latus; caro moderate crassa, cinerea; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 3 mm. crassus, a carne pilei discretus, basi truncatus; lamellæ 6 mm. latæ, subliberæ, pallidæ; sporæ globosæ, 10-15 $\mu$. diam. Procul dubio affinis *Col. Magisterio*; admodum proteiformis: in quibusdam speciminibus sporarum diametrum 8-20 $\mu$. variat.

125. **Collybia antitypa** Berk. Dec. n. 263. — Pileo convexo, sicco, glabro, pallido, carnoso, margine inflexo; stipite curvo, solido, fibroso, discreto, albo, dilatato, in pileum immisso; lamellis ventricosis adnexis, albis, interstitiis venosis. 852

*Hab.* in truncis muscosis, Darjeeling Indiæ (2600 m. alt.) (HOOK). — Pileus 5 cm. latus, fragilis; stipes 5 cm. longus, 4 mm. vel ultra crassus, apice dilatatus atque pilei carnem intrans, a qua linea obscuriore glabra vel sericeo-fibrillosa separatur. Analogia cum *Trich. lascivo* sed vix Tricholomatibus adscribenda.

126. **Collybia colorea** Peck 26 Rep. p. 54. — Pileo convexo, subumbilicato, subtiliter fibrilloso, hygrophano, luteo, interdum rubro picto, margine excedente; stipite æquali, glabro, cavo, interdum excentrico, luteo; lamellis modice confertis, emarginatis, luteis. 853

*Hab.* ad ligna putrescentia, Croghan America boreali — Sta-

tura $2^1/_2$-5 cm. adæquans; pileus $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes 2 mm. crassus.

127. **Collybia olivacea** Lambotte, Flor. Mycolog. Belge I, pag. 107. 854
— Pileo leviter carnoso, convexo, interdum leviter umbonato, udo late luteo-olivaceo- vel brunneo-striato, siccitate pallidiore, carne concolore, 1-2 cm. lato; stipite e farcto cavo, subcartilagineo, pileo concolore, glabro, æquali, cylindraceo, 2-5 cm. longo; lamellis liberis, latis, distantibus, denticulatis, erosis, olivaceis v. pallide griseis.

*Hab.* in ligno marcido et in pascuis Lambermont pr. Verviers in Belgio — Odor farinæ recentis vel Chamomillæ evanescens.

128. **Collybia stillaticia** Berk. Dec. n. 256. — Pileo e convexo plano 855
expanso, glabro, stillanti-viscoso, margine crenato-inciso; stipite firmo, cavo, adscendente vel flexuoso, rufo-picto; lamellis crassis, distantibus, flavo-albis, adnexis.

*Hab.* ad truncos arborum vivarum vel emortuarum, Jillapaar (2400 m. alt.) (Hook.). — Pileus 6-10 cm. latus, interdum fortiter umbonatus, humorem viscidum pallide olivaceum stillans; stipes 8-10 cm. longus, 4-6 mm. crassus, rubro-brunneus, cavus; lamellæ luteo-albæ, in speciminibus depressis, spurie decurrentes, venis connexæ.

129. **Collybia radiculosa** Cooke in Grev. IX, p. 99. — Pileo carnoso, 856
tenui, convexo-plano, obtuso, glabro; stipite farcto, radicato, superne attenuato; lamellis adnexis, subconfertis, albidis.

*Hab.* ad ligna (?) in Brasilia (Glaziou). — Pileus 30-50 mm.; stipes 50 mm. longus sursum attenuatus, deorsum gibbosus dein abrupte contractus et radicatus. Cæspitosa visa et fere alba.

130. **Collybia multijuga** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 519. — 857
Cæspitosa, lenta; pileo e campanulato depresso, sulcato-rugoso, tenui; stipite subæquali, fistuloso; lamellis latis, adnatis, postice rotundatis, interstitiis reticulatis.

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 3-6 cm. latus, primum vinoso-ruber, demum sordide albus; stipes quoad crassitudinem admodum variabilis, pileo pallidior v. albus; lamellæ 8-12 mm. latæ, rubescentes v. albæ, undulatæ; mycelium filamentosum. Videtur affinis *Omphaliæ schizoxylæ*.

131. **Collybia camptopoda** Berk. Dec. n. 264. — Pileo subhemisphæri- 858
co hygrophano, obtuse umbonato, viscoso, subcarnoso, pallide-luteo, margine sulcato; stipite incurvo, rigido, extus intusque brunneolo; lamellis latiusculis, crassis, postice rotundatis, subliberis.

*Hab.* in silvis, Darjeeling Indiæ (2200 m. alt.) (Hook.). — Inodora, mollissima atque pellucida; pileus 6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 4-6 mm. crassus e basi orbiculari crenata erumpens. Affinis *Gal. antipodæ* atque *Arm. mucidæ* analoga, a qua tamen substantialiter differt annuli absentia.

132. **Collybia carecomis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 284. — 859
Pileo candido, campanulato, squamis adpressis, amplis, rufulis ornato; stipite sursum albo, deorsum incrassato, fuscidulo, opaco; lamellis latis, ventricosis, candidis.

*Hab.* ad folia dejecta, Cuba et in Brasilia (C. Wright).

133. **Collybia endochorda** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 519. — 860
Pileo plano-depresso, umbonato, brunneo, centro decolorante; stipite basi incrassato, radicante, sordide lilacino, medulla discreta; lamellis undulatis, ventricosis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* in silvis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus; caro alba; stipes 15 cm. vel ultra longus, 8½ mm. centro crassus, obscure lilacinus, deorsum transverse maculatus, apice albus; lamellæ 1 cm. latæ; sporæ 20 μ. long. Habitus *Coll. radicatæ*.

134. **Collybia dispar** Mont. Ann. 2, II, p. 79, t. 4, f. 3 et Syll. Crypt. 861
n. 342, *Marasmius dispar* Fries Epicr. I, p. 382. — Inodora; pileo membranaceo, convexo-campanulato, umbonato, margine sulcato; stipite corneo, medulloso, procero, glabro, nitido, badio; lamellis adnexis, latis, ventricosis, subconcoloribus.

*Hab.* in foliis siccis in Brasilia et Chile (Aug. Saint-Hilaire, et Gay).

135. **Collybia ixodes** Mont. Guy. n. 270 et Syll. Crypt. n. 340. — 862
Erumpens, unicolor, cinnamomea; pileo membranaceo-papyraceo, convexo-plano, centro depresso, margine lineolis inæqualibus notato, substriatulo, primo involuto, glutinoso; stipite centrali solido, æquali nudo, obscuriori; lamellis polydymis, postice latioribus, rotundis, determinate in stipitem desinentibus.

*Hab.* ligno mortuo erumpens in Guyana (Leprieur). — Pileus ¼ mm. lat.; stipes 2 cm. long., 2 mm. cr.

136. **Collybia xanthopila** Mont. Syll. Crypt. n. 343. — Pileo carno- 863
sulo-membranaceo, convexo, centro depressiusculo stipiteque fistuloso, basi incrassata radicante levibus luteolis; lamellis affixis convexis, latissimis, incarnatis; sporis globosis, albis.

*Hab.* ad ligna putredine consumpta in pratis, Columbus Amer. foeder. (Sullivant). — Pileus levissimus, 2½ cm. latus, colore me-

tallico luteo insignis; stipes cartilagineus, 4-6 cm. longus, ½ mm. medio crassus, intus fistuloso-cavus, siccus (an et vivus?) frágilissimus, pileo concolor, basi mycelio albo inter fibras ligni consumpti penetrante et subincrassata radicatus; lamellæ subconfertæ subtridymæ, medio 3 mm. latæ, convexæ, ventricosæ, antice rotundæ, postice latitudine mediocri (½ mm. circiter) stipiti affixæ nec ullo dente decurrentes. Hymenium ex basidiis brevibus 25 μ. longis, oblongo-clavatis compositum. Sporæ hyalinæ, albæ, globosæ, 7,5 μ. diam. æquantes, endosporio cum episporio haud confuso. — Quamvis habitu coloreque *Bolbitii* speciem exhibeat, vera *Collybia*, nam sporis gaudet albis.

137. **Collybia dehiscens** Kalchbr. in Rev. Myc. Avr. 1882, pag. 2, t. XXIX, f. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro; stipite cavo, basi incrassato, cute cartilaginea, levi glabra induto, quæ cutis (eo loco ubi *Amanitæ* annulum habere solent), transverse dehiscit et tubulum internum denudat; margine rupturæ dentato, patente; lamellis adnatis, subdistantibus, ventricosis. 864

*Hab.* in deserto Gobi (J. Remy). — Statura *C. butyraceæ* Bull. Totus fungus siccitate albescit.

138. **Collybia coagulata** B. et Br. F. Brisb. II, p. 53. — Cremoricolor; pileo hemisphærico, rugoso-striato; stipite gracili, cartilagineo, luteo, torto, inæquali, basi subdilatata; lamellis paucis. 865

*Hab.* Brisbane Australiæ. — Pileus in sicco 2 cm. latus, circ. 1 cm. crassus, flavidus; stipes circ. 5 cm. altus, colore pilei, glaber, 3 mm. crassus.

139. **Collybia palmicola** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 7. — Pusilla; pileo convexo, glabro, aurantiaco, margine inflexo; stipite subconcolore, glabro, basi radiato-strigoso; lamellis adnexis, crassiusculis, pallidioribus. 866

*Hab.* in palmis emortuis, in ins. Bonin.

140. **Collybia mendica** Kalchbr. Wint. Pilzfl. I, p. 860. — Pileo tenui, fere membranaceo, subcupulato, rugoso, rufo-brunneo, medio leniter depresso, pallidiori, margine virgato et subfimbriato (?); stipite brevi, setuliformi, basi bulboso; lamellis subliberis, latissimis, subrotundatis, griseo-brunneis, siccis albido-prujnosis. 867

*Hab.* inter muscos in Hungaria.

141. **Collybia rhodella** Pat. Tab. anal. n. 527. — Pileo membranaceo, convexo-plano, brunneo-rufo, disco rugoso, margine striato; lamellis adnatis, distantibus, albis, acie præsertim carneolis; spo- 868

ris ovoideis, 16-18 ≃ 10-12, cystidiis cylindraceis, truncatis; stipite gracili, albo-brunneolo, torto, cavo, radicato (?).

*Hab.* ad terram Les Eaux-Bonnes Galliæ.

**) Lamellis angustis, confertis.

142. **Collybia acervata** Fr. S. M. I, p. 122, Icon. t. 64, f. 2, Hym. Europ. p. 122, Cooke Ill. t. 267, Berk. Outl. p. 119, *A. erythropus* γ, Alb. et Schw. *A. contortus* Secr. n. 736, non Bull. — Cæspitosa, pileo carnosulo, convexo-explanato, demum umbonato, glabro, hygrophano, margine striatulo; stipite fistuloso, æquali, nudo, rufo, basi radicato tomentoso; lamellis liberis, linearibus, confertissimis, albido-incarnatis. 869

*Hab.* in pinetis montosis et in planitie ad basim truncorum abunde in Europa et Africa austr. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus, 2,5 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 6-9 ≃ 2,5-3. Proxima *Col. confluenti,* similis *Marasmio erythropodi;* stipes vero extus intusque glaber. Pileus udus incarnatus, siccus albidus. *A. repens,* Bull. t. 90 similis, sed alienus, ex ipso *C. dryophilæ* monstrum, *funiculari* affine.

143. **Collybia ustipes** Berk. Dec. n. 261. — Sparsa; pileo campanulato, tenui, glabro, margine striato; stipite glabro, elongato, fistuloso, deorsum claviformi, extus intusque rubro; lamellis angustis, adnexis, subdistantibus. 870

*Hab.* ad terram Darjeeling (2400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Inodora, mollis, fragilis; pileus 4 cm. latus, rubro-brunneus; stipes 18 cm. longus, 4 mm. crassus fibrosus, intense rubro-brunneus, strigosus atque basi inflatus; lamellæ albæ, roseo tinctæ, aliquantulum undulatæ. Affinis *Col. acervatæ.*

144. **Collybia dryophila** Bull. t. 434 [*Agar.*], (optime). Fr. S. M. I, p. 124, ubi syn. El. p. 18, Hym. Eur. p. 122, Sowerb. t. 127, Berk. Outl. p. 119, Kickx p. 150, Seyn. Montp. p. 144, Schaeff. t. 45. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso, subdepresso, levi, glabro, expallente; stipite eximie fistuloso, glabro, rufescente aut lutescente; lamellis sinuato-adnexis (denticulo subdecurrentibus), subliberis, confertis, angustis, albis pallescentibusve. 871

*Hab.* a vere in serum autumnum vulgatissima in omni silva, in Europa, Amer. fœder. et Peradenya Ceylon Indiæ et Africa australi, protea indole fallacissima. — Pileus badio-rufus, lutescens, argillaceus, albus, $2^1/_1$-6 cm. latus. Stipes nunc æqualis strictus, nunc basi inflatus (Fl. Dan. t. 2019, f. 2), nunc laxus, decumbens,

tortuosus (var. *funicularis* S. M.), 6-8 cm. longus, $^3/_4$-1 cm. crassus; sporæ subfusoideæ 6-7 = 3-4. Lamellæ variant luteæ et alutaceo-cinnamomeæ. (Fl. Dan. l. c. f. 1, Secr. n. 732). — Plures facile latent species, sed notæ parum evidentes. Varias separat Secretan, sed heterogenæ immixtæ. Secr. n. 734 (pileo albo, stipite luteo) in pinetis vulgatissima forma æstivalis. — Var. **griseo-nigricans** Seyn.: sporis 5-7 = 4-5; basidiis 18-23 = 5-7. In Gallia et Italia. — Var. **aurata** Quél. Ench. p. 31: pileo amœne aureo-fulvo; stipite aureo; lamellis lacteis. In Gallia. — Var. **peronata** Bres. in Hedw. 1885, p. 133, *Ag. peronatoides* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 501: hygrophana; pileo e late conico explanato et umbonato, demum infundibuliformi et sine umbone, primitus præsertim in centro, carnoso, denique submembranaceo, 2,7-5,4 cm. lato, primo saturate cinnamomeo, demum præcipue ad marginem, valde diluto; stipite discreto, æquali aut deorsum leniter incrassato, stricto-elastico, e solido demum cavo, 3,3-6,6 cm. alto, 2-5 mm. crasso, apice ex albo luteo, deorsum pilei concolori, ad basim inter muscos et gramina abscondito griseo-strigoso; lamellis liberis, rotundato-attingentibus, in juvenili ventricosis, demum sublinearibus, antice cuspidatis, 3-7 mm. latis, subdistantibus, dilute fusco-albidis; sporis crasso-ovatis, sæpe amygdaliformibus, 5-6 $\mu$. longis. Gregatim in silvis frondosis ad terram graminosam, Slavonia augusto. — Var. **vernalis** Schulz. et Bres. in Hedw. 1885, p. 133, *Ag. vernalis* S. et B. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 501; subhygrophana; pileo satis carnoso, cinnamomeo, e semiglobato dilatato, ad marginem deflexo et ad medium leviter depresso, 2-4 cm. lato, nec regulari, levi, glabro, non nitido; stipite fistuloso, in pileum ampliato, recto aut flexuoso, excepta basi, levi, apice 3-5 et parum ultra crasso, æquali aut basim versus leniter incrassato, basi tomentoso et radiculoso-bulboso, bulbo toto in humo occulto, 5,3-6,7 cm. longo, apice albido, deorsum pilei concolori; lamellis adfixis, mox liberis et rotundatis, 3-5 mm. latis, antice cuspidatis, ad marginem pilei subconfertis, fusco aut carneo-albidis; sporis minutis, vix 3-4 $\mu$. longis, ovatis aut globoso-ovatis. Subcæspitosa ad basim Carpini Betulæ vetustæ, Slavonia, majo. Caro fusco-albida, odor aromaticus, bonus, sapor dulcis, gratus, *Agarici campestris* similis. — Var. **minor** Bres. in Hdw. 1885, p. 133. *Ag. radiculans* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1877, p. 107: hygrophana; pileo carnoso ex hemisphærico irregulariter explanato, 1,8-3 cm. lato, gla-

bro, secundum cælum saturate aut dilute rubescente-cinnamomeo, margine subalbido, interdum, iove pluvio, zona marginali spuria obscura notato; stipite curvato-adscendente, subdiscreto, fistuloso, apice 2-3 mm. crasso, deorsum leniter incrassato, basi radiculoso, radiculis fibrilliformibus, longis, 2,5-3,4 cm. longo, apice subalbido, in medio pilei concolori, deorsum valde obscuro, glabro, levi; lamellis confertis, postice rotundato-attingentibus, 1-2 mm. et parum ultra latis, antice cuspidatis, albis; sporis globoso-ellipsoideis, 2-4 μ. longis. Gregarie juxta Quercus vetustas post pluvias in silva Kunjevce prope Vinkovce Slavoniæ, augusto. Odor aromaticus, fortis, ingratus; sapor bonus, dulcidulus.

145. **Collybia estensis** Morg. Myc. Miami II, p. 71, t. V. — Pileo carnosiusculo, conico-campanulato, depresso revolutoque, flavido, margine pallido; stipite æquali, cavo, glabro, pallido; lamellis angustis, subliberis, confertis, pallidis; sporis curvulis, 8 μ. longis, albidis. 872

*Hab.* gregarie inter folia ad terram in silvaticis in America vere-autumno. — Affinis *C. dryophilæ*. Pileus 2,5-5 cm. latus, stipes 5-8 cm. altus.

146. **Collybia myriadophylla** Peck 25 Rep. p. 75. — Pileo tenuissimo, late convexo, demum expanso vel depresso, interdum umbilicato, hygrophano, udo aquoso brunneo, sicco pallide ochraceo vel alutaceo; stipite æquali, glabro, farcto, rubro-brunneo; lamellis creberrimis, angustis, confertis, versus stipitem rotundatis atque leviter emarginatis, brunneo-lilacinis; sporis subellipsoideis, minutis, 3 μ. long. 873

*Hab.* in truncis cariosis atque in ramis dejectis in silvis, Portville Amer. bor. — Subcæspitosa 2½-4 cm. alta, pileus 1½-2½ cm. latus, stipes 1 cm. crassus. Lamellæ confertiores quam in *Col. dryophila* atque singulari colore notandæ.

147. **Collybia macra** Berk. Dec. n 366. — Pileo primitus subcampanulato, obtusissimo, demum expanso, late conico-umbonato, rufescente, viscidulo; stipite macro, flexuoso, procero, glabro; lamellis pallidis, subadnatis, postice rotundatis; interstitiis rugosis. 874

*Hab.* ad terram in pinetis, Sikkim, (3300 m. alt.) (Hook.). — Pileus 2½ cm. latus, viscidulus, nitidus, rufescens; caro pallida rufescens; stipes 11-13 cm. longus, 2-3 cm. crassus, rufescens, fistulosus, leviter ventricosus. Affinis *Col. dryophilæ*.

148. **Collybia rhodella** Berk. Dec. n. 262. — Pileo convexo, umbilicato, membranaceo, ex umbilico rugoso-plicato rhodello luteo-va- 875

riegato; stipite fusco, fistuloso; lamellis distantibus adnatis, roseis, interstitiis venosis.

*Hab.* in silvis, Darjeeling Indiæ (2300 m. alt.) (Hook.). — Pileus $2^1/_2$–5 cm. latus, roseus luteo pictus præsertim versus marginem; stipes 5 cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus, interdum deorsum attenuatus; lamellæ moderate latæ. Cum *Col. dryophila* in eadem sectione collocanda.

149. **Collybia aquosa** Bull. t. 12 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 125, Icon. 876
t. 66, f. 2, Hym. Eur. p. 122, Cooke Ill. t. 234, Sommerf. Lapp. p. 284, Secr. n. 737. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso, glabro, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, nudo, rufo-fulvente, basi fibrilloso; lamellis rotundato-liberis, confertis, angustis, strictis, albis pallidisve.

*Hab.* inter muscos humidos in Europa. — Pileus aquosus, ex ochraceo testaceove albicans; sporæ 5–7 ≃ 3–4.

150. **Collybia extuberans** Fr. Epicr. p. 93, Hym. Eur. p. 123, Icon. 877
t. 67, f. 1. *Bulla extuberans* Batt. t. 38, f. 1 (vere et autumno). *A. melleus* Secr. n. 738, *A. ocior* Pers. Myc. Eur. 3, p. 151. — Pileo carnosulo, convexo-expanso, umbonato, subimmutabili, margine subinflexo stipiteque fistuloso, tenui, æquali, stricto, radicato glabris, levibus; lamellis subliberis, confertis, angustis, albis.

*Hab.* ad terram et truncos in Europa et Natal Africæ, vere iterumque autumno. Tenax, eumorpha, gregaria vel subcæspitosa. — Pileus rufo-fuscus, badio-purpureus etc., irrigatus subviscidus. Secr. n. 730, apud nos haud rarus, medius inter hanc et *Col. dryophilam*, pileo convexo, sed non umbonato.

151. **Collybia exsculpta** Fr. Epicr. p. 93, Hym. Eur. p. 123, Icon. 878
t. 66, f. 3, Cooke Ill. t. 268, Berk. Outl. p. 119. — Pileo carnosulo, tenaci, convexo-expanso, umbilicato, immutabili stipiteque fistuloso, tenui, incurvo, brevi glabris; lamellis subliberis (denticulo decurrentibus), arcuatis, confertissimis, angustis, sulphureis.

*Hab.* ad ligna vetusta Quercus, in Europa, gregaria, at rarior. — A *Col. dryophila* separata ob tenacitatem, colorem totius sulphureum, pileo saturatiore.

152. **Collybia macilenta** Fr. S. M. I, p. 131, Icon. t. 66, f. 1, Hym. 879
Eur. p. 123, Cooke Ill. t. 268, Weinm. Ross. p. 77. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso, levi, glabro; stipite subtiliter fistuloso, tenaci, nudo, radicato lamellisque secedente-liberis, confertis, linearibus luteis.

*Hab.* in pinetis montosis Europæ borealis raro, — Elegans,

statura *C. myosuræ*, colore *Trich. cerini*. Pileus 2 cm. latus; stipes 2,5-3,5 cm. longus, sporæ 5-6 μ. l.

153. **Collybia Clavus** Linn. Fl. Suec. n. 1212 (*Agar.*), Bull. t. 148, A-C. 569, Fr. Syst. Myc. I, p. 134, Hym. Eur. pag. 123, Weinm. Ross. p. 100, Cooke Ill. t. 147, Kickx Belg. p. 150, Quél. p. 63, Paul. t. 97, f. 3, Vaill. Par. t. 11, f. 19-20. — Pileo carnosulo, planiusculo, obtuso, levi; stipite farcto, tenui, glabro, stricto lamellisque adnexo-secedentibus, liberis, confertis albis. 880

*Hab.* ad stipites etc. raro in Europa. — Pileus 4-9 mm. latus, stipes $2^1/_2$ cm. longus. Colore aurantio-rubente micans. Omnino differt *M. acicula* vel *coccinea* Scop.

154. **Collybia luteifolia** Gill. Champ. Fr. p. 328. — Pileo vix carnoso, convexo mox explanato, margine lobato inæquali, levi, glabro, rufo-cinnamomeo, demum expallente, 3-5 cm. lato; lamellis copiosis, liberis, basi rotundatis, flavo-sulphureis; stipite fistuloso, æquali pileo concolore, 3-4 cm. alto; carne pilei alba, stipitis rufula; odore nullo; sapore fungino. 881

*Hab.* in silvis in Gallia boreali.

155. **Collybia cinnamomifolia** Gill. Champ. Fr. p. 328. — Pileo subcarnoso, convexo margine inflexo, centro subdepresso sed papillato, levi, albo-flavido, centro obscuriore, diam. 3-5 cm.; lamellis copiosis, latis, dente adnexis, pallidis, mox pallide cinnamomeis; stipite 6-10 cm. longo, fistuloso glabro, rufescente, sursum pallidiore, basi albo-radiculoso; carne alba; odore non ingrato. 882

*Hab.* in silvis inter folia in Gallia bor.

156. **Collybia ocellata** Fries Obs, I, p. 83, S. M. l. c. (excluso *A. cirrato*), Hym. Eur. p. 123, Secr. n. 743 bene. Bull. t. 569, f. 1, H-P., Berk. Outl. pag. 120, Cooke Ill. t. 147, *A. Güldenstedtii* Weinm. Ross. p. 98. — Pileo carnosulo, planiusculo, levi, disco depresso, obscuriore, umbonato; stipite subtiliter fistuloso, filiformi, glabro, albido-fuscescente, basi radicato, fibrilloso; lamellis adnexo-secedentibus, confertis, albis. 883

*Hab.* locis graminosis in silvis, Europæ ad vias rara, sed valde insignis. — Similis, sed non affinis *Col. cirratæ*. Pileus 8-11 mm. latus usque latus, disco fusco, flavido etc., margine passim crenulato; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus.

157. **Collybia leucophæa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 523. — Tenera; pileo plano depresso, tenuissimo, subrugoso, fusco; stipite fistuloso, stricto, subconcolori, glabro, pilis brevibus circumdato; lamellis angustissimis, arcuato-adnexis, confertis. 884

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes $4^1/_2$ cm. longus, 18 mm. crassus; lamellæ fere candidæ. Affinis *Col. ocellatæ*. Contrahitur valde atque siccitate decoloratur.

158. **Collybia floridula** Fr. Epicr. p. 94, Hym. Eur. p. 124, *Mycena* Secr. n. 950 h. loci videtur. — Pileo submembranaceo, e campanulato-convexo umbonatoque expanso, obtuso, striatulo; stipite subtiliter fistuloso, levi, nudo, pellucido, albo; lamellis adnato-secedentibus, confertis, roseo-pallidis. 885

*Hab.* locis graminosis in pinetis rara, elegantissima. — Stipes strictus, 4 cm. longus; pileus primo 6-8 mm. latus, dilute carneus, dein 1-2 cm. expallens, margine incurvo, ut certe non *Mycena*.

159. **Collybia Micheliana** Fries Obs. II, p. 146, Icon. t. 68, f. 2, Hym. Eur. p. 124, Quél. p. 217, *A. leucostigma* Brig. Neap. t. 18, f. 1? Mich. Gen. t. 74, f. 3, Bolt. t. 4, f. 2 æquo jure ad n. 567 citatur. Secr. n. 747 a. (b. differentias a *C. cirrata* sæpe epiphylla non video). *A. epichizus* Pers. M. E. sub *A. geophyllo*. — Candidula; pileo submembranaceo, convexo-plano, obtuso, margine striatulo; stipite farcto, tenui, stricto, glabro, basi subincrassato; lamellis adnexis, confertis, angustis. 886

*Hab.* in radicibus graminum emortuis seriatim sed raro, in Europa. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus; pileus $1^1/_4$ cm. latus, firmulus.

160. **Collybia muscigena** Schum. p. 307, Fr. Syst. M. I, p. 145, Hym. Eur. p. 124, Cooke Ill. t. 147, Fl. Dan. 2023, f. 1, Secr. n. 957, Weinm. Ross. p. 108, Mich. t. 73, f. 4. — Candida; pileo submembranaceo, convexo-plano, obtuso, levi; stipite farcto, setaceo, flaccido, flexuoso, æquali, glabro; lamellis adnatis, subconfertis, linearibus. 887

*Hab.* inter muscos, ad bases truncorum in Europa. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus, pileus 2-4 mm. latus.

161. **Collybia ludia** Fr. Epicr. p. 94, Hym. Eur. p. 124, Icon. t. 68, f. 4, Pers. M. E. 3, n. 475, si definiendus, hæc junior. — Candida; pileo membranaceo, tenacello, subumbonato, e convexo-plano, revoluto, undulato-difformi lobatoque, levi; stipite fistuloso, capillari, flexuoso, nudo, radice repente, ramosa, fibrillosa; lamellis attenuato-adnexis, linearibus, subdistantibus. 888

*Hab.* inter ramenta pinea in hortis Upsaliæ in Suecia et in Germania, locis humidis valde gregaria et cæspitosa. — Sicca riget, sublutescit. E mycelio copioso surgit stipes cylindricus, demum compressus. Pileus 4-11 mm. latus, margine involuto, sæpe excen-

tricus, forma maxime ludens; stipes 2½ cm. vel ultra longus; sporæ 8-10 ≃ 6.

162. **Collybia diminuta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 521. — 889
Pileo e subcampanulato expanso, subcarnoso, albido, pulverulento; stipite brevi farcto; lamellis angustis, adnatis.

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Sordide alba; pileus 8 mm. latus; stipes 6 mm. longus, 1,5 mm crassus; lamellæ 1 mm. latæ confertæ. Affinis *Col. cubisti.*

163. **Collybia cubistes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 521. — Pi- 890
leo plano umbonato, pulverulento, estriato, subcarnoso; stipite obliquo, æquali, albo-farcto; lamellis angustis, postice rotundatis, adnexis, stramineis.

*Hab.* probab. in lignis emortuis, Ceylon. — Pileus 4 cm. latus, acie leviter revolutus sordide albus; stipes 5 cm. longus, 4 mm. crassus flexuosus, extus intusque leviter fusco tinctus; lamellæ 2 mm. latæ, confertæ; mycelium radicatum. Affinis *Col. Magisterium* et *Col. euphyllæ.*

164. **Collybia rufipicta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 523. — 891
Pileo e campanulato plano, striato, umbrino, subvirgato; stipite solido, radicante, intus umbrino; lamellis angustis, liberis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, margine striato; stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ, confertæ, pallide umbrinæ. Forsan ad *Marasmium* referenda.

165. **Collybia Boryana** Bory et Mont. Cent. VI, n. 61, et Mont. Syll. 892
Crypt. n. 346. — Pileo membranaceo, orbiculari, planiusculo, centro tandem depresso, margine undulato, lineolato, glabro lamellisque confertissimis, angustissimis, polydymis, liberis, albis; stipite solido cartilagineo, fuscescente, incurvo, glabro.

*Hab.* ad truncos arborum prope Bahiam Brasiliæ (Blanchet) et in insula Cuba.

166. **Collybia physcopodia** Mont. Syll. Crypt. n. 344. — Cæspitosa; 893
pileis carnosulis, e campanulato explanatis, umbonatis stipitibusque fistulosis, basi coadunatis, ovato-bulbosis, bulbo cavo; lamellis confertis, linearibus, sinuato-adnexis, acanthidichrois.

*Hab.* ad terram post pluvias in silvis umbrosis, majo. Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus carnosulus, centro (sub ipso umbone) millimetrum et quod excedit crassus, sensim ad ambitum attenuatus, siccus margine involutus, ceterum levis et glaber, colore vitellino ad croceum vergente insignis, expansus dia-

metro 3-4 cm. æquans, umbone persistente; stipes cartilagineus, concolor, siccus brunneus et fragilis, eximie fistulosus, $2^1/_2$ ad $4^1/_2$ cm. longus, sursum 2 ad 3, deorsum (bulbus) 6 mm. crassus, levis, nec striatus. Lamellæ tri-tetradymæ vel lineari-lanceolatæ, postice rotundatæ latiores et ibi 1 mm. vix superantes, longiores vero sinuato-affixæ, luteolæ, omnes tenuissimæ, 50 $\mu$. crassitie adæquantes, acie integerrimæ. Trama tenuissima. Hymenium basidiis clavatis, 20 $\mu$. longis hyalinis compositum. Cystidia obsoleta vel nulla. Sporæ albæ, ovoideæ, majori diametro 5 $\mu$. longæ.

167. **Collybia Familia** Peck 23 Rep. of the St. Mus. N. Y, pag. 79. 894
— Cæspitosa; pileo tenui, hemisphærico vel convexo, glabro, albido, sæpe luteo-tincto, disco obscuriore; stipite tenui, albo, glabro, cavo; lamellis angustis, confertis, attingentibus, postice rotundatis, subliberis.

*Hab.* in truncis vetustis in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans; pileus 12-25 mm. latus; stipes 2 mm. crassus; discus brunneo maculatus. Exsiccatione obscuratur.

168. **Collybia abundans** Peck 29 Rep. St. Mus. N. Y. p. 38. — Pileo 895
tenui, convexo vel expanso, subumbilicato, innato-fibrilloso, albido in fuscum vibrante, sæpe disco obscuriore atque densius fibrilloso, margine tenui subtiliter rimoso; stipite æquali, glabro, cavo, subtiliter rimoso, sæpe incurvo, pileo concolore, apice pruinoso; lamellis angustis, confertis, adnatis, interdum venosis, candidis.

*Hab.* in truncis marcescentibus in silvis, Sandlake et Greig Amer. bor. — Gregaria vel subcæspitosa, $2^1/_2$-5 cm. longa; pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 2 mm. crassus. Haud frequens, sed quando occurrit vulgo copiosa. Arescendo margo involvitur atque color obscuratur.

169. **Collybia adianticeps** Berk. et C. N. Pac. expl. n. 10. — Fla- 896
vida; pileo demum depresso, striato, margine crenato, appendiculato; stipite cartilagineo, æquali; lamellis angustis, adnexis.

*Hab.* in montanis prope Hakodadi Japoniæ. — Pileus pulcherrimæ speciei frondi *Adianti* margine longe striato, crenato appendiculatoque simillimus.

170. **Collybia spinulifera** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 62. — Pileo 897
carnoso, tenui, convexo, levi, hygrophano, alutaceo-rubente, udo margine striatulo, sicco pallidiori; stipite gracili, fibroso, levi, nitente, cavo, brunneo-rufo, demum pallido, basi mycelio albido instructo; lamellis angustis, confertis, postice rotundatis liberisque, pallide cinnamomeis; sporis subellipticis, 5 $\mu$. longis.

*Hab.* in lignis vetustis et in terra inter folia in silvaticis, pr. Greig Americæ borealis, septembri. — Cæspitosa, 5–7 cm. alta; pileus 2,5–3,5 cm. latus; stipes 2,5 mm. crassus.

171. **Collybia? hymenocephala** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 5. — 898
Solitaria v. laxe gregaria, inodora; pileo tenui-membranaceo, pellucido, rigidulo (fere tremelloideo, in sicco!), applanato-expanso 3–3,5 cm. diam., orbiculari, centro non v. vix depresso, margine acuto, recto, regulari v. leniter minuteque subrepandulo-undulato, glaberrimo, levissimo, radiatim modicissimeque subcostulato et plus minusve manifeste ruguloso-reticulato, albo vel albo-pallescente (fulvescenti-testaceo, in sicco!) centro vix fuscescente; lamellis remotis, strictissimis 0,5–8, mm. lat. centr., membranaceis, colore et consistentia pilei, polymacriis, utrinque attenuato-acutatis, longioribus, deorsum breviter denticulo in stipitem decurrentibus, rugis gracilibus sed plane conspicuis, transversis, marginem versus nullis, centro subconfertiusculis, irregulariter fenestratim conjunctis; stipite tereti, gracili, erecto, recto, 4–5 mm. long., 2 mm. diam.; pileo obscuriore (fulvescenti-brunneo, in sicco!), glaberrimo, levissimo, tenui membranaceo-subcartilagineo, latissime fistuloso, basi non v. vix subattenuato, abrupte noduloseque in mycelio albo-fibroso latiusculo ac densiusculo radicato-expanso; basidiis et sporis non visis.

*Hab.* in silvis subvirgineis ad folia ac ramenta dejecta putrescentia prope Guarapi Brasil. — «An *Heliomycetis* species?».

*B*) Lamellæ cinerescentes. — Hygrophanæ.

IV. Tephrophanæ. Color fuscus, cinerescens. — Affines ultimis *Tricholomatibus* et *Clitocybis*, sed stipes cartilagineus.

*) Lamellis confertis, subangustis. Primi quatuor olentes.

172. **Collybia rancida** Fr. S. M. I, p. 141, Icon. t. 69, f. 1, Hym. 899
Eur. p. 125, Cooke Ill. t. 153, Kalchbr. t. 6, f. 4, Hoffm. Ic. t. 12, f. 2, Secr. n. 656, Weinm. Ross. pag. 104, Wirtgen in Fl. 1835, n. 312. — Graveolens; pileo carnosulo, e convexo plano, umbonato, levi, tenaci, rore albido sericello; stipite fistuloso, stricto, rigido, eximie radicato, glabro lamellisque liberis, confertis, angustis cinereis.

*Hab.* in pinetis Europæ, vulgo ad terram, sed etiam in silvis frondosis ad truncos, haud raro. — Pileus 4–10 cm. latus; stipes 6–18 cm. longus, 4–5 mm. crassus; sporæ 7–10 ∞ 3–5. Nobilis, serotina, odore farinæ recentis subrancida. Pileus plumbeo-niger, vix

expallens, nitidus, epidermide diu irrigua viscida. Varr. plures, etiam pileo bullato, undulato. — * **C. putida** Fr. Hym. Eur. p. 125; inter hanc et sq. quasi media, stipitis fabrica diversissima, omnino est *A. nitens* Secr. n. 554, B. C., sed ab *A. nitente* (Pers. M. E. 3. p. 214) distinctissima.

173. **Collybia coracina** Fr. Epicr. p. 95, Hymn. Eur. p. 125, Icon. t. 69, f. 2, Berk. et Br. n. 1207. — Graveolens; pileo carnosulo, convexo-expanso, subdifformi, levi, nudo, hygrophano; stipite cavo, rigido, arrhizo, subcompresso, sursum albo-farinoso-squamuloso; lamellis adnexis, secedentibus, vix confertis, latiusculis, albido-griseis. 900

*Hab.* locis graminosis silvarum in Europa. Odor prioris. Stipes eximie cartilagineus, tenax, 4 cm. latus, 4 mm. longus, compressus, 8 mm. crassus, exoletus fragilis; pileus fuscus, dein griseus, non sericellus, 4 cm. et ultra latus, circa margines subrugosus, carne alba scissili; lamellæ demum venis connexæ; sporæ 6–7 $\mu$. longæ. Secr. n. 657, media quasi inter hunc et sq., e loco epiphyllo in fagetis, mutata videtur. — Var. **Cornui** Karst. in Grev. 1878, n. 42, p. 63; pileo submembranaceo, convexo-plano, disco depresso-umbonato, striato, glabro, hygrophano; stipite æquali e farcto subtiliter fistuloso, basi adscendente, subundulato, apice subpruinello, pallido; lamellis adnatis, distantibus, latis, albidis, pallescentibus. In quisquiliis ad Mustiala in Fennia. Cæspitosa. Odor farinæ recentis; pileus fusco-seu livido-pallens, umbone nigrescente, siccus expallens, 1-2 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 1-2 mm. crassus, basi subvillosus; lamellæ venoso-connexæ. Cum *C. coracina* confluere videtur ideoque pro forma ejusdem sat singulari consideranda.

174. **Collybia impexa** Karst. Hattsv. I, p. 549. — Pileo convexo-plano, interdum umbilicato, villo griseo v. cinereo, facile detrito tecto; stipite inæquali, flexuoso, tereti vel compresso, villo griseo tecto; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, fusco- vel fuligineo-cinereis, angustis. 901

*Hab.* ad terram juxta vias prope Mustiala in Fennia. — Pileus circiter 3 cm. latus, carnosulus. Stipes vulgo inferne leviter incrassatus, 3-6 cm. longus, 3-8 mm. crassus. Cæspitosa. Odor farinæ recentis gravis. *Collybiæ coracinæ* cognata. Sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ, 2-3,5 mm. diam.

175. **Collybia dæmonica** Karst. Hattsv. I, p. 159. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, subumbonato, glabro, virgatulo, mar- 902

gine obsolete striatulo, fusco-livido, disco obscuriori, subnigricanti, sicco pallidiori; stipite fistuloso vel subcavo, æquali, glabro, basi leviter incrassato et albo-strigoso, flexuoso, undulato, fibrilloso-striato, pallido, apice albo-flocculoso; lamellis adnatis, confertis, angustis, sordide v. fuligineo-pallidis, tactu nigrescentibus; sporis chlorino-hyalinis, ellipsoideis, guttulatis, 8-10 ≃ 4-5.

*Hab.* in pineto Syrjöas ad Mustiala Fenniæ, rarissime. — *Collybiæ semitali* affinis, sed lamellis cinerescentibus, confertis aliisque notis differens. Pileus orbicularis, planus, medio leviter umbonatus, 5 cm. usque latus. Stipes interdum basim versus compressus, 6-9 cm. longus, circiter 4 mm. crassus. Odor farinæ recentis debilis.

176. **Collybia subsimulans** Karst. Hattsv. I, p. 549. — Pileo convexo, umbonato-gibbo, carnosulo, glabro, margine striato, sicco ferrugineo-cinnamomeo, circiter 4 cm. lato; stipite subæquali, flexuoso, fistuloso, striatulo, sæpe compresso, apice farinaceo, fragili, 3-4 cm. longo, 2-3 mm. crasso; lamellis adfixis, confertis, cinereo-fuligineis. 903

*Hab.* ad ligna putrida Pini in silvaticis prope Mustiala in Fennia. — Affinis ei videtur *Collybia ozes* Fr. Sporæ ellipsoideæ, utrinque vulgo leviter attenuatæ, hyalinæ, 7-9 ≃ 4.

177. **Collybia ozes** Fr. Epicr. p. 95, Hym. Eur. p. 125. — Graveolens; pileo carnosulo, campanulato, explanato, umbonato, nudo, glabro, hygrophano, margine striato; stipite e medullato fistuloso, striatulo, gracili, fragili, subflexuoso, apice farinaceo; lamellis adfixis, confertis, e cinereo olivaceo-fuligineis. 904

*Hab.* supra acus Pini silvestris Smolandiæ, serotina. — Odor farinæ. Pileus 2,5 cm. et ultra latus, udus cinereo-fuscus, siccus fusco-argillaceo-pallens, levis. Stipes 6-11 cm. longus, 2 mm. crassus, concolor, basi subattenuatus. Toto formæ typo lamellisque neutiquam in coni fundo attenuato-insertis differt *Trich. pulidum.*

178. **Collybia mephitica** Fr. Epicr. p. 96, Hym. Eur. p. 126, Monogr. p. 172. — Graveolens; pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, levi, adpresse innato-sericeo; stipite filiformi, obsolete fistuloso, tenaci, cinereo, floccis albis pruinato-velutino, basi mycelio albo-lanato; lamellis obtuse adfixis, secedentibus, confertis, albidis. 905

*Hab.* supra ramulos et folia Abietis Upsaliæ in Suecia raro. — Odor priorum, sed debilior; stipes $2^1/_2$ cm. latus, $^1/_2$ mm. crassus, longiorum tenuior, flaccidus; pileus 6-20 mm. latus, siccus, cano-albescens, fere *Cl. hirneolæ* facie.

179. **Collybia inolens** Fr. Epicr. p. 96, Hym. Eur. p. 126, Icon. t. 69, f. 3-4, Cooke Ill. t. 154, Berk. et Br. n. 1208. *A. zephirus* Weinm. n. 183, Pers. M. E. 3, n. 382 (vetustus, lam. cinereis), non Secr. — Livida; pileo carnosulo, e campanulato-convexo expanso, rigido, umbonato, glabro, hygrophano, opaco, margine striatulo; stipite e farcto fistuloso, rigido, undulato, basi albo-strigoso, apice albo-squamuloso; lamellis adnexis, secedentibus, confertis, albido-griseis. 906

*Hab.* in pinetis, passim Upsaliæ in Suecia et in Germania. — Odor nullus vel debilis. Stipes 6-8 cm. longus, 2-4 mm. crassus, sed compressus 6 mm. latus; pileus 2-6 cm. latus, sæpe repando-inæqualis, lividus, siccus sericellus, alutaceo-pallens; sporæ 7-8 ≃ 4-5.

180. **Collybia plexipes** Fr. S. M. I, p. 146 (non Secr., qui potius n. 403), Hym. Eur. p. 126, Cooke Ill. t. 154 *b*. Berk. et Br. n. 1209, Fl. Dan. t. 2023, f. 2 (habitum non bene exprimit). — Inodora; pileo submembranaceo, campanulato, subrugoso, striatulo, glabro; stipite fistuloso, æquali, tenaci, fibris implexis sericeo-fibroso, basi præmorso-radicata; lamellis liberis, subconfertis, albis, glaucescentibus. 907

*Hab.* in fagetis Europæ circa truncos. — Pileus 2½-6 cm. latus; stipes 8 cm. circiter longus, 2-5 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, 8 ≃ 4. Distinctissima, prorsus inodora, firma. Mycenis rigidipedibus valde similis, non affinis. Pileus primo nigricans, ad marginem subalbicans, dein fuligineo-lividus.

181. **Collybia retigera** Bres. Fung. Trid. p. 8, t. IV. — Pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso umbonatoque, sicco, glabro, e fusco cinereo-expallente, centro subfulvescente, venis turgidis, pallidis, anastomosantibus, eximie reticulato, margine striato, 3-6 cm. lato; stipite e farcto-cavo, livido-pallido, albo-fibrilloso, sæpe compresso, æquali, subradicato, 4-6 cm. longo, 5-7 mm. crasso; lamellis latis, ventricosis, postice rotundato-liberis, approximatis, subconfertis, cinereis, acie pallidiori subfimbriata. 908

*Hab.* ad radices Fraxini Orni prope Magrasium in Val di Sole Trident., æstate. — Colore ad Collybias tephrophanas, affinitate ad *Col. radicatam* accedit.

182. **Collybia misera** Fr. Monogr. II, p. 290, Hym. Eur. p. 126, Icon. t. 70, f. 2. — Pileo carnosulo, e convexo plano, subumbonato, glabro, margine striato; stipite fistuloso, æquali, fusco, apice farinoso; lamellis adnatis, confertis, cinereis. 909

*Hab.* in silvis acerosis Sueciæ, Germaniæ, Fenniæ et Sibiriæ sæpe copiose. — Gregaria, tenax, inodora. Stipes 6 cm. et ultra longus, $2^1/_2$ cm. crassus, sæpe flexuosus. Pileus $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. vix latus, udus cinereus, siccus canus. Sporæ 7 μ. longæ, aculeolatæ.

183. **Collybia ignobilis** Karst. Hattsv. I, p. 160. — Pileo carnosulo- 910
membranaceo, plano, disco leviter depresso, margine patente, obsolete striatulo, glabro, livido, rore cano obducto, sicco cano vel pallescente; stipite fistuloso, æquali, livido-pallente, cano- v. albido-floccoso-pruinato; lamellis emarginatis, confertis, sordide pallentibus; sporis ellipsoideis, guttulatis, hyalinis, 7-8 ≃ 4.

*Hab.* supra acus in pineto Syrjöas prope Mustiala Fenniæ, sept. — *C. miserœ* proxima. Pileus orbicularis, planus, rarius convexulus, 3 cm. circiter latus; stipes basi sæpe flexuosus, 6 cm. circiter longus, 2-4 mm. crassus; lamellæ pone sinum gibbosæ, integerrimæ. Odor et sapor haud notabiles.

184. **Collybia nigrescens** Quél. Bull. Soc. Bot. Fr. 1876, t. 3, f. 11. 911
— Pruinosa, cinereo-nigrescens; pileo convexo, tenui, substriato, 1-2 cm. diam.; stipite solido brevi, 2 cm. longo fibrilloso; lamellis sinuato-adnexis albo-griseis, nigro-maculatis.

*Hab.* in basi putrida Abietum in Gallia orient.

185. **Collybia atramentosa** Kalchbr. p. 12, t. 6, f. 2, Fr. Hym. Eur. 912
p. 126. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, subumbonato, ruguloso, e livido fuligineo-nigrescente, carne nigra; stipite farcto, levi, nudo, concolore; lamellis uncinato-adnatis, angustis, subconfertis, ex albido nigrescentibus.

*Hab.* ad truncos putridos Pini prope Olazzinum Hungariæ. — Stipes $2^1/_2$-4 cm. longus, 2 mm. crassus. Pileo 1-2 cm. lato impolito et carne nigra insignis.

186. **Collybia fuliginata** Weinm. Ross. p. 108, Fr. Hym. Eur. p. 127, 913
*A. sericellus* Pers. Syn. p. 358 cum nullo melius convenit. Cfr. Secr. n. 926. — Inodora; pileo submembranaceo, e campanulato expanso, striatulo, molli, fuligine flocculosa nigra detersili consperso; stipite brevi, arrhizo, flocculoso, concolore; lamellis attenuato-subliberis, angustis, confertis, candidis, glaucescentibus.

*Hab.* ad truncos et terram in Europa raro, admodum pusilla. — Odor et sapor nulli. Pileus ater, indumento deterso siccusque fuscus. Nonne potius Mycena?

187. **Collybia atrata** Fr. S. M. I, p. 168, Icon. t. 70, f. 1, Hym. Eur. 914
p. 127, Cooke Ill. t. 155, Berk. Outl. p. 120, Alb. et Schw. n. 651, Weinm. p. 87. — Pileo carnosulo, plano-depresso, umbilicato, le-

vissimo, glabro, nitente, margine convexo; stipite farcto, tenaci, curto, levi, glabro, extus intusque fusco; lamellis adnatis, latiusculis, griseo-albidis.

*Hab.* ad terram apricam, in Europa et Sibiria, serotina. — Distinctissima si qua, in medio inter Collybias et Omphalias posita. Stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2-5 mm. crassus. Pileus orbicularis, $2^1/_2$ cm. latus piceo-ater, siccus fuscus.

188. **Collybia subatrata** Vogl. Obs. Agar. p. 15, t. III, f. 10. — Pileo carnoso, plano-depresso, mamillato, glabro, centro fuligineo, disco fuligineo viridi, 1-2,5 cm. lato; lamellis sinuosis subdistantibus, luteolis; stipite cylindrico, æquali, subtenaci, glabro, curvato, fibrilloso, extus intusque luteo, 2,5 cm. circiter longo; carne luteola, odore nullo; sporis obovatis basi apiculatis, hyalinis, 8-10 4-5; basidiis clavatis 4-sterigmicis 22-28 = 5-7; sterigmatibus acicularibus 3-4 = 2. 915

*Hab.* in prato circa truncos Pini in Horto Botanico Patavino octobri. — Affinis *C. atratæ*.

189. **Collybia detersibilis** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Gregaria; pileo plano umbilicato, albido subfuligineo, margine striatulo; stipite solido pruinoso; pileo concolore; lamellis adnatis albidis. 916

*Hab.* ad radices graminum in solo sabuloso, Car. inf. Amer. bor. (Curtis). — Subcæspitosa; pileus 12-25 mm. latus, glaber, sordide albus, pallide brunneo-tinctus; stipes 25 mm. vel ultra longus, 2 mm. crassus, contortus compressus atque sursum dilatatus, pulvere farinoso facile detergendo obductus, basi fulvus; lamellæ confertæ. Affinis *Col. atratæ*.

190. **Collybia ambusta** Fr. S. M. I, p. 157, Icon. t. 70, f. 2, Hym. Eur. p. 127, Cooke Ill. t. 155. — Inodora; pileo submembranaceo, convexo-plano, papillato, striatulo, glabro, hygrophano; stipite subfarcto, brevi, e pruinato glabrescente, tenaci, livido; lamellis adnatis, confertis, lanceolatis, albo-fuscescentibus. 917

*Hab.* ad terram deustam Smolandiæ, Germaniæ, Britanniæ et Fenniæ, frequens. — Pusilla, tenax, tota fuliginea; pileo obscuriore, primo levi, fusco, margine involuto (hinc non Mycena), demum livido, striatulo, subdepresso 1-4 cm. lato. Stipes junior flocculoso-pruinosus $2^1/_2$-4 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ 5-6 μ. *A. anthracophilus* Lasch in Linn. a. 534 tota historia et facie convenit, sed lamellis distantibus (ut in *C. atrata*) differre dicitur, et vetustus ex Auct. in litt., odore rancidus.

191. **Collybia lacerata** Lasch in litt. nec obstat Scop. p. 439, Berk. 918

Outl. p. 120, Fr. Hym. Eur. p. 127, Secr. n. 758 (excl. syn. ficto), Bresad. F. Trid. p. 17, t. XIX. — *B.*? maior, pileo squamuloso. *A. microlepideus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 348. — Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, subretuso, udo, fusco-virgato; stipite e farcto cavo, firmo, torto, fibroso-striato, apice floccoso-pruinoso, demum compresso; lamellis adnexis, distantibus, latis, crassis, albogriseis.

*Hab.* in humo pinetorum, circa truncos etc. in Europa, subcæspitosa. — Pileus 4 cm. latus, fuligineus, demum expallens, rimosus, cum stipite 8-11 cm. longo nitidulus; sporæ subglobosæ 6-7 $\mu$. diam.; basidia clavata, 23-30 ≃ 6-8. Heteroclita inter Collybias, sed *C. platyphyllæ* affinis. — ****argentina** Speg. Fung. Arg. Pug.: pileo glaberrimo, primo hemisphærico subapplanato 1,5-2 cm. centro non v. vix umbonatulus, dein vere applanato 2,5-3 cm. diam., medio non v. vix depresso-subumbilicato, margine irregulari repando-sinuato, lobato-contorto, in juventute intus subrevoluto, sicco pallide griseo-badio, centro saturatiore, udo hygrophano-virgatulo, per ætatem fuscescente ac varie undulato, nec non fisso; stipite glaberrimo 3,5-5 mm. l., 5-6 mm. cr., recto v. sæpius flexuoso fibroso-rimosulo, sordide gilvo, albo-farcto, basi subattenuato, mycelio parco albo gossypino-fibrosulo facile evanescente radicato; lamellis confertiusculis, crassiusculis, membranaceo-ceracellis, fragilibus, apice irregulariter efformatis (ob pilei marginem contortum), venuloso-anfractuosis, deorsum adnatis, subrotundatis v. subdecurrentibus, latitudine subæqualibus v. centro latioribus 3-5 mm. albogriseis v. pallidissime griseo-subviolascentibus; carne alba compactiuscula, immutabili ab hymenophoro discreta, in stipitem abrupte decurrente; basidiis clavulatis, 4-sterigmatophoris 35 ≃ 7; sporis ovoideis v. ellipticis, sæpius parce inæquilateralibus 7-9 ≃ 4-5, granuloso-farctis, hyalinis; pileo cute destituto. Ad terram inter folia coacervata ac caules languidos prope Barracas del Sur Amer. merid.

**) Lamellis perlatis, plus minus distantibus.

192. **Collybia phalliodora** Fr. Hym. Eur. p. 128. — Fœtida, fragilis; 919
pileo submembranaceo, convexo, leviter umbilicato, demum lobato, glabro, pallescente; stipite fistuloso, glabro lamellisque subdistantibus, obtuse adnatis albis.

*Hab.* in silvis Galliæ (P. Alexandre). — Species prorsus singularis, forma *Nauc. nuceæ*, odore Phallorum. Stipes 8-10 cm. longus, sursum leviter attenuatus, 2 mm. crassus. Pileus ex icone

isabellinus, $2^1/_2$ cm. et ultra latus. Lamellæ insertione etiam peculares, pone sinum gibbosæ.

193. **Collybia murina** Batsch f. 19 (quatenus leucosp.), Fries Obs. II, p. 115, Hym. Eur. p. 128, Berk. et Br. n. 1210, *A. subacidus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 349 non differt. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, expanso, umbilicato, glabro, dein subsquamuloso rugulosove, expallente; stipite cavo, cylindrico, arrhizo; lamellis leviter adnexis, latis, subdistantibus, albis, sordide pallentibus. 920

*Hab.* locis silvaticis ad terram in Europa. — Pileus tenacellus, fusco-brunneus, pallescens. Stipes accuratius inspectus subfibrillosus, immo apice flocculosus, sed glabrescens. — B. **minor** lamellis arcuato-adnexis: *A. rugulosus* Lasch n. 528.

194. **Collybia glacialis** Fr. Ic. t. 71, Hym. Eur. p. 128. — Cæspitosa, subaquosa, fragilis; pileo carnosulo ex hemisphærico convexo, obtuso, levi, hygrophano; stipite fistuloso, nudo, griseo; lamellis liberis, confertis, griseis. 921

*Hab.* in terra congelata primo vere in Europa. — Adulta specimina frigore rigida, juniora sole nitente enata vegeta. Pileus vegetus obscure fuscus, siccus sordide canus.

195. **Collybia protracta** Fr. Epicr. p. 77, Hym. Eur. p. 128, Icon. t. 67, f. 2, Cooke Ill. t. 270, B. et Br. n. 1110, *A. leptorrhizus* a, (nec*) Myc. Eur. 3, n. 441 nil obstat. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, nitido, disco carnoso, depresso, subpapillato, obscuriore, margine striato; stipite obsolete fistuloso, levi, glabro, griseo, radice longa fibrilloso-strigosa; lamellis adfixis, ventricosis, latissimis, griseis, subtiliter albo-pruinosis. 922

*Hab.* in pinetis Sueciæ etc. ad terram. — Stipes 8 cm. longus et ultra, 2 mm. crassus; pileus griseo-fuscus, vix $2^1/_2$ cm. latus; lamellæ oblique ovatæ, 6 mm. latæ et ultra, hinc subconfertæ. Vix olida a *C. inolente* valde diversa.

196. **Collybia admissa** Britz. Hyp. et Leuc. p. 146, fig. 99. — Pileo convexo nunc umbonato, nunc excavato 2 cm. lato brunneo, centro obscuriore; lamellis ventricosis, adnexis, crassiusculis, non confertis, e pallido fuscellis; stipite 6 cm. alto, 3 mm. cr. concolore, basi vix radicato; sporis 8–10 = 4; odore farinaceo. 923

*Hab.* inter Sphagna, Haspelmoor Bavariæ. — *Collybiæ protractæ* affinis.

197. **Collybia obstans** Britz. Hypor. et Leuc. p. 146, fig. 100. — Pileo convexo, dein explanato, margine inflexo, brunneo-ochraceo 924

subnitente, 15 mm. diam.; lamellis rotundato-adnexis v. subliberis, albido-rubescentibus, subconfertis, rectis v. undulatis; stipite 8 cm. longo, supra 2 basi, 5 mm. cr. subdiaphano, albido, cavo, fragili; sporis 6-7 ≃ 4; odore farinaceo.

*Hab.* inter Sphagna, Haspelmoor Bavariæ. — Affinis *C. protractæ*.

198. **Collybia Tesquorum** Fr. Monogr. II, pag. 290, Icon. t. 70, f. 3. 925
Hym. Eur. p. 128, Cooke Ill. t. 270. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, levi, e fusco-nigro expallente; stipite fistuloso, tenui, fusco, apice pruinato; lamellis liberis, ventricosis, subdistantibus, cinereo-fuscis.

*Hab.* in collibus apricis in Europa. — Stipes filiformis, 4 cm. longus flexuosus; pileus 6-11 mm. latus.

199. **Collybia cessans** Karst. F. et Fl. Fenn. Notis. XI, p. 219, *A.* 926
*aridus* Lasch n. 583, *A. stoloniferi* var., Fr. Epicr. p. 92, Hym. Eur. p. 129. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, medio depresso, glabro, striato, hygrophano; stipite e farcto subtiliter fistuloso, pallido, apice pruinoso; lamellis adnatis, latis, subdistantibus, albidis.

*Hab.* ad ramulos et folia Abietis in Europa, serotina. — Stipes 2½-4 cm. longus, basi fibrillosus; pileus 8-14 mm. latus, udus fusco-pallens, siccus canus; sporæ 7-9 ≃ 5-6.

200. **Collybia clusilis** Fr. Epicr. p. 98, Hym. Eur. p. 120, Berk. et 927
Br. n. 1211, *A. umbilicatus* Bull. t. 411, f. 2; B. *minor*. — Pileo submembranaceo, hemisphærico, expanso, umbilicato, glabro, hygrophano, margine rotundato-inflexo striatulo; stipite e floccoso-farcto fistuloso, glabro, flexili, arrhizo; lamellis subarcuato-adfixis, latis, semicircularibus, planis, albo-pallescentibus.

*Hab.* inter Hypna: *A.* circa Upsaliam in Suecia in silvis raro, *B.* in pratis in Europa post largas pluvias frequens. — Stipes mollis, politus tamen et cartilagineus, livido-pallens, 4-6 cm. longus, 2 mm. crassus, basi albo-villosus; pileus lentiformi-globosus, 12-25 mm. latus, e livido expallens; lamellæ confertæ, denticulo decurrentes: sic ad Omphalias accedit. Secr. n. 1007 magnitudine recedit.

201. **Collybia erosa** Fr. S. M. I, p. 145, Hym. Eur. p. 129, Secr. 928
n. 647. — Pileo submembranaceo, hemisphærico-expanso, striato, hygrophano, sicco sericello; stipite e flocculoso-farcto fistuloso, nudo, glabro, fragili, basi compresso lamellisque late emarginatis, denticulo adnexis, perlatis (hinc subconfertis), albo-griseis.

*Hab.* in pinetis densis Europæ, — Stipes gracilis, 8 cm. longus; pileus ex subumbonato depressus, 2½ cm. latus griseus, siccus levigatus, opacus, canus, ad *Myc. metatam* accedens; lamellæ 4 mm. latæ.

202. **Collybia tylicolor** Fr. S. M. I, p. 132, Hym. Eur. pag. 129. — 929
Pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, levi, glabro; stipite fistuloso, æquali, levi, pulverulento lamellisque liberis, distantibus, planis, latis griseis.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ raro. — Parva, tota cinerea; stipite 2½ cm. longo, pileo 12 mm. lato.

203. **Collybia caldarii** Berk. in Grev. I, p. 88. — Pileo hemisphærico 930
umbonato, brunneo-rugoso, non expallente; stipite brunneolo, levi extus cartilagineo; lamellis adnato-decurrentibus subcinereis, interstitiis marginem versus venosis.

*Hab.* supra Sphagnum ad Orchideas cultas in calidario ad Dangstein. — Pileus 13 mm. latus; stipes 5 cm. longus, vix 2 mm. crassus.

**MYCENA** Fr. S. M. I, p. 140 (Etym. a *myces* fungus). — Stipes fistulosus, cartilagineus. Pileus submembranaceus, plus minus striatus, primitus conico- vel parabolico-cylindricus ob marginem primitus rectum, stipitem sursum attenuatum amplectentem vel parallelo-adpressum. Lamellæ haud decurrentes (tantum denticulo uncinatæ). Epiphytæ vel radicatæ, graciles, subcampanulatæ, vix umbilicatæ.

Habitu mox distinctum genus, sed character essentialis a Collybiis diu latuit, qui positus est in margine pilei primitus non involuto, quare pileus (ut in tenerrimis Collybiis quoque) non primitus dilatatus. Species, sensu latiori sumptæ, nobilissimæ, determinatu et recognitu facillimæ, sed si e colore staturaque mutabilibus proteæ v. c. *M. pura*, *elegans*, *alcalina*, *galericulata*, *epipterygia* e. s. p. in decades specierum et ultra solvantur, nullus specierum finis neque ulli limites palpabiles. — Statura eadem redit inter Marasmios, ad quos referendus *A. alliaceus* et de quorum differentia sub Collybiis disseruimus. *Omphaliæ Mycenariæ*, artificiose separatæ, lamellis vere decurrentibus, stipite sursum in pileum ampliato pileoque sæpius umbilicato tantum recedunt. Fr. l. c.

I. Calodontes. Stipes exsuccus, in orbem basi non dilatatus. Lamellarum acies obscurior, denticulata, qua nota ab omnibus differunt, excepto *M. sanguinolenta*, cujus stipes lactescit. Longe nobilissimæ species.

1. **Mycena Pelianthina** Fr. S. M. I, p. 112, Hym. Eur. p. 130, Pers. Myc. Eur. 3, p. 229, Berk. Outl. t. 6, f. 1, Quél. t. 4, f. 6, Batt. 931
t. 19, f. 1. *A. denticulatus* Bolt. t. 4, f. 1. *A. purus* Secr. n. 859. — *B. gracilior*: Fl. Dan. 1911, f. 1, quæ *A. quadrifarius* Schum.,

vix differt. — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, obtuso, udo, hygrophano, purpureo-livido, margine striato; stipite firmo, sursum fibrilloso-striato, æquali, pallidiore; lamellis emarginato-adnexis, eleganter reticulato-connexis, atro-violaceis, acie nigro-dentatis.

*Hab.* in fagetis, quercetis passim in Europa et in montibus Adirondack atque Greig Amer. bor. — Pileus 2½–6 cm. latus; stipes 6–8 cm. longus, 3–5 mm. crassus; sporæ 5–6 ≥ 3–4. Nobilissima, major, sed inter Collybias et Mycenas ambigua, sat firma. Color exsiccati pilei albicans, lamellarum vero obscurior.

2. **Mycena balanina** Berk. Mag. Zool. Bot. I, t. 15, f. 2, Outl. p. 121 932
(ex quo *A. medealis* Lasch in Linn. IV, p. 589), Fr. Hym. Eur. p. 130, Cooke Ill. t. 156. Hujus var. *A. pristoides* Fr. Syst. Myc. I, p. 113. — Pileo subcarnoso, convexo, umbonato, subtiliter pruinoso, udo striato, ochraceo; stipite radicante, inferne rufo-brunneo, villoso, superne albo-pruinoso; lamellis subliberis, venoso-connexis, pallidis, acie nigro-purpureis, denticulatis.

*Hab.* inter folia et fructus Fagi in Europa. — Pileus 4–6 cm. latus; stipes 4–8 cm. longus, 4–7 mm. crassus; sporæ ellipticæ. Var. in pinetis. Minor, firma, priori affinis sed eximie distincta. Num *Ag. denticulatus* Schum. a varietate diversus, dubium est.

3. **Mycena crenulata** Schum. p. 293, Fr. Syst. Myc. I. p. 100, Hym. 933
Eur. p. 131. — Pileo carnosulo, hemisphærico-campanulato, umbonato, udo, badio-purpurascente; stipite levi, glabro, basi attenuato; lamellis angulo obtuso adnexis, pallidioribus, acie crenulatis.

*Hab.* ad terram in pinetis Europæ, raro. — Pileus 2½–3 cm. latus, 2½–4 cm. altus. Stipes firmus, 8–11 cm. longus. Acies lamellarum vix discolor, sed eximie crenulata.

4. **Mycena Iris** Berk. Engl. Fl. V. p. 56, Outl. t. 6, f. 3, Fr. Hym. 934
Eur. p. 131, Cooke Ill. t. 161. — Pileo membranaceo, hemisphærico, obtuso, striato, subviscido, fibrillis cæruleis adglutinatis; stipite fasciculato-piloso; lamellis liberis, linearibus, subdenticulatis, pallide cinereis.

*Hab.* in frustulis Pini in Europa. — Pileus 1–1½ cm. latus; stipes 4–10 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ 7 ≥ 4. Subfasciculata, fragilis, junior cærulescens, expallens. Stipes in elongatis glabrescens. Lamellæ subdenticulatæ, sed non discolores. *M. marginellæ* videtur ita affinis, ut vix distingui possint icones *A. Iridis* a Berkeleyo et *A. multiplicis* a Gonn. et Rab. t. 7, f. 4 datæ.

5. **Mycena marginella** Pers. Syn. p. 309 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, 935

p. 113, Hym. Eur. p. 131, Berkl. et Br. n. 988, Cooke p. 63, Quél. p. 223, *A. multiplex* Lasch. Gonn. et Rab. t. 7, f. 4. — Pileo carnosulo, campanulato, umbone glaberrimo obscuriore excepto, striatulo stipiteque subtomentoso-radicato, subcæruleo-floccosis; lamellis leviter adnexis distantibus, albidis, acie flocculis obscuris fimbriatis.

*Hab.* ad truncos Pini in Europa. — Pileus 6-8 mm. latus, non viscidus, junior subfuscus, dein versicolor; stipes 4 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Lamellæ albæ vel cinereæ, flocculis vulgo cæruleis rubrisve appendiculatæ.

6. **Mycena aurantio-marginata** Fr. Syst. Myc. I, pag. 115, Monogr. 936
p. 113, Hym. Eur. p. 131, Fl. Dan. t. 1292, f. 2. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, subumbonato, levi; stipite levi, glabro, ventricoso, strigoso; lamellis attenuato-adnexis, virescenti-pallidis, acie floccis aurantiis penicillatis.

*Hab.* in pinetis Europæ raro. Sequenti admodum affinis, forte varietas, sed major, carnosior. — Pileus obscurus, $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$–4 cm. longus, 4-9 mm. crassus.

7. **Mycena elegans** Pers. Syn. p. 391 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 149, 937
Hym. Eur. p. 131, Fl. Dan. t. 2024, Cooke Ill. t. 284 *a*, Weinm. p. 112, Berk. Outl. p. 121. — Pileo submembranaceo, campanulato, subumbonato, striato; stipite levi, glabro, æquali, rigido, basi floccoso-fibrilloso; lamellis adnatis, linearibus, lividis albidisve, acie croceis.

*Hab.* in pinetis Europæ et Amer. bor. frequens. — Pileus $1–1^1/_2$ cm. latus, stipes $2^1/_2$–6 cm. longus, sporæ 8–10 ≃ 4–5. Singularem varietatem, *hyperboream* dictam, legit Kalchbrenner Enum. II, n. 1039, lamellis fumosis v. nigris, acie subcinnabarinis.

8. **Mycena avenacea** Fr. Syst. M. I, p. 150, Hym. Eur. p. 132, Secr. 938
n. 944, sed de acie silet. Trog. Helv. p. 16, Quél. p. 221. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striatulo; stipite levi, glabro, exsucco, fragili, basi fibrilloso; lamellis adnatis, linearibus, candidis, acie fuscis.

*Hab.* in fagetis umbrosis Europæ. Solitaria v. dense gregaria; stipite 8 cm. et ultra longo, 2 mm. crasso; pileus fuscus, demum cæsio-lividus 8–13 mm. lat.

9. **Mycena atro-marginata** Fr. Epicr. p. 101, Hym. Eur. p. 132, Mo- 939
nogr. I, p. 198. *A. solitaria*, terrestris. Fr. Icon. t. 78, f. 2. — *B. cæspitosa*, firmior, truncigena, Lasch. n. 181. — Pileo membranaceo, conico-expanso, obtuso, sulcato, viscidulo; stipite procero, striato, opaco, glabro; lamellis attenuato-adnexis, angustis, albis canisve, acie tenuissima nigris.

*Hab.* in pinetis Europæ serotina, Upsaliæ haud rara. — Pileus 6-7 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 3-5 mm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 6-7. Varietatis *A.* duas formas legit Fries, alteram elatam, demum fragilissimam, stipite 8-10 cm. longo, cinereo-fusco, pileo 4 cm. alto et lato, lamellis e cano obsolete carneis; alteram tenuiorem, stipite gracili, fuscopurpureo, pileo purpurascente-fusco, margine tantum striato, lamellis albis.

10. **Mycena rubro-marginata** Fr. Syst. Myc. I, p. 150, Hym. Eur. p. 132, Icon. t. 78, f. 4, Cooke Ill. t. 284, Secr. n. 911, Berk. Outl. p. 122, Kickx p. 151, Var. *fusco-purpuream* notat Lasch n. 544. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, striato, hygrophano; stipite rigido, levi, exsucco; lamellis adnatis, distantibus, albidis, acie fusco-purpureis. 940

*Hab.* locis subhumidis ad ligna putrida, stipulas in Europa et Amer. bor. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½-6 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ 10 ≃ 8. Fragilis, albida v. varie livido-rubescens, expallens.

11. **Mycena strobilina** Fr. Syst. Myc. I, p. 150, Hym. Eur. p. 132, Cooke Ill. t. 131 B. Berk. Outl. p. 122, Fl. Dan. t. 2025, f. 1, *A. coccineus* Sow. t. 197. — Coccinea; pileo carnosulo, campanulato, umbone acuto levi, margine striato; stipite rigido, exsucco, levi, basi albo-strigoso; lamellis adnatis, acie obscure sanguineis. 941

*Hab.* inter folia decidua in fagetis et ad conos Pini in Europa. — Pileus 6-13 mm. latus; stipes 6 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ ovoideæ 9-10 μ. l. Nitida, subfascicularis, colore persistente. Aptius dicitur *M. coccinella* Fr. Monogr. p. 200.

12. **Mycena rubella** Quél. Quelq. esp. II, p. 2, t. VI, f. 4. — Pileo membranaceo, campanulato, 4-5 mm. lato, glabro, diaphano, aurantio-rufo, dein roseo-rufo, margine breviter incurvo, striato, roseo; stipite filiformi, fistuloso, pubescente, dein glabro, striolato, basi lanoso, ex albido hyalino, apice leniter fugaciter roseo tincto; lamellis uncinatis, albidis, dein roseis; sporis pruniformibus, 10 μ. diam. aculeolatis. 942

*Hab.* inter muscos in arenosis pr. Paris Galliæ (Boudier), Vosges, Ormont (R. Ferry). — *Mycenæ strobilinæ* affinis; *Collyb. Clavus* similis est at stipite farcto, pileo carnoso convexoque distincta.

13. **Mycena punicans** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 147, f. 283. — Inter *M. strobilinam* et *punicellam* media; pileo conico, dein expanso, puniceo; stipite amœne flavo; lamellis subconfertis, albis v. albido-flavis; sporis 10-12 ≃ 3-4. 943

*Hab.* in hortis, ad truncos in Bavaria.

14. **Mycena rosella** Fr. Syst. Myc. I, p. 151, Hym. Eur. p. 132, Pers. Myc, Eur. 3, n. 414, Weinm. Ross. p. 113, Fl. Dan. t. 2025, f. 2, Gonn. et Rab. t. 7, f. 11, *Ag. roseus* Pers. Syn. t. 5, f. 3. — Rosea; pileo membranaceo, hemisphærico, obtuse umbonato, striato; stipite tenui, molli, exsucco, basi albo-fibrilloso; lamellis adnatis, acie obscurioribus. 944

*Hab.* in pinetis Europæ et Forestburg, Amer. bor. copiose. Pulchella, laxe gregaria, expallens. — Pileus 4-5 mm. latus; sporæ ellipsoideæ 6-8 ≃ 4 v. 8-10 ≃ 4.

15. **Mycena violaceo-marginata** Mont. Cent. VII, p. 26. — Pileo carnosulo membranaceo, convexo, umbilicato, ochraceo, radiato-sulcato; stipite filiformi concolori, medio dilutiori obsolete fistuloso, erecto vel ascendente ad basim pilosiusculo; lamellis tridymis latis, subventricosis, albis, acie atro-violaceis, longioribus stipitem attingentibus. 945

*Hab.* ad truncum Palmæ *Acuri* dicta juxta fluvium Paraguay, in silvis humidis Brasiliæ (Weddell).

16. **Mycena californiensis** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 11. — Pileo ex conico breviter campanulato stipiteque gracili, rufis; lamellis liberis, albis, rubro-marginatis. 946

*Hab.* inter folia Quercus ins. Marc Californiæ. — A *Mycena aurantio-marginata* differt forma lamellarum.

17. **Mycena purpureo-fusca** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 85. — Pileo membranaceo, campanulato vel convexo, obtuso, glabro, striato, purpureo-brunneo; stipite gracili, cavo, glabro, basi albido-piloso, pileo concolori vel pallidiori; lamellis adscendentibus, lanceolatis, subdistantibus, adnatis, albis vel albidis, margine purpureo-brunneis; sporis subglobosis vel late ellipticis, 6-7,5 ≃ 6. 947

*Hab.* in truncis arborum humi jacentibus Caroga Americæ borealis; julio. — *Mycenæ rubro-marginatæ* et *Mycenæ atro-marginatæ* affinis; 2,5-7,5 cm. alta; pileus 1-2 cm. latus; stipes 2,5 mm. circ. crassus.

18. **Mycena montana** Peck 27 Rep. p. 94. — Nigrescenti-brunnea; pileo tenui, umbilicato, glabro; stipite æquali, glabro; lamellis distantibus, decurrentibus, acie obscurioribus. 948

*Hab.* in solo tenui supra rupes ad verticem montis Marcy Amer. bor. — Statura circiter 2½ cm. adæquans; pileus 12-16 mm. latus.

19. **Mycena citrino-marginata** Gill. Champ Fr. p. 266 cum icone. — Pi- 949

leo membranaceo, hemisphærico, dein campanulato, obtuso sub papillato, striato-sulcato, vertice levi, glabro, margine crenato, pallide flavo v. citrino, 1 cm. lato; lamellis distantibus, latis adhærentibus, pallidis, citrino-marginatis; stipite basi incrassato rufulo et villoso, sursum et intus albo.

*Hab.* in samaris Fraxini, autumno, in Gallia bor.

20. **Mycena Seynesii** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1876, t. II, f. 9, Bern. Cham. Roch. t. XII, f. 4, Gill. Tab. anal. p. 59. — Pileo levi campanulato-convexo, levigato, roseo-vinoso v. roseo-brunneo, apice griseo, 1-2 cm. d.; lamellis uncinatis adnatis, venoso-connexis roseis v. lilacinis, initio acie saturatioribus; stipite tubuloso, tenui, albo-hyalino v. albo-purpureo, basi piloso; sporis 13 ≃ 7. 950

*Hab.* in strobilis putrescentibus Pinorum in Gallia or.

II. Adonideæ. Stipes exsuccus, in orbem non dilatatus. Lamellæ unicolores nec acie discolores, neque decolorantes. — Color purus, lætus, non fuscescens v. cinerescens. Simplices, terrestres, caute a varietatibus albis et coloratis Rigidipedium separandæ, quarum lamellæ ex albo pallescunt.

21. **Mycena zephira** Fr. S. M. I, p. 147, c. syn. Icon. t. 78, f. 6, Hym. Eur. p. 133. Quél. p. 222, Secr. n. 592, (odore quidem recedit Raphani, sed, teste Fr., auctor olfactu præpollet). — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, expanso, obtuso, margine striato; stipite striatulo, squamuloso, lilacino-rufescente, basi lanato; lamellis attenuato-adnatis, late linearibus, vage venoso-connexis, albis. 951

*Hab.* in pinetis, hortis Europæ saltim borealis ubique. Sequenti similis, sed non affinis, potius *M. atro-albæ*. Odor obsoletus, indifferens. Firmula sed fragilis, pileo 3 cm. lato albo-incarnato, subdiscoideo maculatove, livido-roseo e. s. p. Lamellæ haud definite reticulato-junctæ.

22. **Mycena pura** Pers. Syn. p. 339 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 151, Hym. Eur. p. 133, Weinm. p. 113, Harz. t. 38, Fl. Batav. t. 1060, Paulet t. 119, Fl. Dan. t. 1612, 1673, f. 1, (*A. roseus*). Batsch f. 20, *A. collinus* Larber t. 13, f. 4, Bull. t. 507, Schaeff. t. 303 (quatenus leucosporus). Vaill. Par. p. 67, n. 46. — Olida; pileo carnosulo, campanulato-expanso, obtuse umbonato, glabro, expallente, margine striato; stipite rigido, levi, subnudo, basi villoso; lamellis late sinuato-adnexis, latissimis, reticulato-connexis, pallidioribus. 952

*Hab.* vulgatissima in Europa et Amer. bor. — Pileus $2^1/_2$–8 cm. latus, stipes 6–11 cm. longus, sporæ ellipsoideæ 6–8 ≃ $3^1/_4$. Odor Raphani. Sat tenax, statura et colore infinite ludens, plerumque rosea, lilacina, cæsia, pallida, sed etiam tota candida vel

alba, pileo luteo. H. l. Secr. n. 856-858, 860-865. *A. cæsiellus* Kalchbr. t. 7, f. 1, recedit stipite apice pruinoso.

23. **Mycena pseudopura** Cooke in Grev. X, p. 147, Ill. t. 158. — Pileo carnosulo, campanulato, dein convexo expanso obtuse umbonato, levi roseo dein expallente, margine obsolete striato; stipite rigido, recto, levi, nudo, initio roseo-albo, dein (sicco) brunneo; lamellis adnatis, albidis; sporis ellpsoideis, 5-7 μ. long. 953

*Hab.* in nemorosis Coed Coch Britanniæ. — Pileus vix 2-3 cm. latus; stipes 5-7 cm. altus, fistulosus. Habitus fere *M. purœ*, cujus tamen color constans. Affinis quoque *M. zephirœ*.

24. **Mycena lilacina** Mont. Syll. Crypt. n. 353. — Unicolor; pileo carnoso, convexo-explanato, centro umbilicato, lilacino, levi, margine undulato fisso; stipite concolori, spongioso-farcto, levi, basi nudo; lamellis latis postice (in sicco) remotis, antice attenuatis, e roseo ochraceis, pulverulentis. 954

*Hab.* in ligno dejecto, julio. Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 90). — Hymenii hæc est structura: e cellulis constat breviter clavatis, inter quas prominent basidia et cystidia. Illa autem ad medium prosiliunt et apice sterigmatibus quaternis coronantur. Hæc vero apice attenuata, ea de causa fusiformia, eamdem cum basidiis longitudinem metiuntur. Sporæ oblongæ, hyalinæ, uni-binucleolatæ, at nullo septo transverso divisæ. — Species *Mycenœ purœ* Bull. affinis, sed lignicola, haud terricola. Ab eadem insuper pileo levi e lilacino colore post exsiccationem alutaceo-helvolo, centro depresso, haud umbonulato, lamellis tandem a stipite ut in *L. procera* distantibus differre summopere videtur.

25. **Mycena punicella** Fr. Hym. Eur. p. 133, *A. phœniceus* Briganti Neap. t. 15, f. 1, 2, non Fr. — Fragilis; pileo submembranaceo, conico, obtuso, subviscoso, coccineo, margine striato flavo; stipite tenui, radicato, diaphano; lamellis liberis, utrinque attenuatis, pallidis. 955

*Hab.* inter muscos Neapoli in Italia media. — Species tenera, nitida, succosa, sparsim nascens. Stipitis basis semper atro-viridis, apicem versus primo crocea, dein flavescens.

26. **Mycena flavipes** Quélet II, p. 419, t. 1, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 133. — Pileo membranaceo, campanulato, striato, diaphano, glabro, violaceo, disco fuscescente; stipite tenaci, nitido, pellucido, luteo, basi villoso; lamellis uncinato-adnatis, venoso-connexis, distantibus, ex albo roseo-incarnatis. 956

*Hab.* ad arborum truncos in Europa. Stipes $2^1/_3$-3 cm. latus. — Pileus eleganter roseus, siccus plicatus. Odor Raphani.

27. **Mycena Adonis** Bull. t. 560 (*Agar.*), f. 2, Fr. Monogr. I, p. 957
202, Hym. Eur. p. 134, Cooke Ill. t. 185, Weinm. Ross. p. 114, Berk. Outl. p. 123. — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, glabro, leviusculo, sicco, subroseo; stipite tenui, levi, glabro, albo; lamellis uncinato-adnexis, angustis, albis incarnatisve.

*Hab.* locis graminosis nemorum in Europa et Amer. bor. Præcedentibus tenuior; stipes filiformis, 6 cm. vel ultra longus; pileus coloribus varians, 6-9 mm. altus et latus.

28. **Mycena conferruminata** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 352. — Pileo 958
nutante, campanulato, purpureo-flavescente, striato, margine crenulato; stipibus fistulosis, striolatis, concoloribus, mycelio concretis; lamellis linearibus, affixis, albis.

*Hab.* ad terram fragmentis ligni corrupti conspurcatam, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 112). — Pileus initio digitaliformis, membranaceus, radiatim striatus, vivus et, ex icone, præsertim centrum versus purpurascens, luteo flavoque tinctus, siccus fuscescens, centro depresso umbonulatus, 10-12 mm. altus et latus, margine demisso crenulatus. Stipites fistulosi, 5-7 cm. longi, 1 mm. et ultra crassi, a basi ultra medium per mycelium copiosum album coaliti, pileo subconcolores, apice flexi, ita ut nutare videatur pileus. Lamellæ postice affixæ nec decurrentes, medio vix 1 mm. latæ, antice attenuatæ, albæ, nec confertæ, nec distantes, post exsiccationem madore flexuosæ. Hymenium 20 $\mu$. crassum, e basidiis clavulatis conflatum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, 6 $\mu$. diametro metientes. — Hæcce species prope *M. Adonidem* in systemate locanda.

29. **Mycena chlorantha** Fr. Obs. Myc. II, p. 156, t. 5, f. 2, Hym. 959
Eur. p. 134, Fl. Dan. t. 1614, f. 2, Duby Gall. II, p. 827, Kickx p. 152. — Pileo membranaceo, cucullato-campanulato, obtuso, udo striato, viridi; stipite brevi, glabro, virente; lamellis sinuato-adnexis, ventricosis, albis.

*Hab.* locis graminosis Europæ raro. — Parva, stipite 3 cm. longo, pileo interdum cæsio-albido 4-9 mm. alto. Cum hac conferendus *A. viridulus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 261, Secr. n. 913, sed *A. Adonis* virens Bull. t. 560, f. 2, dextra, statura gracili omnino recedit.

30. **Mycena lineata** Bull. t. 522, f. 3 (var. obscurior) [*Agar.*], Fr. S. M. 960
I, p. 152, Icon. t. 78, f. 5, (sistit varietatem pileo explanato, pallidiore), Hym. Eur. p. 134, Weinm. Ross. p. 114, Secr. n. 933. — Pileo membranaceo, cucullato-campanulato, obtuso, glabro, toto

lineato-striato; stipite tenui, levi, deorsum albo-villoso; lamellis adnatis, subdistantibus, albis.

*Hab.* inter muscos in Europa. — Pileus 6-11 mm. latus atque altus, stipes 6 cm. longus, sporæ 8-9 ≃ 5-7, basidia 16-21 ≃ 5-6; sterigmata bina 5-3 (Voglino). Tenuis, mollis, pileo flavido vel omnino albo.

31. **Mycena farrea** Lasch in Fr. Epicr. p. 103, Hym. Eur. pag. 134, 961
Icon. t. 79, f. 4, Secr. n. 919. — Pileo membranaceo, campanulato-expanso, subumbonato, sulcato, nitide furfurello, expallente, margine crenulato; stipite subradicato, sericeo-striatulo; lamellis adnatis, tenuibus, venoso-connexis, subfimbriatis, niveis.

*Hab.* locis muscosis v. graminosis Europæ. Stipes 5-8 cm. longus, subfragilis; pileus flavus v. incarnatus, siccus albidus, 1¼-2 cm. latus, junior ad marginem floccosus. — Var. **gracilior** Quèl. in Bull. Soc. Myc. 3, p. 77: pileo ochraceo-carneo, striato, velo tenuissimo, candido floccoso instructo; stipite gracillimo, longo, tenero, ex albo hyalino. Ad latera viarum in Gallia (Forquignon).

32. **Mycena luteo-alba** Bolt. t. 38, f. 2, (deest in ed. germ.), Fr. S. 962
M. l. c. Hym. Eur. p. 134, Alb. et Schw. p. 194, Cooke Ill. t. 159, Secr. n. 917 (excl. syn.), sed stipitis basis rufo-violacea. — Pileo membranaceo, campanulato, umbonato, striatulo, sicco stipiteque filiformi, nitido glabris, lutescentibus; lamellis adnatis, subuncinatis, latis, albis.

*Hab.* in pinetis inter muscos in Europa. — Pileus 6-8 mm. latus atque altus, stipes 3-6 cm. longus. Gracilis, firmula. Lamellæ postice primo junctæ.

33. **Mycena flavo-alba** Fr. Epicr. p. 103, Icon. t. 79, f. 5. Hym. Eur. 963
p. 135, Bern. Ch. La Roch. t. XII. f. 3, Cooke Ill. t. 159, Berk. et Br. n. 989, *A.* stipite brevi: *A. pumilus* Bull. t. 260, Secr. n. 918 (pileo flavo). *A. terrenus* Pers. M. E. 3, n. 463 (pileo albo). *B.* stipite longiore, filiformi: *A. hypnicola* Pers. M. E. 3, n. 460. — Pileo submembranaceo, campanulato convexo, glabro, leviusculo, dein explanato, umbonato, subfisso; stipite rigidulo, arrhizo, stricto, albo, pellucido, apice pruinoso; lamellis secedenti-liberis, demum planis, ventricosis, distantibus, albis.

*Hab.* sat frequens in Europa, *A.* ad terram apicam, *B.* inter muscos, gregaria. — Pileus 6-12 mm. latus; stipes 2½-5 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Variat pileo flavo et tota lactea. Sæpe difficulter a sq. distinguitur.

34. **Mycena lactea** Pers. Syn. p. 394 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 152, 964

Hym. Eur. p. 135, Bern. Ch. La Roch. t. LIII. f. 5, Fl. Dan. t. 1845, f. 1, Weinm. Ross. p. 115, Secr. n. 954, Berk. Outl. p. 123, *A. nanus* Bull. t. 563, f. N. O. Buxb. C. 4, t. 31, f. 3 rudis. — Pileo membranaceo, campanulato, subumbonato, udo striato, sicco levi; stipite æquali, filiformi, subtenaci, flexili, glabro; lamellis adnatis, adscendentibus, angustis, confertis, lacteis.

*Hab.* vulgata ad terram in pinetis Europæ et Car, inf. Amer. bor. — Pileus 6-15 mm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ ovato-oblongæ 4-5 ≃ 3-4 v. 8-9 ≃ 3-4; basidia 18-21 ≃ 4-5; sterigmata quaterna 3 ≃ 1-2. Sparsa, lactea v. pilei disco flavescente. Caute separandæ aliorum formæ dealbatæ. — * **M. pithya** Fr. Hym. Eur. p. 135, *A. tener* Schum. Fl. Dan. t. 2141, f. 2. Minor; pileo demum planiusculo; stipite tenui, basi bulbilloso-villoso. — Etiam tenuior: *A. acicola* Jungh. Linn. V. t. 6, f. 2, forte distincta Basipedium species. — Forma pulchella, inter *M. lacteam* et *gypseam* prorsus intermedia, Fr. Ic. t. 79, f. 3, colore lacteo, lamellis linearibus adscendentibus, vegetatione solitaria terrestri cum *M. lactea* convenit, sed habitu stricto stipiteque attenuato *M. gypseæ* magis affinis.

35. **Mycena nivea** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1876, t. II, f. 1. — Pileo 965
albo, campanulato, tenuissimo, diaphano, striato, pruinoso, margine integro; lamellis distantibus, angustis, uncinato-adnatis; stipite subtili rigidulo, fragili, levi, pruinosulo, apice dilatato, setulis basi infixo.

*Hab.* in fragmentis ligneis in silvis Galliæ orient.

36. **Mycena gypsea** Fr. Epicr. p. 104, Hym. Eur. p. 135, Kickx p. 966
153, *A. fistulosus* Bull. t. 563, f. 4, Secr. n. 879, *A. ochraceus* Pers. M. E. 3, n. 459, *A. leucopilus* Pers. M. E. 3, n. 467. — Fragilis; pileo membranaceo, conico-campanulato, glabro, ad umbonem striato; stipite stricto, a basi hirto sursum attenuato, glabro lamellisque attenuato-adnexis, subuncinatis, antice latioribus albis.

*Hab.* ad truncos, in Europa, dense cæspitosa. In typo color hyalino-albus; pileo disco v. toto lutescente, $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. lato. Stipes 6-8 cm. longus. Sporæ 8-10 ≃ 4.

37. **Mycena discreta** Fr. El. 1, p. 20, Epicr. p. 104. — Pileo tener- 967
rimo, conico, umbonato, densissime striato, stipite cavo, ventricoso, glabro, lamellis liberis, callo a stipite discretis remotisque, confertis, albis.

*Hab.* in insula St. Crucis (Benzon). — Gregaria; stipes 4 cm. longus basi 12 mm. usque, apice 4 mm. crassus.

38. **Mycena galeropsis** Fr. Icon. t. 79, f. 1, Hym. Eur. p. 136. — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, levi, gilvo; stipite stricto, sursum attenuato, fragili, arrhizo, inferne ferrugineo; lamellis liberis, ventricosis, albo-pallescentibus. 968

*Hab.* in terra humosa horti Upsaliensis, in Suecia et in Africa australi. Habitus omnino *Galeræ tenerœ*, sed notis datis et sporis albis facile distincta. Stipes 10 cm. longus, sursum pallidus.

39. **Mycena Nucidæ** Brig. Neap. t. 14, f. 4-7, Fr. Hym. Eur. p. 136. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, levi, sub lente pubescente, intense ferrugineo, hygrophano; stipite sericeo-splendente, fragili, basi candido, apice albo-pulverulento; lamellis liberis, lanceolatis, albo-carneis. 969

*Hab.* Neapoli Italiæ ad dejecta et semiputrida Amygdalorum putamina. Affinis videtur *M. cohærenti*, sed arrhiza, fragilis. (*Nucida* est putamen).

40. **Mycena melanops** West. Not. VII, p. 15, t. 1, f. 5, Kickx p. 154, Fr. Hym. Eur. p. 136. — Alba; pileo membranaceo, e convexo campanulato, levi, umbone fusco-nigricante; stipite subfistuloso, gracili, glabro, basi incrassato fibrilloso; lamellis collariato-adnatis, confertis, postice attenuatis. 970

*Hab.* ad terram in vasis, in quibus colebatur Strelitzia augusta, in Belgio. — Pileus $1^1/_2$-3 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus. Odor nullus. Sporæ ovoideæ, 10 $\mu$. longæ.

41. **Mycena pruinata** Fr. Hym. Eur. p. 136. *A. pruinosus* Vivian. t. 21, f. 5-9, non Lasch. — Candida; pileo submembranaceo, e conico campanulato, papillato, margine deflexo, sulcato, pruinoso; lamellis confertis, lanceolatis; stipite fistuloso, bulboso, nudo. 971

*Hab.* in ligno putrido castaneo in horto Genuensi in Italia boreali. Stipes $2^1/_2$ cm. parum excedens, bulbo solido. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, cujus papilla pingitur rubra.

42. **Mycena brachypoda** Mont. Cent. VII, p. 24. — Subgregaria, alba; pileo ovoideo longitrorsum striato, 2-3 mm. in medio lato; stipite gracili, brevissimo, 5 mm. longo; lamellis didymis, convexis, utrinque attenuatis, albis. 972

*Hab.* in silvis ad ramulos inter folia dejecta, Minas Geraes Brasiliæ (Weddell).

43. **Mycena asterocephala** Mont. Cent. VII, p. 28. — Pileo carnoso-membranaceo, dilute rosello, planiusculo, glabro, e centro ad marginem sulcato-striato, sulcis integris aut (sicut lamellæ) dimidiatis; 973

stipite subæquali, cavo, lutescente; lamellis didymis distantibus, longioribus, adnexis, rotundatis, pileo concoloribus.

*Hab.* in silvis umbrosis humidisque ad terram in provincia Brasiliæ Minas-Geraes dicta (WEDDELL).

44. **Mycena erythrella** Mont. Cent. VII, p. 25. — Pileo carnosulo- 974
membranaceo convexo, a centro rubricoso ad marginem irregularem radiato-striato, denticulato, læte ferrugineo; stipite gracili, incurvo, fistuloso, deorsum brunneo superne lamellisque albidis tridymis, convexis, distantibus, a stipite discretis.

*Hab.* ad terram in silvis humidis provinciæ Goyaz Brasiliæ (WEDDELL).

45. **Mycena chlorotica** Mont. Cent. VII, p. 25. — Epigæa, subsolita- 975
ria, flavo-virens; pileo, carnoso, conoideo, hemisphærico, levi; stipite ascendente, solido, æquali; lamellis di-tridymis, liberis, margine convexis.

*Hab.* in silvis provinciæ Matto-Grosso, in Brasilia (WEDDELL).

46. **Mycena cyanescens** Mont. Cent. VII, p. 26. — Albo-cyanescens; 976
pileo membranaceo, tandem applanato, centro depresso subumbilicato, ad marginem fissum radiato-striato, stipitique cavo a basi incurviuscula attenuata sensim in pileum dilatato glabris; lamellis tetradymis, concoloribus, convexis, longioribus postice rotundatis, haud attingentibus

*Hab.* locis obscuris Mapiri, provinc. Larecaja Boliviæ (WEDDELL).

47. **Mycena subincarnata** Peck 23 Report. p. 83. — Gregaria; pileo 977
hemisphærico, convexo vel expanso, striatulato, pallide luteo vel incarnato, demum albido; stipite tenui, cavo, basi albo, villoso; lamellis subincarnatis, uncinatis, dente decurrentibus.

*Hab.* sub Pinis, Center et Sandlake Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-4 cm., pileus 6-12 mm. latus.

48. **Mycena delectabilis** Peck 27 Rep. pag. 93, tab. 1, fig. 22-25. — 978
Alba; pileo tenui, conico, subacuto, striato; stipite levi, æquali glabro, basi piloso; lamellis confertis, arcuato-decurrentibus; odore nitroso.

*Hab.* inter muscos in silvis, Forestburgh Am. bor., socia *M. constante*, quacum dimensionibus atque habitu convenit, sed colore albo, pileo magis conico atque lamellis decurrentibus recedit.

49. **Mycena roseo-candida** Peck 25 Rep. p. 76. — Pileo convexo 979
vel ample campanulato, subpapillato, iuxta apicem striato, albo vel roseo-rubro; stipite tenui, glabro, albo; lamellis confertis, uncinatis, candidis vel roseis.

*Hab.* inter muscos in silvis, in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 8-12 mm. latus. Totus fungus vulgo pure candidus, at interdum pileus delicate roseo tinctus, apice margineque exceptis. In hisce speciminibus lamellæ eodem colore tinctæ atque fungi pulchritudo vix superari posset. Pilei striæ in speciminibus exsiccatis conspicuæ. Papilla aliquando prominentissima, aliquando nulla.

50. **Mycena subcærulea** Peck 25 Rep. p. 75. — Pileo tenuissimo, 980
campanulato v. convexo, striato, glabro, pallide cæruleo-viridi; stipite tenui, æquali, roseo-albo, subtiliter pruinoso; lamellis angustis, confertis, antice attenuatis, candidis; sporis subglobosis, 4 $\mu$. d.

*Hab.* in trunco fagineo in montibus Adirondack Amer. bor. — Cæspitosa, 5 cm. alta; pileus 8-13 mm. latus. Discus margine saturatius coloratus atque pileus cuticula secernibili obtectus.

51. **Mycena minutula** Peck 25 Rep. p. 75. — Pileo campanulato vel 981
convexo, glabro, striatulato, papillato; stipite curto, tenui, firmo, glabro vel particulis farinaceis obsito; lamellis latis, subdistantibus, breviter dente decurrentibus; interstitiis venis transversis reticulatis.

*Hab.* ad cortices truncorum dejectorum in silvis, Portville Amer. bor. — Gregaria, tota alba, $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. longa; pileus 4-8 mm. latus.

52. **Mycena citricolor** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 285. — Pu- 982
silla, tenera; pileo convexo, pellucido, citrino; stipite glabro lamellisque paucis decurrentibus, concoloribus.

*Hab.* in foliis emortuis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). Gregaria; pileus 5 mm. latus; stipes 6 mm. longus, filiformis.

53. **Mycena Silenus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 524. — Pu- 983
silla; pileo campanulato, striato, rubro, carnoso; stipite brevi, fistuloso, pallidiore; lamellis ventricosis, breviter adnatis.

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites) et in Australia. — Pileus 6 mm. latus, fusco-vinosus, umbone minuto papilliformi instructus; caro alba; stipes 12 mm. longus, circiter 2 mm. crassus; lamellæ intense rubræ.

54. **Mycena Perone** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 525. — Pu- 984
silla, gregaria; pileo convexo, umbonato, pallido; stipite recto, albo; lamellis ventricosis, adnatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus circiter 4 mm. latus, sordide albus; stipes 8 mm. longus, $^1/_2$ mm. crassus; lamellæ leviter adnatæ; sporæ 5 $\mu$. long.

55. **Mycena hæmatera** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 524. — Sanguinea; pileo campanulato, umbone papilliformi; stipite curvo farcto; lamellis ventricosis, dente adnexis. 985

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Cæspitosa obscure sanguinea; pileus circiter 12 mm. latus; stipes 18 mm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ sæpe breviter decurrentes.

56. **Mycena prasia** Berk. Dec. n. 275. — Pileo campanulato, fortiter sulcato, sicco, pallide prasio; stipite elongato, fistuloso, tenui, concolore, basi incrassato, rubro; lamellis paucis, ventricosis, liberis, niveis. 986

*Hab.* ad terram pr. Sikkim Himalayæ (Hook.). — Pileus 18 mm. latus pallide viridi-griseo variegatus circiter 18 stris pallidioribus radiatim sulcatus; stipes 2-4 mm. longus, vix 1 mm. crassus, fistulosus. Eximia species nulli europæarum accedens.

57. **Mycena discors** Berk. Dec. of Fung. n. 368. — Albida; pileo profunde umbilicato, carnoso, glabro, margine striato; stipite subæquali, fistuloso; lamellis latiusculis, adnato-decurrentibus postice obtusis; interstitiis venosis. 987

*Hab.* in lignis in pinetis, Sikkim 3400 m. alt. Himalayæ (Hook.). — Sordide alba; pileus 5 cm. latus, margine subapplanato; stipes 6 cm. longus, 8 mm. crassus basi tomentosa leviter tumidus; odor debilis. Proxima *Omphaliæ* sed stipitis fabrica *Mycenæ* adscribenda.

58. **Mycena immaculata** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 84. — Pileo membranaceo, conico vel subhemisphærico, glabro, margine striatulo, albo; stipite gracili, pellucido, albo, glabro, plerumque basi villoso apiceque leniter incrassato; lamellis latiusculis, distantibus vel uncinato-decurrentibus, albis; sporis oblongis vel cylindricis, 7-8, 5 ≃ 3. 988

*Hab.* in terra nuda inter muscos foliaque dejecta in mont. Adirondack Americæ borealis, junio. — *Mycenæ lacteæ* proxima, differt structura lamellarum sporisque longioribus, 2-4,5 cm. alta, pileus 5-10 mm. altus latusque; stipes circ. 1 mm. crassus.

59. **Mycena griseo-rubens** Mont. Syll. Crypt. n. 348, Guy. n. 267. — Gregaria; pileo e convexo explanato, membranaceo, papyraceo, radiato-striato, pellucido; stipite floccoso, fistuloso, levi, sursum deorsum incrassato, concolori; lamellis inæqualibus (di-tridymis) utrinque attenuatis fuscis. 989

*Hab.* in herbidis ad radices graminum in Guyana (Leprieur, Coll. n. 970). — Gregaria aut basi subfasciculata; pileus 6 ad 12 mm. latus, margine crenulatus, tandem ad stipitem usque fissus;

stipes fibroso-farctus, 1 ad 2 cm. longus; lamellæ distantes, medio ventricosæ. An *Marasmius?* Tamen cum nullo cognito comparanda.

60. **Mycena phylloclada** Berk. et C. N. Pac. Exp. n. 16 (*cladophylla*). — Pileo hemisphærico membranaceo, delicato, striato, albo; stipite gracili, rufo; lamellis angustis, distantibus, ramosis. 990

*Hab.* in lignis emortuis, Hong Kong. — *Marasmium* simulat: *Mycena cladophylla* Lév. videtur diversa.

III. Rigidipedes. Stipes firmus, rigidus, subtenax, exsuccus, basi substrigoso-radicatus. Lamellæ decolorantes, ex albo griseæ v. rubentes, demum venis vulgo connexæ. Pileus non hygrophanus. Tenaces, persistentes, inodoræ, normaliter lignatiles et valde cæspitosæ, sed occurrunt simul individua solitaria et terrestria.

61. **Mycena cohærens** Fr. Epicr. p. 105, Hym. Eur. p. 137, Icon. t. 80, f. 1, Berkl. et Br. n. 1212, Alb. et Schwein. p. 163, S. M. pag. 253 (nondum visa). Secr. n. 880 nec alia exstat, ad quam Pers. Syn. p. 306, *A. rigidus* Lasch Linn. n. 531, *A. ceratopus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 214. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, obsolete umbonato, velutino-molli, (fulvo-cinnamomeo) expallente; stipite corneo, rigidissimo, levi, glabro, nitido, badio, sursum pallido; lamellis liberis, distantibus, perlatis, subvenoso-connexis, albo-luteo-pallescentibus. 991

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ et Tasmaniæ inter folia, sed etiam ad truncos; a Friesio in Kongsparken Upsaliæ in trunco abiegno fasciculata lecta. Nobilissima, habitu Marasmii v. c. *M. alliacei*, sed lamellis *M. galericulatæ* proxima. Stipes radicatus, basi spadiceus, villo albo, heterogeneo quasi, cum vicinis copulatus, 11 cm. circiter longus; pileus adspectu velutinus, primo levis, dein humidus striatus expallensque, 3-4 cm. latus; sporæ 10-11 ≃ 8.

62. **Mycena ræborrhiza** Lasch l. c. n. 539, Fr. Ic. t. 83, f. 4, Hym. Eur. p. 137. — Pileo submembranaceo, ex acute campanulato expanso, sicco, glabro, striato, subfulvo pallenteve; stipite tenaci, radicato, levi, floccoso-pruinoso, pallido fulventeque; lamellis subliberis, leviter distantibus, albo-pallescentibus, demum venoso-connexis. 992

*Hab.* circa truncos Alni, Carpini in Europa. — Pileus 8-17 mm. latus; stipes 3-6 cm. longus, 1-2 mm. crassus; sporæ subglobosæ, muricatæ 6-7 $\mu$. d. Proximis tenuior, subnitida; ab affini *M. lasiosperma* Bres. præcipue recedit, observante Britz., defectu odoris farinacei. 993

63. **Mycena lasiosperma** Bres. F. Trid. p. 33, t, XXXVII, f. 1: —

Cæspitosa; pileo membranaceo, e conico-campanulato expanso-umbonato, ambitu integro, demum revoluto, subviscido, pruina grisea primo tecto, dein glabrescente, ad umbonem striato, e livido-griseo subalutaceo centro obscuriore, 1-2½ cm. lato; lamellis strictis, subconfertis, ex albo griseis, venoso-connexis, postice sinuato-uncinatis; stipite fistuloso æquali, sursum, deorsum castaneo, albo-pruinato, 3-4 cm. longo 1-2 mm. crasso, basi albo-hirsuto, radicato aliis stipitibus cæspitose coalito, carne subconcolori; odore forti farinaceo-rancido; sapore mite; sporis hyalinis, globosis, tuberculoso-aculeatis, 6-7 mm. diam; basidiis clavatis 25-30 ≃ 5-7 mm.: cystidiis fusoideis, basi truncata, apice appendiculis erectis sæpe ramosis prædito, 40-55 ≃ 8-14.

*Hab.* ad Moros adhuc stantes in pratis juxta Magras post largas pluvias abunde autumno. — *Mycenæ levigatæ* proxima.

64. **Mycena bryophila** Vogl. Obs. an. Agar. p. 17, f, III, f. 13, a-f — 994
Subcæspitosa; pileo membranaceo, conico-campanulato, subexpanso, obtuso, glabro, striato, centro griseo-fuligineo, disco pallidiore, 1-2 cm. lato; lamellis subdistantibus approximato-liberis, rarius adnatis, albido-griseis; stipite cavo, cylindrico, æquali, fuligineo-atro sursum pallidiore, glabro, basi radicato, 4-5 cm. longo, 1-2 cm. crasso; carne subconcolori; odore nullo; sporis globosis, ubique verruculosis et hinc inde aculeolatis, hyalinis, 6-7 μ. diam.; basidiis clavatis, 25 ≃ 7; sterigmatibus acicularibus 3 ≃ 1; cystidiis ovato-fusoideis, apice cylindrico-attenuatis, basi longe cuspidato-stipitatis, 55-75 ≃ 14.

*Hab.* locis muscosis Horti Botanici Patavini, octobri. — *Mycenæ lasiospermæ* Bres. affinis, sed distincta.

65. **Mycena lutea** Bres. F. Trid. p. 34, t. XXXVII, f. 2. — Pileo 995
ex obovato campanulato-subexpanso, sicco, striato, succineo-luteolo, centro fuscidulo, dein luteo-fulvescenti, subexpallenti, 6-80 mm. lato; lamellis adnato-uncinatis, subdistantibus, albis, dein ad marginem pilei luteis; stipite fistuloso, glabro, luteo-ochraceo, radicato, basi albo-strigoso, 2-3 cm.; sporis hyalinis, ovatis, subglobosis, granulosis, 12 ≃ 8-9 mm.; basidis clavatis, 25-30 ≃ 8-10 μ.

*Hab.* ad truncos laricinos solitaria vere in autumnum in agro Tridentino. — *Mycenæ lasiospermæ* affinis.

66. **Mycena receptibilis** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 248, f. 284. — 996
Pileo campanulato, brunneo, margine pallidiore; stipite diaphano, albido-brunneo v. violaceo-brunneo; lamellis remotiusculis, albidis; sporis verrucosis, 8-9 ≃ 6-7.

*Hab.* inter Sphagna, Haspelmoor Bavariæ. — *Myc. rœborhizæ* affinis.

67. **Mycena prolifera** Fr. Epicr. 105, Hym. Eur. p. 137, Cooke Ill. 997
t. 225. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, sicco, umbone lato obscuriore, margine demum sulcato (gilvo v. alutaceo-fuscescente); stipite firmo, rigido, glabro, nitido, striatulo, radicato; lamellis adnexis, subdistinctis, albo-pallescentibus.

*Hab.* juxta areolas ligneas in Suecia et Britannia. Inodora, demum tantum nauseosa. Stipes pallidus sursum livescens, basi e fulvello badius; pileus primo levis, expansus sulcatus v. siccitate fissus; sporæ 8-10 ≃ 5-7. — Noster fungus variis notis jungere videtur Sow. t. 169, *A. areolarum* Pers. M. E. 3, n. 424 (cui Vaill. t. 12, f. 3, 4) etc. Secr. n. 870, ex quo demum pruinatus (nota inconstans), nostro ex omni parte non respondens.

68. **Mycena excisa** Lasch n. 538, Fr. Ic. t. 81, f. 1, Hym. Eur. p. 998
137. Forte Secr. n. 869. — Pileo campanulato-convexo, disco carnosulo, subumbonato, ruguloso (spadiceo, subfusco); stipite firmo, tenaci, radicato, levi, fuscescente; lamellis ventricosis, crassis, distantibus, venoso-connexis, canis, postice exciso-angustatis, subliberis.

*Hab.* ad truncos v. c. Pini cæspitosa in Europa. Ad terram etiam Fries legit solitariam, pileo umbone obscuriore rugoso, ceterum membranaceo, striato, spadiceo; lamellis subdistinctis, glaucis, postice maxime angustatis, denticulo tamen in stipite uncinatis. — Pileus 3 cm. circiter latus; stipes 4 cm. longus, 3-5 mm. crassus; sporæ elliptico-reniformes, 7-9 μ. l. v. 12-13 ≃ 8 (Britz.). Bull. t. 518, I, huc spectat, teste Berkeley.

69. **Mycena Fagetorum** Fr. Hym. Eur. p. 138, *A. galericulatus epi-* 999
*phyllus* S. M. p. 144 (in Obs.), Secr. n. 942. — Gracilior, tenuior; pileo levi, ad medium striato; stipite basi subincurvo, villo foliis adglutinato; lamellis postice attenuato-subliberis uncinatisque, in collarium junctis.

*Hab.* ad folia Fagi, cæspitosa aut vulgo simplex in Europa. — Adest forma alia e livido albescens lamellis albis, alia fuliginea lamellis glaucis.

70. **Mycena rugosa** Fr. Epicr. p. 106, Hym. Eur. p. 138, Cooke Ill. 1000
t. 186 B. Berk. et Broome n. 990, Quél. p. 69, Bull. t. 518, f. K. M. — Pileo subcarnosulo, campanulato-expanso, tenaci, sicco, rugis elevatis inæquabili (cinereo, pallescente); stipite firmo, tenaci, levi, glabro, pallido, radice brevi, obliqua, strigosa; lamellis arcuato-adnatis, venoso-connexis, subdistantibus, albo-cinereis.

*Hab.* ad et juxta truncos arborum frondosarum in Europa et Sibiria sæpius simplex, major. Stipes brevis, crassiusculus, rectus, demum compressus. — Pileus subobtusus, medio ut sqq. carnosulus, quum a rugis totus non obtectus, ad medium striatus. Lamellæ ventricosæ, integræ v. acie concolore serratæ. *M. galericulata* Krombh. t. 1, f. 31 subsimilis, pube differt et potissimum *Collybiæ longipedis* status.

71. **Mycena sudora** Fr. S. M. I, p. 156, Epicr. p. 106, Hym. Eur. p. 138, Cooke Ill. t. 206. — Pileo submembranaceo, convexo, umbonato, striato, viscoso; stipite firmo, radicato, levi, sicco, glabriusculo; lamellis obtuse et edentulo-adnatis, crassiusculis, subdistantibus, ex albo subcarneis. 1001

*Hab.* ad truncos Fagi, in Europa raro. Vulgo solitaria, major, tota alba. Stipes prælongus, radice longa, præmorsa, glabra (num semper?); pileus $2^1/_2$ cm. latus, diaphanus, sæpe irregularis, non rugosus; lamellæ latæ, primo distinctæ.

72. **Mycena galericulata** Scop. Carn. p. 455 (*Agar.*), Schaeff. t. 52, Bull. t. 518, f. C. D.-E. (pileo stipiteque ferrugineo-rubris), Weinm. Ross. p. 105, Hoffm. Nom. t. 4, f. 1, Price f. 55, Gonn. et Rab. t. 7, f. 8 (forma tenella), Paul. t. 122, f. 7, (f. 8 odore recedit), Hym. Eur. p. 138, *A. galericulati* plurr. Secr. — Pileo submembranaceo, e conico-campanulato expanso, ad umbonem striato, sicco, glabro (livido-rufescente v. versicolore); stipite rigido, polito, levi, glabro, basi fusiformi-radicato; lamellis adnatis, dente decurrentibus, venoso-connexis, albidis incarnatisque. 1002

*Hab.* vulgata ad truncos et maxime protea, cæspitibus plerumque stipatis in Europa, Tasmania et Amer. bor. — Pileus 3-6 cm. latus; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ, hyalinæ, irregulares 9-10 ≃ 4-6; basidia 21-26 ≃ 7-19; sterigmat. quaterna 4 ≃ 2. Non ita tenax et lenta ut *M. rigida*. Stipites subadscendentes, basi tomentosi, radicati, colore albido, livido-fuscescente, fulvo, spadiceo etc. (e succo ligni?) varii. Varr. numerosissimæ: pulcherrima v. **calopoda** stipitibus castaneis, in caudam fusiformem coalitis. Fr. Ic. t. 80, f. 2. — * **M. æstiva** Pers.: major, solitaria, terrestris, pileo rugoso-striato. — Forma **subterranea**: Buxb. C. 4, 13, f. 1, Hoffm. Subt. t. 3. Forma **nana** Karst. Symb. IX, p. 41. — * **Mycena latifolia** Peck 23 Rep. p. 82, t. VI, 8-14.; gregaria: pileo convexo, raro subumbonato, striatulato, griseo brunneo; stipite levi, glabro, cavo subconcolore, basi albo-villoso; lamellis candidis, latis, uncinatis, dente decurrentibus. Sub Pinis, Center Amer. bor. Statura $2^1/_2$-4

cm., pileus 8-12 mm. latus, stipes 10 mm. crassus. Species pusilla lamellis candidis latis, inter folia Pini nascens. — ***Mycena sparsa** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, pag. 133. *Ag.* (Mycena) *pseudoclypeatus* Schulz. var. *slavonicus* B. et S. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 499: pileo submembranaceo, mox explanato, etiam repando, subumbonato, dilutissime fumoso, in medio obscuriori, fere cinnamomeo, secundum dorsum lamellarum striato, 1,5-3 cm. et parum ultra lat. nec fragili; lamellis distantibus, leviter affixis, mox secedentibus, utrinque rotundatis, 5 mm. latis fuscescente-griseis; stipite fistuloso, adscendente-curvato, æquali, 1-2 mm. et parum ultra crasso, 2-4 cm. l. rigido, firmo, albido, demum dilute fuscescente; sporis globato-ovatis, 6-7 μ. longis; odore et sapore indistincto. Ad ramenta quercina putrescentia gregatim, mensibus septembri et octobri in Slavonia.

73. **Mycena arata** Berk. Dec. n. 268. — Cæspitosa; pileo e conico campanulato sulcato; stipitibus tenuibus, gracilibus, fistulosis; lamellis distantibus, carneo-variegatis, subuncinato-adnexis. 1003

*Hab.* ad arborum radices inter muscos Snichul (2500-2700 m. alt.) (Hook). — Inodora, admodum delicata; pileus 8-12 mm. latus, versus apicem profunde sulcatus, margine brunneus umbrinus albo pictus; stipes 5-8 cm. longus, vix 2 mm. crassus, brunneus, roseo pictus, basi strigosus, interdum connatus, interstitiis levigatis. Habitus *M. muscigenæ* sed strictius affinis *M. galericulatæ*.

74. **Mycena nubigena** Berk. Dec. n. 267. — Mollis fragilis; pileo conico-explanato, sicco, profunde sulcato, stipiteque adscendente, subæquali fistuloso albidis; lamellis latis, ventricosis, distantibus, adnexis candidis. 1004

*Hab.* in ligno vetusto fabrefacto, Darjeeling (2200 m. alt.) Indiæ (Hook). — Odor debilis; mollis atque fragilis; pileus 3 cm. latus, griseo-brunneus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ postice rotundatæ, interstitia levigata. Affinis *M. galericulatæ*, sed non ita tenax neque ob lamellas latas candidas notanda. Stipes inferne glaber.

75. **Mycena polygramma** Bull. t. 395 (*Agar.*) optime, Fr. S. M. I, p. 146 cum syn., Hym. Eur. p. 139, Bern. Ch. La Roch. t. XII, f. 2, Cooke Ill. t. 225, Sowerb. t. 222 (minus adæquata), Fl. Dan. t. 1615, f. 1, 1498, *A. chloroticus* Jungh. Linn. V, t. 7, f. 1. — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, subumbonato, sicco, striato; stipite rigido, tenaci, toto longitudinaliter sulcato-striato, splen- 1005

dente, strigoso-radicato; lamellis postice attenuatis (liberis uncinatisve), albidis carneisve.

*Hab.* ad truncos frequens, simplex v. cæspitosa in Europa, Sibiria et Amer. bor. — Pileus 2½–4 cm. latus; stipes 8 cm. long., 2 mm. vel ultra crassus; sporæ 9–12 ≃ 6–8. Color fuscus, cinereus, flavescens, cærulescens atque præcipue in stipite. Variat tota amœne candida. Tres species ex hoc distinguit Secr. num. 882–884.

76. **Mycena inclinata** Fr. Epicr. p. 107, Hym. Eur. p. 139, Quél. p. 70, Batt. t. 27, A. *Hypophyllum spadiceum* Paul. t. 110, f. 2. — Pileo submembranaceo, e globoso-cernuo campanulato, obtuso, sicco, ad medium striato (undique fuscescente), margine primitus denticulato; stipite rigido, tortuoso, sursum interrupte striato, pruinato-fibrilloso; lamellis simpliciter adnatis, confertis, distinctis, mollibus, albidis, basi griseis. 1006

*Hab.* ad truncos in Europa, dense cæspitosa. Inter proximas media sed bene distincta. Stipes subflexuosus, albidus v. fuscescens, dein fulvescens, minus tenax, quia inter digitos pressus in fibras longitudinaliter solvitur, apice primo incurvus, hinc pileus junior cernuus, margine incurvus (sed non involutus), demum vertice depressus, raro gibbus. Sporæ 8 ≃ 4.

77. **Mycena parabolica** Fr. Epicr. p. 107, Hym. Eur. p. 139, Icon. t. 80, f. 3, Cooke Ill. t. 224, Berk. Outl. p. 127, Quél. p. 222, *A. atro-albus* Alb. et Schw. p. 191, Secr. n. 922, Sowerb. t. 165 (pileo pallido) et *A. galericulatus* E. Pers. M. E. ad hanc quoque accedunt. — Pileo submembranaceo, ex ovali parabolico, obtuso, discoideo, expallente, ad medium striato, margine integro albicante; stipite rigido, levi, glabro, concolore, basi strigoso, tumido, præmorso-radicato; lamellis simpliciter adnatis, adsecndentibus, subdistinctis, albicantibus. 1007

*Hab.* ad truncos in Europa et Sibiria, præcipue pineos, autumno seriore, per hiemem persistens, cæspitosa, rara. Basi barbata. Stipes e cæruleo-nigricante pallens, 5–8 cm. longus, 2 mm. crassus; pileus numquam expansus, disco niger, marginem albicantem versus livido-cærulescens; sporæ 12 ≃ 6.

78. **Mycena Tintinnabulum** Fr. Epicr. p. 107, Hym. Eur. p. 140, Icon. t. 80, f. 4, Cooke Ill. t. 224, *A. galericulatus* hiemalis Lasch n. 536 optime. — Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, subobtuso, levigato, unicolore (vario), udo viscido; stipite rigido, tenaci, levi, glabro, pallido, strigoso-radicato; lamellis dente decurrentibus, confertis, planis, tenuibus, albidis. 1008

*Hab.* ad truncos Fagi etc. in Europa et Africa austr. per hiemem, etiam congelata, persistens. — Pileus 1-2½ cm. latus; stipes 2½-8 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Tenax, haud rugosa, colore maxime varia, cærulescens, gilvo-fusca, albida, plerumque spadicea. Lamellæ pallescunt, siccitate subincarnatæ.

79. **Mycena colligata** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 101. — Cæspitosa; 1009
pileo hemisphærico, striato, carnosulo, sicco; stipitibus deorsum tomento colligatis; lamellis angustis, arcuatis, decurrentibus, venoso-connexis albidis.

*Hab.* in pinetis, Sikkim (3400 m. alt.) Indiæ or. (Hook.). — Inodora, fragilis; pileus 2-2½ cm. latus pallide roseo-griseus; stipes 8 cm. longus, ultra 1 mm. crassus, pileo obscurior. Affinis *M. myriadeæ*, sed forma diversa lamellis manifeste decurrentibus, carne rubescente.

80. **Mycena myriadea** Berk. Dec. n. 266. — Cæspitosa, pileo e cam- 1010
panulato hemisphærico minute umbonato, glabro, margine striato; stipitibus plus minus connatis, gracilibus, fistulosis; lamellis latis planis adnato-subdecurrentibus.

*Hab.* ad truncos arborum emortuarum, Darjeeling (2400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Inodora, delicatissima et fragilis; pileus 2½ cm. latus, siccus, membranaceus centro excepto; stipes 5-8 cm. longus, circiter 2 mm. crassus, basi affixus atque tomentosus, albus griseo pictus sicut pileus; lamellæ subdistantes, candidæ. Affinis *M. Tintinnabulo.*

81. **Mycena levigata** Lasch n. 186, Fr. Hym. Eur. p. 140, *A. cucul-* 1011
*latus* Fries Obs. II, p. 147 (Persoonio, ut e Myc. Eur. patet, dubia), Secr. n. 953. — Pileo carnosulo, hemisphærico-expanso, obtuso, udo striatulo, sicco levigato, albo, pallescente; stipite rigido, levi, glabro, lubrico, strigoso-radicato; lamellis dente decurrentibus, confertis, distinctis, postice collariato-junctis, ex albo pallescentibus.

*Hab.* copiose in pinetis udis, montosis ad truncos, æstate in Europa. — Pileus 1-2 cm. latus; stipes 11-14 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, circiter 4-6 : 3. Constanter alba, sed a *M. galericulata rugosa* ceterisque albo-variantibus caute distinguatur lamellis, pileo magis convexo leviore, stipite minus tenaci, udo lubrico, non viscido.

82. **Mycena macrorrhiza** Fr. Fung. Nat. p. 4. — Pileo membranaceo, 1012
campanulato-expanso, sicco, glabro, inæquabili, brunneo-fusco; stipite fistuloso, procero, stricto, (in siccis spiraliter torto, sulcato, con-

colori), radice incrassata fusiformi appendiculato; lamellis subliberis, distantibus ex albo alutaceis; sporis albis.

*Hab.* ad terram capitis Bonæ Spei. Inter Europæos *Collybiæ collinæ* forsan proxima.

83. **Mycena xanthophylla** Berk. Dec. n. 271. — Pileo e campanulato hemisphærico, carnoso, striato; stipite adscendente fistuloso; lamellis flavis, demum purpureo-variegatis, latis, rotundatis, liberis. 1013

*Hab.* ad radices arborum, Darjeeling (2400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Inodora, carnosa, fragilis; pileus $2^1/_2$–4 cm. latus, centro roseo variegatus, griseo-umbrinus, interdum margine luteo; stipes 4-6 cm. longus, fere 4 mm. crassus, luteus vel purpureus; lamellæ primitus pure luteæ, potius distantes.

84. **Mycena manipularis** Berk. Dec. n. 274. — Valde cæspitosa, tenera fragilis; pileo campanulato, sicco, striato; stipite gracili; lamellis flavis, latiusculis, adnatis. 1014

*Hab.* in truncis Sinchul (2500 m. alt.) Himalayæ (Hook.). — Inodora, fragilissima; pileus 6-12 mm. latus, ex umbrino rubro-griseus luteoque; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, vix 1 mm. crassus, minute fistulosus, basi griseo-tomentosus; lamellæ potius latæ, ventricosæ, adnatæ; caro rubescens. Evidenter affinitatem cum. *M. xanthophylla* præbet.

85. **Mycena russulina** Berk. Dec. n. 272. — Pileo tenui, submembranaceo, sicco, russulino, hemisphærico, margine sulcato; stipite ascendente, fistuloso, umbrino; lamellis latiusculis, pallido-flavis, adnatis, subuncinatis. 1015

*Hab.* in truncis arborum, Darjeeling (2600 m. alt.), Indiæ (Hook.). — Inodora, fragilis; pileus 18-25 mm. latus, interdum obtuse umbonatus, intense ruber; stipes $2^1/_2$–6 cm. longus, 2 mm. crassus, æqualis; lamellæ distantes. Affinis *M. xanthophyllæ* sed plane distincta pileo æquali rubro, stipite fusco lamellisque uncinatis.

86. **Mycena rufata** Berk. Dec. n. 273. — Pileo hemisphærico, fortiter umbonato, viscido, rufo, striatulo; stipite subtiliter fistuloso, concolore; lamellis citrinis, adnexis, tactu rufis. 1016

*Hab.* in truncis arborum, Darjeeling Indiæ (2400 m. alt) (Hook.). — Inodora, potius firma; pileus 12 mm. latus, glaber, subcarnosus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ potius angustæ, postice rotundatæ, subliberæ. A *M. russulina* distinguitur pileo viscido, firmo lamellisque maculatis.

87. **Mycena melanatoma** B. et Rr. Journ. Linn. Soc. XI, p. 523. — 1017

Pileo campanulato-striato stipiteque solido, particulis fuscis inspersis; lamellis antice latioribus, postice arcuato-adnexis.

*Hab* ad terram, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 12 mm. latus, griseus; stipes 4 cm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ cinereæ.

88. **Mycena myoderma** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 523. — 1018
Pileo campanulato, tenero, subcinereo, piloso; stipite concolori, fibrilloso, fistuloso; lamellis uncinatis, adnatis, pallido-carneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 18 mm. latus, pilis brevibus vestitus; stipes 4 cm. longus, striatus; lamellæ 2 cm. latæ, adscendentes. Affinis *Mycenæ cohærenti.* 1019

89. **Mycena leptopila** M. Syll. Crypt. n. 350, Guy. n. 274. — Pileo membranaceo, tenuissimo, pellucido, primo campanulato demum explanato, striato in sicco fuscescente; stipite elato, glabro, fistuloso, basi radicato; lamellis tridymis, angustis, distantibus, subtriangularibus, albis, acie coloratis.

*Hab.* in horto hospitii nautici Cayennæ (LEPRIEUR). — Pileus 5 cm. lat.; stipes 12–14 cm. long., 3 mm. cr. *M. macrorrhizæ* affinis.

90. **Mycena cymbalifera** Mont. Syll. Crypt. n. 354. — Pileo mem- 1020
branaceo, convexo explanato, ample umbonato, margine undoso, patente, striatulo, ex albo griseo, sicco fuscescente; stipite longissimo fistuloso, fragili, basi decumbente, fusiformi-incrassato, longe radicato, fibrilloso; lamellis didymis, linearibus, angustissimis utrinque attenuatis, haud affixis, albis.

*Hab.* ad terram inter folia, octobri, Columbus Amer. fœder. (SULLIVANT, Icon. n. 291). — Cum cymbalis musicæ militaris quoad formam pilei comparanda. Pileus $1\frac{1}{2}$–$2\frac{1}{2}$ cm. latus, umbone 6-8 mm. lat. Stipes cum parte ejus radiciformi 15 cm. longus, 2 mm. crassus.

91. **Mycena hemileuca** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 17. — Pileo ex 1021
conico-campanulato expanso, umbrino; stipite stricto lamellisque adnexis, distantibus, albis.

*Hab.* in lignis putrescentibus, ins. Bonin.

92. **Mycena rhodoconis** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 15. — Alba; 1022
pileo leviter depresso, tenuissimo, viscoso; stipite sursum incrassato, basi dilatato; lamellis latiusculis, distantibus, adnatis, roseo-pulverulentis.

*Hab.* in lignis putrescentibus in insula Bonin.

93. **Mycena leucoconis** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 14. — Pileo um- 1023
brino, leviter depresso, viscoso; stipite robustiore, deorsum incras-

sato, medio tenuiore, albo; lamellis latiusculis, distantibus, adnatis albis demum secedentibus, albo-pulverulentis.

*Hab.* in lignis insulæ Bonin. — A *Mycena rhodoconi* B. et C. distincta.

94. **Mycena chætodes** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 18. — Pileo he- 1024
misphærico, ex albo griseo striato; stipite elongato, basi pilis longis strigoso; lamellis paucis, subangustis, adnexis.

*Hab.* inter folia sub arboribus, Hong Kong Asiæ orient.

95. **Mycena trachycephala** Müll. et Kalch. in Grevillea VIII, p. 151, 1025
t. 142, f. 1 (*Agar.*). — Fascicularis; pileo pisi magnitudine, subgloboso demumve campanulato, papillato, rugoso striato, umbrino; stipitibus filiformibus 2,5–5 cm. basi coalitis ibidemque villosis, ceterum glabris, pileo dilutioribus; lamellis adscendentibus, subdistantibus, simplicibus, angustis, helvolis.

*Hab.* ad truncos, Mount Macedon Australiæ (Müller). — Habitus *M. cohærentis* sed minor et tenacella.

96. **Mycena limbata** Lasch in Bot. Zeit. 1849, p. 293. — Pileo pal- 1026
lescente-fusco, margine discolore, cæruleo, purpureo-pallescente; stipite sæpissime caudato-radicato, floccoso, inferne cæruleo vel virescente, villoso-tomentoso; lamellis discolori-fimbriatis.

*Hab.* in ramis acubusque Pini silvestris in Germania.

97. **Mycena atro-purpurea** Mont. Cent. VII, p. 24. — Solitaria; pi- 1027
leo carnoso, conico-hemisphærico, obscure coccineo, margine striolato, nudo, glabro; stipite æquali, solido, concolori; lamellis didymis, liberis, ventricosis, pallidis.

*Hab.* terrestris locis uliginosis provinciæ fluminensis et Minas-Geraes (Weddell).

98. **Mycena submurina** Mont. Cent. VII, p. 25. — Terrestris, solita- 1028
ria, cinerescens; pileo carnosulo-membranaceo, convexo, centro depresso, subumbonato, radiato-striato, margine denticulato; stipite cavo, levi, æquali; lamellis tridymis, distantibus, longioribus, late adnatis, minoribus convexis, venoso-connexis, e griseo pallescentibus.

*Hab.* in silvis humidis provinciæ Goyaz in Brasilia (Weddell).

99. **Mycena Pileum-turcicum** Mont. Cent. VII, p. 26. — Solitaria, 1029
ochraceo-fuscescens; pileo carnosulo biformi, nunc (rarius) campanulato, margine subreflexo, nunc disco planiusculo cylindraceo, margine demisso recto, centro tum umbonulato, margine radiatim sulcato-striato; stipite incurvo, solido, æquali, in pileum dilatato; lamellis tridymis ex adnato decurrentibus albicantibus, antice attenuato-linearibus.

*Hab.* ad truncos humidos in silvis brasiliensibus provinciæ Matto-Grosso. Quoad formam singularis (Weddell).

100. **Mycena citriceps** Mont. Cent. VII, p. 24. — Gregaria; pileo e convexo explanato, carnosulo, 1-4 cm. lato, citrino, margine undulato-striato; stipite rigido, æquali, fistuloso, superne concolori, inferne atro-rufo; lamellis tridymis, convexis, rotundato-adnexis, flavis. 1030

*Hab.* in silvis umbrosis, nunc ad terram nunc ad truncos putridos, Serra da Estrella Brasiliæ (Weddell).

101. **Mycena depressa** Lév. Champ. Mus. p. 114. — Minor, gregaria, pileo membranaceo, depresso, sulcato, tomentosulo, fusco; lamellis latis, adnatis, postice rotundatis, concoloribus; stipite curvato cylindrico, nudo, pallido, basi crassiuscule albo, tomentoso. 1031

*Hab.* ad ramos deciduos Tjikoya in Java (Zollinger).

102. **Mycena radicatella** Peck. 31 Rep. St. Mus. p. 32. — Pileo tenui, campanulato, glabro, obtuso vel subumbonato, albido, udo margine striato; stipite firmo, glabro, tenui, albido, profunde radicato; lamellis ascendentibus, angustis, confertis, candidis; sporis subglobosis, rugulosis, 8-10 $\mu$. longis. 1032

*Hab.* ad terram muscosam in silvis, Griffins, Delaware County Amer. bor. — Statura 4-5 cm. adæquans; pileus 8-12 mm. latus. Recognitu facilis ob longam stipitis partem radicularem terram intrantem, more *Col. radicatæ*.

103. **Mycena psammicola** B. et Br. Ann. N. H. n. 1518. — Pileo subhemisphærico, particulis minutis adsperso, margine striato; stipite brevi, solido, radicato, inferne umbrino, superne albo, toto albido pulverulento; lamellis segmentoideis, breviter adnatis, postice sinuatis; odore forti, sed haud nitroso. 1033

*Hab.* in solo sabuloso inter muscos, Addington Britanniæ. — Pileus 6 mm. latus; stipes 11 mm. longus, circiter 1 mm. crassus, firmus; pileus brunneus versus marginem magis pallescens. Parva sed bene distincta species.

IV. Fragilipedes. Stipes fragilis, siccus, exsuccus, basi fibrillosus, vix radicans, non vero dilatatus vel insititius. Pileus hygrophanus. Lamellæ decolorantes, demum venis subconnexæ. — Tenuiores, fragiles, sæpe molles, vulgo olidæ, normaliter simplices et terrestres, paucæ (graveolentes) lignatiles et cæspitosæ.

104. **Mycena atro-alba** Bolt. t. 137 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 141, Hym. Eur. p. 140, Secr. n. 921, Pers. M. E. 3, n. 426 excl. $\beta$. *A. rhizogenus* Ib. n. 425 (pileo minore). — Firmula; pileo carnosulo, obtuse campanulato, levi, glabro, opaco (fusco), circa marginem albicantem 1034

striatulo; stipite stricto, nitido, bicolore, radice bulboso-tumida hirta; lamellis attenuato-subliberis, ventricosis, albis.

*Hab.* ad terram in Europa. — Stipes 5-8 cm. longus. Simplex, stipite apice obscuriore. — Var. **minor**, stipite apice pruinato, non constans est: *Ag. atro-cæruleus* Desm.

105. **Mycena atro-alboides** Peck 27 Rep. p. 93. — Pileo campanulato, obtuso vel subumbonato, margine striato, primitus nigrescenti-brunneo, subtiliter pruinoso, demum margine cinerescente; stipite longo, glabro, æquali, pileo concolore, basi villoso; lamellis confertis, angustis, adscendentibus, uncinatis, dente decurrentibus, albis vel cinereis; sporis una tantum extremitate apiculatis, ellipsoideis, 8 μ. long. 1035

*Hab.* locis humidis inter muscos in silvis. — Statura 8-10 cm. adæquans; pileus 10-15 cm. latus, stipes 1-2 mm. crassus. Prima ætate stipes apice obscurior. Lamellæ haud liberæ atque stipes haud basi incrassatus ut in *M. atro-alba*. Exstat varietas tenuior, in qua umbo siccitate albescit.

106. **Mycena dissiliens** Fr. Epicr. p. 108, Hym. Eur. p. 141, Icon. t. 81, f. 2, Berk. Outl. p. 125, Quél. p. 305. *A. pseudoclypeatus* Bolt. t. 154. *A. metatus* Secr. n. 938, Mich. Gen. t. 79, f. 5, Paul. t. 122, f. 8. — Fragilissima; pileo submembranaceo, conico-campanulato, obtuso, ad medium lineato-plicato; stipite attenuato, subincurvo, striatulo, cinereo-obscuro, basi strigoso; lamellis rotundatis, secedente-liberis, latis, mollibus, albidis, basi griseis. 1036

*Hab.* ad truncos et terram inter quisquilias, exeunte æstate, subcæspitosa, in Europa. Olida, sed non nitrosa. Stipes 5 cm. longus, 2-4 cm. crassus, compressus, in lacinias elastice revolutas dissiliens. Sporæ 8-10 ≃ 5-7; basidia 32-42 ≃ 5-7; sterigmata quaterna 3 ≃ 2; cystidia 70-79 ≃ 7-10 (Voglino). — Pileus cinereo-fuscus, margine demum sursum reflexo pallidiore, reticulo et in umbrosis rore albido obductus.

107. **Mycena atro-cyanea** Batsch f. 87 (*Agar.*) [pusio infans], Fr. S. M. I, p. 147, Hym. Eur. p. 141, Cooke Ill. t. 236 *b*. — Fragilis, inodora; pileo membranaceo, campanulato-convexo, sulcato, pruina alba detersili tecto, umbone difformi obtuso; stipite stricto, filiformi, glabro, atro-cyaneo, basi bulbillosa; lamellis attenuato-adnexis, lanceolatis, distantibus, albidis. 1037

*Hab.* ad terram, supra acus Pini etc. in Europa et Tasmania, raro. — Stipes 2-5 cm. longus; pileus 6-11 mm. latus, unicolor,

e fusco griseo-cærulescens; lamellæ postice collariato-junctæ; sporæ 8-9 μ. long.

108. **Mycena hæmatochroa** Mont. Syll. Crypt. n. 347, Guy. n. 272. — Gregaria, terrestris, sanguinea; pileo ex ovoideo conico-campanulato, obtuse umbonato, carnoso-membranaceo, margine tenuissime striato; stipite fistuloso, levi, superne attenuato, concolori; lamellis confertis, albidis, angustis, lanceolatis, haud decurrentibus, inæqualibus. 1038

*Hab.* in Guyana ad terram (Leprieur). — Pileus in statu vegeto sanguineus, exsiccatus atro-spadiceus; stipes 2 cm. longus, sesquimillim. crassus, levis; lamellæ albidæ, confertissimæ. *M. atrocyaneam* Batsch forma refert, a qua notis allatis certe differt.

109. **Mycena pullata** Berk. et Cooke in Grevillea et Ill. t. 237. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuse umbonato, atro-brunneo, disco nigrescente ad medium sulcato-striato; stipite fistuloso, elongato, deorsum incrassato, concolore, basi albido floccoso, subinde radiculoso; lamellis subconfertis, adnexis, albis; odore debili nitroso. 1039

*Hab.* ad terram inter folia putria Chingford et Norfolk Britanniæ. Stipes 7 cm. longus, 2 mm. cr.; pileus 2 cm. latus, initio atro-purpureus, interdum leniter glauco-pruinosus; sporæ ellipticæ, leves. Affinis *M. atro-cyaneæ* et *M. leptocephalæ*.

110. **Mycena paupercula** Berk. Outl. p. 125, Fr. Hym. Eur. p. 141, Cooke Ill. t. 236. — Graveolens, ochraceo-alba; pileo submembranaceo, e convexo hemisphærico, minute innato-fibrilloso; stipite radicante, levi, basi villoso; lamellis subliberis, albis. 1040

*Hab.* in latere inferiore ramulorum dejectorum in Europa. — Pileus 2 mm. latus; stipes 12-25 mm. longus, 1 mm. crassus. Minuta, odore farinæ recentis nec alcalino sequentium.

111. **Mycena leptocephala** Pers. Ic. et descr. t. 14, f. 4, Fries Obs. I, p. 31, Hym. Eur. p. 141, Cooke Ill. t. 187, Secr. n. 898. — Fragilis, graveolens; pileo submembranaceo, campanulato-expanso, repando, umbonato, sulcato, pruinoso, opaco; stipite æquali, striatulo, opaco, sicco; lamellis emarginatis, albo-cinereis. 1041

*Hab.* ad truncos et terram in Europa raro. — Cinerea, solitaria, odore nitroso. Recentiores observationes docuere speciem bene distinctam. Sporæ 6-8 μ. l. ellipsoideæ.

112. **Mycena alcalina** Fr. S. M. I, p. 142, Icon. t. 81, f. 3, Hym. Eur. p. 141, Weinm. Ross. p. 105, Wirtgen in Fl. 1835, p. 313, *A. sulphureus* Scop., Schaeff. t. 31, 32 hanc potius, quam similem *A. epipterygium* sistunt. — Rigido-fragilis, graveolens; pileo sub- 1042

membranaceo, campanulato, obtuso, nudo, udo profunde striato, sicco nitido; stipite glabro, sublubrico, nitido, basi villoso; lamellis adnatis, subdistantibus, albo-glaucescentibus.

*Hab.* ad truncos (subcæspitosa), folia etc. [non vere terrestris], in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 2-5 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 2-4 mm. crassus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ 8-10 ≃ 5-7. Odor fortis, nitrosus. Nec pileus pellicula secernibili viscosa tectus, nec stipes vere viscosus. Statura et colore omnimodo variat. Stipes luteus, cinereus etc.; lamellæ crassiusculæ, subvenoso-connexæ, sæpe obscure cinereæ, acie dilutiores, flavido-glaucescentes etc.

113. **Mycena bicrenata** Berk. Dec. n. 269. — Pileo conico obtusiusculo carnoso, margine demum recurvo bicrenato; stipite deorsum subincrassato, curvo, fistuloso; lamellis ventricosis, distantibus subliberis, carneo-variegatis. 1043

*Hab.* in lignis cariosis, Jillapahar Indiæ orient. (Hook.). — Inodora, fragilis delicate roseo-alba, sed pilei apex et lamellæ obscuriores. Pileus 2½ cm. latus, glaber, siccus secundum lamellarum directionem fissus; stipes 4 cm. longus, circiter 2 mm. crassus, adscendens, basi brunneus. Affinis *M. alcalinæ* sed inodora. Exsiccata nigrescit.

114. **Mycena ammoniaca** Fries Obs. II, p. 155 (*A. alcalinus γ*), Hym. Eur. p. 142, Cooke Ill. t. 238 *a*., Berk. et Br. n. 1214. — Graveolens; pileo membranaceo, conico-expanso, umbonato, nudo, discoideo, opaco, circa marginem pallidiorem striato; stipite firmulo, levi, glabro, sicco, radicante lamellisque adnatis, linearibus, distinctis albidis. 1044

*Hab.* ad terram ipsam, in agrorum versuris etc. in Europa et Sibiria, simplex. Habitu ab *alcalina* utique differt, sed odor idem. Pileus normaliter fuscus vel nigricans, sed variat cinereus; stipes non lutescens, firmior, strictus, crasse filiformis, circiter 6 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ 10-13 ≃ 4-6.

115. **Mycena permixta** Britz. Hyporrh. App. p. 147, fig. 105. — Pileo obtuse conico-campanulato, brunneo, tenui-carnoso, 2 cm. lato, ob lamellas transparentes striato, nitidulo; lamellis subadnatis, albido-brunneis, subdistantibus; stipite fragilissimo 8 cm. alto, 3 mm. cr., diaphano; sporis 10-13 ≃ 5-8. 1045

*Hab.* inter Sphagna, Haspelmoor Bavariæ. — *M. ammoniacæ* valde affinis.

116. **Mycena metata** Fr. S. M. I, p. 144, Hym. Eur. p. 142, Weinm. 1046

Ross. p. 107, Paul. t. 99, f. 8 (forma incarnato-livida), Buxb. C. 4, t. 15, f. 3, Bern. Ch. Roch. t. XIII, f. 1, Cooke Ill. t. 238. *b. A. tener* Scop., *A. levigatus* Pers. Alb. et Schw. etc. — Mollis, olida; pileo submembranaceo, obtuso, striato, hygrophano, sicco levi, opaco, albicante; stipite firmo, levi, glabro, basi fibrilloso; lamellis adnatis, tenuibus, distinctis, linearibus, albidis.

*Hab.* inter muscos in pinetis Europæ copiose. — Pileus 1¼ cm. latus; stipes 6 cm. et ultra longus; sporæ 8-10 ≃ 4-6. Odore obsolete alcalino; pileo sicco sub lente atomato-subsericeo stipiteque flavescente mollibus, potius quam fragilibus, colore pallide cinereo (flavicante, incarnato etc.) albicante mox distincta.

117. **Mycena rigidula** Karst. Hattsv. I, p. 110. — Pileo submembranaceo, e convexo expanso, primo subumbonato, ad medium striato, glabro, rigidulo, dilute fuligineo-cinereo vel fuscescente pallente, jove sicco expallente, albicante et nitidulo, 1,5-2,5 cm. lato; stipite fistuloso, æquali, dein subundulato medioque compresso, glabro, levissimo, albo vel candido, basi subradicante leviter tomentoso, 4-7 cm. longo, apice 2-3, medio circiter 4 mm. crasso; lamellis adnatis, denticulo decurrente, subdistantibus, demum sæpe costatis vel ramosis vel venoso-connexis, albo-cinereis, acie pilosella inæquali, circiter 3 mm. latis; sporis sphæroideis, 6-9 mm. diam. 1047

*Hab.* supra terram subnudam et inter ramenta lignea in Mustiala Fenniæ. — Odor obsoletus, farinæ recentis vel subalcalinus. Pileus interdum longitudinaliter rimose fissus.

118. **Mycena plicosa** Fr. S. M. I, pag. 145, Icon. t. 81, f. 4, Hym. Eur. p. 142, Cooke Ill. t. 285 *b.*, *A. oligophyllus* Lasch n. 542 optime convenit, Secr. n. 930. — Fragilis; pileo membranaceo, campanulato-expanso, plicato-sulcato, sicco opaco, umbone carnosulo lato obtuso; stipite polito, levi, glabro lamellisque adnatis, distantibus, crassis, venoso-connexis, griseis. 1048

*Hab.* ad terram humosam in Europa. — Odor humosus vel nullus. Stipes strictus, æqualis, subbrevis, griseo-fuscescens; pileus sæpe fissus; sporæ 10 μ. longæ.

119. **Mycena peltata** Fr. Hym. Eur. p. 142. *A. ambustus* Secr. n. 927. — Pileo firmulo, e convexo plano, obtuso, ad medium dense striatulo, disco carnosulo, orbiculari, levi, plano; stipite levi, glabro, deorsum villoso; lamellis dente decurrentibus, confertis, ventricosis, griseis, acie dilutioribus. 1049

*Hab.* inter muscos in campis sterilibus v. c. Smolandiæ, Ger-

maniæ et Britanniæ. — Subfasciculata; stipes subfragilis, livescens. Pileus 2 cm. latus, humidus nigro-fuscus, siccando pelta centralis subdepressa pallens et pars striata elevata nigrescens. Inodora, valde distincta.

120. **Mycena ætites** Fr. Epicr. p. 110, Hym. Eur. p. 143, Icon. t. 81, f. 5 (forma rufescens). Cooke Ill. t. 188. *A. umbelliferus* Schaeff. t. 309, *A. muscorum* Schum. Saell. n. 1704, Secr. n. 925, 924 excl. syn., nec differt Pers. M. E. 3, n. 438 nisi stipite firmulo. — Fragilis; pileo membranaceo, campanulato-convexo, glabro, sulcato, hygrophano, umbone lato obtuso prominente; stipite inæquali, subcompresso, glabro, nitido; lamellis uncinatis, subarcuatis, tenuibus, venoso-connexis, albidis. 1050

*Hab.* inter muscos passim catervata in Europa. — Odor amaricans obsoletusve; stipes 6 cm., albidus, inferne fuscescens; pileus variat fuscescens, expallens, margine demum nigrescens; lamellæ lineares subdistantes, primitus postice cohærentes, ad latera subgriseæ; sporæ 10 ≃ 6.

121. **Mycena stannea** Fr. Epicr. p. 111. Hym. Eur. p. 143, Icon. t. 82, f. 2, Cooke Ill. t. 188, Quél. p. 223, Vaill. Par. p. 70, n. 1. *A. griseus* Pers. M. E. 3, n. 439. — Firma; pileo membranaceo, campanulato-expanso, glabro, obsolete striato, hygrophano, sicco levi, sericeo-splendente; stipite glabro, levi, nitido, pallescente, demum compresso; lamellis denticulo decurrente adnatis, venoso-connexis, griseo-albis. 1051

*Hab.* in graminosis silvarum Europæ, rarior. Inodora. Stipes 6-8 cm. longus, 2 mm. crassus; pileus $2^1/_2$-$3^1/_2$ cm. latus, tantum pellucide striatulus et ex apice stipitis obsolete umbonatus, griseus, siccus stanneus; lamellæ vix confertæ; sporæ 8-10 ≃ 4.

122. **Mycena nigricans** Bres. F. Trid. pag. 33, t. XXXVI. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, subexpanso, obtuso, glabro, hygrophano, striato, atro-cæruleo, ambitu demum castaneo, sicco nigricanti 1-$1^1/_2$ cm. lato; lamellis distantibus, adnato-uncinatis cinereo-fuscis, acie albida; stipite fistuloso, glabro, badio-livido, nigricans, basi radice albo-hirsuta prælitos, 5-8 cm. longos, 1-2 mm. crasso; carne fuscidula, prorsus inodora; sporis hyalinis, ovatis, granulosis, 8-10 ≃ 5-6 mm.; basidiis clavatis 25-30 ≃ 8 mm. 1052

*Hab.* in coryletis in agro Tridentino æstate. — *Mycenæ stanneæ* affinis.

123. **Mycena vitrea** Fr. S. M. I, p. 146, Hym. Eur. p. 143, Icon. t. 82, f. 1, Cooke Ill. t. 160, Berk. et Br. n. 1111, Secr. n. 925. 1053

— Fragilissima; pileo membranaceo, campanulato, undique lineato-striato, umbone discove carnosulo nullo; stipite gracili, striatulo, splendente, basi fibrilloso; lamellis adnatis, distinctis, linearibus, albidis.

*Hab.* locis humidis pinetorum Europæ et Africæ austr. — Pileus livido-fuscus, margine nudo; stipes 6-11 cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Hæ tres species longe insigniores, quam e colore consimili crederes.

124. **Mycena tenuis** Fr. Hym. Eur. p. 143, Cooke Ill. t. 160, Bolt. t. 37, *A. procerus* Ejusd. p. 37 accurate. — Fragilissima; pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, lineato-striato, margine crenato-fimbriato-appendiculato; stipite membranaceo, pellucido, stricto; lamellis adnatis, distantibus, distinctis, tenuibus, aquosis, albidis. 1054

*Hab.* in dumetis umbrosis humidis Europæ; e montibus Gottsundensibus (Arrhenius). — Tota aquosa, delicata, titubans. Stipes 8 cm. et ultra longus, sed 2 mm. crassus, tantum e cuticula constans [quo ab omnibus differt], ut pileus hyalino-albus, basi lutescens; sporæ 4 ≃ 2½.

125. **Mycena quisquiliaris** Berk. Lond. Journ. I, p. 448, t. XIV. — Pileo plano-depresso, striato, crenulato; stipite gracili, glaberrimo; lamellis postice rotundatis subadnatis, interstitiis reticulatis. 1055

*Hab.* in ramis, foliis etc. New Ireland, ins. Marquesas Polynesiæ (R. B. Hinds). — Umbrino-brunnea; pileus 3-6 mm. latus; stipes 6-25 mm. longus, vix 1 mm. crassus. Affinis videtur *M. metatæ*. — β. pileo latiore, stipite curto: in ramulis in Nova Guinea.

126. **Mycena incommiscibilis** Berk. Dec. n. 369. — Pileo conico, subcarnoso, levi; carne fuliginea; stipite elongato deorsum incrassato; lamellis ventricosis, postice attenuatis, adnatis pallido-flavis. 1056

*Hab.* in pinetis Sikkim (3400 m. alt.) Indiæ orient. (Hook.). — Sicca, inodora, fragilis; pileus circiter 18 mm. latus, ochraceus, paucis striis notatus; stipes 10 cm. longus, 3 mm. crassus basi fibroso-radicatus, subcandidus; lamellæ luteo-umbrinæ. Cum *M. metata* eidem sectioni pertinens.

127. **Mycena Broomeiana** Berk. Dec. n. 265, Hook. Ic. t. 869 A. — Tenera; pileo campanulato umbonato plicato, hic illic lineis transversis reticulato; stipite torto, fibroso, fistuloso; lamellis angustis liberis. 1057

*Hab.* in lignis emortuis, Darjeeling Indiæ (Hook.). — Inodora,

fragilis, tenera; pileus 8 cm. latus rubescenti-brunneus roseo tinctus profunde sulcato-plicatus, interstitiis interdum transverse reticulatis; stipes 13 cm. longus, 8 mm. crassus, brunneo-roseus, basi strigosus atque hic stratis concentricis contextus; lamellæ interdum furcatæ anastomosantes. Reticulationes haud contegunt totum pileum. Sine dubio species distinctissima.

128. **Mycena dentosa** Berk. Dec. n. 370. — Pileo sicco, campanulato, umbonato, pulverulento sericellove, margine striato, laciniato, dentato; stipite elongato, deorsum incrassato; lamellis latis, adnatis, incarnatis, acie candida undulata. 1058

*Hab.* in pinetis, Sikkim (3400 m. alt.) Indiæ orient. (Hook.). — Sicca, fragilis, odore debili; pileus 18 mm. latus, griseo-viridis; stipes 8–11 cm. longus, vix 2 mm. crassus, sordide albus, basi tomentosus; lamellæ late albo-marginatæ. Inter *Fragilipedes* et *Filipedes* media.

129. **Mycena iocephala** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Olida; pileo e convexo carnoso-membranaceo, sulcato, violaceo; stipite pallido farinaceo, basi villoso; lamellis distantibus, adnatis, angustis, undulatis, pileo pallidioribus venoso-connexis. 1059

*Hab.* inter folia putrescentia in paludibus siccis Carolinæ inf. Amer. bor. (Curtis). — Odor fortis atque maleficus; pileus $1^1/_4$–4 cm. latus, siccus; stipes 4–5 cm. longus, 2–4 mm. crassus, basi villosa incrassatus; sporæ albæ. Distinctissima atque pulcherrima species.

130. **Mycena palustris** Peck 23 Rep. p. 82, t. 5, f. 6–11. — Pileo convexo, demum expanso, umbonato, striatulato, griseo brunneo; stipite tenui, glabro, cavo, æquali vel leviter sursum attenuato, basi villoso; lamellis haud uncinatis, latiusculis, subventricosis, subliberis, sordide albis. 1060

*Hab.* supra Sphagnum in paludibus Cranberry, Sandlake Amer. bor. — Statura 8–10 cm.; pileus 1–2 cm. latus. Umbo parvus atque subacutus. Pileus per exsiccationem in albido-griseum vergit atque crebris fibrillis albidis notatus apparet.

131. **Mycena prælonga** Peck 23 Rep. p. 81. — Gregaria; pileo primum subcylindrico, demum acute conico ad campanulatum vergente, striato, nigro-brunneo, plumbeo tincto; stipite longissimo, firmo, glabro, cavo, pileo pallidiore, vulgo rubro tincto, basi villoso; lamellis angustis, candidis, uncinatis atque leviter dente decurrentibus. 1061

*Hab.* supra Sphagnum in paludosis, Sandlake Amer. bor. —

Altitudine 13-18 cm. metiens; pileus 8-16 mm. latus. Exsiccatione pileus pallescit atque striæ evanescunt.

132. **Mycena? fuscella** Lasch Flora 1855, p. 266, Bot. Zeit. 1855, p. 282. — Pileo subcarnoso, convexo, plano, levi, glabro, udo, hygrophano, expallente, fusco; stipite longiusculo, subtenui, farcto, glabro, colore pilei, superne subincrassato; lamellis acute dentatis, confertis, latiusculis, tenuibus, albis, pallescentibus; sporis albis, ovoideis. 1062

*Hab.* pr. Driesen in Germania.

133. **Mycena calorrhiza** Bres. Fung. Trid. p. 9, t. V, f. 1. — Pileo membranaceo, conico campanulato, obtuso, sicco, striato, albido, vertice sublivido, margine fusco crenulato, 1-2 cm. lato; lamellis subconfertis, adscendenti-adnatis, uncinatis, albis, sub lente acie fimbriata; stipite fistuloso, livido, griseo-pruinato, subcompresso, basi fusiformi-radicato, radice obliqua, cyanea, apice striato, 3-4 cm. longo, 1-1½ mm. crasso intus concolore; odore et sapore nullis; sporis elongatis, ellipticis 7-12 = 4, uniguttulatis, hyalinis. 1063

*Hab.* in silvis coniferis ad terram, Val di Sole (Trento) æstate.

V. Filipedes. Stipes filiformis, 2 mm. vix æquans (haud superans), flaccidus, subtenax, radicans, siccus, exsuccus, vulgo ratione pilei longissimus. Lamellæ decolorantes, acie subdilutiores, distinctæ. — Gracillimæ, strictæ, terrestres, muscigenæ, inodoræ, simplices (neq cæspitosæ), pileo fuscescente subpallescente, non hygrophano, rarius aurantio.

A Rigidipedibus proximis differunt vegetatione, statura, stipite flaccido, tubulo angustissimo, lamellis vix venoso-connexis. Sed stipes filiformis inter reliquos etiam occurrit, quare ad ceteras notas attendetur; etiam Fragilipedium gracilentæ adsunt formæ.

134. **Mycena filipes** Bull. t. 320, Fr. S. M. I, p. 142 cum syn. Weinm. p. 104, Secr. n. 939, Berk. Outl. p. 126, Hoffm. Nom. t. 6, f. 1, *A. pilosus* Batsch f. 2, Alb. et Schw. etc. Vaill. Par. pag. 65, n. 33. — Pileo membranaceo, obtuse campanulato, expanso, striato; stipite filiformi, flaccido, subfragili, glabro, basi pilosa radicato; lamellis liberis, lanceolatis, confertis, albis. 1064

*Hab.* in nemorosis frequens, in Europa, America fœder. et in insula Ceylon Indiæ. — Pileus 12 mm. latus, stipes 6-8 cm. longus. Ceteris fragilior. Pileus fusco- vel livido-griseus, raro albus; lamellæ attingentes tantum, demum basi pro more griseæ.

135. **Mycena cinerella** Karst. Hattsv. I, p. 113. — Pileo membranaceo, campanulato, rarius demum expanso, toto striato, cinerescente vel cinereo-pallido, 1-2 cm. lato, circiter 1 cm. alto; stipite fili- 1065

formi, subfragili, nudo, basi arrhizo, fibrilloso, hyalino- vel cinereo-albo, 5-10 cm. longo, vix 2 mm. crasso; lamellis late adnato-decurrentibus, arcuatis, distantibus, cinerescente-albidis.

*Hab.* inter muscos, ut plurimum supra folia Pini silvestris in pinetis silvæ Syrjöas sat raro in Fennia. — Solitaria vel gregaria. Odor farinæ recentis gravissimus. Pileus subinde subumbonatus aut vertice obtuse conoideus et carnosus, siccus rugis elevatis inæquabilis. Lamellæ vix venoso-connexæ, sed ad latera costatæ.

136. **Mycena puberula** Berk. Dec. n. 371. — Pileo late campanulato, 1066
obtuso, griseo, sericello; stipite gracili, deorsum incrassato; lamellis latiusculis, postice rotundatis, subliberis.

*Hab.* in pinetis, Sikkim (3400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Sicca, fragilis, odore debili; pileus 18 mm. latus, obtusus vel umbonatus, griseo-viridis; stipes 6-8 mm. longus, vix 2 mm. crassus, inferne incrassatus atque brunneus, basi tomentosus; lamellæ subæquales, delicate roseæ. Affinis *M. filipedi.*

137. **Mycena amicta** Fr. S. M. I, p. 141, Icon. t. 82, f. 3, Hym. Eur. 1067
p. 144, Cooke Ill. t. 286. Buxb. Cent. IV, t. 31, f. 2 (valde rudis). — Pileo membranaceo, conico-campanulato, ad medium striato, sicco, glabro; stipite filiformi, æquali, tenaci, villoso-pulverulento, radice torta glabra; lamellis liberis, confertis, linearibus, griseis, acie pallentibus.

*Hab.* inter muscos camporum et silvarum Europæ. — Nobilis pileo virente, cæsio, livido, interdum pruinato; sporæ 8 ≃ 4; basidia 17-18 ≃ 7; sterigmata bina 5-7 ≃ 3. — Var. **incongruens** Britz.: pileo pallide flavo, subnitido, margine striato; lamellis albidis; sporis 10 ≃ 4. In Bavaria ad Pinos.

138. **Mycena plumbea** Fr. Hym. Eur. p. 144. — Pileo membranaceo, 1068
e convexo applanato, obtuso, sulcato, pruina albida consperso, cinereo-plumbeo; stipite elongato, pulverulento, cinerescente, apice hyalino, basi strigoso; lamellis adnatis, horizontalibus, pileo concoloribus.

*Hab.* in pratis muscosis Upsaliæ in Suecia (Post). — Stipes 8-11 cm. longus, æqualis, fragilis; pileus 6-17 mm. latus, admodum tenuis, passim cærulescens.

139. **Mycena ianthina** Fr. S. M. I, p. 147. Hym. Eur. p. 145. — Pi- 1069
leo membranaceo, conico, undique striato, lilacino; stipite filiformi, attenuato, flaccido, glabro, striatulo; lamellis attenuato-adnexis, antice latioribus, confertis, albido-griseis.

*Hab.* in silvis sphagnosis Europæ, raro. — Nobilis, cum *C.*

*pura* et *laccata* olim juncta, pileo toto membranaceo, semper conico, 12 mm. alto, vix lato, violaceo-rubello. Stipes haud tenax, obscurior, fusco-lilacinus, 5 cm. longus.

140. **Mycena urania** Fr. S. M. I, p. 144, Hym. Eur. p. 145. Weinm. Ross. p. 106, Secr. n. 915 (lamellis crassis), Quél. p. 224, Hall. Helv. n. 2350, Buxb. C. 4, t. 8, f. 2 (rudis). — Pileo membranaceo, campanulato, convexo, striatulo, sicco cæruleo expallente; stipite filiformi, tenaci, flaccido, levi, glabro, basi subarrhizo, flocculoso; lamellis uncinato-adnatis, tenuibus, albis. 1070

*Hab.* inter folia, Jungermannias etc. Europæ. — Pileus 6-9 mm. latus. Junior obscure violacea, dein expallens, fuscescens.

141. **Mycena debilis** Fr. Epicr. pag. 113, Icon. 82, f. 4, Hym. Eur. p. 145, Cooke Ill. t. 189, Bull. t. 518, f. P. *A. capillaris* Fl. Dan. t. 1670, f. 1, *A. saccharinus* Sommerf, Lapp. p. 256, Pers. Myc. Eur. 3, n. 415, 466, Secr. n. 949, 937 (varr.). — Tenella; pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, striato, sicco levigato, ruguloso, fuscescente, opaco; stipite filiformi-capillari, laxo, flaccido, basi arrhizo, fibrilloso; lamellis late adnatis, distinctis, albidis. 1071

*Hab.* inter muscos camporum, in Europa, Sibiria, Amer. bor., Africa austr. et Australia jove sereno intra horam marcescens; diutius persistens in nemoribus roridis inter folia. — Statura prorsus *M. sanguinolenta*. Color ex albido, incarnato, livido etc. fuscescens. Umbo, si adest, obtusus. Sporæ 9-10 ≃ 6-7.

142. **Mycena vitilis** Fr. Epicr. p. 113, Hym. Eur. p. 145, Cooke Ill. t. 189, Berk. Outl. p. 126, Price f. 9, Kickx p. 154, Bull. t. 518, f. O. *A. tenuis* Sowerb. t. 385, f. 5, *A. stenopodius* Pers. M. E. 3, n. 427, *A. pilosus* Pers. e plurr. sententia; ipse vero ad *A. galopodem* ducit, suadente Fl. Dan. t, 1615, f. 2, *A. galericulatus tenuis* Decand. — Pileo membranaceo, e conico expanso, papillato, udo profunde striato, expallente; stipite filiformi, livido, stricto, flexili, glabro, exsucco, nitido, radicato; lamellis attenuato-adnatis, subdistantibus, albido-griseis. 1072

*Hab.* locis humidis Europæ inter folia frequens et persistens. — Stipes gracillimus, 8-16 cm. longus; pileus 6-9 mm. latus, nitidulus, fusco-lividus, albido-griseus etc., papilla carnosula sæpe evanida, siccus levigatus; lamellæ adscendentes, distinctæ, denticulo obsoleto, acie albicantes, etiam in var. pileo fusco-nigricante, lamellis atro-cinereis; sporæ 10-12 ≃ 4-5.

143. **Mycena amsegetes** Secr. n. 943, Fr. Hym. Eur. p. 146. — Pi- 1073

leo conico-campanulato, undique striato, umbone obsoleto; stipite brevi, crassiore (4 cm. 2 mm. fere crasso); lamellis ut in præcedente postice discretis, edentulis nec venoso-connexis.

*Hab.* in pratis, ad viarum et agrorum margines, in Europa. — Inodora, vegeta non fragilis, stricta. His notis tantum recedit Secr. n. 943, quæ potius *M. dissilientis* forma.

144. **Mycena canescens** Weinm. Ross. p. 116, Fr. Hym. Eur. p. 146. 1074
— Pileo membranaceo, ex hemisphærico planiusculo, subumbilicato; stipite filiformi, subtenaci, cinereo-fuligineo, basi fibrilloso; lamellis adnatis, confertis, albo-cinerescentibus.

*Hab.* ad folia dejecta, in Europa. — Stipes $2^1/_2$-4 cm. longus; pileus 6-25 mm. latus, albo-canescens.

145. **Mycena collariata** Fr. Obs. II, p. 164, Icon. t. 82, f. 5, Hym. 1075
Eur. p. 146, Cooke Ill. p. 189, *A. tenuis* Secr. n. 940, *A. griseus* Batsch f. 80 [vexatissimus ille, omnibus affinibus simul præsentibus comparatis, huc ob lamellas in icone albas, tenues etc.]. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, subumbonato, striato, expallente, glabro; stipite filiformi, tenaci, glabro, nitido; lamellis collariato-adnatis, tenuibus, confertis, distinctis, albidis v. obsolete incarnatis.

*Hab.* in graminosis silvarum, in Europa et Amer. bor. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. fere crassus, sub lente striatulus; pileus 12 mm. vel ultra latus, typice fuscus, sed vulgo griseo-albicans, disco modo fuscescens; eo expanso, lamellæ subdistantes; sporæ 8-10 ≃ 4-6.

146. **Mycena cimmeria** Fr. S. M. I, p. 150, Hym. Eur. p. 146. — 1076
Pileo submembranaceo, convexo, striatulo, sicco; stipite filiformi, levi, glabro, flaccido, basi fibrilloso-radicato; lamellis adnexis, ventricosis, croceis, acie albicantibus.

*Hab.* in fagetis Scaniæ raro. — Stipes 8 cm. longus, 1 mm. crassus; pileus flavo-fuscus, 8 mm. latus. Habitus *M. crocatæ*.

147. **Mycena cladophylla** Léveill. Ann. Sc. Nat. 1841, p. 232, t. 7, 1077
f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 146. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, undulato, glabro, cinereo-albicante, nitido; stipite fistuloso, nudo, albo, basi fuscescente; lamellis adnatis, ramosis, anastomosantibus.

*Hab.* ad terram graminosam prope Parisios in Gallia. — Ex icone stipes arrhizus, 5 cm. usque longus; pileus vix $2^1/_2$ cm. latus.

148. **Mycena epiphlœa** Fr, Hym. Eur. p. 146. — Pileo membranaceo, 1078
persistenter acute conico, papillato, undique striato, glabro, al-

bido, apice fuscescente; stipite subsetaceo, glabro, diaphano, pallido; lamellis liberis, ventricosis, distantibus, albis.

*Hab.* ad truncos muscosos Salicum Amerinarum, in Europa — Stipes $2^1/_2$ cm. longus vel parum ultra, basi obscurior; pileus 4–6 mm. altior, quam latior. Statura fere *M. Acicularæ*. Forsan *A. phlojophilus* Fr. Monogr. I, p. 223.

149. **Mycena supina** Fr. S. M. I, p. 142, Hym. Eur. p. 147, Lasch in Linn. Hoffm. Nom. t. 6, f. 3, Fl. Dan. t. 1551, f. 2. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, striato, obtuso; stipite brevi, incurvo, tenaci, glabro lamellisque subliberis, ventricosis albis. 1079

*Hab.* locis similibus ad Fagos etc. in Europa. — Habitus prorsus *M. epiphlœæ*. Vix $2^1/_2$ cm. alta; pileo 4 mm. lato, non flaccescente.

150. **Mycena speirea** Fr. S. M. I, p. 159, Icon. t. 78, f. 2, Hym. Eur. p. 147, Cooke Ill. t. 190, Berk. Outl. p. 126, Secr. n. 946 optime. Pers. M. E. 3, n. 447 et *A. epibryus* n. 444 (junior). — Pileo membranaceo, e conico-convexo plano, impolito, striato, disco obscuriore demum depresso; stipite filiformi, tenaci, nitido, fibrilloso-radicato; lamellis planis, dein decurrentibus, distantibus, candidis. 1080

*Hab.* dense disseminata supra truncos muscosos Quercus, in Europa et Australia. — Stipes 5 cm. longus, 1 mm. crassus, basi pilosus, apice lamellis concolor, in pileum ampliatus ut *Omphaliæ II.* Pileus 4-6 mm. latus, opacus, fusco-cinereus, interdum fibrillosus v. pruinatus.

151. **Mycena latebricola** Karst. Hattsw. I, p. 117. — Pileo membranaceo, e campanulato-convexo plano-convexo, demum disco depresso, striato, glabro, livido-pallente, sicco fuscescente; stipite filiformi, tenaci, glabro, pallido, radice fibrillosa v. strigosa; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, albidis. 1081

*Hab.* supra corticem Pini putrescentem nec non ad ligna mucida unico loco udo umbroso in Mustiala sero autumno. — Plurimis notis congruit cum *C. speirea*, sed pileo haud vel vix umbonato coloreque distincta; pileus 4-5 mm. latus; stipes 1,5–6 cm. longus, 1 mm. vix crassus; lamellæ circiter 30, alterne breviores.

152. **Mycena euspeirea** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 283. — Pileo e convexo plano, tenui, pallide fusco, striato; stipite concolore, basi strigoso, glabro, sursum dilatato; lamellis distantibus, decurrentibus, latis, albis. 1082

*Hab.* ad truncos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). —

Irregularis v. cæspitosa. Pileus 2½ cm. latus, stipes 3 cm. longus. Affinis *M. spireæ*.

153. **Mycena tenella** Fr. Epicr. pag. 111, (excl. syn. Schum.), Hym. Eur. p. 147, Cooke Ill. t. 190, *A. carneifolius* Secr. n. 951, Rayi Syn. t. 1, f. 2. — Cæspitosa; pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, pellucido, margine striatulo; stipite capillari, glabro, molli, basi villoso; lamellis uncinatis, tenuissimis, confertis, ex albo incarnatis. 1083

*Hab.* ad truncos vetustos, in Europa. — Omnino alba v. livido-incarnata. Pileus tenerrimus, 1¼ cm. latus.

154. **Mycena Acicula** Schaeff. t. 222 (*Agar.*), Fr. Icon. t. 85, f. 3, Hym. Eur. p. 147, Cooke Ill. t. 190, Berk. Outl. p. 127, *A. Scopolii* Lasch n. 540, *A. stipularis* var. Weinm. Ross. p. 120. — *B.* junior, lamellis albis, Lasch l. c. *A. coccineus* Scop. Carn. p. 436, *A. Clavus* Bolt. t. 39, B. Secr. n. 914 (a vera et *Omph. Fibula* distinctus), *A. Fibula* β. Schum. n. 1813. — Subtilis; pileo membranaceo, campanulato-convexo, glabro, miniato-aurantio, margine striato; stipite radicato, setaceo, tenaci, nitido lamellisque rotundato-adnexis, ventricosis, distantibus, acie albicantibus, luteis. 1084

*Hab.* inter ramenta, folia, in fagetis Europæ et Amer. bor. — Stipes 4–6 cm. longus, apice subpruinosus; pileus 2–4 mm. latus, primitus subumbonatus; lamellæ subovatæ, fere liberæ; sporæ 8–10 = 2–4.

155. **Mycena Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, pag. 133. *Ag.* (Mycena) *viticola* Schulz. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1877, p. 105. — Gregaria et subcæspitosa, alba nec hygrophana; pileo e campanulato explanato, umbonato, margine lacerato, nec striato sed lamellis translucentibus, glabro 9–17 mm. lato, excepto umbone, applanato, membranaceo; lamellis liberis, antice rotundato-subventricosis, postice attenuato-acuminatis, subdistantibus, usque 2 mm. latis; stipite filiformi (nonnullis basi in cæspitulos connatis), subtiliter fistuloso, plerumque e basi curvata adscendente evanescente-flocculoso, 1,25–4 cm. long. et 0,5–1 mm. cr.; sporis ellipsoideis, 6 μ. longis. 1085

*Hab.* ad truncos putrescentes Vitis, mensibus Septembri et Octobri post pluvias in Slavonia. — Odor et sapor nullus.

156. **Mycena pulcherrima** Peck XXIII Rep. p. 83. — Gregaria; pileo subcampanulato vel convexo, raro umbonato, striatulo, fusco luteo, disco parum obscuriore; stipite tenui, cavo, concolore, basi 1086

albo-villoso; lamellis latis, subventricosis, adnexis, minime uncinatis, lutescentibus.

*Hab.* sub Pinis, Center Amer. bor. — Statura 2½-4 cm. adæquans; pileus 6-10 mm. latus. *M. Aciculæ* proxima sed in hac pileus minor, coccineus.

157. **Mycena flavo-miniata** Berk. Dec. n. 372. — Pileo e campanulato subhemisphærico, pulcherrime miniato, subpulverulento; stipite filiformi, longissimo, flexuoso, luteo; lamellis ventricosis, adnexis, alutaceis. 1087

*Hab.* in pinetis ad ramos, Sikkim (3400 m. alt.) Indiæ orient. (Hook.). — Pileus 12 mm. latus, minime umbonatus, siccus, sæpe apice luteus, caro intense rubra; stipes 13 cm. longus, basi tomentosus. Stricte affinis *M. Aciculæ* sed major.

158. **Mycena crinalis** Berk. Dec. n. 24, Lond. Journ. 1845, p. 44. — Tenerrima; pileo hemisphærico membranaceo, striato albo; stipite capillari, lutescenti-fusco, farinaceo; lamellis paucis, arcuatis, decurrentibus. 1088

*Hab.* in ligno putrescenti, Swan River Australiæ (Drummond). — Gregaria; pileus 1-2 mm. latus, stipes 2 mm. longus; lamellæ 8-10. Species distinctissima ad Filipedes referenda.

159. **Mycena vexans** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 85. — Pileo membranaceo, conico subcampanulato vel convexo, distanter striato, nigro-brunneo, quandoque subpruinoso; stipite gracili, tenaci, cavo, glabro; pileo concolori, sæpe basi floccoso-villoso; lamellis subdistantibus, adscendentibus, adnatis vel uncinato-adnatis, leniter venoso-connexis, primo albis, demum griseis vel fumosis, margine pallidioribus; sporis subellipticis 7,5-8, 5 ≃ 5-6, 5. 1089

*Hab.* in terra in silvaticis in Mont. Adirondack Americæ borealis, junio. — A *Mycena Urania* sat distincta. Sparsa vel gregaria, non cæspitosa 5-6,5 cm. alta; pileus 1-1,5 cm. latus altusque; stipes vix 2,5 mm. crassus.

160. **Mycena tuberigena** Berk. Austr. Fungi p. 156, n. 8. — Tenella, alba; pileo convexo, glabro, striato; stipite capillari, gracili e sclerotio elongato pallide nigrescente oriundo; lamellis breviter adnatis. 1090

*Hab.* in Wangaratta et Victoria Australiæ. — Pileus 2 mm. latus, stipes 4 cm. longus.

161. **Mycena Heliscus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 525. — Pileo hemisphærico, sulcato, plumbeo stipiteque capillari albo pruinosis; lamellis paucis, crassis, adnatis. 1091

*Hab.* in ramis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites) et in M.

Boschberg Africæ austr. — Pileus 2 mm. latus, stipes 2½ cm. longus.

162. **Mycena pædiscula** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 525. — Candida, minima; pileo subgloboso sulcato; stipite capillari; lamellis adnatis. 1092

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). Pileus 1 mm. latus, stipes 2 mm. longus.

163. **Mycena mirata** Peck 26 Report. p. 55. — Pileo tenui, campanulato, umbilicato, glabro, striato cinereo; stipite longo, filiformi, glabro, albido, radicato, basi villoso; lamellis confertis, angustis, leviter uncinatis, albidis. 1093

*Hab.* inter folia dejecta, Center, Albany county Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 8-10 mm. latus atque altus. Facile dignoscitur pileo umbilicato hujusque striis usque ad umbilicum productis.

164. **Mycena cognata** Bagl. Cens. F. Lig. p. 243. — Exigua, tota alba; pileo membranaceo, umbonato, e campanulato convexo-plano, subtiliter striato, floccoso, floccis secedentibus, tenuissimis, glutinosis; stipite filiformi, basi bulbosula, ex hyphis intricatis numerosissimis assurgente; lamellis adnexis, ventricosis, simplicibus, nonnullis furcatis. 1094

*Hab.* in terra detritica in horto botanico Genova Ital. bor.

165. **Mycena alphitophora** Berk. Chall. Exp. n. 40. — Minuta, tota aleuriata nivea; pileo conico-campanulato; stipite filiformi; lamellis angustis adscendentibus. 1095

*Hab.* ad ramulos, Devonshire Marsh Bermudæ. — Vix 2 mm. alta; stipes 12-25 mm. longus, particulis farinosis albis æque ac pileus obductus. Delicatissima.

166. **Mycena nivea** Quél. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 133. *Ag.* (Mycena) *diaphanus* Q. et S. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1878, p. 428. — Tota alba, diaphana; pileo acuto-conico, plus minusve cernuo, extra apicem membranaceo, margine striato, 1-1,5 cm. lato, 7-12 mm. alto; lamellis haud confertis, liberis, postice ventricosis, fere emarginatis, antice cuspidatis, 2-3 mm. latis; stipite utrinque curvato, ubique 1-1,5 mm. crasso, 4,5-5 longo, glabro, basi fibrilloso, farcto, jove pluvio succuloso; sporis globoso-ellipsoideis, 4-6 μ. longis; sapore et odore nullis. 1096

*Hab.* ad radices muscosas Carpini Betuli tempore valde pluvioso, mense Septembri et Octobri gregarie, in Slavonia.

IV. LACTIPEDES. Lamellæ et stipes radicatus, siccus, fracti lactescentes.

167. **Mycena hæmatopoda** Pers. Obs. 2, p. 56 (*Agar.*), Fr. Syn. p. 379, S. M. I, p. 149, Icon. t. 83, f. 1, Hym. Eur. p. 148, Cooke Ill. t. 162, Weinm. Ross. p. 111, Sommerf. Lapp. p. 255, Berk. et Br. n. 991. — Cæspitosa; pileo carnosulo, campanulato, obtuso, levi, margine denticulato; stipite rigido, albo-pulverulento, succo atro-sanguineo scatente; lamellis adnatis, unicoloribus, albidis. 1097

*Hab.* ad truncos Fagi, Abietis etc., copiose in Europa boreali et Amer. bor. — Pileus 1-2½ cm. latus; stipes 3-6 cm. longus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, 10 ≃ 6-7. Firma, ex albo rubescens. Mire hæc aliæque nobilissimæ species apud Secr. desunt. Batt. t. 27 N. faciem refert, sed aliena. — Var. **umbilicata** Mont. Syll. Crypt. n. 355: pileo membranaceo campanulato, margine striato expanso, centro eximie umbilicato rubido; stipite cartilagineo corticato, sanguineo albo-pulverulento, e fibroso-farcto cavo, apice pallescente; lamellis tridymis crassis, angustis, utrinque attenuatis, attingentibus, albis siccitate pallidis; sporis globoso-ovoideis, hyalinis. Ad cortices, Colombus Amer. fœder. (SULLIVANT).

168. **Mycena rubiætincta** Berk. Dec. n. 270. — Inodora, tota plus minus rubro-tincta; pileo e conico anguste campanulato umbilicato, sicco, plicato; stipite fistuloso; lamellis subventricosis, liberis. 1098

*Hab.* in truncis arborum, Darjeeling Indiæ (2300 m. alt.) (HOOK.). — Sicca, subcarnosa, fragilis, subcæspitosa; pileus 12 mm. latus, 18 mm. altus; stipes 6 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ ascendentes, utroque fine attenuatæ. Aliquantulum refert *M. hæmatopodam.*

169. **Mycena cruenta** Fr. S. M. l. c., Icon. t. 83, f. 2, Hym. Eur. p. 148, Cooke Ill. t. 162, Weinm. Ross. l. c., Sowerb. t. 385, f. 2. 3 (milky stipes)? — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, striato, margine integerrimo; stipite stricto, glabro, basi villoso-radicato, succum obscure rubrum stillante; lamellis adnatis, unicoloribus, albidis. 1099

*Hab.* in pinetis locis humidis ad terram, in Europa. — Pileus 6-9 mm. latus atque altus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ ovoideæ vel subsphæroideæ, 6-9 ≃ 5-7. Solitaria, non flaccida; pileo fusco-rubente.

170. **Mycena sanguinolenta** Alb. et Schw. p. 196 (*Agar.*), Fr. Icon. t. 83, f. 3, Hym. Eur. p. 148, Cooke Ill. t. 163, Berk. Outl. p. 127, Gonn. et Rab. t. 7, f, 10, Bull. t. 518. f. P. dextra. — Pileo membra- 1100

naceo, campanulato-convexo, striato; stipite debili, flaccido, glabro, succum dilute rubellum stillante; lamellis adfixis, rubellis, atro-purpureo-marginatis.

*Hab.* inter folia et muscos udos, in Europa. — Pileus 4-11 mm. latus; stipes 6-11 cm. longus; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, irregulares 8-9 ≃ 6-7. Tota tenuis, marcescens, pallide rubella, fuscescens.

171. **Mycena crocata** Schrad. Spicil. pag. 127 (*Agar.*) Fr. S. M. I, p. 148, Hym. Eur. p. 148, Fl. Dan. t. 1550, f. 1, 2024, f. 1 (melior), Knapp. Journ. Bot. t. 7, Cooke Ill. t. 163. — Pileo submembranaceo, campanulato, substriato; stipite procero, attenuato, villoso-radicato lacteque (semper) copioso sanguineo-croceis; lamellis attenuato-adnexis, antice ventricosis, albis. 1101

*Hab.* inter folia humida Fagi in Europa copiose. — Nobilissima, absolute inodora, sparsa, semper valde lactescens; pileo olivaceo, cinereo, candido, 1-2½ cm. lato; stipite 8-14 cm. longo, 2-3 mm. crasso. — Var. **Vogesiana** Quél. Enchir. p. 40: lactea, sulphureo maculata; lacte sulphureo-croceo. In Vogesis.

172. **Mycena chelidonia** Fr. Epicr. p. 115, Hym. Eur. p. 148, Cooke Ill. t. 207 *a. A. pumilus* Sowerb. t. 385, f. 4. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, leviusculo; stipite levi, glabro, radicato, compresso luteo-lactescente; lamellis adnatis, albidis, lutescentibus. 1102

*Hab.* ad truncos Fagi, in Europa raro. — Subcæspitosa; pileo luteo, 1-3 cm. lato, disco luteo-incarnato; stipite 4-6 cm. longo, 2-3 mm. crasso; odore subalcalino. Forte *M. alcalinæ* affinis.

173. **Mycena galopoda** Pers. Fr. S. M. l. c. cum syn. Hym. Eur. p. 149, Cooke Ill. t. 207, Fl. Dan. t. 1550, f. 2, Berk. Outl. t. 6, f. 2, Gonn. et Rab. t. 7, f. 9, Batt. t. 28, Q. Rajus jam vidit. — Pileo membranaceo, campanulato, subumbonato, striato; stipite gracili, fibrilloso-radicato, lacte albo referto; lamellis attenuato-adnexis, glaucescentibus. 1103

*Hab.* ad terram muscosam humidam ubique in Europa et Amer. bor. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 10 ≃ 4-5. Sparsa, tenera; pileo stipiteque (sæpe pruinato) nigricantibus, cinereis etc., immo albis, papilla fuscescente. *Ag. Hoffmanni* Pers. (Hoffm. Nom, t. 3, f. 2) in memoriam mox revocans. Marcescens exsucca, qualem verum suum *A. pilosum* Syn. testatur Pers. M. E. Talis Fl. Dan. t. 1615, f. 2.

174. **Mycena leucogala** Cooke in Grevillea XII, pag. 41, Ill. Hym. 1104

t. 653. — Cæspitosa; pileo membranaceo, campanulato, umbonato, medio sulcato, purpureo-brunneo, margine pallidiori, demum umbone nigrescente, albo-lactescente; stipite gracili, inferne crassiusculo, fistuloso; pileo concolori, basi albo tomentoso; lamellis adnatis, dente pruinato, decurrente, distantiusculis, venis connexis, cinereis.

*Hab.* in truncis putrescentibus in hortō Kew Britanniæ, octobri. — *Mycenæ pullatæ* B. et Cooke similis at diversæ sectionis et potius *Mycenæ galopodæ* affinis. Pileus 1 cm. circ. latus et altus, 2,5 cm. haud superans; stipes 7-8 cm. altus.

175. **Mycena succosa** Peck 25 Rep. p. 74 (sub *Collybia*). — Pileo 1105
firmo a cartilagineo in carnosum variante, campanulato vel convexo, minute tomentoso, cinereo vel brunneo-griseo, margine excedente atque incurvo; stipite firmo, æquali vel sursum leviter attenuato, sæpe incurvo, minute tomentoso, medulla alba farcto; lamellis leviter adscendentibus, tenuibus, confertis, emarginatis atque leviter dente decurrentibus, antice attenuatis, albidis; sporis subglobosis, minutis 4 μ. diam; carne humore aquoso vel seroso satura, fracta a purpureo ad nigrum variante.

*Hab.* in lignis emarcidis in silvis, Portville, Cattarangus Amer. bor. — Species admodum spectabilis atque interdum ludibunda. Colore similis videtur formis obscurioribus *Hydni gelatinosi*, sed contextu est hoc minus firma atque carnosa. Stipes interdum excentricus. Humor e vulneribus stillat sicut in *Lactarii* speciebus. Ex ipso Peck in litt. ad *Mycenam* spectat.

176. **Mycena rugoso-disca** Peck 26 Rep. p. 55. — Pileo tenui, con- 1106
vexo, demum expanso, glabro, hygrophano, udo striatulo, brunneo, disco ruguloso-strigoso, margine levi sæpe undoso; stipite æquali, brevi, glabro, cavo, sæpe incurvo, albido, fracto laticifero.

*Hab.* ad truncos cariosos in silvis, Worcester et Croghan Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-4 cm. adæquans; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes 1 mm. crassus. Pileus variat umbilicatus, leviter umbonatus. Odor atque sapor Raphani interdum sat distinctus.

177. **Mycena? plorans** Mont. Cent. VII, p. 25. — Solitaria; pileo co- 1107
nico-campanulato, carnoso, obscure olivaceo, centro lutescente, levi, glabro; stipite æquali, fistuloso, pulverulento albo, sursum guttulas humoris pellucidi stillante; lamellis tetradymis, convexis, liberis, pallidioribus.

*Hab.* ad lignum putridum et fere in humum conversum in silvis humidis provinciæ Matto-Grosso Brasiliæ (Weddell).

178. **Mycena arborea** Schulz. in Centralbl. 1883, XV, p. 5. — Pileo membranaceo, ex acuto late conico, 3-11 mm. lato, 4-9 mm. alto, tandem interdum toto explanato et subumbilicato, e plumbeo griseo, primitus ad marginem striatulo, deinde subtilissime radiatim fibrilloso; lamellis subdistantibus, liberis parum emarginatis, valde ventricosis, usque 5 mm. latis, e cinereo luteo-albidis; stipite inter muscos quasi radicato, sæpe flexuoso, farcto, succum achroum stillante, undique 0,5-2 mm. crasso, 2-6 cm. longo, levi glabro, primitus non colorato, deinde dilute rubro-fusco, tandem pallide cæruleo (pars inter muscos abscondita nigra) in pileum diffuso, apice sæpe curvato (ideo pileus cernuus). 1108

*Hab.* ad cortices Quercuum vetustarum muscosarum adhuc vivarum, gregatim, Djakovar Slavoniæ. — Odor nullus; sapor parum raphaneus, nec odiosus. Sporæ obtuse ellipsoideæ, 6-9 ≃ 4-5.

VII. Glutinipedes. Stipes exsuccus, glutine vero viscosus. Lamellæ dente demum decurrentes. — Probe separandæ quædam species antecedentes, tactu tantum in statu udo lubricæ.

179. **Mycena epipterygia** Scop. p. 453 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 155, Hym. Eur. p. 149, Cooke Ill. t. 208 (Schaeff. t. 31 æquo jure ad *M. alcalinam*), Sow. t. 92, Berk. Outl. p. 128, Fl. Dan. t. 2078, f. 2. — Pileo membranaceo, campanulato-expanso, subobtuso, striato, pellicula viscosa secernibili tecto; stipite elongato, tenaci, radicato, glabro, viscoso, sublutescente; lamellis adnatis, dente decurrentibus, tenuibus, versicoloribus. 1109

*Hab.* inter muscos, folia, ad truncos ubique in Europa, Sibiria et Amer. fœder. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ 8-10 ≃ 4-5. Colore maxime varia. Fl. Dan. 2139, f. 2 non differt, neque *A. Chamæleo* Lasch n. 198.

180. **Mycena rufo-picta** Berk. Dec. n. 276, — Fascicularis, fragilis; pileo viscosissimo, plano e centro radiato, carnosulo; stipite elongato, fistuloso, glabro; lamellis adnatis, rufulis. 1110

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ (2400 m. alt.) (Hook.). — Inodora, rubro-brunnea; pileus 18-25 mm. latus, lineolis apice radiantibus notatus; stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus, subæqualis, concolor; lamellæ subplanæ, pileo pallidiores, adnatæ, demum subdecurrentes. *M. epipterygiæ* affinis.

181. **Mycena macrothela** Berk. Dec. of Fungi n. 373. — Pileo campanulato umbonato, centro carnoso, margine sulcato; stipite luteo, flexuoso, fistuloso; lamellis adscendentibus, adnexis, incarnatis. 1111

*Hab.* inter muscos in silvis Myron Khasya Indiæ or. (Hook.). — Uda fragilis; pileus 12 mm. latus, incarnatus, carnosus, centro crassissimo, concolor; stipes 5 cm. longus, vix 2 mm. crassus. Affinis *M. epipterygiæ*.

182. **Mycena clavicularis** Fr. S. M. p. 158, Hym. Eur. p. 149, Icon. t. 84, f. 1, Cooke Ill. t. 208, Kickx p. 155, Bull. t. 80. — Pileo membranaceo, convexo-expanso, striato, sicco, epelliculoso, disco demum depresso; stipite tenaci, glabro, viscido, albido, basi fibrilloso; lamellis adnatis, albis. 1112

*Hab.* locis nemorosis Europæ. — *M. epipterygiæ* cognata, sed fere sicca. Stipes modo jove udo viscidus, 2½ cm. longus; pileus albidus, flavidus, fuscescens, primitus subumbonatus, 1-3 cm. latus (Secr. n. 891). Pileo depresso lamellæ decurrentes. — Var. **tenuior**, pileo 12 mm., stipite filiformi.

183. **Mycena odorifera** Peck. 30 Rep. St. Mus. p. 39. — Pileo tenui, hemisphærico, convexo vel expanso, glabro, albo, disco leviter brunneo tincto; stipite coriaceo, æquali, viscido, glabro, albido vel pallido-brunneo, basi albo-villoso; lamellis subarcuatis, adnatis vel subdecurrentibus, acie aliquantulum crenulatis, candidis; sporis anguste ellipsoideis, 5 μ. long.; odore forti, subalcalino diu persistente. 1113

*Hab.* in muscosis in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 2½-4 cm. adæquans, pileus 6-8 mm. latus. Habitu proxima *M. claviculari* sed minor atque recognitu facilis ob peculiarem odorem.

184. **Mycena pelliculosa** Fr. Epicr. p. 116, Hym. Eur. p. 149, Cooke Ill. t. 191, Berk. Outl. p. 128. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, lineato-striato, pellicula viscida secernibili; stipite brevi, glabro, viscido, livido; lamellis subplicæformibus, distantibus, glaucescentibus, postice conjunctis decurrentibusque. 1114

*Hab.* ad terram sterilem ericetorum Europæ, catervatim. — Stipes apice subincrassatus, demum fuscescens, fragilis. Pileus 1-2½ cm. latus, griseus. Lamellæ omnino simplices et distinctæ.

185. **Mycena vulgaris** Pers. Syn. p. 394 (*Agar.*), Ic. pict. t. 19, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 450, S. M. I, p. 156, Cooke Ill. t. 191, Quél. t. 4, f. 7, Berk. Outl. t. 6, f. 4, Fr. Weinm. Ross. l. c., Secr. n. 935, 936, Fl. Dan. t. 1678, f. 2 (erronea). — Pileo submembranaceo, e convexo depresso, papillato, viscido; stipite tenaci, fibrilloso-radicato, viscoso, cinereo; lamellis subdecurrentibus, tenuibus, albis. 1115

*Hab.* inter folia Pini catervatim, ubique in Europa, Sibiria et

Amer. bor. — Stipes 2½-6 cm. longus, 2-5 mm. crassus, nunc brevis, nunc filiformis elongatus; pileus fuscus vel cinereus, 4-8 mm. latus; variat rufus et albidus papilla obscura; sporæ ellipsoideæ hyalinæ, 3-4 ≃ 2; sec. Phillips 10 ≃ 4; an duæ species?

186. **Mycena constans** Peck 27 Rep. p. 93. — Pileo submembranaceo, campanulato vel convexo, striato, pallido-cinereo; stipite tenui, æquali, glabro, pileo concolore, basi filamentoso; lamellis confertis, adscendentibus, uncinatis, candidis; odore alcalino. 1116

*Hab.* inter muscos in silvis, Forestburg, Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 2-6 mm. latus. Generali aspectu plerasque minores formas *M. vulgaris* assimilat, sed facile ab his separatur stipite sicco atque odore alcalino, qui distinctissimus in fungo subputrescente.

187. **Mycena citrinella** Pers. Ic. descr. t. 11, f. 3, Fr. S. M. l. c. Hym. Eur. p. 450, Cooke Ill. t. 248, Berk. et Br. n. 1215, Fl. Dan. t. 1614, f. 1, Batsch f. 88. — Pileo membranaceo, hemisphærico-explanato, umbonato, striato stipiteque tenello, viscido, basi villoso citrinis; lamellis uncinatis, albis. 1117

*Hab.* in pinetis ubique in Europa, in insula Ceylon Indiæ et in Amer. bor. — Pileus 4-7 mm. latus; stipes 2½ cm. longus; sporæ late ellipsoideæ, 8-8½ ≃ 7 vel 6-8 ≃ 4 (Britz.). Tenuis, expallens. — Var. *candida,* sicca sulphurea Weinm. l. c. ex quo *A. terrenus* Pers.

188. **Mycena plicato-crenata** Fr. Monogr. 2, pag. 294, Icon. t. 84, f. 2. Hym. Eur. p. 150, Cooke Ill. t. 248 b. — Pileo tenuissimo, conico, subumbonato, sulcato-plicato crenatoque, albo-flavente; stipite filiformi, glabro, viscido, pallide rubello; lamellis adscendentibus, attenuato-adnatis, dente decurrentibus, distantibus, albis. 1118

*Hab.* inter muscos in silvis abiegnis Europæ et Sibiriæ. — Stipes obsolete fistulosus, intus flavescens; pileus epelliculosus.

189. **Mycena rorida** Fr. S. M. I, p. 156 (neutiquam Secr.), Hym. Eur. p. 150, Cooke Ill. t. 248, Berk. Outl. p. 128, Quél. t. 4, f. 4. — Tenerrima, flaccescens; pileo tenuissimo, convexo, subumbilicato, sulcato, sicco; stipite capillari, insititio, glutine copiosissimo limpido obducto; lamellis decurrentibus, distantibus, candidis. 1119

*Hab.* ad stipulas etc. sub intensis pluviis in Europa et North Elba Amer. bor. — Nobilissima, nulli affinis. Basis stipitis (capillaris, glutine 2 mm. crasso immersi) arrhiza, glaberrima. Pileus albus, flavescens, 4-7 mm. latus; stipes 2½ vel ultra cm. longus; sporæ ellipsoideæ vel oblongo-ellipsoideæ, 8-11 ≃ 4.

190. **Mycena Umbraculum** Kl. in Linnæa VIII, p. 478. — Fasciculata; pileo convexo umbilicato, fuscescente albo; stipite fistuloso, viscoso, badio, basim versus coalito et nigricante; lamellis alutaceis decurrentibus. 1120

*Hab.* in truncis arborum, Mauritius (TELFAIR). — Pileus 6-8 mm. latus; stipes 5-6 cm. longus; lamellæ subdistantes, interdum sursum dichotomæ. *Myc. roridæ* affinis videtur.

191. **Mycena roridula** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 285. — Pileo e convexo plano, tenero, albido, viscido, umbone fusco; stipite æquali, fistuloso, glabro, subfusco; lamellis adnatis, puberulis latiusculis albis, interstitiis subtrabeculatis. 1121

*Hab.* ad ligna putrida, Cuba Amer. centralis (C. WRIGHT). — Pileus 6 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 1 mm. crassus.

192. **Mycena viscido-lutea** Schulz. in Bot. Centralbl. XV, p. 5. — Pileo hemisphærico senio medio parum depresso, vix 1 cm. lato, membranaceo, obscure ceraceo, levi, glabro, valde viscoso; lamellis subdistantibus, denticulo affixis deinde liberis et postice rotundatis, ventricosis 2 mm. latis, luteolis; stipite subconcolori, 1 mm. crasso, contiguo, deorsum parum incrassato 2,2 cm. alto, farcto, glabro, levi, viscoso; sporis obtuse ellipsoideis, farctis, 6-7 ≃ 4. 1122

*Hab.* ad terram Djakovar Slavoniæ. — Solitaria.

193. **Mycena sciola** Kalchbr. in Grevillea. — Tota alba; pileo tenui convexo, umbone prominente acuto, circa umbonem depresso, ad marginem striato, $1-1^1/_2$ cm. lato; stipite fistuloso, gracili, æquali 5-7 cm. longo, 1 mm. crasso, viscoso (?), basi vix pubescente; lamellis ventricosis, latiusculis, distantibus. 1123

*Hab.* Port Natal, Inanda, ad muros humidos stabuli cujusdam (J. M. WOOD).

VIII. BASIPEDES. Stipes siccus, arrhizus, basi nuda in orbem dilatata v. bulbillosa strigosa. — Tenellæ, solitariæ, flaccescentes. (cfr. *Marasmius hæmatocephalus*).

194. **Mycena stylobates** Pers. Syn. t. 5, f. 4 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 153, Hym. Eur. p. 150, Cooke Ill. t. 249, Weinm. Ross. p. 116, Berk. Outl. t. 6, f. 5, *A. candidus B. grisellus* Sturm. Deutsch. t. 29, *C. cærulescens* Fl. Dan. t. 2025, f. 3. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striato, subpiloso; stipite filiformi, glabro, basi orbiculari, plana, villosula, striata inserto; lamellis liberis, discretis, ventricosis. 1124

*Hab.* ad stipulas etc. in Europa, insula Ceylon et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 4-7 mm. latus; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus;

sporæ ellipsoideæ 3 ≃ 2. In forma americana, teste Peck, pileus griseus striæque ejusdem dichotomæ. Tenella, fragilis; locis suffocatis stipes 8–11 cm. longus, flexuosus. Hoffm. t. 6, f. 2.

195. **Mycena coprinoides** Karst. in Grevillea 1878, n. 40, p. 63. — 1125
Pileo membranaceo, obovoideo, obtuso, sulcato, pilosello, lurido-pallido, circiter 4 mm. alto, circiter 3 mm. lato; stipite fistuloso, apice incrassato, pilis erectis brevibus hirtello sericeoque, basi strigosulo, hyalino-albo, 1-2 cm. long., circiter 1 mm. crass.; sporis ellipsoideis, 6–8 ≃ 3-5 long.

*Hab.* in rimis corticis trunci emortui Salicis capreæ prope Mustiala in Fennia copiose proveniens.

196. **Mycena echinulata** Berk. Lond. Journ. Bot. I, p. 448, t. XIV. 1126
— Tenerrima; pileo convexo subhemisphærico, membranaceo, aculeis cavis echinulato demum glabrato, umbrino; margine crenulato, striatulo; stipite tenui erecto, gracili, subrufo, glabro, basi disciformi strigoso-tomentosa affixo; lamellis liberis, subventricosis pileo concoloribus.

*Hab.* ad cortices, New England ad folia Cocos, Marquesas (H. B. Hinds). — Pileus 3 mm. latus; stipes 12 mm. longus, vix 1 mm. crassus. Affinis *M. stylobati*.

197. **Mycena dilatata** Fries Hym. Eur. p. 151, Icon. t. 84, f. 3. *A.* 1127
*lignatilis* stipite breviore Fr. Obs. I, p. 40. *B. stipularis*, gracilior. Bull. t. 563, f. R. S. — Pileo membranaceo, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, margine striatulo; stipite filiformi, stricto, basi orbiculari, convexa, glabra; lamellis collario connexis liberisque, sublinearibus.

*Hab.* in umbrosis Europæ et Africæ austr. — Tenera, alba; sporæ 8–10 ≃ 4. Toto cælo differt *Marasmius torquatus*.

198. **Mycena clavularis** Fr. Hym. Eur. p. 151. — Subcæsia, basi sub- 1128
rotunda, «dilatata, lamellis liberis» (e descr. Batsch f. 81).

*Hab.* ad ligna in Europa. — Habitus fere *M. hiemalis*. Præcedentis sub-species sec. Fries; distincta sec. Berk.

199. **Mycena tenerrima** Fr. Hym. Eur. p. 151, Bern. Ch. Roch. t. LIV, 1129
f. 4, Cooke Ill. t. 240, *b*, Berk. Outl. p. 129, t. 6, f. 6, Oudem. Bat. p. 23. — Subtilis, flaccescens, candida; pileo tenuissimo e globoso convexo, granulis furfuraceis dense consperso; stipite capillari, disco applanato, pubescente inserto; lamellis liberis, ventricosis, subremotis.

*Hab.* ad Pini conos, frustula etc. in Europa, Amer. bor., Cuba et in insula Ceylon. — Stipes hyalinus, inferne pilosus, superne

glabrescens, 2½ cm. longus, 1 mm. crassus; pileus 2-4 mm. latus; sporæ 4 μ. long. — Sec. Voglino: sporæ 8-9 ≃ 5-7; basidia 14 ≃ 6-7; sterigmata quaterna 4-6 ≃ 1; cystidia 50-55 ≃ 10.

200. **Mycena pityrodes** Berk. et Curt. N. Pac. exp. n. 21. — Alba, tenerrima; pileo campanulato furfuraceo; stipite gracili, flocculento e basi orbiculari, estriata oriundo. 1130

*Hab.* in lignis putrescentibus ins. Bonin. — *Mycenæ tenerrimæ* β. proxima.

201. **Mycena discopoda** Léveill. Ann Sc. Nat. 1841, p. 239, t. 14, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 151, Cooke t. Ill. 192. *A. subtilissimus* Oudem. Bat. p. 24. — Pusilla, candida; pileo conico, obtuso stipiteque tenerrimo farinoso-pulverulentis; lamellis adnatis, paucis, valde distantibus, plicosis. 1131

*Hab.* in hortis botanicis Sueciæ, Galliæ, Hollandiæ, Britanniæ, cum præcedente, a quo lamellis clare distincta. Stipes bulbillo hirto insertus.

202. **Mycena saccharifera** Berk. et Br. n. 1216, Fr. Hym. Eur. p. 151, Cooke Ill. t. 249. — Tenella, albida, undique granulis nitentibus obsita; pileo hemisphærico; stipite filiformi, brevi; lamellis arcuato-decurrentibus, paucis, crassiusculis. 1132

*Hab.* in caulibus Rubi, Urticæ, Eucalypti in Europa et California. — Pileus 4 mm. latus, stipes 4 mm. longus, sporæ 3 μ. diam., Lamellæ etiam margine granulatæ.

203. **Mycena mammillata** Pass. Fung. Parm, Fr. Hym. Eur. p. 151. — E candido albido-cinerescens, pileo membranaceo, conico-campanulato, mammillato, ceterum sulcato, glabro; stipite crassiusculo, inferne floccoso, basi in orbiculum planum dilatato; lamellis adnatis, latis, distantibus. 1133

*Hab.* circa Parmam Italiæ lecta. — Inter *M. stylobatem* et *echinipedem* media, ab illa lamellis adnatis, ab hac basi orbiculari et colore diversa.

204. **Mycena Mucor** Batsch f. 82 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 155, Hym. Eur. p. 152, *Ag. integrellus* Nees f. 187. — Tenuissima; pileo e conico applanato, plicato, glabro, griseo; stipite gracili, demum torto, basi orbiculari applanata inserto; lamellis adnatis, distantibus, albido-griseis. 1134

*Hab.* ad folia putrida in Europa. — Subtilis, fugax, grisea vel hyalino-albida. [*A. platypus* Nees Syst. f. 188 est *Marasmius ramealis* infans.].

205. **Mycena interrupta** Berk. Fl. Tasm. p. 243, tab. CLXXXI, fig. 2. 1135

— Pileo crassiusculo, plano depresso, livido, pellicula cartilaginea tecto; stipite e basi orbiculari applanata striata oriundo; lamellis crenulatis, albidis, pilei carne gelatinoso-carnosa, descendente interruptis.

*Hab.* in corticibus in Tasmania (Archer). — *Mycenæ Mucori* affinis. Pileus 3-4 mm. lat.

206. **Mycena echinipes** Lasch in Linn. n. 193, Fr. Icon. t. 84, f. 5, Hym. Eur. p. 152. *A. bulbillus* Schwein. *A. rugatus* Secr. n. 965. (Batsch f. 94 et *A. acicola* Jungh. in Linn. 1830, t. 6, f. 3 utique simillimæ, sed pileo tenaci rigente, lamellis confertioribus tenuibus, villo stipitis ad basim laxo ad Adonideos infantiles referendæ). — Minima, alba; pileo tenui, campanulato-convexo, subgibbo, glabro, striato; stipite crassiusculo, glabro, basi bulbilloso, hirto; lamellis attingentibus, crassis, distantibus. 1136

*Hab.* ad folia putrida et in humo in Europa et Amer. bor. — Pileus hyalinus, tener. 3-5 mm. latus; stipes 11-20 mm. longus, 0,7 mm. crassus.

207. **Mycena pterigena** Fr. S. M. I, p. 160, Hym. Eur. p. 152, Icon. t. 85, f. 4, Cooke Ill. t. 192, Berk. Outl. t. 6, f. 7, Brigant. t. 35. f. 6, Gonn. et Rab. t. 7, f. 3, Pers. Myc. Eur. 3, t. 28, f. 6, *A. filicinus* Spreng. — Tenella, rosea; pileo campanulato, obtuso, leviusculo stipiteque flexuoso, capillari glabris, basi bulbillosa, strigoso-radiata; lamellis adnatis, latis, distantibus, integris. 1137

*Hab.* in rachide foliorum v. c. Sorbi, Rubi Idæi, præcipue Filicum, frequens in montanis Europæ et Amer. bor. — Elegantissima; pileus 2-7 mm. altus et latus; stipes 3-8 cm. longus; sporæ ellipsoideæ, chlorino-hyalinæ 8-9 ≃ 4.

208. **Mycena gracillima** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 31, f. 2 (sine diagnosi). — Pileo conico, tenuissimo, striato, coccineo-aurantio, levi, 1,5-2 mm. lato, glabro; stipite filiformi concolori, circ. 2 cm. longo, vix $^1/_2$ mm. cr., basi fibrilloso-radiante albida cincto. 1138

*Hab.* in corticibus muscosis in Algeria.

209. **Mycena trachelina** Fr. S. M. I, p. 154, Hym. Eur. p. 152. — Tenerrima, fusca; pileo convexo, fibrilloso-strigoso; stipite villoso-squamuloso, basi bulbilloso, strigoso-radicato; lamellis adnatis, latis, distantibus, floccoso-fimbriatis. 1139

*Hab.* in humo atra, umbrosa, uda in Europa. — Pileus 6-13 mm. latus; stipes 4 cm. longus. Minima, tristis, at nobilior nulla.

210. **Mycena actiniceps** K. et C. in Grevillea. — Pusilla, rufo-fusca; pileo ovato, 1 mm. lato, fibrillis patentibus striguloso; stipite fili- 1140

formi, 4 mm. long., supra furfuraceo-granuloso, ad basim strigoso; lamellis adscendentibus subliberis, distantibus, albis.

*Hab.* in foliis emortuis ad Somerset East Africæ austr.

211. **Mycena rhodophylla** Kalchbr. Grevill. — Pileo membranaceo, convexo-campanulato, subpapillato, brunneo; stipite filiformi, glabro, pallidiore, basi mycelio floccoso, radiante cincto; lamellis attigentibus, linearibus, confertis, brevioribus mixtis, roseis. 1141

*Hab.* in Port Natal Africæ. — Pileus 4 mm. latus, stipes 3-5 cm. altus. — Ab affinibus pileo bicolore et lamellis crebris, confertis valde diversa.

212. **Mycena clavulifera** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 525. — Tenerrima, alba; pileo hemisphærico setis clavuliformibus obsito; stipite e disco orbiculari oriundo; lamellis ventricosis. 1142

*Hab.* ad substantias vegetales putrescentes, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus circiter 2 mm. latus; stipes 6 mm. longus, filiformis basi orbiculari radiato-striata erumpens; sporæ ovatæ 8 μ. long.

213. **Mycena Chlorophos** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 19. — Ex albo viridi tincta, lumen viride emittens; pileo depresso, striato, viscidulo; stipite pulverulento sursum dilatato e basi orbiculari oriundo; lamellis subdistantibus ventricosis leviter decurrentibus. 1143

*Hab.* in lignis vetustis ins. Bonin. — Nocte lucem effundit.

214. **Mycena Cyanophos** Berk. et Curt. N. Pac. exp. n. 20. — Alba, lumen cæruleum spargens; pileo hemisphærico campanulato, viscidulo; stipite pulverulento, sursum dilatato, e basi orbiculari delicata pulverulento-tomentosa oriundo; lamellis liberis. 1144

*Hab.* in lignis putrescentibus ins. Bonin.

215. **Mycena albo-rubella** Mont. Syll. Crypt. n. 349, Guy. n. 273, t. 11, f. 7. — Unicolor, delicata; pileo tenuissime membranaceo expanso, glabro, centro excepto striatulo, tandem multifisso; stipite æquali fistuloso, basi scutatim affixo; lamellis tetradymis convexis, utroque fine parum attenuatis. 1145

*Hab.* ad ramos putridos in silvis humidis Cayennæ (Leprieur). — Pileus 5-10 mm. lat.; stipes 1½-2 cm. long., 1 mm. cr. An *Hiatulæ* species?

216. **Mycena venustula** Quél. Quelq. espec. 1882, p. 4, t. XI, f. 5. — Pileo hemisphærico, membranaceo, 2-3 mm. lato, striato, diaphano, albo granulis roseo-incarnatis consperso; lamellis adnatis, arcuatis, albis, acie incarnatis; sporis sphærico-ovoideis, 8-9 μ. 1146

diam, asperulo-punctulatis; stipite capillari, albo-hyalino, fistuloso, sæpe decumbente, basi villosulo.

*Hab.* inter muscos ad cortices arborum in Gallia or. — Affinis hinc *M. pterigenæ*, illinc *M. stipulari*.

IX. INSITITIÆ. Stipes tenuissimus, insititius, (i. e. aliis plantis sine radice, tuberculo floccisve basi innatus), siccus. Lamellæ adnatæ, denticulo decurrente uncinatæ (nec ut in *Omphaliis integrellis* vere decurrentes). Tenerrimæ, sole tactæ mox flaccidæ (n. 191 sola inter priores insititia, sed valde glutinosa).

217. **Mycena corticola** Schum. Saell. n. 4689, Fr. S. M. I, p. 159 1147
(syn. plurr. inter hanc et sq. amphibola), Icon. t. 85, f. 2, Hym. Eur. pag. 152, Bern. Ch. Roch. t. XIII, f. 3, Cooke Ill. t. 164, Schnizl. apud Sturm. Heft. 3, t. 2, Mich. t. 74, f. 8, Lasch in Linn. n. 203, *Ag. gracillimus* Syll. Ratisb. 2, p. 91, *B. albo-flavescens* Sommerf. Lapp. p. 256, Secr. n. 920. — Pileo tenui, hemisphærico, demum obsolete umbilicato, sulcato-striato; stipite tenui, brevi, incurvo, furfurello; lamellis late adnatis uncinatisque, latis, subovatis, pallidioribus.

*Hab.* ad cortices inter muscos, lichenes in Europa, Carol. inf. Amer. bor. et Australia. — Pileus 2-7 mm. latus; stipes 1-2 mm. longus; sporæ sphæroideæ, 9-10 $\mu$. diam.; basidia 26-28 $\simeq$ 5-7; sterigmata quaterna 4-6 $\simeq$ 2; cystidia 40-50 $\simeq$ 7-8. Etiam pileus flocculoso-pruinatus, ut sq., legitur. Color (vulgo rufo-fuscus, cyaneus, cinereus) varius hanc et sq. certissime non distinguit. *M. supina* radicata, tenax, non marcescens etc.). Diversa porro Sowerb. t. 243; ob pileum in icone convexum, obtusum, glabrum, omnino levem etc. videtur status pumilus *M. Tintinnabuli*.

218. **Mycena hiemalis** Osbeck. in Retz. Suppl. p. 19, Fr. Epicr. p. 119, 1148
Icon. t. 85, f. 1, Hym. Eur. p. 153, Cooke Ill. t. 164, Berk. et Br. n. 993, Gonn. et Rab. t. 7, f. 6, *A. corticinus* Scop. *A. corticalis* Bull. t. 519, f. 1 *a* (albus), *b* (carneo-rufus), *A. corticola b.* Fr. S. M. l. c. *A. adscendens* Lasch in Linn. n. 545 (albus), *A. auripes* Secr. n. 947 (rufescens). — Pileo tenui, campanulato, obsolete umbonato, margine striato; stipite tenui, adscendente, deorsum puberulo; lamellis adnatis uncinatisque, angustis, linearibus, albidis.

*Hab.* ad cortices in Europa et Cuba Amer. mediæ. — Priore vulgo longior, nimis affinis. Pileus pruinatus etiam in hac, sed color lætior, vix cinereo-fuscus; sporæ 6-7 $\simeq$ 2-3 hinc diversæ.

219. **Mycena meliigena** B. et Cooke Rav. Fung. Amer. n. 3. — Pi- 1149

leo tenui, rufo-violaceo, hemisphærico, margine sulcato stipiteque brevi, furfurello; lamellis adnatis, dente decurrente, concoloribus, sporis subglobosis.

*Hab.* ad cortices Meliæ, Dyospiri etc. Carolina Am. bor. — Pileus 2-3 mm. latus; stipes duplo longior; sporæ subglobosæ, subtiliter papillatæ, 10 $\mu$. diam. Forsan stricte cognata *M. corticolæ*.

220. **Mycena cyanorrhiza** Quél. Champ. Jura III, p. 436, t. I, f. 14. 1150
— Pileo membranaceo, hemisphærico 5 mm. diam., striato-sulcato, griseo, apice fusco- v. griseo-cyaneo; lamellis remotis, adnatis, arcuatis, albidis; stipite tenui, brevi, albo v. griseo, cyanescente, basi bulbilloso et azurreo-piloso.

*Hab.* in fragmentis ligneis in pinetis in Gallia or. — Affinis *M. hyemali*.

221. **Mycena setosa** Sow. t. 302, Berk. Outl. p. 130, Fr. Hym. Eur. 1151
p. 153, Cooke Ill. t. 193. — Pileo tenerrimo, hemisphærico, obtuso, glabro; stipite insititio, capillari, undique pilis patulis distantibus, albis.

*Hab.* supra folia Fagi in Europa. — Pileus $1^1/_2$ mm. latus, fuscescens; stipes 12 mm. longus.

222. **Mycena capillaris** Schum. p. 268, Fr. S. M. I, p. 160, Ic. t. 84, 1152
f. 6, Hym. Eur. p. 153, Weinm. Ross. p. 121, Fl. Dan. t. 2142, f. 1, *A. lacteus* Bull. t. 601, f. 2, C. *A. umbelliferus epiphyllus* Scop. *A. acicularis* Hoffm. Nom. t. 5, f. 2. — Tenerrima, alba; pileo campanulato, demum umbilicato, glabro; stipite insititio, capillari, glabro; lamellis adnatis, adscendentibus, distantibus.

*Hab.* ad folia Fagi etc. copiose in Europa, Africa australi et Tasmania. — Stipes æqualis, non deorsum sed apice tantum fuscescens $2^1/_2$ cm. longus; pileus udus striatus, siccus levis 1-2 mm. latus; sporæ minutissimæ, ovatæ, 6-8 ≃ 4.

223. **Mycena stipularis** Fr. S. M. l. c. Icon. t. 85, f. 5, Hym. Eur. 1153
p. 154, Weinm. Ross. p. 120. — Tenerrima; pileo convexo, subumbilicato, levi lamellisque integris roseis; stipite insititio, capillari (sub lente) puberulo, flavido.

*Hab.* ad stipulas in Europa. — Pileus 2-5 mm. latus, stipes 3 cm. longus. Perelegans.

224. **Mycena juncicola** Fr. S. M. l. c., Hym. Eur. p. 154, Icon. t. 85, 1154
f. 6, Cooke Ill. t. 193 *c*. Berk. Outl. p. 130, Mich. t. 80, f. 9, Paul. t. 105, f. 11, Bull. t. 148, f. D. — Tenerrima; pileo convexo, striato, glabro, rufescente; stipite insititio, capillari, glabro, fusco; lamellis adnatis, distantibus, albis.

*Hab.* ad stipulas in Europa et Australia. — Minima; pileo 2 mm. lato, stipite 2½ cm. longo.

225. **Mycena pallido-rubens** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 524. 1155
— Rubida; pileo campanulato membranaceo, sulcato-striato, carne disci alba; stipite brevi truncato, fistuloso; lamellis ventricosis, postice sinuato-affixis.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus; stipes 6 mm. longus, 2 mm. circiter crassus; lamellæ 2 mm. latæ; sporæ 7 ≃ 4, echinulatæ.

226. **Mycena leptophylla** Peck 24 Rep. St. Mus. p. 63. — Pileo te- 1156
nui, campanulato vel convexo, subpapillato, glabro, udo striatulo, pallide rubescenti luteo, disco nitidiore; stipite subtili, tenaci cavo, glabro, albido; lamellis confertis, angustis, ad medium latioribus, antice acuminatis, postice acute uncinatis, albidis vel luteis carneo maculatis.

*Hab.* ad truncos muscosos atque ligna cariosa in silvis, Greig Amer. bor. — Statura 1½-4 cm.; pileus 6-10 mm. latus; stipes 1 mm. crassus. Pileus interdum papilla destitutus.

227. **Mycena? Dregeana** Lév. Champ. Mus. p. 114. — Gregaria; pi- 1157
leo carnosulo, membranaceo, disciformi, subpruinoso, radiato-sulcato, depresso, ochroleuco; lamellis latis, distantibus, integris, acute adnatis, saturatioribus; stipite gracili nudo, fistuloso, cylindrico, fuscescente.

*Hab.* ad truncos in promont. Bonæ Spei (Drege).

228. **Mycena Convolvulus** Mont. Cent. VII, p. 24. — Insititia, grega- 1158
ria; pileo membranaceo, tenerrimo, convexo, depresso, tandem cyathiformi, corollam convolvuli simulante, radiatim plicato-striato, ex albido virescente; stipite gracili, flexuoso, fistuloso, subpulverulento, sursum albicante deorsum obscuro; lamellis tridymis, tenellis, hyalinis, minoribus convexis, majoribus adnatis, specie decurrentibus, hinc concaviusculis, pileo concoloribus.

*Hab.* ad ramulos dejectos inter folia putrescentia silvarum humidarum Brasiliæ provinciæ Matto-Grosso (Weddell).

229. **Mycena arguta** Kalchbr. in Grevillea. — E minimis; pileolo 1159
acute conico, striatulo, cum stipite concolore (albido) filiformi, basi insititio, pruinoso; lamellis flaventibus.

*Hab.* in P. Natal Africæ. — Pileus 1 cm. altus latusque; stipes vix 2,5 cm. longus. Ob minutiem fungi et oculos debiles insertionem lamellarum observare non possum; nec certe distinguere, an *Mycena* sit vel *Bolbitii* sp. pygmæa: C. Kalchbr.

230. **Mycena dicranophylla** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 13. — Pileo 1160
subdepresso, hyalino, sordide albo; stipite insititio, glabro, sursum dilatato; lamellis purpurascenti-albis, furcatis ramosisque distantibus, subtiliter pulverulentis; sporis minoribus globosis.

*Hab.* in ramis emortuis ins. Bonin. A *M. alphitophylla* B. et C. præcipue sporis minutis differt.

231. **Mycena alphitophylla** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 12. — Pileo 1161
leviter depresso molli, succulento, viscoso, albo; stipite brevi, rufescente; lamellis latiusculis, distantibus, adnexo-decurrentibus, pulverulentis; sporis magnis globosis.

*Hab.* ad truncos putrescentes ins. Bonin. — Teste Berk. ob lamellas ab hymenophoro subsecedentes (paxilloideas) et sporas magnas forte novi generis typus.

**HIATULA** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 27 (Etym. *hio* aperior, ob pilei dehiscentiam), *Leptomyces* Mont. Syll. Cr. n. 402. — Pileus tenuissimus, epelliculosus, e dorsis lamellarum junctis veluti formatus, expansus, veliformi-fissus (ut in tenerrimis Coprinis) at non diffluens. Stipes cartilagineus, albus. Sporæ albæ. — Notis ad *Mycenam*, habitu vero ad *Coprinos* accedit.

1. **Hiatula Benzonii** Fr. Elench. p. 20, Icon. t. 79, f, 2, Hym. Eur. 1162
p. 136, Nov. Symb. p. 27, Oudem. Bat. p. 23, Gonn. et Rab. t. 7, f. 14. — Pileo tenerrimo, e campanulato expanso, umbilicato, lineato-striato; stipite æquali, glabro lamellisque liberis, approximatis, albis.

*Hab.* ad truncos insulæ St. Crucis (Benzon), e regionibus tropicis introducta in calidariis europæis, præcipue in corbibus Orchidearum nidulans; pileus pallescens, rubellus, fuscescens, $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$–4 cm. longus, 2–4 mm. crassus; sporæ ovoideæ, apiculatæ, 8–11 ≃ 7, 1-guttatæ, hyalinæ.

2. **Hiatula crenulata** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 27. — Pileo tenerrimo 1163
pellucido, explanato, radiato, sulcato plicatoque livido, margine crenulato; stipite æquali, glabro, candido; lamellis adnexis, planis, distantibus, albis.

*Hab.* in insula S. Lucæ ad oras occidentales Costa-Rica, augusto (Œrsted). — Stipes fistulosus, basi bulbillosus, ceterum æqualis, 2–3 cm. longus, 2 mm. crassus, omnino candidus. Pileus tenuissimus, omnino excarnis, delicatus, explanatus $1^1/_2$ cm. latus, utpote hiascens, late et profunde radiato-sulcatus plicatusque, lividus, vertice 4 mm. latus levis fuscescens, at non umbonatus, margine secus

plicas pilei crenulatus. Sporæ albæ. Habitus *Coprini ephemeri*, at multo major.

3. **Hiatula purpurascens** B. et C. Cub. Fung. n. 83, Journ. Linn. Soc. 1164
— Pileo pallide purpureo, tenui, plano, glabro; stipite solido, sursum subincrassato, glabro; lamellis latiusculis liberis.

*Hab.* ad folia putrescentia, supra quæ mycelium expanditur, in Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 4 cm. longus.

4. **Hiatula Boninensis** B. et C. N. Pac. exp. n. 58. — Pileo tenerrimo 1165
brunneolo striato; stipite delicato, hyalino; lamellis remotis distantibus, ventricosis, albis.

*Hab.* ad caudices in insulis Bonin Polynesiæ. — Habitus *Mycenæ*.

5. **Hiatula ciliatula** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 27. — Pileo tenerrimo, 1166
campanulato-convexo, obtuso, pellucido, radiato-plicato, cinereo, margine ciliatulo; stipite æquali, glabro lamellisque attingentibus, distantibus, albis.

*Hab.* in ligno putrido ad Naranjo, Costa Rica, majo (Œrsted). — Habitus *Mycenæ;* stipes fistulosus 2-3 cm. longus, 2 mm. crassus, æqualis, levis, glaber, albus, basi fuscescens; pileus membranaceus campanulatus, convexus, obtusus 2-3 cm. latus, radiato-sulcatus plicatusque margine primo incurvo, dein patente ciliatulus; cilia oculo armato conspicienda; lamellæ albæ immutabiles, distantes, alterne breviores, longiores flexuosæ.

6. **Hiatula squamulosa** Mont. Guy. n. 298, et Syll. Crypt. n. 401. — 1167
Pileo papyrino, conico-campanulato, subumbonato, umbone excepto levi, densissime striato, helvolo, fusco-punctato, squamuloso; stipite cavo, levi, sursum attenuato; lamellis confertis, liberis, circa stipitis apicem definite attenuato-acuminatis; sporis albis, ovoideo-reniformibus.

*Hab.* ad terram prope Cayennam in Guyana gallica Amer. merid. (Leprieur).

7. **Hiatula Wynniæ** B. et Br. Ann. N. H. n. 1772, Cooke Ill. t. 688. — 1168
Candida; pileo tenero, striato, pulverulento, centro obscuriore; stipite gracili, striato; lamellis latiusculis, asperis.

*Hab.* in calidario horti Kew Britanniæ. — Pileus 4 cm. latus; stipes 2 mm. longus, 1 mm. latus.

8. **Hiatula luteola** B. et C. N. Pac. exp. n. 56. — Pallide flava; pi- 1169
leo hemisphærico, striato; stipite glabro, sursum incrassato; lamellis liberis, angustis, subdistantibus, remotis.

*Hab.* in ligno emortuo in insulis Loo Choo Polynesiæ.

9. **Hiatula Flosculus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 300 in Journ. Linn. Soc. 1170
Candida; pileo plano, usque ad centrum plicato, fibrillis hic illic obsito; stipite brevi, e basi orbiculari oriundo; lamellis niveis; sporis ovatis 8 μ. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4-11 mm. latus, plicato-sulcatus; stipes 2-4 mm. longus.

10. **Hiatula gracilis** B. et C. N. Pac. exp. n. 59. — Alba; pileo hemis- 1171
phærico, striato glabro; stipite gracili, hyalino, pulverulento-tomentoso; lamellis ventricosis, remotis.

*Hab.* in ligno putri in insulis Bonin Polynesiæ. — Stricte affinis *H. Boninensi.*

11. **Hiatula cæspitosa** B. et C. Cub. Fungi n. 84 in Journ. Linn. Soc. 1172
— Candida, eximie cæspitosa; pileo tenuissimo, subhemisphærico striato; stipite gracili, glabro; lamellis liberis, remotis.

*Hab.* ad caudices denso agmine cæspitosa in Cuba (C. Wright). — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus.

12. **Hiatula nivosa** B. et C. N. Pac. exp. n. 57. — Nivea; pileo bre- 1173
viter campanulato demum expanso, tenerrimo; stipite glabro; lamellis postice attenuatis, approximatis, subdistantibus.

*Hab.* in clivis montium insularum Bonin Polynesiæ. — Ad *Mycenam* accedit.

13. **Hiatula discreta** Fr. Elench. I. p. 20, Epicr. I. p. 104 et Nov. 1174
Symb. Myc. p. 27. — Pileo tenerrimo, conico, umbonato, densissime striato; stipite cavo conico-ventricoso, glabro; lamellis liberis callo a stipite discretis remotisque confertis, albis.

*Hab.* in insula St. Crucis (Benzon). — Stipes 4-4,5 cm. longus, basi 1,5 cm. cr., apice 4 mm. Tota albida, solitaria.

14. **Hiatula lignifraga** Mont. Guy. n. 297. — Candida; pileo tenerrimo, 1175
pellucido e convexo explanato, irregulariter orbiculato, radiatim confertissimeque striatulo; stipite glabro, fistuloso lamellisque concoloribus, subæqualibus, subconfertis, cultriformibus, determinate circa stipitis apicem incrassatum attenuato-affixis; sporis albis, pellucidis, subovoideis, 7 μ. majori diametro crassis, nucleo albo farctis.

*Hab.* in rimis ligni putridi unde erumpere videtur, apud Cayennam, in Guyana gallica Amer. merid. (Leprieur). — Pileus quam maxime translucidus, membranaceus, charta, quæ gallice *pelure d'ognon* vulgo dicitur forsan adhuc tenuior, 25 mm. latus, centro vix umbonato convexo-applanatus, tenuissime ad ambitum usque striatulus; stipes 2 cm. et ultra longus, $1^1/_2$ mm. in medio, 2

ad 3 basi et apice crassus, exsiccatione fuscescens, at primitus ut totus fungus, ex ore collectoris, candidissimus; lamellæ tenerrimæ, ex hymenophoro ut videtur formatæ, quum eædem cum illo gaudeant structura atque tenuitate, convexæ, id est cultriformes, pileo concolores, acie integræ, circa stipitem determinate desinentes, potius remotæ nec autem ei adhærentes, 300 $\mu$. ab invicem distantes et 30 $\mu$. crassæ.

15. **Hiatula minima** Berk. Fung. St. Domingo n. 6. — Minor; pileo 1176
umbilicato, margine crenato; stipite gracillimo; lamellis planiusculis, remotissimis.

*Hab.* ad S. Domingo ins. Haiti. — Pileus 8 mm. latus; lamellæ subinde furcatæ, lacunam anularem circa stipitis apicem relinquentes.

16. **Hiatula fragilissima** Rav. et Berk. Cent. North Am. Fungi n. 16. 1177
— Pileo plano, subumbonato, radiatim fisso, marginibus rimarum luteo-pulverulentis, interstitiis candidis; stipite luteo, farcto, annulo mobili; lamellis remotis a stipite, albis.

*Hab.* ad terram et fragmenta lignea ad margines paludum in Carolina inf. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 5–7 cm. latus, tenuis, fragilissimus, viscidulus, umbone obscurior; stipes 10–15 cm. altus, bulbillosus; sporæ oblique ellipticæ, majusculæ. « An *Lepiota* e. g. *L. Deliciolo* affinis? ».

**OMPHALIA** Fr. S. M. I, p. 162 (Etym. *omphalos* umbilicus). — Stipes cartilagineus, fistulosus, tubulo vero sæpe floccis farctus, sursum subincrassatus, in pileum tubiformi-ampliatus. Lamellæ vere decurrentes. Pileus submembranaceus.

Maxime affines Collybiis et Mycenis, a quibus hoc genus ob lamellas divulsum. Statura et historia eadem. Reliquæ *Omphaliæ* Auct. stipite fibroso spongiosove nullo modo a Clitocybis removeri possunt. Verarum Omphaliarum statura insuper redit inter Cantharellos et Marasmios. Pileus sæpius quidem umbilicato-infundibuliformis, sed hoc neutiquam constans v. essentiale, nec lamellæ sæpe ramosæ.

I. Collybiariæ. Pileus primitus dilatatus, margine inflexo. — E lamellis abeunt in tres greges eximie naturales.

*) *Hydrogrammæ*. Vulgo majores, lamellis angustis, confertissimis. — Præter stipitis notam essentialem a Cyathiformibus differunt lamellis primitus vere decurrentibus, confertissimis, arcuatis.

1. **Omphalia chrysoleuca** Fr. S. M. p. 167 cum syn., Hym. Eur. p 1178
154. — Pileo submembranaceo, umbilicato, glabro, nitido, margine

reflexo, breviter striato; stipite farcto, levi, basi incrassato; lamellis decurrentibus, confertissimis, subluteis.

*Hab.* in silvis mixtis, subacerosis Europæ. — Stipes manifeste cartilagineo-corticatus, 3 cm. longus; pileus albus, $2^1/_2$ 6 cm. latus; sporæ 8-10 = 3-4. — *B.* lamellis lutescente-olivaceis. Secr. n. 1047 huc omnino spectare videtur.

2. **Omphalia hydrogramma** Fr. Syst. M. I, p. 169, Icon. t. 71, Hym. Eur. p. 154, Cooke Ill. t. 239, Lètell. Ic. t. 605, *A. streptopus* Pers. M. E. 3, p. 82, Bull. t. 674 ob marginem striatum. — Pileo submembranaceo, umbilicato, flaccido, glabro, livido, hygrophano, margine patente, striato, subundulato; stipite fistuloso, glabro, subcompresso, basi radicato, hirto lamellisque decurrentibus, confertissimis, albidis. 1179

*Hab.* inter folia Fagi, locis humidis Europæ et Australiæ, subcæspitosa. Uda livida, sicca unicolor, albicans; pileo 6 cm. lato, stipite 6-8 cm. longo. — *B.* **orthopus** stipite recto nec compresso. Pers. l. c. p. 83.

3. **Omphalia ventosa** Fr. Obs. 2. p, 221, Epicr. p. 120, Hym. Eur. p. 155, Secr. n. 989. — Pileo submembranaceo, infundibuliformi, flaccido, glabro, carneo. hygrophano, margine involuto, striato; stipite fistuloso, glabro, fragili, concolore, basi villoso; lamellis longe decurrentibus, minus confertis, albido-carneis. 1180

*Hab.* in fagetis Sueciæ. Est quasi elatior status *O. pyxidatæ* et caute distinguenda ab *O. dumosa.* Bull. t 564, f. B ad *O. dumosam* potissimum referenda.

4. **Omphalia dumosa** Fr. Icon. t. 72, f. 1, Hym. Eur. p. 155. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, leviter umbilicato, rigido, testaceo-rufo, versus marginem striato; stipite fistuloso, glabro, concolore; lamellis leviter decurrentibus, confertis, pallidis. 1181

*Hab.* in silvis dumetosis Europæ raro. Colore accedit ad *O. ventosam*, sed statura longe alia, ut potius cum *O. umbilicata* comparetur. Stipes 5-8 cm. longus, basi brunneus; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus et ultra.

5. **Omphalia detrusa** Fr. Monogr. II, p. 291, Icon. t. 73, f. 1, Hym. Eur. p. 155. — Pileo subcarnoso, e convexo umbilicato stipiteque firmo, mox cavo glabris et obscure cinereis; lamellis dente decurrentibus, tenuibus, confertis, albidis. 1182

*Hab.* in silvis Ostrogothiæ. Habitus Clitocybis, sed stipes cartilagineus. Stipes $2^1/_2$-4 cm longus, 4 mm. crassus, sursum attenuatus, fere nigrescens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, subzonatus.

6. **Omphalia umbilicata** Schaeff. t. 207 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 155. 1183
*A. phœophthalmus* Pers. M. E. 3, n. 103. — Pileo submembranaceo, umbilicato, reflexo, demum infundibuliformi, levi, glabro, hygrophano, regulari; stipite fistuloso, tereti, apice fibrillis albis sericeo-striato; lamellis longe decurrentibus, confertis, albidis.

*Hab.* ad arborum radices, terram, immo fimeta in silvis frondosis, haud rara in Europa et Mount Prospect, Discovery Bay in Groenlandia (H. C. Hart). — Pileus 3 cm. latus; stipes $2^1/_2$–4 cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 4, minutæ reniformes (in specim. Grœnl.) — Subcæspitosa, uda livida v. fuscescens, sicca albicans v. lutescens, disco fuscescente.

7. **Omphalia maura** Fr. S. M. p. 168, Icon. t. 73, f. 2, Hym. Eur. 1184
p. 156. Cooke Ill. t. 287, Weinm. Ross. p. 82. — Pileo submembranaceo, convexo, profunde umbilicato, glabro, striato, hygrophano, sicco levi, sericeo-nitente; stipite subfistuloso, tenui, rigido, stricto; lamellis vere decurrentibus, arcuatis, confertissimis, candidis.

*Hab.* locis montosis humidis, subadustis Europæ. E fuligineo livida, fragilis. *M. atrata* differt pileo levi, stipite tenaci, lamellis vix confertis nec vere decurrentibus. — Pileus $1^1/_2$–4 cm. latus; stipes 3-6 cm. altus; sporæ ellipsoideæ vel ellipsoideo-sphæroideæ, leves, 5-6 ≃ 3-4.

8. **Omphalia Lituus** Fr. Epicr. p. 121, Hym. Eur. p. 156, Icon. t. 72, 1185
f. 2, Secr. n. 1051 sat convenit, sed minor. — Pileo submembranaceo, plano, profunde umbilicato, dein infundibuliformi, levi, hygrophano; stipite subfistuloso, gracili, subflexuoso, striato lamellisque longe decurrentibus, confertis, angustis (lineæribus), cinereis.

*Hab.* in pinetis ad terram, Upsaliæ in Suecia raro. Eximia. Stipes 8 cm. usque longus, 2-4 mm. crassus, nudus; pileus udus spadiceo-cinereus, siccus sordide alutaceus, $2^1/_2$–5 cm. longus, flaccido-fragilis.

9. **Omphalia offuciata** Fr. Epicr. p. 121, Hym. Eur. p. 156, Icon. 1186
t. 72, f. 3. Cooke Ill. t. 287. — Pileo carnosulo, plano-depresso, obtuso, levi, glabro, rubello, expallente; stipite fistuloso, tenaci, stricto lamellisque decurrentibus, tenuibus, confertis, concoloribus.

*Hab.* in fagetis Sueciæ australis et Britanniæ. Facies *C. dryophilæ*. Stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. crassus, demum compressus, apice obsolete pruinosus. Primitus tota obscure carnea, sed mox expallens, albicans.

10. **Omphalia scyphoides** Fr. Syst. Myc. I, p. 163, Icon. t. 75, f. 2, 1187

Hym. Eur. p. 156, Patouill. Tab. an. n. 419, Weinm. Ross. p. 94, *A. inconspicuus* Lasch n. 215, *A. buccinalis* Secr. n. 1021. — Candida; pileo submembranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, inæquali, levi, sericeo; stipite farcto, brevi, subvilloso; lamellis decurrentibus, confertis, angustis.

*Hab.* ad terram locis muscosis, graminosis, gregaria in Europa, prope Minussinsk in Sibiria et in Africa austr. Variabilis, sæpe flexuosa et excentrica, vulgo pumila, 4-9 mm. lata, sed etiam $2^1/_2$ cm. usque; stipes 4-11 cm. longus; sporæ $6 \simeq 2$. Non hygrophana, siccitate flavescens, ad basim saltim lanata.

11. **Omphalia Giovanellæ** Bres. Fungi Trid. p. 9, t. V. f. 2. — Pileo 1188
submembranaceo, e convexo-umbilicato-explanato-umbilicato, margine striato, levi, sericeo subflocculoso, e griseo subfusco-canescenti, 5-14 mm. lato; lamellis confertis, angustis, tenuibus, decurrentibus, concoloribus; stipite farcto, apice subdilatato, glabro, concolori, basi albo-tomentoso, 1 cm. circiter longo, 1-2 mm. crasso; sporis ovato-acuminatis, $8 \simeq 3$, hyalinis.

*Hab.* locis arenosis apricis Val di Sole; junio-julio. — Tota unicolor griseo-cana; *Omphaliæ scyphoidi* forte nimis affinis, colore præsertim distincta, sed hæc nota constans. Caro pallida, odor subfarinaceus.

12. **Omphalia sanguinea** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — 1189
Sanguinea; pileo infundibuliformi, tenui, pruinoso; stipite sursum dilatato; lamellis confertis, angustis, decurrentibus.

*Hab.* in lignis cariosis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus; stipes 12 cm. longus. Species elegantissima cum *O. scyphoidi* in eadem sectione collocanda.

13. **Omphalia Peri** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 527. — Nivea; 1190
pileo membranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, pulverulento, estriato, immutabili; stipite deorsum attenuato, filiformi; lamellis confertis, angustissimis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Gregaria; pileus 18 mm. latus; stipes 12 mm. longus, vix 1 mm. crassus, lamellæ vix 1 mm. latæ. Stricte affinis *O. scyphoidi*, sed pileus siccitate colorem haud mutat, lamellæ confertiores, stipes tenuior.

14. **Omphalia ianthino-phæa** Mont. Cent. VII, p. 26. — Pileo carnoso 1191
subinæquali, centro depresso tandem infundibuliformi, margine inflexo plus minusve undulato, brunneo ferrugineo, zonis concentricis obscurioribus ornato; stipite elato, inæquali, levi lamellisque con-

fertissimis, tenuibus, subæqualibus, adnato-decurrentibus, pulchre lilacinis.

*Hab.* ad terram locis humidis subapertis Brasiliæ, in provincia Minas-Geraes dicta (Weddell).

15. **Omphalia spodoides** Mont. Guy. n. 276, Syll. Crypt. n. 360. — 1192
Pileo membranaceo, hygrophano, convexo, profunde umbilicato, striatulo; stipite fistuloso, levi sursum deorsumque leniter incrassato, lignum profunde penetrante; lamellis tetradymis confertis, minoribus lanceolatis, longioribus antice attenuatis, postice rotundo-ampliatis, dente decurrentibus.

*Hab.* ad ligna putredine consumpta et folia putrida in Guyana Amer. merid. (Leprieur).

16. **Omphalia chilensis** Mont. Syll. Crypt. n. 356, Cent. I, n. 60, et 1193
Fl. Chil.. VII. p. 335. — Pileo plano, griseo-cinerescenti, centro umbilicato demum infundibuliformi, subpubescente, margine denticulato; lamellis cæsiis griseisve in stipitem farctum concolorem basi nigricantem vix decurrentibus.

*Hab.* ad terram in muris, locis muscosis etc., Rancagua in Chile (Bertero).

**) *Pyxidatæ.* Mediæ; lamellisleviter distantibus, angustis, utrinque attenuatis.

17. **Omphalia chrysophylla** Fr. Syst. Myc. I, p. 167, Icon. t. 74, 1194
f. 1, Hym. Eur. p. 156. — Pileo submembranaceo, umbilicato, flaccido, flocculoso, luteo-fusco, sicco alutaceo-cano, margine reflexo; stipite fistuloso, æquali, glabro lamellisque longe decurrentibus, distantibus, aureo-vitellinis.

*Hab.* ad ligna pinea putrida in montosis Sueciæ copiose et in montibus Adirondack, Summit et Sandlake Amer. bor. — Pileus 4 cm. usque latus; stipes 2-6 cm. longus, 4-5 mm. crassus; sporæ 8 ⩾ 4. In serragine ad molas ligneas luxuriat. Uda, pulcherrima hujus gregis.

18. **Omphalia xanthophylla** B. et C. Ann. Nat. Hist. 1859, oct. — 1195
Pileo depresso rubro-purpureo, floccoso, margine striato; stipite flavo-albo glabro subcompresso, fistuloso, deorsum attenuato subbulboso; lamellis flavis decurrentibus.

*Hab.* ad caudices udos putres in Car. inf. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 5-8 cm. latus, margine inflexo; stipes 8-10 cm. longus, 6-8 mm. crassus. Affinis *O. chrysophyllæ.*

19. **Omphalia holochlora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 525. — 1196

Pileo membranaceo, e convexo subinfundibuliformi, flocculoso, striato, luteo; stipite dilatato, fistuloso; lamellis decurrentibus, citrinis.

*Hab.* in ligno mortuo, Ceylon Indiæ (THWAITES). — Pileus 2½ cm. latus, brunneo-luteus; stipes 18 mm. longus eodem cum lamellis distantibus arcuatis colore pictus. Affinis *O. chrysophyllæ*; sed pileus arescendo in obscuro-rubro-brunneum abit atque lamellæ multo pallidiores neque eodem modo decurrentes.

20. **Omphalia Postii** Fr. Monogr. II, p. 291, Icon. t. 74, f. 2, Hym. Eur. p. 157, Cooke Ill. t. 194. — Pileo membranaceo, umbilicato, glabro, aurantiaco, margine striato; stipite fistuloso, levi, glabro, flavo; lamellis longe decurrentibus, linearibus, subdistantibus, albidis. 1197

*Hab.* locis paludosis in Suecia. Stipes 8 cm. longus, 2 mm. et ultra crassus, pallescens. Colore pilei aurantiaco mox dignoscitur.

21. **Omphalia vesuviana** Brig. Neap. t. 43, f. 3–7, Fr. Hym. Eur. p. 157. — Pileo subcarnoso, infundibuliformi, impolito, aurantiaco, margine demum repando; stipite farcto, elastico, fibrilloso, concolore; lamellis decurrentibus, crassiusculis, angustis, albis. 1198

*Hab.* in ambulacris arenosis Vesuvii pr. Neapolim in Italia. — Parva, pileo sub lente grumoso, licet nudo oculo glabra appareat. Videtur *O. demissæ* proxima.

22. **Omphalia pyxidata** Bull. t. 568, f. 2 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 164, Hym. Eur. p. 157, Pers. M. Eur. 3, n. 99, 98 β, Cooke Ill. t. 194. — Pileo membranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, glabrato, radiato-striato, testaceo-rufescente, hygrophano; stipite e farcto fistuloso, levi, tenaci, pallide rufescente; lamellis decurrentibus, subdistantibus, angustis, e carneo gilvis. 1199

*Hab.* in campis, ad vias, frequens in Europa et Australia. — Pileus 1–2 cm. latus; stipes circiter 3 cm. longus; color varie rufescens, valde expallens, immo albicans; pileus siccus sub lente sericellus; lamellæ primo incarnatæ, dein gilvæ; sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, irregulares 7–8 ≃ 5–6 aut 5–6 μ. diam. Ex Seyn. Montp. p. 93 sporæ pallide roseæ, polygonales, e quibus ad Eccilias referatur. An eadem species?

23. **Omphalia linopoda** Kalchbr. in Grevillea. — Proxima *O. pyxidatæ* sed gracilior; stipite filiformi, rufescente insignis; pileo membranaceo, profunde umbilicato, albido cervino, lamellis sat confertis; eximie decurrentibus, pallidis. 1200

*Hab.* in silvis Somerset East Africæ austr. martio (MAC OWAN).

24. **Omphalia leucophylla** Fr. Vet. Ak. Förh. 1851, p. 45, Icon. t. 73, f. 4, Hym. Eur. p. 157, Cooke Ill. t. 288, Berkl. et Br. n. 1217, 1201

*O. Epichysium* var. *leucophylla* Alb. et Schw. — Pileo submembranaceo, toto infundibuliformi, levigato, margine involuto stipiteque subfistuloso, æquali, glabro cinereis; lamellis decurrentibus, leviter distantibus, candidis.

*Hab.* locis humidis silvarum Europæ. *O. Epichysio* major, firmior. Stipes rigidus 4 cm. longus; sporæ ovoideæ 10 μ. l. Lamellis candidis ab omnibus hujus sectionis differt.

25. **Omphalia telmatiæa** B. et Cooke Ill. t. 240, Handb. ed. II. p. 1202
93. — Pileo membranaceo, mox infundibuliformi, atro-brunneo, dein expallente, nitido, 4-5 cm. lato; margine reflexo, subinde undulato; stipite æquali, fistuloso, 2-3 cm. longo, cinereo-albido, basi pilloso; lamellis decurrentibus, subangustis, pallidis; sporis obovatis, papillatis, albis.

*Hab.* inter Sphagna in paludosis in Britannia.

26. **Omphalia striipilea** Fr. Monogr. II, p. 291, Icon. t. 73, f. 3, 1203
Hym. Eur. p. 157, Cooke Ill. t. 288. — Pileo membranaceo, e convexo explanato, umbilicato, glabro, toto striato, livido-fusco, hygrophano; stipite fistuloso, glabro, tenaci, fuscescente; lamellis leviter decurrentibus, minus confertis, albidis.

*Hab.* locis graminosis silvarum Europæ raro. Stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. crassus; pileus usque ad 4 cm. latus, siccus levis, albo-pallescens; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ, 6-7 μ. diam., verruculosæ.

27. **Omphalia affricata** Fr. Obs. II, p. 213, Monogr. I, p. 183, Icon. 1204
t. 75, f. 1, Hym. Eur. p. 158, *A. tigrinus* Alb. et Schw. p. 220. — Pileo carnoso-membranaceo, umbilicato, dein infundibuliformi, extrio, squamulis cinereis nigricantibusque undique variegato, margine deflexo; stipite fistuloso, glabro, cinerescente; lamellis decurrentibus, subdistantibus, medio latis, griseis.

*Hab.* in paludosis Europæ. Stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus; pileus $1-2\frac{1}{2}$ cm. latus, margine deflexo.

28. **Omphalia Epichysium** Pers. Ic. pict. t. 13, f. 1, Fr. Syst. Myc. I, 1205
p. 169, Hym. Eur. p. 158. — Mollis; pileo membranaceo, planiusculo, umbilicato, udo striato, cinereo-fuligineo, sicco pallido, sericeo v. flocculoso-squamoso; stipite subfistuloso, glabro, cinereo; lamellis breviter plano-decurrentibus, albido-cinereis.

*Hab.* ad ligna mucida frequens, raro in paludibus in Europa et Tasmania. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. vel ultra longus; sporæ ellipsoideæ vel sphæroideo-ellipsoideæ, incolores 8-10 = 4-5. Tenera, mollis, aquosa.

29. **Omphalia sphagnicola** Berk. Engl. Fl. V. p. 67, Outl. p. 131, Fr. Hym. Eur. p. 158, Cooke Ill. t. 289 a. — Tenax; pileo subcarnoso, minute squamuloso, udo obscure striato, pallide ochraceo; stipite fistuloso, superne primitus squamuloso; lamellis decurrentibus, subdistantibus, angustis, pallidis. 1206

*Hab.* supra Sphagna in Anglia, Germania, Belgio et Fennia. Substantia elastica et colore sordide ochraceo a vicinis facile distinguitur. — Pileus $2^1/_2$–4 cm. latus; stipes $2^1/_2$–6 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ vel ovoideo-ellipsoideæ, 6–$6^1/_2 \simeq 4^1/_2$.

30. **Omphalia philonotis** Lasch n. 226, Fr. Monogr. I, p. 184, Icon. t. 76, f. 1, Hym. Eur. p. 158. — Fragilis, cinereo-fuliginea; pileo membranaceo, pyxidato, hygrophano, sicco floccoso, margine erecto; stipite fistuloso, glabro; lamellis longe decurrentibus, subdistantibus, angustis, albo-fuligineis. 1207

*Hab.* in paludosis Europæ raro. — Pileus 1–$2^1/_2$ cm. latus; stipes 6-7 cm. longus, basi 1–$1^1/_2$, apice 4 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ vel sphæroideo-ellipsoideæ, 5-7 ≃ 3-5. Gracilis, nigricanti-fuliginea. Lamellæ linea recta in marginem porrectæ.

31. **Omphalia Oniscus** Fr. Myc. I, p. 172, Icon. t. 75, f. 3, Hym. Eur. p. 158, Cooke Ill. t. 209. — Pileo submembranaceo, e convexo plano infundibuliformique, undulato, flaccido, glabro, levi, cinereo, hygrophano, margine striato; stipite subfistuloso, firmo, undulato, griseo; lamellis breviter decurrentibus, subdistantibus, cinereis. 1208

*Hab.* ad terram turfosam in Europa, Gainsford et in Australia, haud cæspitosa. (G. Bowman). — Stipes inæqualis, 3 cm. haud superans; pileus 1–3 cm. latus, siccus pallescens, levis; sporæ ovatæ, 6–$6^1/_2 \simeq 5^1/_2$ v. 12 ≃ 7-8 (Britz.).

32. **Omphalia cæspitosa** Bolton f. 41 (*Agar.*), Cooke Ill. t. 209, f. B. — Pileo submembranaceo, convexo, subhemisphærico, umbilicato, albido ochraceo, margine crenato, sulcato fere ad verticem glabro; stipite curvato, fistuloso, basi leniter bulboso; lamellis distantibus, latiusculis, breviter decurrentibus, albidis; sporis 6 ≃ 5. 1209

*Hab.* pr. King's Lynn. — *O. Onisco* similis, sed color omnino diversus et pileus striatus.

33. **Omphalia peculiaris** Britz. Derm. et Mel. p. 192, f. 248. — *Omph. Oniscæ* affinis; lamellis subdistantibus, griseo vel atro-brunneis; sporis curvulis v. subsigmoideis, 11–14 ≃ 4. 1210

*Hab.* Haspelmoor in Germania; julio. — Odor et sapor fere nulli.

34. **Omphalia arenicola** Fr. Icon. t. 76, f. 2, (quinque superiores) Hym. Eur. p. 159. — Pileo submembranaceo, e convexo expanso, demum crateriformi, subrepando, verrucoso-guttato stipiteque farcto curto, æquali umbrinis; lamellis leviter decurrentibus, subconfertis pallidioribus. 1211

*Hab.* in ambulacris arenosis in horto botanico Upsaliensi in Suecia. — Stipes vix 2½ cm. longus.

35. **Omphalia glaucophylla** Lasch n. 217, Fr. Hym. Eur. p. 159. — Pileo membranaceo, infundibuliformi, plicato-striato, glabello, murino, hygrophano, sicco expallente, levigato; stipite farcto, firmo; lamellis decurrentibus, subdistantibus, lanceolatis, olivaceis. 1213

*Hab.* ad terram in silvis Europæ. — Parvula; pileo vix 12 mm. lato. Cum hac conferendi *A. anthodius* Pers. M. E. 3, n. 98 (umbrinus) et Secr. n. 1050 (expallens).

36. **Omphalia rustica** Fr. Epicr. p. 126, Hym. Eur. p. 159, Bern. Ch. Roch. t. LVI, f. 2, Berk. et Br. n. 1217 bis. Oudem, p. 24, *A. ericetorum* Pers. Obs. Myc. I, t. 4, f. 12; var. γ. Alb. et Schw. n. 663. — Pileo membranaceo, convexulo, umbilicato, striato, glabro, hygrophano, sicco levi, sericello; stipite subfarcto, gracili, glabro, griseo-fusco; lamellis decurrentibus, crassis, subdistantibus, utrinque æqualiter attenuatis, griseis, acie arcuata. 1214

*Hab.* in ericetis humidis, locis incultis Europæ et prope Minussinsk in Sibiria rarior. — Stipes 2½ cm. longus et infra, 1 mm. crassus, nunc æqualis, fuscus, nunc sursum incrassatus, griseus; pileus vere membranaceus, 6-11 mm. latus, e griseo albicans v. fuscescens, ad viarum latera obliquus, excentricus.

37. **Omphalia pumilio** Kalch. Grev. VIII, p. 151, t. 142, f. 2. — Pileo membranaceo, convexo, umbilicato, radiatim striato, glabro cervino; stipite fistuloso, tenui, breviusculo; lamellis curvato-decurrentibus, angustis, subconfertis, pileo pallidiori. 1215

*Hab.* in lignis Richmond River Australiæ (M. Hodgkinson). — Pileus 7-10 mm. latus stipes 7-12 mm. long. Affinis *O. rusticæ*.

38. **Omphalia scyphiformis** Fr. Obs. II, p. 221, Icon. t. 75, f. 3, Hym. Eur. p. 159, Seyn. Montp. p. 124, Batsch f. 214 atypicus (lamellæ ex ipso laxe distantes). — Alba; pileo membranaceo, e convexo infundibuliformi, glabro, margine striatulo, sicco levi; stipite subfistuloso, tenui, brevi, glabro; lamellis decurrentibus, tenuibus. 1216

*Hab.* ad terram nudam in Europa, Gracemere Australiæ (O' Shanesy) et Africa australi. — Simillima *O. scyphoides* ejusque modo varians, sed lamellis etc. separanda.

39. **Omphalia inconspicua** Berk. Lond. Journ. Bot. 1. p. 450, tab. XIV. 1217
— Pileo membranaceo umbrino subplano, centro depresso, levi; stipite flexuoso, rufo pulverulento, basi tomentoso; lamellis paucis, pileo concoloribus, adnato-decurrentibus, furcatis.

*Hab.* in ligno, New Ireland (J. B. Hinds). — Pileus 6 mm. latus, siccus plicatus; stipes 6 mm. longus, vix 1 mm. crassus.

40. **Omphalia amabilis** Berk. Lond. Journ. Bot. 1, p. 450, t. XIV. — 1218
Albida, valde delicata; pileo membranaceo infundibuliformi; margine arcuato, pellucido-striato; stipite brevi tenui, sursum incrassato, floccis tomentosis affixo; lamellis paucis angustis, decurrentibus, una alterave breviore intermixta, acie acuta, interstitiis vix reticulatis.

*Hab.* ad ramulos, New Ireland (J. B. Hinds). — Pileus 15 mm. latus; stipes 9 mm. longus, vix 1 crassus.

41. **Omphalia cirrhocephala** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 526. — 1219
Pileo ex umbilicato depresso, nitide gilvo; stipite undulato, solido, pallidiore; lamellis decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus circiter 18 mm. latus, glaber; stipes 18 mm longus, 2 mm. crassus, glaber; lamellæ 2 mm. latæ, distantes, interstitiis antice venosis. Stricte affinis *O. salmonicolori.*

42. **Omphalia salmonicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 526. 1220
— Pileo depresso, margine sulcato, arcuato, pallide salmonicolori, glabro; stipite brevi, insititio, farcto, glabro; lamellis angustis, postice attenuatis, breviter decurrentibus.

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 1½–2 cm. longus, 1-2 mm. crassus parvo disco connexus, pileo pallidior; lamellæ confertissimæ, versus marginem interstitiis venosis.

43. **Omphalia chondripes** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — 1221
Umbrina, pusilla; pileo depresso, margine involuto; stipite cartilagineo farinaceo; lamellis paucis arcuatis decurrentibus.

*Hab.* — Pileus 3 cm. latus; stipes 6-8 mm, altus, 2 mm. crassus pro ratione validus.

44. **Omphalia anthiceps** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — 1222
Dense cæspitosa, alba; pileo profunde umbilicato glabro; margine depresso iterumque elevato, centro subfusco; stipite glabro cavo; lamellis paucis adnato-decurrentibus.

*Hab.* in truncis vetustis in silvis Cubæ Amer. mediæ (C. Wright).

45. **Omphalia flavo-livens** Mont. Cent. VII, p. 27. — Solitaria plane 1223
livens; pileo carnoso-membranaceo tandem infundibuliformi, dense radiato-striato, margine subundulato subcrenulato; stipite fistuloso, basi bulbilloso, sensim sursum in pileum ampliato; lamellis lanceolatis, tridymis, longe decurrentibus, lutescenti-lividis, longioribus margine rectiusculo insignibus.

*Hab.* ad ligna consumpta in silvis brasiliensibus, præsertim in provincia Goyaz (Weddell).

46. **Omphalia scyphophora** Mont. Cent. VII, p. 27. — Gregaria ter- 1224
restris; pileo membranaceo, tenuissimo, glabro, infundibuliformi, margine erecto, levi; stipite gracili, erecto vel ascendente, farcto; lamellis, subconfertis, angustissimis, decurrentibus.

*Hab.* in silvis arenosis epigæa, in Paraguay (Weddell). — Color uniformis pallide cinereus.

47. **Omphalia strombodes** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 361. — Pileo car- 1225
nosulo, membranaceo, convexo-depresso, margine primitus deflexo tandem ascendenti, infundibuliformi, lacero, pallido, radiatim rivuloso-pilosiusculo; stipite cartilagineo, umbrino, fistuloso, basi discoidea affixo, villosulo-pulverulento, albo-pruinoso; lamellis crassiusculis, candidis, longissime decurrentibus, lineari-attenuatis.

*Hab.* ad ligna putrida, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 138). — Pileus eadem cum lamellis, crassitudine, $^1/_5$ mm., gaudens, diametro ad 5 cm., longitudine 6 cm. metiens; stipes 4-5 cm. longus, medio 3-4 mm. crassus, apice sensim incrassatus et in pileum transiens; lamellæ tridymæ, breviores convexæ, longiores alte decurrentes, lineares, 2 mm. latæ, omnes candidæ, acie obtusæ, e basidiis tenuissimis tramaque flocculosa constantes; sporæ sphæricæ, minimæ, 5 $\mu$. diam. hyalinæ. — *O. umbelliferæ* (*A. ericetorum* Bull. t. 276) analoga, et forma *Cl. cyathiformi* similis, at ab utraque, ut satis patet, abunde diversa.

48. **Omphalia lilacifolia** Peck 29 Rep. pag. 66, *Agaricus lilacinus* 1226
Peck 24 Rep. p. 63 t. I, f. 10-13 (non Laest.). — Pileo submembranaceo convexo, profunde umbilicato, glabro, viscido, hygrophano, udo obscure luteo leviter cæruleo tincto, striatulo, sicco sulphureo-luteo nitente; stipite æquali, glabro, cavo, viscido lutescente, basi mycelio lilacino coniuncto; lamellis subconfertis, arcuatis, decurrentibus, pallide lilacinis.

*Hab.* ad caudices vetustos in silvis, Trenton Falls Amer. bor. — Statura circiter $2^1/_2$ cm.; pileus 12-18 mm. latus; stipes 1 mm.

crassus. Species distinctissima ob lamellarum myceliique peculiarem colorem notanda.

49. **Omphalia porphyromyces** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 27. — Pallide purpurea; pileo umbilicato tenui; stipite sursum incrassato basi discoidea affixo; lamellis distantibus, angustis, decurrentibus. 1227

*Hab.* in truncis putrescentibus in insula Bonin.

50. **Omphalia usta** Berk. et C. N. Pac. expl. n. 22. — Rufa; pileo tenui, infundibuliformi, glabro; stipite recto, sursum incrassato, basi orbiculari strigosa affixo; lamellis angustis, decurrentibus. 1228

*Hab.* in sarmentis dejectis in insula Bonin. — Sæpe *Omphaliæ pyxidatæ* similis.

51. **Omphalia Behringensis** Berk. et C. N. Pac. expl. n. 26. — Pileo depresso cupuliformi, glabro, striato, luteo-albo; stipite sursum incrassato; lamellis adnato-decurrentibus, latiusculis, distantibus, albis. 1229

*Hab.* in insula Arakamtchetchene in freto Behering Amer. bor. — *Cantharello Behringensi* similis, at lamellis haud furcatis distincta.

52. **Omphalia ruficeps** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 23. — Rufa; pileo depresso; membranaceo, stipite glabro; lamellis angustis, distantibus, decurrentibus venoso-connexis. 1230

*Hab.* in lignis deiectis in insula Bonin.

53. **Omphalia condiscipulata** Berk. F. Glaz. p. 753. — Eximie cæspitosa, pallida; pileo umbilicato, striato, pellucido; stipite deorsum subincrassato; lamellis decurrentibus. 1231

*Hab.* in ligno pr. Rio Janeiro Brasiliæ (A. Glaziou). — Pileus circiter 6 mm. diam.

***) *Umbelliferæ:* lamellis valde distantibus, latis, vulgo crassis. (Hic quæri potest *Xerotus turfosus*).

54. **Omphalia tricolor** Alb. et Schw. t. 9, f. 5. (*Agar.*) Fr. S. M. I, p. 166, Hym. Eur. p. 159, *A. hepaticus* Secr. n. 990, non Batsch. — Pileo submembranaceo, umbilicato, leviusculo, glabro, expallente; stipite farcto, tenui, sursum incrassato, flavescente; lamellis decurrentibus, valde distantibus, crassis, aurantiis, primo roseo-pruinatis. 1232

*Hab.* in versuris, pascuis Europæ. Eximia, tenacella; pileo 6–9 mm. lato, ex ochraceo albente; stipite concolore, nudo v. deorsum nigricante, pruinoso, $2^1/_2$ cm. longo. Lamellæ primo pruinatæ, dein nudæ, non vero ut *Cl. laccatæ* et aff. e sporis farinosæ.

55. **Omphalia atripes** Rabenh. Krypt. Fl. p. 520, Fr. Hym. Eur. p. 703. — Pileo membranaceo, e plano depresso, demum infundibu- 1233

liformi, glabro, brunneo, sicco expallente, sericeo-nitente; stipite e farcto fistuloso, nigro, basi cærulescenti-pruinoso; lamellis postice latissimis, fuscescentibus, demum albo-pruinosis.

*Hab.* in ligno vetusto putrescente pineo. Nec iconem, nec specimen vidit Fries, sed species characteres claros offert. Forte tamen *Marasmium* spectat.

56. **Omphalia sciopoda** Quél. Jura et Vosg. III, t. I, f. 13. — Pileo membranaceo, convexo, dein umbilicato, crispulo, 1 cm. d., albo-stramineo, pruinoso; lamellis crassis, adnatis, subinde ramosis, stramineis dein roseolis; stipite farcto, tenaci, subtili, flexuoso, velutino-pruinoso, sursum albo, infra griseo. 1234

*Hab.* in herbosis et turfosis in Gallia or. — Ex ipso Quélet forte status *O. tricoloris.*

57. **Omphalia kermesina** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — Pileo convexo, umbilicato, glabro; stipite sursum dilatato, glabro; lamellis paucis latis decurrentibus, 1235

*Hab.* in ligno carioso in ins. Cuba. — Intense coccinea. Pileus 6 mm. latus, stipes 1 8 mm. longus. Affinis *O. tricolori.*

58. **Omphalia atro-puncta** Pers. Syn. p. 353 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 212, Patouill. Tab. anal. n. 223. — Pileo subcarnoso, molli, hemisphærico, dilute cinereo; stipite subtenaci, pallido, nitido, squamulis punctiformibus nigris; lamellis decurrentibus, arcuatis, distantibus, alternis, incarnato-cinereis. 1236

*Hab.* in fagetis Europæ rarissime. — Gregaria parva; pileus 8-13 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ ovoideo-globosæ, hyalinæ, 4 ≃ 3. Cl. Patouillard, sporis hyalinis inventis (nec roseis), recte speciem e gen. *Eccilia* ad *Omphaliam* transtulit.

59. **Omphalia demissa** Fr. Syst. M. I, p. 157, Monogr. I, p. 143, Hym. Eur. p. 160, *A. tricolor* Secr. n. 1023, *A. rufulus* Berk. Outl. p. 132, Bresad. Trid. t. XXXV, Cooke Ill. t. 250. — Pileo submembranaceo, e convexo expanso, plano, demum umbilicato, striato, hygrophano stipiteque farcto, brevi, glabro, nitido rufescentibus; lamellis decurrentibus, latis, distantibus, purpurascentibus. 1237

*Hab.* in terra nuda in Europa. — Pusilla, sicca expallens; pileus siccus obsolete pruinosus e fusco-rufescente carneove griseus, 1-1,5 cm. lat.; stipes glaber carneo-purpureus, dein pallens, basi albo-tomentosus, 1,5-2 cm. longus, 2-3 mm. cr.; sporæ ovatæ 10-12 ≃ 6-8; basidia 28-32 ≃ 6-7.

60. **Omphalia hepatica** Batsch f. 211 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 122, Hym. Eur. p. 160, Bern. Ch. Roch. t. LIII, f, 2, Berk. Outl. p. 131, Kickx p. 156. — Tenax, rigida; pileo submembranaceo, ex umbilicato-convexo infundibuliformi, levi, glabro, carneo-rufo, expallente; stipite fistuloso, tenacissimo, carneo-fusco; lamellis decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, angustis, albidis. 1238

*Hab.* ad terram nudam, viarum margines Europæ sæpe in societate *O. pyxidatæ*, cui valde similis, sed indole subcoriacea distincta. Stipes $2^1/_2$ cm. long. 2-3 mm. crassus, sæpe compressus; Pileus siccus helvolus, alutaceusve, subnitens, 1-4, cm. latus; sporæ 5-8 ≃ 2-4.

61. **Omphalia muralis** Sowerb. t. 322, Berk. Outl. p. 131, Weinm. Ross. p. 91, Fr. Monogr. I, p. 186, Hym. Eur. p. 160, Pat. Tab. n. 221, Cooke Ill. t. 250. — Pileo submembranaceo, tenaci, convexo, umbilicato, dein infundibuliformi, radiato-striato, glabro, rufo-brunneo, margine crenulato; stipite farcto, curto, glabro, concolore; lamellis decurrentibus, distantibus, pallidis. 1239

*Hab.* locis incultis ad terram in Europa, Aiken Carol. inf., Cincinnati Amer. bor. et Retiro Amer. merid. (Speg.) — Media inter *O. hepaticam* et *umbelliferam;* pileus 1-3 cm. diam.; stipes cylindraceus $^1/_2$-$1^1/_2$ cm. longus, $^1/_2$-1 mm. crassus; basidia clavulata, hyalina; sporæ hyalinæ ellipticæ, granuloso farctæ, basi lateraliter acutato angulatæ, 10 ≃ 5. Icon Sowerbyana a mea recedit pileo levi (siccitate?), stipite crassiore, lamellis sordide lutescentibus.

62. **Omphalia lilacina** C. P. Laest. Lapp. Torn. p. 45, n. 156, Fr. Hym. Eur. p. 160. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, obsolete umbilicato, glabro, violaceo, expallente; stipite farcto, brevi, persistenter violaceo; lamellis longe decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, luteis. 1240

*Hab.* ad terram nudam turfosam Lapponiæ Tornensis, frequens. — Statura omnino *O. umbelliferæ*, sed coloribus lætis, lamellis longe decurrentibus facile distincta.

63. **Omphalia umbellifera** Linn. Suec. n. 1192 (*Agar.*), Fr. Elench. I, p. 22, ubi synon, Hym. Eur. p. 160, Pat. Tab. an. n. 222, Weinm. p. 90, Berk. Outl. p. 132, *A. niveus* Fl. Dan. t. 1015, *A.* Hedw. fil. Obs. I, t. 3, f. A. *A. valgus* Holmsk. Ot. II, t. 34, *A. ericetorum* Pers. pr. p.; var. a. Alb. et Schwein. *A. hygrophilus*, *Merulius turfosus* Pers. M. Eur. — Pileo carnosulo, convexo-plano, udo radiato-striato, sicco levi, subsericeo, margine primo inflexo, crenato; stipite subfistuloso, brevi, basi pubescente; lamellis decurrentibus, valde distantibus, postice latissimis (hinc triangulis). 1241

*Hab.* ad terram nudam, præcipue turfosam, etiam ligna putrida, per annum vulgatissima in tota Europa, in Groenlandia, in Amer. boreali in insula Ceylon et Tasmania. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 1-3 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ late ellipsoideæ, $3 \simeq 2^1/_2$. Forma primaria aquose albida, sicca candicans, sed color variat griseus, flavus (ad truncos abiegnos et in alpibus: *A. chrysoleucus* Pers.), citrinus (var. *citrina* Quél.), fuscescens; var. **viridis** Fl. Dan. t. 1672, f. 1. Exstat quoque alia varietas grisea pileo stipiteque velutinis in terra deusta. — ***O. myochroa** Fr. Hym. Eur. p. 161, *Merulius fuscus*, Wither. Arr. IV, p. 149, [*A. piriformis* Pers. Syn. p. 317 quoad descriptionem, sed loco in graminosis recedit]. Pileo subcarnoso, glabro; stipite basi strigoso-radicato; lamellis subdichotomis. Ad truncos madidos Fagi in Europa. Seorsim proposuit Fries, ne cum sequentibus concoloribus commutetur.

64. **Omphalia velutina** Quél. 14 Suppl. p. 2, tab. XVI, fig. 1. — Pileo convexo, 12 cm. lato, umbilicato, striato, pellucido, griseo-brunneolo; stipite subfiliformi, farcto, puberulo, griseo, basi bulbilloso; mycelio farinoso, albido; lamellis arcuatis, distantibus, lacteis; sporis ellipsoideo-pruniformibus, 8 $\mu$. longis. 1242

*Hab.* in ericetis etc. Jura, æstate. — Inter *Omphaliam umbelliferam* et *Omphaliam griseo-pallidam* fere media.

65. **Omphalia buccinalis** Sow. t. 107, Cooke Ill. t. 272, f. 1, Handb. II. ed. p. 96. — Tota alba, infundibuliformis seu bucciniformis, minuta; pileo mox plano v. depresso, 5-6 mm. lato; stipite tenui; lamellis longe decurrentibus, subtriangularibus, distantibus, albis. 1243

*Hab.* ad ramos putrescentes in Britannia. — Ab *O. umbelliferæ* et *stellatæ* certe distinguenda.

66. **Omphalia smaragdina** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 131, Decad. n. 503. — Tota viridis; pileo tenui, fortiter umbilicato; stipite gracili, filiformi, æquali; lamellis tenuibus, paucis, decurrentibus. 1244

*Hab.* ad terram Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1-1,4 cm. d.; stipes 2,5 cm. long., $^1/_2$ mm. cr.; lamellæ latiusculæ, subtriangulæ. Affinis *O. umbelliferæ* sed certe distincta.

67. **Omphalia ptychophylla** Corda in Sturm. D. C. Fl. t 5. — Minuta, gregaria, rarius cæspitosa; pileo depresso, dein subinfundibuliformi, flexuoso, repando, sicco, glabro, albo; lamellis decurrentibus, distantibus, flexuosis, albis; stipite longo, filiformi, gracili, terete, subæquali nudo, albo, farcto. 1245

*Hab.* in udis muscosis pr. Prag Bohemiæ. — Affinis *O. integrellæ* et præsertim *O. umbelliferæ*.

68. **Omphalia radiatilis** Berk. Dec. n. 375. — Straminea; pileo sub- 1243
carnoso, depresso, pulverulento; stipite solido, æquali, flexuoso, elongato, lamellis triquetris, apicibus radiantibus.

*Hab.* in pinetis, Sikkim (3400 m. alt.) (Hook.). — Inodora, subtenax; pileus $2^1/_2$ cm. latus, siccus; margo fortiter striatus; stipes 6 cm. longus. — Affinis *O. umbelliferæ*.

69. **Omphalia carneo-rufula** Berk. Fl. Tasm. p. 243, tab. CLXXXI, 1247
fig. 3. — Pileo plano, subcarnoso, striato lamellisque decurrentibus, pallide rufis; stipite adscendente, flexuoso, farcto.

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Archer). — *O. umbelliferæ* proxima. Pileus 12-14 mm. diam.

70. **Omphalia Ephippium** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 24. — Purpureo- 1248
fusca; pileo umbilicato, subsquamuloso; stipite sursum dilatato, nigro-punctato; lamellis crassiusculis, decurrentibus.

*Hab.* in terra ins. Bonin. — *Omphaliæ umbelliferæ* proxima.

71. **Omphalia infumata** B. et Br. Ann. Nat. Hist. 1851, Cooke Handb. 1249
ed. II, p. 96. — Pileo obtuso, non membranaceo, viridulo, dein fumoso; stipite tenui, flavo; lamellis latis, paucis, decurrentibus, distantibus flavis.

*Hab.* ad truncos inter muscos, Garthewin Brit. — *O. umbelliferæ* proxima; pileus 5 cm. latus; stipes 2,5 mm. altus, circ. 2 mm. crassus, basi dilatatus, præcipue inferne tomentosus; lamellæ circ. 12, minoribus intermixtis.

72. **Omphalia carneola** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 23. — Pileo carno- 1250
sulo, e convexo explanato depressoque, demum revoluto, rimoso-lacerato, carneo; stipite cartilagineo, nitido, æquali, saturate rubro; lamellis adnato-decurrentibus, crassis, distantibus, pallidioribus.

*Hab.* in terra humida, Naranjo in Costa Rica, majo. — Proxima videtur *Omphaliæ murali* nec *Omphaliæ demissæ* absimilis. Stipes vero fere corneus, farctus, æqualis, circ. 2,5 cm. altus, 2,5 mm. crassus, rectus curvatusve, levis, glaber; pileus 2,5 cm. latus primo plano-convexus, margine involuto, dein explanatus, subrepandus, demum revolutus ad medium rimose fissus et laceratus, quo a Marasmiis subsimilibus recedit.

73. **Omphalia retosta** Fr. Epicr. p. 125, Hym. Eur. p. 161, Icon. t. 1251
76, f. 2, duæ inferiores. — Umbrina; pileo carnosulo, plano-depresso, udo levi, sicco polito, glabro, expallente, margine involuto

integro; stipite fistuloso, tenaci, glabro lamellisque leviter decurrentibus, latis, distantibus, segmentoideis pallidioribus.

*Hab.* in silvis frondosis supra folia putrescentia in Europa. — Pumila, firmula, ab *O. umbelliferæ* forma umbrina lamellarum forma distincta.

74. **Omphalia abhorrens** B. et Br. Ann. N. H. n. 1751, Cooke Ill. t. 272, f. 3. — Pallide fusco-brunnea, fœtidissima, cæspitosa; pileo umbilicato, levigato; stipite tenui, basi albo-tomentoso; lamellis distantibus, crassis decurrentibus, interstitiis levigatis. 1252

*Hab.* in pratis, Coed Coch in Britannia. — Stricte affinis *O. retostæ*, sed ob ingratum odorem fere stercoraceum mox distincta, stipes prima ætate interdum pruinosus.

75. **Omphalia pseudo-androsacea** Bull. t. 276 (*Agar.*), Kickx p. 156, Fr. Hym. Eur. p. 161, Cooke Ill. t. 241. — Albida vel grisea; pileo carnoso-membranaceo, convexo, profunde umbilicato, demum infundibuliformi, glabro, striato-plicato, margine crenulato; stipite farcto, gracili; lamellis longe decurrentibus, segmentoideis, distantibus, distinctis. 1253

*Hab.* inter muscos in campis Europæ. — Pileus 1 cm. diam.; stipes 2-2½ cm. altus; sporæ 6-7 ≃ 3-4. A. sequente dignoscitur statura gracili.

76. **Omphalia griseo-pallida** Desmaz. Exs. n. 120, Pers. M. Eur. 3, t. 28, f. 3, Fr. Epicr. p. 125, Hym. Eur. p. 161, Cooke Ill. t. 241. — Pusilla; pileo carnosulo, e convexo plano, umbilicato, levi, glabro, e fusco-griseo canescente, margine recto deflexo; stipite farcto, curto, glabro, fusco; lamellis decurrentibus, postice latioribus, distantibus, crassiusculis, pileo concoloribus. 1254

*Hab.* in maceriis, hortis Europæ et Port Natal. Minutie mox dignoscitur; stipes 1¼ cm. vix attingens; pileus 6-9 mm. latus. Ceterum inter *O. retostam* et *umbelliferam* quoad lamellas media.

77. **Omphalia schizoxyla** Fr. Monogr. II, p. 292, Icon. t. 76, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 162. — Pileo submembranaceo, planiusculo, umbilicato, glabro, cinereo; stipite fistuloso, inæquali, rufo-fusco; lamellis decurrentibus, distantibus, angustis, pileo pallidioribus. 1255

*Hab.* in scintillis quercinis, per rimas erumpens. Dense gregaria, subcæspitosa, firma, irregularis. Stipes 2½ cm. longus, 2-5 mm. crassus, basi attenuatus et radicatus, vulgo curvatus et sæpe compressus. Lamellis angustioribus ab omnibus hujus gregis distat.

78. **Omphalia bibula** Quél. Enchir. p. 44. — Tenera; pileo udo, umbi- 1256

licato, sericeo, ex olivaceo-citrino griseo; stipite albo citrinove; lamellis arcuatis, latis, citrinis.

*Hab.* in Gallia or. — An, dubitante ipso Quélet, eadem ac *Hygrophorus Wynniæ* B. et Br. Ann. N. H. n. 1781?

79. **Omphalia stellata** Fr. Syst. M. I, p. 163, Hym. Eur. p. 162, Cooke Ill. t. 241, Berk. Outl. p. 132, *A. integrellus* Auct. p. p., var. **B.** Alb. et Schwein. p. 197, Secr. n. 959 C. — Alba; pileo membranaceo, convexo, umbilicato, glabro, striato, diaphano; stipite farcto, æquali, fragili, basi floccoso-radiato; lamellis decurrentibus, tenuibus, latis, valde distantibus. 1257

*Hab.* ad truncos et ligna uda Europæ, gregaria. — Pileus 8-9 mm. latus; stipes 2-3 cm. longus; sporæ subsphæroideæ irregulares, 4-6 μ. diam. vel 6-8 ≃ 3-5. Forma, tenuitate pilei passim excentrici etc. ab *O. umbellifera* distincta. *A. buccinalis* Sowerb. t. 107 ad hanc accedit, præcipue basi stellata, sed pileo carnosulo forsan forma juvenilis *O. umbelliferæ.*

80. **Omphalia ranunculina** Berk. Dec. n. 374. — Lutea; pileo hemisphærico; stipite incurvo deorsum velutino; lamellis planis adnatis. 1258

*Hab.* in herbosis etc. Lachen (4200-4800 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Lutea, sicca, subtenax; pileus 18 mm. latus, convexus, obtusus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ subdecurrentes, interstitiis sublevigatis. Admodum affinis formæ luteæ *O. umbelliferæ*, sed convexa neutraque plana vel turbinata. Revera haud rite respondet *Omphaliæ* characteribus.

81. **Omphalia anthidepas** B. et B. Journ. Linn. Soc. XI, p. 527. — Pileo depresso cyathiformique, sulcato, subtiliter fibrilloso; stipite sursum dilatato, e farcto cavo; lamellis distantibus, longe decurrentibus, latis, distantibus. 1259

*Hab.* in lignis emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4-5 cm. latus, sordide albus, fibrillis lividis ornatus; stipes 6 cm. longus, 2 mm. crassus, glaber; lamellæ 4 mm. latæ; sporæ 6 μ. long. Affinis *O. lychnodi*, sed pileo fibrilloso atque margine minus fortiter involuto recedens.

82. **Omphalia lychnodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc XI, p. 526. — Pileo umbilicato, dein cyathiformi, cinereo, sulcato; stipite porrecto glabro, fistuloso, candido; lamellis distantibus, ventricosis, adnato-decurrentibus. 1260

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; stipes æque longus, 3 mm. crassus, subhorizontalis vel

ascendens; lamellæ 3 mm. latæ, albæ leviter ventricosæ, postice attenuatæ.

83. **Omphalia nauseabunda** Mont. Cent. VII, p. 27. — Solitaria, trun- 1261
cigena; pileo carnoso, plano depresso, subcrateriformi, griseo-livido disco squamulis obscurioribus maculato, margine reflexo; stipite solido deorsum incrassato, levi, nudo, in pileum ampliato lamellisque tetradymis, latis, subventricosis rotundato-adnexis, vix a stipite distantibus, albis; sapor nauseosus.

*Hab.* in silvis ad truncos arborum nec terram in Brasilia (Weddell).

84. **Omphalia griseo-lutescens** Mont. Guy., n. 275, Syll. Crypt. n. 1262
359. — Grandis, fascicularis; pileo carnosulo, convexo, profunde umbilicato, margine primitus inflexo, laxe striato, glabro, griseo-lutescente; stipite crasso medio subventricoso demum cavo, deorsum attenuato; lamellis distantibus, crassis, decurrentibus; sporis albis, sphæricis, minutis, 3,5 $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram in silvis Guyanæ Amer. merid. (Leprieur). — Stipes 9–11 cm. long., lamellæ 1–2 mm. latæ.

85. **Omphalia sphærospora** Berk. Arct. Exped. n. 3, p. 14. — Pileo 1263
membranaceo, profunde umbilicato; lamellis latis distantibus, decurrentibus; sporis globosis pedicellatis.

*Hab.* in muscis, Upernavik in Groenlandia (H. C. Hart). — Circiter $2^1/_2$ cm. lata; sporæ 10 $\mu$. diam. globosæ vel subovatæ e pedicello minutissimo oriundæ.

86. **Omphalia Colensoi** Berk Fl. New. Zeal. pag. 173. — Pusilla; 1264
pileo tenui, umbilicato, glabro margine involuto; stipite gracili, furfuraceo, glabrescente; lamellis adnato-decurrentibus.

*Hab.* ad terram sabulosam in Nova Zelandia (Colenso). — Pileus 12–14 mm. lat.; stipes 12–18 mm. altus. Affinis *O. pyxidatæ*.

87. **Omphalia flavo-crocea** Berk. Fl. Tasm. p. 244. — Pileo convexo, 1265
umbilicato, glabro stipiteque elongato inæquali, solido flavis; lamellis latis, postice decurrentibus, croceis.

*Hab.* sub ramis in Tasmania (Archer). — *O. umbelliferæ* et *chrysophyllæ* affinis.

88. **Omphalia Ousimæ** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 25. — Pileo pal- 1266
lide fusco, striato, depresso, glutinoso; stipite gracili; lamellis distantibus, decurrentibus, tenuibus, albis.

*Hab.* in rimis corticis arboris Ousimæ in insula Loo Choo. — *Omphaliæ umbelliferæ* et *stellatæ* proxima, at distincta.

89. **Omphalia Kalchbrenneri** Bres. F. Trid. p. 32, t. XXXV, f. 2. — 1267

Pileo submembranaceo, tenaci, convexo-umbilicato, subexpanso, glabro, hygrophano, margine pellucide striato, sicco levi, alutaceo subochraceo, 2-5 cm. lato; stipite e farcto cavo, pileo concolori, deorsum interdum fuscescente, glabro, basi subattenuato alboque tomentoso, 2-5 cm. longo, 3-4 mm. crasso; lamellis distantibus, albidis, longe decurrentibus; sporis ovatis, granulosis, 8-10 ≃ 4-5, hyalinis; basidiis clavatis 30-35 ≃ 6-7.

*Hab.* ad terram nudam in pinetis Tridentinis, quotannis. — Omphaliis umbelliferis adscribenda; facile hæc species cum formis omphalioideis *Collybiæ clusilis* Fr. confundi potest; sed, ut alia omittantur, lamellis mollioribus, tenuioribus, acie semper integra et longe sensimque attenuato-decurrentibus mox distincta. Caro albido-alutacea, odore levi grato, sapore nullo.

90. **Omphalia albo-flava** Morg. Myc. Miami II, p. 76, t. V. — Pileo 1268
carnoso-membranaceo, sæpe infundibuliformi, glabro, margine inflexo; stipite farcto, valido sursum incrassato, albo vel flavido; lamellis decurrentibus, distantissimis, arcuatis, latiusculis, tenuibus, albis, dein flavidis; sporis subglobosis, 4-5 μ. longis.

*Hab.* in truncis putrescentibus in silvis Ohio Americæ borealis, vere et æstate. — Pileus 4-7,5 cm. latus, stipes 2,5-5 cm. altus; pileus albidus, maturitate flavidus.

II. Mycenarieæ. Pileus primitus campanulatus, margine recto, stipite adpresso. *Mycenæ Omphalariæ* Fr. S. M. Quum Omphaliæ partim ad Collybias, partim ad Mycenas accedant, inter has a Friesio olim collocatæ.

*) *Campanellæ:* lamellis latis, perfectis, inæqualibus.

91. **Omphalia Campanella** Batsch El. p. 74 (*Agar.*), Fr. S. M. p. 166, 1269
Hym. Eur. p. 162, Cooke Ill. t. 273, Schaeff. t. 230, Weinm. p. 88, — Pileo membranaceo-convexo, umbilicato, striato, hygrophano; stipite fistuloso, corneo, spadiceo, basi attenuato, fulvo-strigoso; lamellis decurrentibus, arcuatis, venoso-connexis, luteis.

*Hab.* ad truncos Pini in alpinis et Europa boreali et Xalapa, River Amazon, Moore River Settlement Amer. fœder., ubique copiose per annum. — Pileus 6-14 mm. latus; stipes 6 cm. longus; sporæ 6-7 ≃ 3-4. Cæspitosa, luteo-ferruginea. Duæ memorabiles varietates ad terram gregariæ: B. **badipes** stipite farcto, subfibrilloso, basi bulbillo fulvo-tomentoso, 2-5 cm. longo, 1-2 mm. crasso; pileo 6-22 mm. lato. C. **papillata** pileo acute conico, demum circa papillam depresso. Sporis albis neutiquam cum Galeris comparanda. Varietas insignior est **myriadea** Kalchbrenner vulgari di-

midio minor, densissime cæspitosa, truncis pinuum denso vellere obducens, dilute fulva, lamellis pallide testaceo-carneis. Var. **terrestris** Quél. Quelq. esp. p. 4, stipite pleno, basi attenuato, apice pruinoso citrinoque, sæpe explanato, brunneo, bulbillo pubescente flavo prædito; lamellis ramoso-reticulatis, stramineis. Ad arenam in silvis, Vosges.

92. **Omphalia brunneola** Quél. in Ass. Franc. Av. Sc. 1884, p. 2, tab. VIII, fig. 2. — Pileo convexo, umbilicato, demum cyathiformi, 5-8 mm. lato, membranaceo, fibrilloso-striato, subtiliter furfuraceo, brunneo-castaneo; stipite filiformi pleno, fusco, floccis brunneis punctulato, basi in membranam setaceam flavamque dilatato; lamellis arcuato-decurrentibus, distantibus, latis, sæpe ramosis, albis; sporis ovoideo-pruniformibus, 10 $\mu$. diam., subtiliter granulosis, albis. 1270

*Hab.* ad radices Salicis pr. Blaye, Gironde in Gallia (N. Merlet) æstate. — Affinis *Omphaliæ pictæ*.

93. **Omphalia syndesmia** Kalchbr. Grev. IX, p. 112. — Pileo membranaceo, convexo, leviter umbilicato, striatulo, vix cm. lato, nudo, badio-fulvo; stipitibus fasciculatis, fistulosis æqualibus vel apice parum incrassatis, 5 cm. longis, 2 mm. crassis, glabris, pileo subconcoloribus, basi tomento albo connexis; lamellis breviter decurrentibus, angustis, distinctis, pallidis. 1271

*Hab.* in ramulis humi jacentibus, ad Somerset East Africæ austr. (Mac Owan). — A proximis *O. Campanella* et *O. Laestadii* abunde differt, lamellis pallidis et stipite basi nec nudo, nec fulvo, strigoso.

94. **Omphalia Laestadii** Fr. Monogr. II, p. 292, Icon. t. 74, f. 3, Hym. Eur. p. 162. — Pileo carnosulo, hemisphærico, umbilicato, levi, badio-fulvo, nitido; stipite fistuloso, rigido, badio-rufo; lamellis decurrentibus, confertis, distinctis, luteis. 1272

*Hab.* in luco ad Näs Uplandiæ (C. P. Laestadius). — Coloribus accedit ad *O. Campanellam*, sed bene distincta lamellis numquam venoso-connexis et stipitis basi nuda nec floccosa.

95. **Omphalia picta** Fr. S. M. I, p. 166, Icon. t. 77, f. 4, Hym. Eur. p. 163, Cooke Ill. t. 273, Weinm. p. 89. — Pileo membranaceo, campanulato, cucullato, umbilicato, glabro, striato; stipite farcto, corneo, spadiceo, glabro, basi membranula radiosa fulvente; lamellis subdecurrentibus, latissimis, distinctis, distantibus, convexis, pallidis. 1273

*Hab.* ad ligna in fagetis, ad quisquilias ad terram in Europa raro. — Pileus 4-7 mm. altus; stipes 6 cm. longus; sporæ 7-10 $\simeq$ 4, aculeolatæ. Simplex, nobilissima, pileo fuscescente, disco subluteo,

margine pallidiore, numquam expanso, quare lamellæ multo latiores, quam longiores. — Var. *B.* disco concolore, basi nuda; ad terram, habitu plene Batsch f. 86. — Var. *C.* pileo conico, papillato. *A. olivascens* Syll. Ratisb. 2, p. 90. — Cfr. *A. Phiala* Fl. Dan. t. 1730, et Secr. n. 945, major.

96. **Omphalia Cornui** Quél. Bull. Soc. Bot. Fr. 1877, t. 5, f. 1. — 1274
Pileo campanulato dein umbilicato, striato, fulvo-aureo, centro brunneolo stipiteque flocculis granulosis aureis consperso, 12 mm. diam.; lamellis pallide sulphureis, demum fulvo-violaceis, decumbentibus, fragilibus, subdistantibus; stipite subfiliformi 6-8 cm. alto, fibroso-spongioso, corneo, sicco striato-torto.

*Hab.* intér Sphagna in turfosis in Gallia orient.

97. **Omphalia camptophylla** Berk. Engl. Fl. V. pag. 62, Outl. Brit. 1275
p. 133, Fr. Hym. Eur. p. 163, Cooke Ill. t. 210. — Pileo membranaceo, convexo-plano, profunde striato, sicco, fusco, margine griseo; stipite subtiliter fistuloso, sub lente pubescente, luteo, basi radiato-strigoso, rufescente; lamellis decurrentibus, adscendentibus, albis.

*Hab.* inter frustula lignea in Europa. — Stipes 6 cm. longus, admodum tenuis, sæpe flexuosus; pileus 12 cm. latus; lamellæ distinctæ; sporæ 8-10 ≃ 6-8.

98. **Omphalia cyanophylla** Fr. Mongr. II, p. 293, Icon. t. 77, f. 1, (for- 1276
ma pileo cyaneo, stipite luteo) Hym. Eur. p. 163, Kalchbr. Hung. t. 7, f. 2. — Pileo membranaceo, campanulato, umbilicato, striato, e livido v. cyaneo lutescente; stipite fistuloso, æquali, glabro; lamellis decurrentibus, subdistantibus, læte cyaneis.

*Hab.* ad truncos vetustos abiegnos in Europa. — Species pulchella; pilei color varians, sed lamellarum constans; pileus senio lutescit. Statura *O. reclinis;* sporæ 5-7 ≃ 3-4.

99. **Omphalia reclinis** Fr. Epicr. p. 127, Hym. Eur. p. 163, Icon. t. 1277
77, f. 2, Kalchbr. Hung. t. 7. f. 3, Quél. p. 220. — Pileo submembranaceo, rigido, e campanulato convexo, dein umbilicato v. toto infundibuliformi, livido, hygrophano, margine reflexo striato; stipite fistuloso, glabro, tenaci lamellisque decurrentibus, confertis, crassis albis vel griseis.

*Hab.* ad acus et ramulos vietos Abietis in Europa. — Sporæ ellipsoideo-sphæroideæ, uniguttulatæ. 6 ≃ 4-5. Color pilei lividus in albidum v. lutescentem transit. Cum hoc conferendi Secret. n. 1020 et 1045. *A. Phiala* Fl. Dan. 1730 statura quoque convenit, sed reliquæ notæ omnino *O. pictæ*, qua triplo saltem major.

100. **Omphalia deflexa** Karst. Symb. M. F. et Hattsv. p. 137. — Pileo 1278

membranaceo, campanulato-convexo, ut plurimum subumbilicato, undique striato, fuscescente v. pallido-livido, jove sicco pallescente, 2 cm. lato; stipite solido, tenaci, æquali, stricto, basi adscendente, pallido, glabro, apice pruinello, 4–5 cm. longo, 2 mm. crasso; lamellis decurrentibus, subconfertis (= subdistantibus Fr.), arcuatis, albis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 6–7 ≃ 4–6.

*Hab.* locis apricis muscosis in silva Syrjö in Fennia. — A priori proxima pileo haud expanso, margine non reflexo, colore pilei obscuriori stipiteque pallido distans.

101. **Omphalia umbratilis** Fr. Epicr. p. 127, Hym. Eur. p. 164, Icon. t. 77. f. 3, Cooke Ill. t. 274. — Pileo submembranaceo, e campanulato convexo, dein umbilicato, glabro, umbrino-fusco, hygrophano, margine striatulo; stipite farcto, tenaci, glabro lamellisque adnato-decurrentibus, latis, confertis fuscescentibus. 1279

*Hab.* forma major ad fossas Scaniæ, altera minor et tenuior ad ripas lacuum in Smolandia; in Hungaria (Kalchbrenner). — Stipes 2½–6 cm. longus, fusco-ater, intus floccoso-farctus; pileus 2½ cm. latus, siccus canus; sporæ 6–7 ≃ 4–5.

102. **Omphalia invita** Karst. Myc. Fenn. III, p. 89. — Pileo submembranaceo, convexo, umbilicato, glabro, udo striato, fuligineo vel livido-fuligineo, sicco livido vel livido-pallente; stipite farcto, tenaci, æquali, stricto, glabro, apice albo-pruinello, concolori; lamellis adnatis, denticulo decurrentibus, subconfertis, perlatis, planis, albis. 1280

*Hab.* in terra arenoso-humosa nuda ad Mustiala fine mensis Octobris. — Solitaria vel subcæspitosa, inodora; pileus 1,5–3 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, circiter 2 mm. crassus; lamellæ semicirculares, 5 mm. usque latæ; sporæ subsphæroideæ, hyalinæ, 5–6 μ. diam. *O. umbratili* proxima.

103. **Omphalia grisea** Fr. Syst. Myc. I, p. 158, Icon. t. 78, f. 1, Hym. Eur. p. 164, Bern. Ch. Roch. t. XIII, f. 4, Secr. n. 930, Berk. Outl. p. 133. — Pileo submembranaceo, e campanulato convexo, undique striato, glabro, e livido-griseo cano; stipite fistuloso, firmulo, arrhizo, apice leviter incrassato, albido-cinereo; lamellis breviter decurrentibus, distantibus, latis crassiusculis, albido-griseis. 1281

*Hab.* locis graminosis in pinetis Europæ. — Stipes 6–8 cm. longus, 2 mm. crassus; pileus primo subpapillatus, demum leviter umbilicatus; lamellæ distinctæ; sporæ 6–9 ≃ 4.

104. **Omphalia setipes** Fr. Syst. Myc. I, p. 159, Hym. Eur. p. 164, Weinm. Ross. p. 119, Kickx Belg. p. 157. *A. tentatule* Bull. t. 560. f. 2. *A. variegatus* Pers., Secret. n. 929, non Scop. *A. hy-* 1282

*pnicola* Pers. Myc. Eur. 3, pag. 87. — Pileo membranaceo, e conico convexo, subpapillato, undique striato, fusco-griseo; stipite filiformi, stricto, basi pubescente lamellisque longe decurrentibus, subdistantibus, venoso-connexis, albido-griseis.

*Hab.* inter muscos in silvis Europæ et Australiæ. — Pileus 6-9 mm. latus, stipes 8 cm. vel ultra longus, sporæ 6-7 ≃ 2-3. Statura sequentis, cui nimis affinis. Utraque analogas præbet varietates v. c. pileo umbilicato et papillato, stipite glabro et sub lente pubescente. Maxime notabilis est var. *acrocyanea* stipite superne cyaneo: Fr. Ic. t. 75, f. 4.

105. **Omphalia Fibula** Bull. t. 186, 550, f. 1 (*Agar.*), Sowerb. t. 45, 1283
Quèl. t. 4, f. 5, Berk. Outl. p. 433, Pers. Myc. Eur. 3, n. 100-102, Lasch n. 204, 212, 213, Fr. Hym. Eur. p. 164, Pat. Tab. an. n. 110. — Pileo membranaceo, e cucullato expanso, subumbilicato, striato, expallente, sicco levi stipiteque setaceo, debili subaurantiis; lamellis longe decurrentibus, distinctis, albidioribus.

*Hab.* locis humidis, inter muscos frequens in Europa, Amer. bor. et Australia. — Pileus 2-13 mm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ $3^1/_2$-5 ≃ 2. Admodum tenella sed variat in alpibus firmior (Fl. Dan. t. 1071, f. 2), ceterum pileo rarius conico, papillato et demum infundibuliformi, colore fuscescente et omnino albo. Mich. Gen. t. 73, f. 6, Secr. n. 960. — Ut lusus singularis notandus: *A. Swartzii* pileo planiusculo, albido, disco fusco, stipite albido, apice violaceo, sporis 4 ≃ 2: Fr. Obs. I. p. 90. Persoon ut speciem genuinam servat. Nec species distincta videtur *A. nivalis* Fl. Dan. t. 1072, f. 2.

106. **Omphalia directa** B. et Br. Ann. N. H. n. 1931, Cooke Ill. t. 1284
251 a. — Alba, gracillima; pileo gomphiformi, apice plano; stipite ascendente, versus basim pilis longis vestito; lamellis longe decurrentibus.

*Hab.* in foliis dejectis Chiselhurst Britanniæ. — Stipes rufulus, filiformis 2 cm. altus.

107. **Omphalia fibuloides** Peck 24 Rep. of St. Mus. p. 63. — Pileo car- 1285
noso, tenui, convexo, profunde umbilicato, glabro, hygrophano, udo obscure aurantio atque striatulo, sicco pallidiore; stipite æquali, glabro, cavo pileo subconcolore, basi mycelio albo; lamellis subconfertis, arcuatis, longe decurrentibus, venoso-connexis, candidis; sporis subellipsoideis 8 μ. long.

*Hab.* in muscosis adustis, in pascuis, Greig Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-5 cm. adæquans, pileus $1^1/_4$-2 cm. latus, stipes vix 2

mm. crassus. Quandam cum *O. Fibula* præbet similitudinem sed magnitudine, stipite brevi lamellisque venoso-connexis facile distincta.

108. **Omphalia gomphomorpha** Berk. F. Austr. n. 238. — Lurida, claviformis; pileo umbilicato; stipite sursum incrassato, fibrilloso, rufo, e mycelio candido fibrilloso oriundo; lamellis angustis. 1286

*Hab.* ad terram dense fasciculata, Rockhampton Austral. (A. Thozet). — Pileus circiter 8 mm. latus; stipes 6 mm. longus, 2 mm. crassus, pileo pallidior. Affinis *O. Fibulæ*.

109. **Omphalia Belliæ** Johnst. apud Berk. Ann. Hist. Not. I, vol. VI, t. 10, f. 1, Outl. p. 134, Fr. Hym. Eur. p. 165, Cooke Ill. t. 251. — Pileo membranaceo, cyathiformi, sicco, fuscescenti-pallido, margine striato, undulato; stipite fistuloso, rigido, glabro, basi brunneo, villo denso inserto; lamellis decurrentibus, subdistantibus, crassis, venoso-connexis, pallidioribus. 1287

*Hab.* in culmis emortuis Arundinis in Europa. — Pileus 12 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ oblongæ, hyalinæ. Singulari forma ab omnibus differt.

110. **Omphalia gracilis** Quél. 10 Suppl. p. 2, tab. VIII, fig. 2. — Candida; pileo membranaceo, campanulato-hemisphærico, 5 mm. lato, apiculato, glabro, striato, sulcato; stipite filiformi, subtiliter fistuloso, pruinoso, pellucido, basi radicanti et villoso; lamellis arcuato-decurrentibus, distantibus, tenuibus; sporis virguliformibus, 8 ≃ 2, 1-2-guttulatis. 1288

*Hab.* ad terram radicesque in silvis Jura, æstate. — *Omphalia setipedi* proxima.

111. **Omphalia gracillima** Weinm. Ross. p. 121, Fr. Monogr. I, p. 193, Icon. t. 75, f. 5, Hym. Eur. p. 165, Cooke Ill. t. 252, *A. menthæcola* Lasch n. 205, *A. pseudo-androsaceus* Secr. n. 958, Vaill. Par. p. 71, n. 6. — Nivea; pileo membranaceo, hemisphærico, subflocculoso, ad latera sulcato; stipite filiformi, tenui, brevi, basi floccoso; lamellis decurrentibus, tenuibus, alternis dimidiatis. 1289

*Hab.* locis paludosis ad varias herbas putrescentes in Europa, Sandlake, Amer. bor. et Australia. — Junior subflocculosa, pileo medio nunc depresso, nunc papillato, 4-7 mm. lato. Stipes 13 mm. longus; sporæ 6-7 ≃ 3.

112. **Omphalia Arethusa** Berk. in Ann. Mag. Nat. Hist. 1885, p. 385. — Pusilla, glabra, tota alba; margine crenato; stipite pellucido gracili. 1290

*Hab.* in graminosis, solitaria, Zanzibar. — Pileus 6 mm. lat., umbilicatus; stipes 12-14 mm. longus, vix 1 mm. cr.

113. **Omphalia rhyssospora** Mont. Syll. Crypt. n. 362. — Cæspitosa; pileo carnoso-membranaceo, convexo-hemisphærico, centro depresso umbilicato, margine striato griseo ardosiaco; stipite fistuloso, dilutiori; lamellis tridymis, postice late adnexis, ungue decurrentibus, pallidis tandem pulverulentis; sporis episporio crispato rugulosis. 1201

*Hab.* ad folia decidua in silvis, circa Columbum Amer fœder. (Sullivant). — Pileus 2-3 cm. latus, $1^1/_2$-2 cm, altus. Stipes fragilis (saltem in sicco) 5-8 cm. longus, 3 mm. in medio crassus, basi dilatata, mycelio floccoso albo foliis delapsis adfixus, apice in pileum dilatatus, pileo concolor at valde dilutior, potius cinereus, levis. Lamellæ autem omnes antice attenuato-acutæ, longiores vero stipiti tractu longo (3-4 mm.) adnexæ denteque brevi decurrentes, venis parum exstantibus anastomosantes, primo incarnatæ, siccæ pallidæ et pulverulentæ, medefactæ 70 $\mu$. crassæ. Hymenium ex basidiis brevibus clavatis constans. Sporæ quaternatæ (?) singulares, gigartoideæ, hyalinæ, episporio rugoso, 1-2 nucleatæ, uno fine acuminato-substipitatæ, $10 \simeq 5$.

114. **Omphalia purpureo-rosea** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 358, Cent. V, n. 81. — Pileo membranaceo, convexo, profunde umbilicato, radioso-fibroso, striato, margine repando; stipite gracili, basi fusiformi, apice subincrassato in sicco tortili striatulo; lamellis paucis (8-10) latiusculis, decurrentibus, acie obtusis, concoloribus. 1202

*Hab.* in districtu Morro quemado Brasiliæ (White et Guerin-Meneville).

115. **Omphalia versatilis** Bert. et M. Syll. Crypt. n. 357 et Fl. Chil. VII, p. 335. — Pileo umbrino fuligineo, velutino, difformi, convexo dein cyathiformi, margine repando, undulato; lamellis confertis, primo albis demum carneo-flavescentibus; stipite solido, tenui, albicante (interdum excentrico) fibroso-striato, basi inflexa radicante. 1203

*Hab.* ad parietes post pluvias Rancagua in Chile (Bertero).

116. **Omphalia Nevillæ** Berk. in Grevillea. — Pileo hemisphærico, bruneo, depresso, rugoso, striato, minute granulato; margine tenuissimo, pallescente impunctato; stipite pallidiore nigro-granulato albofarcto, basi subdilatato villoso-strigoso; lamellis candidis, arcuato-decurrentibus, interstitiis lateribusque venoso-rugosis. 1204

*Hab.* supra Sphagnum in vase Orchidearum, Dangstein. — Pileus 12 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus. Aliquantulum refert *O. affricatam*, sed non infundibuliformis, neque squamis pilosis variegata, lamellæ vero albæ, non cinereæ,

117. **Omphalia Bullula** Brig. t. XVI, f. 1, B. et Br. Ann. N. H. n. 1753, Cooke Ill. t. 252. — Sparsa, parva, tota alba; pileo hemisphærico, membranaceo, diaphano; stipite tenuissimo, filiformi; lamellis arcuatis, decurrentibus. 1295

*Hab.* in ramulis emortuis in agro Neapolitano et Coed Coch in Britannia.

118. **Omphalia Delicia** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 527. — Pileo campanulato umbilicato, umbonato, striato, tomentoso; stipite brevi, gracili, basi incrassato, e filis radiantibus oriundo, sursum pulverulento; lamellis decurrentibus. 1296

*Hab.* in ramulis emortuis, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 5-8 cm. latus.

119. **Omphalia flavella** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — Sulphurea; pileo convexo, tenui, glabro, striato; stipite capillari, sursum dilatato, puberulo; lamellis paucis, distantibus, decurrentibus. 1297

*Hab.* ad ramulos in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright).

120. **Omphalia viridi-carnea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 526. — Pileo tenui, crenato, sulcato, carneo-virescente; stipite curvo, cartilagineo, fistuloso, fulvo; lamellis albo-carneis, adnato-decurrentibus, distantibus. 1298

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 2-2½ cm. latus, umbilicatus vel totus carneus vel viridis margine roseo; lamellæ 2 mm. latæ.

121. **Omphalia subpellucida** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 286. — Fascicularis; pileo subumbilicato, convexo, tenui, sulcato, glabro albido; stipite cavo, pellucido, glabro; lamellis distantibus adnato-decurrentibus, albidis. 1299

*Hab.* ad truncos emarcidos in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus; stipes 2½-3 cm. longus.

122. **Omphalia centenaria** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Valde cæspitosa; pileo conico-convexo, umbonato, sulcato, fragili; stipitibus fistulosis, deorsum tomentoso-connatis; lamellis longe decurrentibus. 1300

*Hab.* ad truncos emarcidos in silvis, cæspitibus densis, Carol. inf. Amer. bor. (Ravenel, Curtis). — Pileus 12 mm. latus, tenuissimus; margo grosse striatus; stipes 8-10 cm. longus albidus, hyalinus, annulato-maculatus, basi obscurior; lamellæ candidæ. Habitus perfecte *Myc. myriadeæ* sed lamellæ breviter decurrentes.

123. **Omphalia euomphalos** Berk. Dec. n. 504. — Pileo umbilicato, te- 1301

nui, striato, cinereo-albido; stipite gracili, sursum dilatato, lineato-striato; lamellis latis, decurrentibus, albidis.

*Hab.* ad terram, Panuré Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2-4 cm. latus, profunde umbilicatus; stipes 4-5 cm. longus, udus umbrinus, fibrosus; pileus in fungo sicco rufo-brunneus.

124. **Omphalia hypoleuca** Berk. Dec. n. 505. — Albida; pileo umbilicato ruguloso; stipite tenui, deorsum incrassato, tomentoso; lamellis latiusculis, decurrentibus. 1302

*Hab.* in truncis arborum, Panuré Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 8 mm. latus; stipes 2½ cm. vel ultra longus, vix 2 mm. crassus, paucis filamentis delicatis adfixus; lamellarum interstitia venosa.

125. **Omphalia? Paraguariensis** Speg. Fungi Guar. Pug. 2, n. 7. — Individuis 15-30-fasciculato-cæspitosis, truncigenis; pileo subcarnosulo-membranaceo, hemisphærico-expanso, centro abrupte umbilicato 1-2 cm. diam., albo, medio fuscescente, margine recto, tenui (pellucido, sæpe in sicco), integro, latiuscule striato; lamellis membranaceis subcanfertiusculis, trimacriis, utrinque acutis, postice conspicue latioribus atque regulariter adnato-subdecurrentibus, acie integerrima, pileo concoloribus; stipite longiusculo, gracili 5-8 cm. longo 1-1,5 mm. crass., tereti, late fistuloso, cortice tenui, fibrosulo-tenacello, fuscescenti-albo, glabro, basi confluenti-fasciculato, nodulum obconicum, 1,5 cm. long. 4-7 mm. crass. carnosulo-lentum fuscescentem albo-pubescentem efficiente; sporis non visis. 1303

*Hab.* ad rimas truncorum putrescentium in silvis prope Paraguari. — Species *O. Campanella* Batsch valde affinis; stipite non corneo, glabro etc. recedens; sporis non visis, sectio dubia!

126. **Omphalia Rhododendri** Peck 27 Rep. p. 94, tab. 2, fig. 15-19. — Alba, leviter viscida jove udo; pileo convexo, glabro, umbilicato, margine striato; stipite tenui verrucis minutis, glandulosis, albis aspero; lamellis arcuato-decurrentibus, subconfertis acie granulatis.. 1304

*Hab.* ad truncos Rhododendri maximi, Forestburg Amer bor. — In stipitis verrucularum præsertia nota essentialis posita est.

127. **Omphalia olivaria** Peck 25 Rep. p. 76. — Pileo convexo, umbilicato, glabro, luteo-olivaceo; stipite curto, æquali, glabro, cavo; pileo concolore; lamellis arcuatis, decurrentibus, subdistantibus, pallido-luteis; sporis subglobosis vel late ellipsoideis, 6½ μ. long. 1305

*Hab.* ad terram adustam sub arboribus resinosis, North Elba

Amer. bor. — Statura 2½–4 cm.; pileus 2½ cm. latus; stipes 2 mm. crassus.

128. **Omphalia Austini** Peck 28 Rep. St. Mus. p. 48. — Alba subtenax; pileo convexo vel hemisphærico, glabro, striato, profunde umbilicato, interdum perforato, udo viscido; stipite tenui, æquali, cavo, glabro, basi villoso; lamellis subdistantibus, decurrentibus; sporis ellipsoideis, 4 μ. long. 1306

*Hab.* in trunco deiecto emortuo abietino, Providence, Saratoga county, Amer. bor. — Gregaria circiter 2½ cm. alta; pileus 6–12 mm. latus. Cl. viro *C. F. Austin* dicata.

129. **Omphalia chlorocyanea** Pat. Tab. analyt. Fasc. IV, p. 145 n. 318, Fl. Dan. t. 1672, f. 1? — Pileo membranaceo, convexo, 7–8 mm. lato, margine striato, villoso, viridi-cæruleo fusco; stipite pleno, gracili, 1,5–2 mm. alto, leniter velutino; pileo concolori; lamellis distantibus, inæqualibus, decurrentibus, viridulis; basidiis 4 sterigmatibus præditis; sporis ovoideis, hyalinis. 1307

*Hab.* ad terram inter muscos, Chaville Galliæ, vere. — Caro cæruleo-viridis.

130. **Omphalia plumbaria** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 28. — Pileo convexo, centro depresso, griseo-plumbeo; stipite recto, basi floccis, brevibus affixo; lamellis distantibus, decurrentibus. 1308

*Hab.* in lignis putrescentibus in insula Bonin.

131. **Omphalia scabriuscula** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 85. — Pileo tenui, late convexo vel expanso, striato, cavo; stipite firmo, flavo, minute squamuloso, solido vel farcto; lamellis distantibus, latis, subtriangularibus, venulis numerosis connexis, albis v. pallide flavis. 1309

*Hab.* in truncis humi jacentibus in silvis pr. M. Adirondack Americæ bor., augusto — 3,5–5 cm. alta; pileus 1,5–3 cm. latus.

132. **Omphalia Oculus** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 84. — Pileo tenui, convexo, umbilicato, plerumque parvo umbone vel papilla in umbilico prædito, minute squamuloso, albido, umbilico brunneo-fusco; stipite albido, minute squamuloso furfuraceove, cavo, sæpe curvo, subrimuloso; lamellis albis, angustis, confertis, subarcuatis. 1310

*Hab.* in truncis humi jacentibus in silvis pr. M. Adirondack in America boreali, augusto — 2,5–5 cm. alta; pileus 1,5–3 cm. latus; stipes 2,5 mm. crassus.

133. **Omphalia chrysea** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 85. — Pileo tenui, convexo, demum plano vel depressulo, umbilicato, striatulo, minute squamuloso; stipite sublevi, cavo v. farcto, quandoque curvulo; lamellis non confertis, subangustis, flavis. 1311

*Hab.* in silvis pr. M. Adirondack in America boreali, augusto. — Totus fungus flavus, 2,5-3,5 altus; pileus 2-3 cm. latus; stipes 2,5 mm. crassus.

134. **Omphalia psilocyboides** Karst. Myc. Fenn. III, p. 368. — Pileo 1312
carnosulo-membranaceo, convexo, umbilicato, glabro, fulvo-luteo; stipite farcto, æquali spadiceo, adpresse albido-fibrilloso, apice pallidiori et pruinoso; lamellis distinctis, rotundato-liberis, confertiusculis, latissimis, albido-luteis.

*Hab.* locis graminosis humidis ad Mustiala Fenniæ, mense Sept. — Simplex, tenax; pileus 3 cm. usque latus; stipes tenuis, 8-12 cm. longus, vix 2 mm. crassus; lamellæ vix duplo longiores quam latiores.

**) *Integrellæ:* lamellis pliciformibus, angustis.

135. **Omphalia integrella** Pers. Ic. et descr. t. 13, f. 5, Fr. Syst. Myc. 1313
I. p. 161, Icon. t. 75, f. 6, Hym. Eur. p. 165, Cooke Ill. t. 252, Secret. n. 959, Berk. Outl. p. 134. — Alba, fragilis; pileo ex hemisphærico expanso, pellucido-striato; stipite tenuissimo, brevi, deorsum pubescente; lamellis decurrentibus, æqualibus, pliciformibus, distantibus, subramosis, acie acutis.

*Hab.* in terra humosa, ligno putrescente in Europa et Australia, et in cortice Acaciæ horridæ in Africa austr. — Gregaria, mollis, versiformis; pileus 4-9 mm. latus; stipes circiter $2^1/_2$ cm. longus; sporæ 6-7 ≃ 4.

136. **Omphalia crispula** Quél. 10. Suppl. p. 3, tab. VIII, fig. 4. — 1314
Albo-nitens, diaphana; pileo tenuissimo, 3-4 mm. lato, convexo-plano, fimbriato, pruinoso; stipite capillari, brevi, 1 cm. alto, pruinoso vel pubescente; hymenio plicato vel venoso, sæpe sublevi; sporis ovoideis, 8 μ. longis, 2-3-guttulatis.

*Hab.* in cumulis truncorum putrescentium Solani tuberosi, Jura, vere. — Inter Cantharellos et Arrhenias intermedia, et forte lusus *Omph. integrellæ.*

137. **Omphalia cuspidata** Quél. 10. Suppl. p. 2, tab. VIII, fig. 3. — 1315
Ex albo hyalina; pileo membranaceo, convexo, 2-3 mm. lato, umbone conico instructo sæpe excentrico, fimbriato, striato, subtiliter floccoso; stipite filiformi, sursum pulverulento, basi bulbilloso setisque hirto; lamellis angustissimis, decurrentibus, ramosis, marginem versus obliteratis; sporis pruniformibus 8 μ. longis, subtiliter granulosis.

*Hab.* inter folia emortua et ramos Fagi in silvis Jura, vere

et æstate. — *Omphaliæ integrellæ* proxima at sporarum forma diversa.

138. **Omphalia microscopica** Wirtgen in Flora 1835, pag. 321, Fr. Hym. Eur. p. 165. — Minima, diaphana; pileo tenuissimo, infundibuliformi, 4-6-sulcato; stipite capillari, æquali; lamellis angustissimis, arcuatis. 1316

*Hab.* ad ligna putrida in Europa. — Ob pileum primitus subinfundibuliformem, 2-5 mm. latum notabilis.

139. **Omphalia micromeles** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 527. — Pusilla; pileo subinfundibuliformi, hyalino; stipite brevissimo; lamellis paucis, angustis, decurrentibus. 1317

*Hab.* in lignis emortuis, Ceylon Indiæ (THWAITES) et in ditione Sarawak. — Alba, interdum luteo picta; pileus circiter 4 mm. latus, valde depressus, striatus; stipes 2 mm. longus tubulo centrali. Stricte affinis *O. microscopicæ*.

140. **Omphalia polyadelpha** Lasch n. 208, Secr. n. 961, Fr. Monogr. p. 194. Hym. Eur. p. 165. — Minutissima, nivea, tenacella; pileo tenuissimo, hemisphærico, sulcato, flocculoso; stipite tenerrimo, basi floccoso; lamellis decurrentibus, rugiformibus. 1318

*Hab.* denso agmine ad folia putrida Quercus, Fagi in Europa sero autumno. — Pileus 1-2 mm. latus; stipes 6-13 mm. longus. Distinguit insuper Lasch n. 209 *O. caricicolam* inter hanc et *O. integrellam* mediam. — Teste Grevillea 1879 ad *Marasmium* propius accedit.

141. **Omphalia? succinea** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 8. — Perpusilla, tota pulchre aurantio-succinea, subpellucida (fere tremelloidea, in sicco!); pileo primo subgloboso, margine stipite contiguo, subinvoluto ac pallescente, dein hemisphærico-explanato, 1,5-2 mm. diam., glaberrimo, levissimo, exumbonato, tenui membranaceo-subcarnosulo, rigidulo (in sicco); lamellis paucis (10-12), distantibus, subpliciformibus, pileo concoloribus, dimacriis, utrinque acutis in stipitem denticulo decurrentibus, stipite mediocri, gracili (2-4 mm. long. 3-4 mm. crass.), tereti, deorsum vix incrassatulo, ascendenti-incurvo, pileo non vel vix obscuriori, levi, glabro, tenuissime fistuloso (?), basi quandoque lenissime subanulato-incrassatulo, albo-puberulo; sporis non visis. 1319

*Hab.* in culmis dejectis putrescentibus Bambusaceæ spinosæ cujusdam, prope Arroyo-guaxù in silva virginea Caà-guazù Brasiliæ. — Species minima, pulchella, colore et consistentia distinctissima!

142. **Omphalia Polypus** Kalch. Myc. univ. n. 801, Thüm. in «Flora» 1320

1877, p. 408. — Pileo membranaceo, convexo, leviter umbilicato, 6-9 mm. lato, striatulo, nudo, e gilvo rufescente; stipitibus fasciculatis, fistulosis, æqualibus, apice dilatatis, levibus, glabris, basi albo villosis, $2^1/_2$-5 cm. et ultra longis, vix 2 mm. crassis, pileo concoloribus; lamellis breviter decurrentibus, valde distantibus, angustissime pliciformibus, haud venosis.

*Hab.* in silvis ad pedem montis Boschberg promont. Bonæ Spei, Somerset-East (Mac Owan).

Species nobis ignota.

143. **Omphalia Muelleriana** Berk. in Herb. Berkeley, Cooke F. Austria- 1321
liani pag. 4 (absque diagnosi).

*Hab.* in Gipps' Land Australiæ.

**PLEUROTUS** Fr. S. M. I, p. 178 (Etym. *pleura* latus et *ous, otos* auris). — Stipes excentricus, lateralis vel nullus. Epiphyti (rarissime terrestres), irregulares, carnosi v. membranacei, subinde tenacelli.

A Chondripedibus (*Collybia, Mycena* et *Omphalia*) Pleuroti facillime dignoscuntur, sed a reliquis hymenophoro cum stipite contiguo (*Armillaria, Tricholoma, Clitocybe*) sæpe tantum statione epixyla. Nam multi Pleuroti sectionis primæ verticaliter nati, v. c. *P. corticatus, ulmarius, spodoleucus*, stipitem habent centralem et pileum regularem, horizontalem. E contrario variæ Clitocybarum et Omphaliarum species in situ obliquo, præcipue ad viarum latera, excentricæ variant et obliquæ. — Inter *Lactarios, Cantharellos, Marasmios* omniaque ultima Agaricinorum genera etiam adsunt Pleurotis analogi. — Duæ species recedunt sporis dilute lilacinis, unde cel. Worth. Smith illas ad tribum Claudopus, Pleurotis inter Rhodosporos analogam, refert.

I. Excentrici. Pileus integer, lateraliter productus, excentricus, ut passim lateralis appareat; attentius vero observatus etiam in latere mutilo observatur margo tenuis (cfr. Batt. t. 9, f. E.), quo ejusmodi formæ a vere dimidiatis differunt.

*) *Lepiotarii:* velo annulato. Cfr. *Armillaria pleurotoides.*

1. **Pleurotus corticatus** Fr. Syst. Myc. I. p. 179, Hym. Eur. p. 166, 1322
Weinm. Ross. p. 122, Lasch n. 547, Pers. Myc. Eur. 3, n. 44, 59, Quél. p. 77, Berk. et Br. n. 995 (non Saund. et Sm.), Secr. n. 53 excl. syn. — Pileo compacto, integro, villo denso, demum floccoso-squamoso obducto; stipite firmo, radicato, subexcentrico, fibrilloso, annulo membranaceo, lacero; lamellis decurrentibus, subdistantibus, divisis, albis, postice anastomosantibus.

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum in Europa, prope Ssamodurosoka in Sibiria, in truncis emortuis, Gracemere in Australia (O. Shanesy). — Pileus 6-20 cm. latus; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 3 cm. crassus; sporæ oblongatæ, hyalinæ, 9-14 ≃ 4-6. Magnifica, ampla species; pileus tomentosus, e griseo albicans, interdum cum lamellis lutescens. *A. candidum* Schaeff. t. 225, maxime fallacem et terrestrem dictum, ad hunc pertinere suspicatur Fries. — * **P. tephrotrichus** Fr. l. c. Secret. n. 1060, Hym. Eur. p. 166, Lasch n. 240. Minor, obsolete annulatus, margine stipiteque villosis. Præcipue in pinetis Europæ, sporadicus. Juxta terram radicans. Facile propria species.

2. **Pleurotus Albertinii** Fr. Syst. Myc. I, p. 179, Hym. Eur. p. 166, 1323
*A. Lepiota* Alb. et Schwein. p. 229. — Pileo carnoso, convexo, dimidiato, squamulis pilosis nigricantibus adsperso; stipite verticali, firmo, ad annulum fuligineum nigricanti-squamuloso; lamellis decurrentibus, distinctis, albis.

*Hab.* in disco trunci abietini in Lusatia. — Cum alio vix conjungi potest. Pileus semiorbicularis, una cum annulo fuligineus, postice non marginatus, 11-14 cm. latus.

3. **Pleurotus dryinus** Pers. Syn. p. 478 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 180, 1324
Hym. Eur. p. 167, Secr. n. 1055, Hussey II, t. 29, 33, Vent. t. 44, f. 1, 2, Cooke Ill. t. 226, *A. dimidiatus* Schaeff. t. 233. — Pileo compacto, duro, obliquo, glabriusculo, squamis maculiformibus, fuscescentibus variegato, velo fugaci, lacero, albo appendiculato; stipite sublaterali, curto, obeso; lamellis decurrentibus, angustis, subsimplicibus nec postice anastomosantibus.

*Hab.* ad truncos induratos Quercus in Europa et in insula Ceylon (Gardner). — Pileus minor, durior, stipite $2^1/_2$ cm. longo obliquo, pileo circiter 6 cm. lato, postice marginato nec vere laterali ut prioris. Paul. t. 18, f. 3, 4, quas ad *P. dryinum* refert auctor, cum hoc nullam præbent similitudinem.

4. **Pleurotus spongiosus** Fr. Epicr. p. 130, Monogr. I, p. 237, Hym. 1325
Eur. p. 167, Worthingt. Smith in Cooke Ill. t. 253. — Pileo carnoso-spongioso, molli, excentrico, pulvinato, cinereo-tomentoso; stipite perbrevi, arrhizo, tomentoso, albo; lamellis sinuato-adnexis, simplicibus, albis.

*Hab.* ad truncos muscosos Fagi in Europa. — Rara et valde insignis species. Stipes vix $2^1/_2$ cm. longus, interdum nullus; pileus 5-8 cm. latus, Annulus albus, mox laceratus, margini pilei appen-

diculatus; sporæ 10 ≃ 5. *A. pulvinatus* Lasch n. 548 (non Pers.) differt velo nullo, lamellis angustis decurrentibus.

5. **Pleurotus calyptratus** Lindblad in Fr. Monogr. I, p. 238, Fr. Hym. Eur. p. 167. — Pileo carnoso, molli, laterali-dimidiato, horizontali, reniformi, glabro, viscido; stipite nodulum villosum referente, annulo membranaceo-viscido, dein lacero rupto; lamellis nodulo adnatic, horizontalibus, confertis, ex albo lutescentibus. 1326

*Hab.* in truncis putridis Populi per corticem erumpens in Europa. — Species mirabilis, cujus pleniorem descriptionem videas l. c. Velum *Gomphidi glutinosii* æmulans. Pileus fuligineus, lividus.

6. **Pleurotus connatus** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 29. — Pallide luteus; pileis exccentricis tenuibus, nitentibus, glabris; stipitibus fibrillosis connatis; lamellis decurrentibus; annulo deflexo. 1327

*Hab.* in lignis emortuis in insula Arakamtchechene, in freto Behring. — Habitus *Pholiotæ pudicæ*, at lamellæ decurrentes et sporæ albæ.

**) *Tricholomatarii:* velo nullo, lamellis sinuatis vel obtuse adnatis.

7. **Pleurotus ulmarius** Bull. t. 510 (*Agar.*), Sowerb. t. 67, Vittad. Mang. t. 23, Fr. Atl. Svamp. t. 37, Fr. Hym. Eur. p. 167, Cooke Ill. t. 227, Pers. Myc. Eur. 3, n. 63, β. 64-66. — Pileo carnoso-compacto, convexo-plano, glabro, submaculato, udo; stipite subexcentrico, deorsum incrassato, subtomentoso; lamellis adnexis (emarginatis vel rotundatis), subconfertis, latis, albidis. 1328

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum, præcipue Ulmi, frequens, in Europa et Amer. fœder. — Pileus 8-30 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 3 cm. crassus; sporæ subsphæroideæ 5-6 μ. diam. Sec. Voglino sp. 3-5 μ. diam.; basidia 29 ≃ 7; sterigmata quaterna 3 ≃ 2. Vulgo amplus, stipite valido, nunc basi, nunc toto tomentoso (*A. dasypus* Pers.). Pileus livido-pallescens, ochroleucus (Price f. 83), maculis sæpe variegatus, interdum tessulato-rimosus. — *B.* **verticalis**, stipite centrali: *A. inclusus* Scop., *A. ursipes* Lasch n. 510.

8. **Pleurotus tessulatus** Bull. t. 513, f. 1 (*Agar.*), Pers. Myc. Eur. 3, n. 65, t. 23, f. 4, Fr. Monogr. I, p. 239, Hym. Eur. p. 168, Cooke Ill. t. 254. — Pileo carnoso, convexo-plano, glabro, guttato-marmorato, fulvo-pallescente; stipite excentrico, brevi, compacto, deorsum attenuato, glabro; lamellis uncinato-adnatis, confertis, albis v. lutescentibus. 1329

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum raro, in Europa. — Pileus 5-8 cm. latus. Priore minor, odore fere farinæ recentis.

9. **Pleurotus mongolicus** Kalchbr. F. Mong. p. 57. — Pileo carnoso, 1330
compacto, obtuso, ambitu irregulari, pellicula disrumpente, dilute gilvo-ferruginea, glabra, squamoso-maculata tecto; stipite solido, excentrico, curto, ventricoso, curvato-adscendente, ferrugineo-squamuloso et longitudinaliter rimoso; carne firma, in pileo alba, in stipite lutescente; lamellis obtuse adnatis, latiusculis, ventricosis, confertis, pallidis.

*Hab.* in truncis Mongoliæ borealis, sine loco (Potanin). — A proximo *P. tessulato* Bull. et ceteris suæ gregis stipite squamoso distinctus.

10. **Pleurotus pardalis** Schulz. in Kalchbr. Icon. t. 8, f. 2, Fr. Hym. 1331
Eur. pag. 168. — Cæspitosus; pileo carnoso, convexo, subcentrali, glabro, castaneo, dein guttato-maculato; stipitibus validis, solidis, basi connatis, albis; lamellis adnexo-secedentibus, liberis, confertis, pallidis.

*Hab.* ad truncos Quercus in Hungaria australi. — Stipite centrali pileoque subregulari convenit cum Tricholomatibus, sed e statione epixyla et affinitate præcedentium hoc loco inserendus. Odor ingratus *Polypori squamosi*. Pileus 2-5 cm. latus.

11. **Pleurotus Bretschneideri** Kalchbr. F. Mongol. p. 58. — Pileo 1332
carnoso, tenui, plano-convexo, integro, pellicula subcoriacea, glabra, fusca, sæpe areolatim disrumpente tecto; stipite solido, excentrico, brevi, incurvo, subæquali, glabriusculo, pileo dilutiore; lamellis sinuato-adnexis, utrinque attenuatis, confertis, pallidis, siccitate argillaceis.

*Hab.* in Sina boreali, Hiang-sin et Hiang-ku, in truncis (Bretschneider). — Pileus 2-8 cm. latus, 2-4 mm. crassus, sæpe uno latere contractus, subreniformis; stipes 12 cm. longus, 6 mm. crassus. A *P. tessulato* Bull. pileo haud compacto, a *P. pardali* Schulzer stipite tenui colorato bene distinctus et utroque multo minor.

12. **Pleurotus decorus** Fr. Syst. Myc. I. p. 108, Monogr. I. p. 144, 1333
Icon. t. 60, f. 1, Hym. Eur. p. 168, *A. galbanus* Lasch n. 526, ex quo Fr. Epicr. p. 41. — Luteus; pileo carnoso, tenui, e convexo explanato, obtuso, squamulis adnatis, pilosis, nigricantibus scabro; stipite farcto, demum cavo, fibrilloso; lamellis obtuse adnatis, secedentibus, confertis.

*Hab.* nobilissima Pleurotorum species, passim ad truncos Pini obvia in Europa. — Pileus 6-14 cm. latus; stipes $2^1/_2$-7 cm. longus. 4-7 mm. crassus; sporæ sphæroideæ, 6 $\mu$. diam. Cl. Gillet ad

*Clitocyben* ducit, Quélet ad *Tricholoma*. Caro tenuis, lutea. Variat centralis et excentricus; pileo olivaceo-luteo et locis inundatis fuligineo-flavido.

13. **Pleurotus ornatus** Fr. Epicr. p. 130, Hym. Eur. p. 168, Icon. t. 86, f. 1. Huic saltim affinis Létell. t. 699, sed robustior. — Pileo carnoso, convexo-plano, umbonato, squamulis floccosis, fusco-ferrugineis, secedentibus velato; stipite spongioso, excentrico, glabro lamellisque obtuse adnatis, margaritatis, subdistantibus, luteis. 1334

*Hab.* ad truncos pineos, præcipue abiegnos in Europa, raro. — Stipes $2^1/_2$–7 cm. longus, 6–11 mm. crassus, apice subfarinolentus; pileus minorum regularis, majorum excentricus, undulato-lobatus, carne luteo-alba; sporæ ovoideæ aculeolatæ, 6 $\mu$. long. Cl. Quélet hanc speciem olim ad *Tricholoma* retulit.

14. **Pleurotus subpalmatus** Fr. Epicr. p. 131, Hym. Eur. p. 168, Cooke Ill. t. 255, Berk. Outl. p. 135, Secr. n. 1065, *A. palmatus* Sowerb. t. 62, non Bull. — Cæspitosus, rufescens; pileo carnoso, molli, convexo-plano, obtuso, ruguloso, cute gelatinosa; stipite excentrico, fibroso-molli, incurvo, æquali, fibrilloso; lamellis adnatis, confertis, postice junctis. 1335

*Hab.* ad truncos et ligna in Anglia, Helvetia, Suecia et Germania. — Pileus 8–11 cm. latus; stipes $2^1/_2$–6 cm. longus, $^1/_4$ cm. crassus; sporæ subtiliter echinulatæ, 6 ≃ 4. Species valde insignis carne instar Fistulinæ variegata; pileus, præcipue junior, pellicula viscida tectus.

15. **Pleurotus coriipellis** Fr. Epicr. p. 131, Hym. Eur. p. 169. — Solitarius; pileo carnoso, rigido, glabro, udo, subspadiceo, pellicula crassa separabili, disco compacto umbonato; stipite excentrico, verticali, rigido, fibrilloso-striato, albido; lamellis arcuato-adnatis (denticulo decurrentibus), planis, confertis, albis. 1336

*Hab.* ad basim truncorum Quercus, in Suecia. — Stipes 6–8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, intus rubescens; pileus fere nigricans, sed siccus cervinus v. lutescenti-brunneus. Caro fusco-alba.

16. **Pleurotus craspedius** Fr. Epicr. p. 131, Monogr. 1, p. 241, Icon. t. 86, f. 2, Hym. Eur. p. 169, Cooke Ill. t. 256. — Cæspitosus; pileo carnoso, plus minus excentrico, crenato lobatoque, levi, glabro, subtestaceo; stipite solido, firmo, elastico, glabro, pallido; lamellis adnatis, confertis, angustis, candidis. 1337

*Hab.* ad truncos in pinetis Europæ. — Stipes $2^1/_2$ cm. usque crassus, intus spongiosus, nunc æqualis, nunc basi incrassatus, 2,5 cm. usque crassus; pileus 8–13 cm. latus; interdum lateralis, sed

postice marginatus, disco compactus, sed versus marginem tenuis, sub pluviis autumnalibus alutaceo-pallescens, sine pellicula secernibili; sporæ 5 ≃ 4-5. Pauletii t. 44, f. 3 quoad formam bona, sed color griseus. — Var. **rubustior** Saund. et Smith Ill. t. 7. pileo compacto, margine crenato-sulcato.

17. **Pleurotus fimbriatus** Bolt. t. 61 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I. 94 cum syn., Hym. Eur. p. 169, Berk. Outl. p. 135, Cooke Ill. t. 178, Sterb. t. 15, *B.* — Pileo carnoso, tenui, e plano infundibuliformi, levi, hyalino, albido, hygrophano, margine demum sinuato-lobato; stipite subexcentrico, e farcto compresso, firmo, brevi, arrhizo, villoso; lamellis adnatis, tenuibus, confertissimis, subfurcatis, albis. 1338

*Hab.* ad ligna mucida Fagi in Suecia, Anglia, Helvetia et Germania. — Pileus 8 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus. Species insignis, *P. lignatili* affinis. Pileus et stipes juniores facile vestiti, sed adulti denudati. Odor farinæ recentis, obsoletus. — ***P. lachnopus** Fr. Obs. I. p. 18, Hym. Eur. p. 169. Irregularis; pileo subcompacto, repando, fusco-cinereo, e furfuraceo demum subnudo; stipite farcto, brevi, villoso; lamellis adnatis, crassiusculis, subvenosis, confertis, candidis. In Suecia. Lamellis forte monstrosus, sed proximis sine dubio affinis.

18. **Pleurotus lignatilis** Fr. Syst. Myc. I, p. 94, Monogr. I. p. 243, Hym. Eur. p. 169, Fl. Dan. t. 1797, Saund. et Smith t. 6, f. 2, (optima), Weinm. Ross. p. 127, Cooke Ill. t. 251. *Ag. Marklini* Tratt. Austr. t. 28. — Pileo carnoso, tenaci, e convexo plano umbilicatove, irregulari, primo flocculoso-pruinoso, dein glabro; stipite e farcto cavo, subtenui, irregulari, subvilloso; lamellis adnatis, confertis, angustis, candidis. 1339

*Hab.* ad ligna frequens in Europa. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 3-7 mm. crassus; sporæ subsphæroideæ, 4 ≃ 3. Singulas notare formas fungi maxime protei nimis deduceret, sed præ ceteris eminet var. **tephrocephalus** pileo magis compacto, disco nigro dein cinereo, margine albo. Vulgaris forma albida. Odor fortis farinæ recentis.

19. **Pleurotus Micheneri** Berk. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Cæspitosus; pileo infundibuliformi, tenui, luteo-albo; stipite solido, gracili, albo; lamellis distantibus, angustis, decurrentibus, compositis, pallide luteis. 1340

*Hab.* in ligno putri, Pennsylvania Amer. bor. (Michener, Curtis). — Pileus 18 mm. latus; stipes 5 cm. longus, circiter 2 mm. crassus. Affinis *P. lignatili.*

20. **Pleurotus circinatus** Fr. Epicr. p. 132, Icon. t. 88, f. 1, Hym. 1341

Eur. p. 170, Cooke Ill. t. 257, Secr. n. 670. *A. lignatilis* Pers. Syn. p. 368? — Albus; pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, orbiculari, pruina sericella candicante; stipite farcto, elastico, æquali, glabro, radicato; lamellis adnatis, subdecurrentibus, confertis.

*Hab.* ad ligna putrida Betulæ, sero autumno, raro in Europa. — Pileus circiter 8 cm. latus; stipes $2^1/_2$–5 longus, 6-9 mm. crassus. Solitarius, eximie regularis, subcentralis, tenax, totus albus, non hygrophanus, odore debili, grato nec frumentaceo.

21. **Pleurotus Ruthæ** B. et Br. Ann. N. H. n. 1754, Cooke Ill. t. 178. 1342
— Pileo flabelliformi, strato gelatinoso obtecto, hispidulo, albido, margine tenuissimo, striato; stipite brevi, laterali, hispido; lamellis candidis, latiusculis, acutis posticeque anastomosantibus, more stipitis rubescentibus, interstitiis venosis.

*Hab.* ad ramenta, Coed Coch in Britannia. — Pileus 4 cm. latus, sordide albus, aspectu hyalino; mycelium fibrosum.

22. **Pleurotus tephrophanus** Berk. Fl. Tasm. p. 244. — Pileo excen- 1343
trico, infundibuliformi, brunneo, rivuloso, pulverulento, stipite hirto e basi strigosa oriundo; lamellis latis, postice emarginatis.

*Hab.* in ligno carbonioso in Tasmania (Archer). — Pileus 25 mm. lat. Nonnullis notis *Paxillo atro-tomentoso* accedit.

23. **Pleurotus alopecius** Berk. et C. N. Pac. expl. n°. 31. — Ex albo 1344
subfulvus; pileo excentrico, subreniformi vel orbiculari, glabro; stipite brevi, sursum dilatato; lamellis ventricosis, confertis, adnexis.

*Hab.* in sarmentis emortuis in insula Bonin Polynesiæ.

24. **Pleurotus sulphureoides** Peck 23 Rep. pag. 86. — Pileo potius 1345
tenui, carnoso, convexo, umbonato, subsquamuloso vel glabro, sulphureo luteo; stipite firmo, æquali, subtiliter fibrilloso, farcto vel cavo, vulgo curvo atque excentrico, raro centrali, apice subtiliter farinoso-tomentoso; lamellis moderate confertis, potius latis, facile a stipite separabilibus, pallide luteis.

*Hab.* ad caudices vetustos in silvis in montibus Catskill Amer. bor. — Statura $2^1/_2$–4 cm.; pileus $2^1/_2$–5 cm. latus; stipes 4-6 mm. crassus. Siccitate pallescit. Minutæ squamæ brunneæ, at sæpe desunt.

25. **Pleurotus abbreviatus** Kalchbr. Grevillea VIII, p. 152, tab. 142, 1346
f. 7. — Totus rufus; pileo excentrico, convexo-plano, margine involuto, levi, glabro; stipite diametro pileo breviori, sursum deorsumve leviter incrassato; lamellis plano-adnatis, angustis, confertis.

*Hab.* in ligno, Richmond River, New South Wales (M. Hodgkinson). — Pileus 5-7 mm. latus, stipes 5 mm. altus, 1,2 mm. crassus.

26. **Pleurotus læticolor** Kalchbr. Grevillea VIII, p. 151, pl. 142, f. 4. 1347
— Pileo carnosulo, excentrico, convexo, obtusissimo, margine involuto, levi, glabro, aureo; stipite farcto, æquali, nudo; lamellis emarginato-adnatis, confertis, ventricosis, carneis,

*Hab.* in ligno (?), Richmond River, New South Wales Australiæ. — Pileus 1-1,2 cm. latus; stipes æqualis vel longior, 1 mm. crassus.

27. **Pleurotus abscondens** Peck 31 Rep. Stat. Mus. N. Y. p. 32. — 1348
Candidus; pileo compacto, convexo leniterve disco depresso, glabro, sicco; stipite excentrico, curvulo, farcto, apice subfarinaceo; lamellis tenuibus, confertis, emarginatis, dente decurrenti præditis; sporis minutis, ellipticis, 5 $\mu$. longis, plerumque nucleo nitenti instructis.

*Hab.* in truncis cavis Griffins Amer. bor., septemb. — Pileus 5-7,5 cm. latus; stipes circ. 5 cm. longus; odor distinctus, farinaceus.

***) *Clitocybarii:* velo nullo; lamellis longe decurrentibus; stipite distincto, subverticali.

28. **Pleurotus olearius** Dec. Fl. Fr. VI, p. 44, Vivian. t. 50, Venturi 1349
t. 40, f. 3, Barla t. 24, f, 1-6, Tulasne in Ann. Scienc. Nat. 1845, p. 338, Fr. Hym. Eur. p. 170, *Polymyces phosphoreus* Battar. t. 13, f. A, B. *Dendromyces phosphoreus* Paul. t. 23. — Cæspitosus; pileo carnoso, subexcentrico, plano vel umbilicato, sicco, rubro-fulvo, tandem saturate brunneo; stipite solido, firmo, rhabarbarino-fusco; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, luteis,

*Hab.* in Europa australi in Olea aliisque arboribus, nec non in Africa australi. — Lamellarum phosphorescentia maxime insignis et antiquitus celebratus. Plenam historiam et descriptionem dedit Tulasne l. c. Variat pileo integro, levi v. papilloso. Sporæ albæ 5 ≃ 4. — ***P. Carpini** Fr. Epicr. p. 210, Hym. Eur. p. 170, Barla t. 24, f. 5-7 (optime), *Dendr. Carpini* Paul. t. 24, f. 3-7: pileo carnoso, convexo-expanso, angulato, sicco rivuloso-squamuloso; stipite tenui, brevi, excentrico lateralique; lamellis adnexis, tenuibus, confertis, fulvo-ferrugineis. In silvis montosis Europæ australis supra truncos Carpini, Juniperi etc. Icon Pauletii tam forma, quam colore a *P. olearío* plane recedit, cum quo tamen jungitur a Tulasne; distinguitur vero a Barla, cujus tamen icon coloribus accedit ad *P. olearium*, a quo differt statura magis robusta, pileo subfuliginoso.

29. **Pleurotus juglandinus** Kalchbr. in Wint. Pilzfl. I, p. 858. — Pileo 1350
tenui, carnoso, plano-convexo, levi, glabro, sordide aureo-flavo, 2-5 cm. lat., sublobato; stipite excentrico, solido, 2,5 cm. longo, 4-7 mm. cr., subæquali, brunneo-piloso; lamellis decurrentibus, simplicibus, latiusculis, satis remotis, utrinque attenuatis; sporis 5,5 ≃ 2,5, oblongis.

*Hab.* in truncis Juglandis prope Finsterwald Lusatiæ inf. (A. Schultz). — Videretur forma borealis *P. olearii*.

30. **Pleurotus Aquifolii** Fr. Epicr. p. 132, Hym. Eur. p. 171, Paul. 1351
p. 132, t. 38. — Pileo carnoso, molli, e convexo plano, subrepando, sicco, glabro, obscure alutaceo; stipite excentrico, verticali, valido, æquali, albo; lamellis decurrentibus, crassis, subdistantibus, obscurioribus, postice annulato-junctis.

*Hab.* sub Ilice in Gallia. — Magnus, validus, ex Paulet admodum deliciosus. Ex icone distincta species, sed, ut plures Pauletii. dubia, donec iterum reperta.

31. **Pleurotus Eryngii** Dec. Fl. fr. VI, p. 47, Fr. Syst. Myc. I, p. 84, 1352
ubi synonyma, Hym. Eur. p. 171, Paul. t. 39, Létell. t. 693, Vittad. Mang. t. X, f. 2, Ventur. t. 45, f. 1-3, Inzeng. I, p. 10, Mich. Gen. t. 73, f. 2. — Pileo carnoso, tenaci, e convexo expanso, demum depresso, irregulari, virgato-scabro, griseo-rufescente; stipite solido, subexcentrico, nudo, albicante, basi subattenuato; lamellis decurrentibus, subdistantibus, latis, albido-carneis.

*Hab.* ad radices Eryngii campestris in Europa australi usque ad Bataviam (Oudemans), — Species singularis, antiquitus notissima, esculenta; pileus 8 cm. usque latus junior subtomentosus, griseo-rufescens, demum flavescens, varians centralis et lateralis; stipes 4 cm. longus; basidia cylindraceo-clavata, 50 ≃ 8, apice tetraspora; sporæ ovato-oblongæ, 7-9 ≃ $3^1/_2$, deorsum acutiores, granulosæ, hyalinæ in flavum vergentes. — Var. **Ferulæ** Lanzi Fung. Ferul. cum tabula: pileo majore, saturatius colorato; sporis 14 ≃ 7. Ad radices Ferulæ communis prope Romam frequens et vescus.

32. **Pleurotus nebrodensis** Inzeng. Fung. Sicil. I, p. 11 cum icone, 1353
Fr. Hym. Eur. p. 171, *A. Anatriches* Reichardt et Ung. Cypr. p. 147. — Pileo carnoso, compacto, e convexo depresso, levi, glabro, griseo; stipite solido, excentrico vel laterali, brevi, adscendente lamellisque decurrentibus, subdistantibus, albidis.

*Hab.* in Sicilia in radicibus Umbelliferarum ut Elæoselini, Opoponacis, Prangos ferulacei; sub Ferula communi in Cypro. — More

specierum hujus sectionis valde variabilis et priori admodum affinis. Pileus nunc expansus, nunc turbinatus. Deliciosus.

33. **Pleurotus nauseoso-dulcis** Karst. Fragm. myc. IV, p. 1. — Pileo 1354
carnoso, margine submembranaceo, molli, irregulari, inæquali, e convexo plano, levi, glabro, unicolori, alutaceo, 5-25 cm. lato; stipite excentrico, raro centrali, solido, tomentoso, glabrescente, albido, 4-14 cm. alto, 1-5 cm. crasso; lamellis decurrentibus, confertis, linearibus, pallidis, 1-1,5 cm. latis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, 7-8 ≈ 5.

*Hab.* supra acervos Formicarum prope Mustiala Fenniæ. — Connato-cæspitosus, raro simplex. Sapor nauseoso-dulcis. Odor fungi recentis ingratus, at debilis, semisicci valde fœtens. *Pleuroto sapido* affinis.

34. **Pleurotus sapidus** Kalchbr. Icon. t. 8, f. 1 (plures valde rece- 1355
dentes formæ et una candida), Fr. Hym. Eur. p. 171. — Cæspitosus; pileo carnoso, subexcentrico, difformi, glabro, centro depresso; stipitibus solidis, e gompho carnoso enatis, glabris, albis; lamellis decurrentibus, subdistantibus, albidis.

*Hab.* in silvis vastis Slavoniæ ad truncos emortuos Ulmi suberosæ, Albany et Knowersville Amer. fœder. — Species adeo versiformis, ut characteres ægre indicenur. Color pilei in eodem trunco variat fulvus, fuscescens, umbrinus, albus. Caro semper alba. Sporæ 10-14 longæ in lilacinum vergunt, ut ad subgenus Claudopus Smith forsan pertineat. Cfr. Hazsl. Comm. in Icon. Kalchbr.

35. **Pleurotus cornucopioides** Pers. Myc. Eur. 3, p. 37, Vivian. t. 7, 1356
Lêveill. Comm. in Paul. p. 14, t. 28, Fr. Hym. Eur. p. 172. — Cæspitosus, maxime versiformis, pileo carnoso, e convexo depresso, glabro, ex albido lutescente-livido; stipite subexcentrico lateralive, in pileum diffuso; lamellis decurrentibus, minus confertis, albis.

*Hab.* ad truncorum, v. c. Quercus, radices. Hic et prior tam protei, ut verbis vix definiri possint.

36. **Pleurotus lingulatus** Paul. t. 21, f. 2, 3 (*Dendrosarc.*), Fr. Hym. 1357
Eur. p. 172, *A. sementino* Vivian. t. 19, f. 1. — Subcæspitosus; pileo carnoso, nunc dimidiato, nunc integro, umbilicato, convexo, difformi, levi, dilute ochraceo, margine inflexo; stipite solido, elongato, glabro, subcompresso, albo; lamellis subdecurrentibus, angustis, confertissimis, pileo dilutioribus.

*Hab.* ad truncos Europæ australis. — Stipes pro ratione validus, 8 cm. longus, digitum crassus, passim ramosus; pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; sporæ 10-12 $\mu$. longæ.

37. **Pleurotus melanopus** Fr. Hym. Eur. p. 172, *Ag. ostreatus* var. *nigripes* Inzeng. Sic. p. 48, t. 4, f. 3. — Pileo carnoso, excentrico dimidiatoque, difformi, sublobato, glabro, pallescente-rufo (in icone alutaceo-pallescente); stipite solido, adscendente, difformi, glabro, nigro; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, albido-rutilis. 1358

*Hab.* in ramis mortuis Ligustri vulgaris in Sicilia. — A *P. ostreato* non potest non distingui stipite valido, subverticali, 5–8 cm. longo, atro; pileo subintegro, horizontali, pallido; lamellis simplicibus, angustis.

38. **Pleurotus spodoleucus** Fr. Syst. Myc. I, p. 182, Icon. t. 87, f. 1, Hym. Eur. p. 172. — Pileo carnoso, planiusculo, subhorizontali, orbiculari, levi, glabro, subcinereo; stipite solido, subverticali, glabro, pileo dilutiore; lamellis decurrentibus, simplicibus, confertis, albidis, postice discretis. 1359

*Hab.* ad truncos Fagi, Quercus, raro in Europa. — Optime distinctus. Stipes 5–8 cm. longus, 3 cm. fere crassitie, basi subincrassatus; pileus 8 cm. latus, colore varians dilute brunneus, fuscescens; sporæ 5–6 ≃ 2–3. Quoad colorem convenit Paul. t. 20, f. 2, 3, quoad staturam Paul. t. 28.

39. **Pleurotus pantoleucus** Fr. Hym. Eur. p. 172, Cooke Ill. t. 179, 275, *A. spodoleucus albus* Fr. Monogr. I, p. 473, Icon. t. 88, f. 2. — Totus albus; pileo excentrico, carnoso, dimidiato, spathuliformi, 6–7 cm. longo, levi, glabro, postice subdepresso marginato, margine integro; stipite brevi, arrhizo, solido, adscendente, glabro; lamellis decurrentibus, confertis, simplicibus, basi discretis. 1360

*Hab.* ad truncos Betulæ, in Europa, et arborum frondosarum variarum præcipue Populi balsamiferæ et laurifoliæ prope Minussink in Sibiria. — Sporæ 8–10 ≃ 3–4.

40. **Pleurotus Pometi** Fr. Epicr. p. 132, Hym. Eur. pag. 173, Paul. t. 21, f. 1. — Albus; pileo carnoso, subflaccido, convexo, levi, glabro, disco depresso; stipite excentrico, solido, tenaci, adscendente, elastico, villoso-radicato; lamellis decurrentibus, confertis, postice discretis. 1361

*Hab.* ad truncos Piri Mali in Europa, in Suecia pluries lectus. Basi radicante præcipue insignis nec non carne tenaci, molli, flaccida et pileo irregulari, involuto. Stipes 5–8 cm. longus, 6–8 mm. crassus. — Var. **Saliceti** Karst. Hattsv. I, p. 85: cæspitoso-imbricatus, rarius solitarius; pileo carnoso-compacto, convexo-plano aut disco depresso, oblique horizontali, irregulariter orbiculari vel re-

niformi, margine inæquali, primitus involuto, levi, glabro, albido; stipite deorsum attenuato, adscendente, solido, tenaci, elastico, albo, excentrico vel subcentrali, subvilloso-radicato; lamellis decurrentibus subconfertis, simplicibus, basi discretis; sporis ellipsoideis vel oblongato-ellipsoideis, 6-9 ≃ 3-4. In trunco Salicis pentandræ prope Mustiala in Fennia. — Var. **pipæformis** Quél. in Bern. Champ. Roch. p. 86, t. 44, f. 1: pileo carnoso-flaccido convexo, levi, disco depresso, albo, 8-10 cm. lato; lamellis decurrentibus serrulatis, albis; stipite excentrico, longo, curvato-ascendente, albo, basi villoso-radicante. In truncis La Rochelle Galliæ (Cartier).

41. **Pleurotus Battarræ** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1878, p. 287, Batt. t. 12, f. A. — Pileo semicyathoideo, 3-5 cm. diam., albo margine involuto, fusco-nigro-squamuloso; lamellis angustis, decurrentibus albis; stipite elongato, flexuoso, excentrico, basim versus attenuato, striato, albo; carne fragili alba, subolida; sporis cylindraceo-ellipsoideis, 12 μ. longis. 1362

*Hab.* in truncis Populi et Salicis, cæspitosus, Nantes Galliæ (Gadeceau). — «An diversus a *P. lignicola* Sacc.?».

42. **Pleurotus lignicola** Sacc. M. Ven. Spec. p. 21, t. IV, f. 4-6. — Albus, carnoso-tenax; pileo irregulari, explanato, subumbilicato, flocculoso-pruinoso; stipite firmo, farcto, elongato, incurvo nonnihil excentrico, primitus flocculoso; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, inæqualibus, latiusculis, candidis; sporiis cylindraceo-oblongis apice rotundatis, sæpe 2-4-guttulatis, 14 ≃ 4. 1363

*Hab.* in trunco Juglandis regiæ dejecto Patavii Italiæ borealis. — Odor farinæ recentis. A *P. lignatili* differt lamellis decurrentibus, nec tantum adnatis, stipite elongato firmo, nec e farcto-cavo tenui, sporiis exquisite cylindraceis nec ovoideis: affinior forte *P. Pometi.*

43. **Pleurotus mutilus** Fr. Syst. Myc. I. p. 191, Icon. t. 88, f. 4, Hym. Eur pag. 173, Cooke Ill. t. 275, Lasch n. 253, *A. putatus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 33, 37, *Omphalomyces mutilus* Batt. IX, f. E. — Albus; pileo carnosulo, versiformi, sicco sericeo, glabrescente; stipite erecto, excentrico sublateralique, brevi, tereti, basi villoso; lamellis decurrentibus, subconfertis, angustis, crassiusculis, simplicibus. 1364

*Hab.* ad terram graminosam haud frequens in Europa. — Pileus 1½ cm. latus, stipes 6-9 mm. longus. Hic non prioribus affinis, sed *P. scyphoidi.* Vix duo conformia videre licet individua; variat major et minor, pileo spathulato et reniformi e. s. p.

44. **Pleurotus versiformis** Berk. Dec. n. 148. — Hygrophanus albus; 1365
pileo membranaceo, ex integro umbilicato spathulato; stipite brevi, glabro; lamellis latiusculis, postice attenuatis, decurrentibus, interstitiis rugulosis.

*Hab.* in nemoribus ad ramos muscosos, Talagalla Ceylon (Gardner). — Pileus ludibundus, umblicatus, infundibuliformis, flabelliformis, spathulatus vel sublinearis; stipes brevis glaber v. fasciculis paucis strigosis raro adspersus, sulcatus atque siccitate cartilagineus. Similis *P. petaloidi* sed non proximus, meliori iure ad *P. mutilum* citari potest.

45. **Pleurotus hapalosclerus** Berk. Dec. n. 277. — Graveolens umbri- 1366
nus; pileo udo tenero, umbilicato, squamulis acutis exasperato; stipite primo, rigido, solido, deorsum attenuato; lamellis decurrentibus, interstitiis venosis.

*Hab.* in truncis arborum, Darjeeling (2200-2400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Odor fortis, ingratus; admodum mollis, carnosus et fragilis; pileus 6-8 cm. latus, umbilicatus vel depressus; margo striatus; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus, ascendens, sursum attenuatus, solidus, firmus, pileo obscurior; lamellæ confertiusculæ, decurrentes, pallide umbrinæ, crenatæ. Habitus Lentini sed ob mollitiem teneritudinemque huc referendus. Revera ad typum distinctum aptius forte referendus.

46. **Pleurotus verrucarius** Berk. Dec. n. 278, Hook. Ic. t. 869, C. 1367
— Pileo umbilicato depressove, tenui, subfragili, humido, gilvo, verrucis conicis, nigris sparso; stipite solido, firmo, glabro; lamellis pallide ochraceis, latiusculis, decurrentibus.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling (2200-2400 m. alt.) Indiæ (Hook.). — Pileus 10 cm. vel ultra latus verrucis nigris conicis centro numerosioribus conspersus; margo inflexus; stipes $2^1/_2$–5 cm. longus, 1-2 mm. crassus, interdum tamen brevissimus; lamellæ pallide ochraceæ, siccitate translucidæ. Affinis *P. hapalosclero.*

47. **Pleurotus pycnoticus** Klotzsch. in Linn. pag. 479, Berk. Ann. n. 1368
Hist. III, p. 378. — Cæspitosus; pileo integro, pulvinato, excentrico, pruinoso-rubescente; stipite tenaci, glabro; lamellis latis, albidis, decurrentibus.

*Hab.* in truncis arborum, in insula Mauritii (Telfair). — Pileus $2^1/_2$–5 cm. latus ex pruina griseo-lilacina rubescens; stipes sordide albus, tenacissimus, 1 mm. tantum crassus; lamellæ integræ.

48. **Pleurotus Gardneri** Berk. Hook. Journ. 2, p. 426. — Pileo carnoso-coriaceo, subinfundibuliformi, glabro, flavo; lamellis longe decurrentibus, pallidioribus; stipite brevi, coriaceo, glabro, cinerescente. 1369

*Hab.* in petiolis v. nervis semiputridis frondium Palmæ a Brasiliensibus *Pindoba* nuncupatæ, Natividade et Matto Grosso Brasiliæ (Gardner) et in Queenslandia Australiæ. — Pileus 6 cm. latus, margine undoso lobatoque subtenàci, citrino; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, excentricus, solidus. Totus fungus lumen phosphereum emittit subsimile illi lampyridis pallide viride. Ab indigenis nomine *Flor de Coco* designatur. Auctor in opella Fungi Brasil. n. 33 hanc speciem ad *Omphaliam* retulit.

49. **Pleurotus illuminans** Müll. et Berk. Austr. Fungi n. 15. — Phosphoreus; pileo glabro fulvo; stipite crasso; lamellis latis, crassis, decurrentibus. 1370

*Hab.* in Australia (Talbot) in ligno emortuo, Rochampton in Queensland (Thozet). — Pileus circiter 5 cm. latus.

50. **Pleurotus facifer** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Cæspitosus, phosphoreus, fusco-flavus; pileo tenui, convexo, subumbilicato; stipite subcentrali, solido, fibroso, albido-pruinoso; lamellis angustis, compositis, decurrentibus. 1371

*Hab.* in Pensylvania Amer. bor. (Michener, Curtis). — Pileus 8 cm. latus; stipes 13 cm. vel ultra longus, 8 mm. crassus, fibrosus, subtiliter pruinosus; lamellæ compositæ; sporæ candidæ. Species singularis habitu *P. illudentis*.

51. **Pleurotus strigellus** Berk. Ann. n. Hist. III, p. 377. — Pileo tenaci, integro, infundibuliformi, rufo-brunneo, minute setuloso-squamoso; margine tenui, undulato, subinvoluto; stipite brevi, velutino, cervino; lamellis angustis, integris, decurrentibus. 1372

*Hab.* ad truncos arborum in Brasilia. — Pileus 4 cm. latus, obscurissime zonatus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 8 mm. crassus.

52. **Pleurotus cæspitosus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287, *Lentinus cæspitosus* B. Hook. Lond. Journ. b. 6, 317. — Eximie cæspitosus; pileo plano alutaceo, fibrillis brunneis, sparsis, adpressis ornato, margine incurvo; stipite elongato, striato, griseo-albo, fibrilloso; lamellis integris, albis, longe decurrentibus. 1373

*Hab.* ad radices in silvis, Waynesville, Ohio Amer. fœder. (I. G. Lea), Car. inf. (Curt.), Cuba, Amer. inf. (C. Wright). — Pileus 4–5 cm. latus, tenax, luteus; stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus. Varietas sparsa supra truncos occurrit. In uno cæspite usque 160 pileos numeravit cl. Ravenel!

53. **Pleurotus Jacksoni** B. et C. Fungi of Braz. n. 42. — Pileo tenui, radiato-striato, postice fortiter depresso; stipite primum centrali, dein laterali, brevi, cylindrico; lamellis tenuibus, decurrentibus, acie integris. 1374

*Hab.* in lignis marcescentibus, Mahues Brasiliæ (Traill). — Pileus 8 cm. latus, conchatus, primum integer, demum lateralis; stipes 8 mm. longus, circiter 2 mm. crassus.

54. **Pleurotus commiscibilis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287. — Albus; pileo excentrico, plano vel depresso, subsulcato; stipite sursum dilatato; lamellis longe decurrentibus, tenuibus, latiusculis. 1375

*Hab.* ad truncos in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 4 cm. longus; stipes 12–18 mm. longus.

55. **Pleurotus caveatus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287. — Pileo albo vel pallide fusco, infundibuliformi, leviter striato; stipite solido, glabro, excentrico; lamellis albis vel albidis, decurrentibus. 1376

*Hab.* ad truncos cariosos, Cuba Amer. centr. (C. Wright) in Africa australi et P. Natal. — Pileus 5 cm. latus; stipes 4–5 cm altus. Gregarius v. cæspitosus. Fere affinis *P. commiscibili*, sed pileus multo magis depressus.

56. **Pleurotus excavatus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287. — Pileo excentrico depresso primum subzonato pulverulento; stipite sursum deorsumque incrassato e mycelio filamentoso oriundo; lamellis confertissimis, angustis, adnato-decurrentibus. 1377

*Hab.* in ligno putri, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Leucosporus; pileus 18 mm. latus; stipes 12 mm. longus, 2 mm. crassus.

57. **Pleurotus fuscifrons** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287. — Pileo plano, tenui, molli, glabro, e fusco nigrescente; stipite laterali vel sublaterali; lamellis latiusculis, adnato-decurrentibus, subfuscis. 1378

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus $1^1/_4$–$2^1/_2$ cm. latus; stipes 6–8 mm. longus. Subcæspitosus v. irregularis.

58. **Pleurotus angustatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528. — Cæspitosus; pileo excentrico, flabelliformi, glabro, cinereo; stipite elongato, cylindrico, albo, deorsum incrassato reticulato; lamellis albis decurrentibus. 1379

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 8 mm. crassus, sæpe basi connatus; lamellæ tenues; sporæ oblongæ, leviter incurvæ, 8 $\mu$. long.

59. **Pleurotus polychromus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528. — Pileo suborbiculari, excentrico, glabro, variicolori, carne alba; stipite brevi, cylindrico, albo, farinaceo lamellisque angustis, confertis, postice attenuatis, candidis. 1380

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 18–25 cm. latus, versus marginem pallidus, disco rufo atque lilacino tincto; stipes 2–4 mm. longus.

60. **Pleurotus putredinis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 287. — Cæspitosus; pileo excentrico, subspathulato, glabro; stipite elongato, fibrilloso, sursum dilatato; lamellis angustis, decurrentibus. 1381

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 4–7 mm. latus; stipes 12 mm. longus, vix 2 mm. crassus. Dense cæspitosus, albus; species admodum singularis.

61. **Pleurotus macropus** Bagl. Cens. Funghi Lig. p. 244. — Maxime cæspitosus; pileo carnoso omnino excentrico, convexo-plano, glabro, fuligineo-cinereo, margine attenuato incurvo; stipitibus quamplurimis ad basim coalitis, firmis, elongatis, crasse tomentosis; lamellis decurrentibus, appropinquatis, albis. 1382

*Hab.* ad ligna putrescentia Oleæ europææ, Noli Liguriæ.

62. **Pleurotus luteo-cæsius** Bagl. Cens. Funghi Lig. p 244. — Cæspitosus; pileo carnoso, sicco coriaceo, subexcentrico, plano-convexo fibrilloso-rivuloso, fulvo-brunneo, margine repando, involuto; stipite solido, crassiusculo, farcto extus fibrilloso, ventriculoso, inferne attenuato, longe radicato; lamellis adfixis subdecurrentibus, angustis, luteo-cæsiis. 1383

*Hab.* ad pedem truncorum, Stazzano Liguriæ (Ferrari).

63. **Pleurotus aureo-tomentosus** Kalch. in Grevillea IX, p. 17. — Pileo carnoso, vix excentrico, ex hemispherico-convexo, obtuso, exstrio, cum stipite farcto, subæquali, aureo-tomentoso; tomento in disco pilei areolato, quasi verruculoso; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, cum carne stipitis et pilei albo-lutescentibus. 1384

*Hab.* in lignis, Port Natal (Wood). — Pileus 2–3 cm. latus; stipes 2–3 cm. altus, 1–2 mm. crassus in pileum dilatatus. Tomentum intese luteum, ad verticem pilei et basim stipitis aureo-aurantiacum. Elegans hic fungillus, ob lamellas subdecurrentes et stationem epixylam. Pleurotis quidem adnumerandus videtur, sed inter hos propiorem affinem non habet. Stratum pilei tomentosum e fibris subcapitatis, ramosis, constat.

64. **Pleurotus lachnocephalus** Berk. Challeng. 74–75, p. 230. — Pileo excentrico, tenui, campanulato, subtiliter velutino, saccharino, rufo, 1385

umbilicato sulcato; stipite cylindrico, pulverulento, e basi orbiculari albo oriundo; lamellis latiusculis, decurrentibus.

*Hab.* in insula Admiralté, martio. — Marasmiiformis, pileus 2 cm. circ. latus, stipes 0,5 cm. altus, vix 2 mm. crassus.

65. **Pleurotus luteo-aurantius** Kalch. Grevillea VIII, p. 151, t. 142, f. 5. — Pileo carnosulo, orbiculari, convexo, obtuso, levi, nudo, luteo-aurantio; stipite fistuloso, tenui, brevi, tenaci, curvato-adscendente, levi, pulverulento, rufo, ad basim bulbillosam albo-floccoso-farinoso; lamellis adnatis, decurrentibus, vix confertis, latiusculis, gilvis. (Sporarum color ignotus). 1386

*Hab.* in ligno, Richmond River, New South Wales (M. Hodgkinson). — Pileus 1 cm. latus, stipes 1-2 cm. altus, 1 mm. crassus. Collybioideus.

66. **Pleurotus lutincola** Lasch Flora 1830, p. 200, Bot. Zeit. 1853, p. 235. — Cæspitosus, fuscus; pileo subcarnoso, glabro; stipite e farcto cavo sæpe excentrico; lamellis adnatis, dentibus ad annulum lacerum lineatim decurrentibus; sporis ovoideis. 1387

*Hab.* in . . . . . in Germania.

****) *Eu-Pleurotus:* velo nullo lamellis longe decurrentibus; pileo laterali, sessili v. vel postice in basim stipitiformem obliquam, brevem producto.

67. **Pleurotus pulvinatus** Pers. Syn. pag. 370 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 173, Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo carnoso-suberoso, pulvinato, subrepando, glabro, albido, disco incarnato-pallido; lamellis decurrentibus, confertis, albis; stipite brevissimo, solido, duro. 1388

*Hab.* rarissime ad truncos in Europa: in trunco Piri, New England Amer. bor. (C. J. Sprague, Curtis). — Stipes 12 mm. altus; lamellæ arcuatæ, tenues, 6 mm. fere latæ; pileus 10-13 cm. latus, planiusculus, rugulosus, non squamosus; sapor fere *Boleti edulis.* Videtur affinis *P. dryino.*

68. **Pleurotus subareolatus** Peck 30 Rep. St. Mus. p. 39. — Pileo compacto, convexo, postice marginato, albido, brunneo roseoque tincto, vulgo in areolas maculiformes secedente; stipite excentrico, subverticali, brevi, incurvo, firmo, solido, interdum compresso, albo; lamellis potius latis laxisque decurrentibus, albidis, siccitate luteo maculatis; sporis albis, oblongis, 13-15 $\mu$. long. 1389

*Hab.* ad truncos Ulmorum, Bethlehem Amer. bor. — Pileus 8-10 cm. latus. Videtur *P. pulvinato* proximus.

69. **Pleurotus ostreatus** Jacqu. Austr. t. 288 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 182 cum synon. et var., Hym. Eur. p. 173, Sverig. Atl. Svamp. 1390

t. 46, Sowerb. t. 241, Vittad. Mang. t. 4, Krombh. t. 41, Hussey II, t. 19, Ventur. t. 17, Brig. t. 43, f. 1, 2. — *A. dimidiatus* Bull. t. 508, Kickx p. 158. — Pileo carnoso, molli, conchato, subdimidiato, adscendente, expallente; stipite abbreviato obsoletoque, firmo, elastico, sursum incrassato, basi strigoso; lamellis decurrentibus, subdistantibus, eglandulosis, postice anastomosantibus, albis.

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum frequens per omnem Europam in hortis prope Minussinsk in Sibiria, in Fennia et in Mongolia boreali, Jenissei superioris ad fluvium Torcholyk (Potanin), et in Africa australi. — Pileus 7–12 cm. latus; sporæ 8–12 ≃ 3–4; basid. 32–36 ≃ 6–7; sterigm. quaterna 4 ≃ 2. — Cl. Karsten ducit ad *Clitocyben*. Subcæspitosus, interdum pæne centralis; color e nigricante expallens; pilei cuticula subinde squamoso-lacerata. Varietates numerosæ: **flavo-virens** Brig. t. 44, f. 1-3, **melanodon** Brig. t. 45, f. 1-3. *Inzenga* depinxit t. 4, f. 2 formam pumilam, simplicem, pileo nigro. Vent. t. 18, *P. saligno* accedit. Antiquitus in cibariis celebratus, Clusii Esc. gen. VI.

70. **Pleurotus glandulosus** Bull. t. 426 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 182 1391
cum synon. Hym. Eur. p. 174, Kickx Belg. p. 157. — Pileo carnoso, molli, conchato, udo, fusco, expallente; stipite excentrico lateralique, irregulari, brevi, crasso; lamellis decurrentibus, latis, glandulosis, v. potius granulosis, candidis, postice anastomosantibus.

*Hab.* ad truncos subcæspitosus in Europa. Forsan ab *P. ostreato* non distinctus, sed est species Bulliardiana, ab accuratis observatoribus distincta et certe forma singularis. *P. ostreato* major, carnosior, pileo obscuro; sed s. d. glandulæ sunt potius fasciculi hypharum.

71. **Pleurotus insignior** Fr. Hym. Eur. p. 174, Viv. Funghi d'Italia 1392
tab. 42, *Agaricus flabelliformis* Sacc. Specim. p. 21 et probabiliter etiam Schaeff. et Krombh. (nec *Panus conchatus* Fr.). — A typo differt stipitibus distinctis, pileis subhorizontalibus; sporis majoribus, nempe 10–12 ≃ 5–6 (nec 7–9 ≃ 3–3,5).

*Hab.* frequens ad caudices Fagorum in Europa: in silva Cansiglio Agri Veneti ubi vulgo dicitur *Fongo del Cansegio* et comeditur.

72. **Pleurotus ambiguus** Oudem. Aanw. Myc. Nederl. IX et X, p. 10. 1393
— Excentricus, cæspitoso-imbricatus velo nullo; pileo sessili vel breviter stipitato, carnoso, molli, nitido, recente tactu adiposo, nigricante vel saturate violaceo, obsoleto fuscescente, margine incurvo; stipite firmo, elastico, sursum incrassato, basi strigoso; la-

mellis eglandulosis, longe decurrentibus, postice anastomosantibus; sporis ut lamellis lilacinis.

*Hab.* in trunco decorticato Populi italicæ in Horto Bot. Amsterdam Hollandiæ, autumno. — A *Pleuroto euosmo* Berk. absentia odoris Artemisiæ Dracunculi et crescendi tempore distinctus.

73. **Pleurotus valesiacus** Ces. in Kl. H. M. n. 1802, Flora 1854, p. 202. — Pilei cuticula cinereo-tomentosa, scabro-reticulata, marginem versus præsertim, a *P. ostreato* et *saligno* differre videtur. 1394

*Hab.* in Italia boreali. — Num tanquam illorum varietas ab aliis jam recensita fuerit, librorum defectus pro nunc investigare non sinit (Cesati).

74. **Pleurotus columbinus** Quél. in Bres. Fungi Trid. p. 10, t. VI. — Pileo carnoso-lento, irregulari, uno latere producto, altero fere mutilo, subrotundato, margine involuto, plano-convexo, primitus gibboso, dein umbilicato, margine columbino-cæruleo, centro subcarneo dein flavescenti, glabro, umbone umbilicove albo-piloso, 6-10 cm. lato; lamellis confertis, latis, attenuato-decurrentibus postice anastomosantulis; lamellibus numerosis postice subrotundatis, albo-glaucescentibus, acie integra sub lente subtiliter fimbriata; stipitibus excentricis, fere lateralibus, piloso-strigosis, longitudine variantibus, usque ad $1^1/_2$ cm. crassis; carne alba fibroso-molli, sublenta, stipitis lenta; odore forti grato polyporeo; sporis in cumulo lilacinis, sub microsc. hyalinis, ovato-oblongis triguttulatis 10-12 $\mu$. l. 1395

*Hab.* ad ligna Abietum foco destinata in vico Magras (Trento), octobri. — Species pulcherrima *Pleuroto ostreato* affinis.

75. **Pleurotus nidiformis** Berk. Dec. n. 1, Lond. Journ. III, 185. — Prægrandis; pileo carnoso, cupuliformi, glabro, rufo; margine lobato-fisso, tenui, acuto; stipite centrali brevi, compresso, irregulari, firmo, glabro; lamellis ad basim stipitis decurrentibus, latis, distantibus, hic illic ramosis, ochraceis; interstitiis levissimis vel reticulatis. 1396

*Hab.* ad terram, Swan River Australiæ (Drummond). — Pileus 15 cm. altus, 40 cm. latus; stipes 4 cm. longus et crassus basi glebis terreis obrutus; lamellæ latissimæ. Affinis *P. ostreato*. Phosphoreus.

76. **Pleurotus Lampas** Berk. Dec. n. 25, Lond. Journ. IV, p. 44. — Fascicularis, phosphoreus; pileo centrali, lobato, carnoso, glabro, fulvo-nigrescente; margine tenui involuto; stipite compresso, sursum incrassato, solido demum fisso, glabro; lamellis angustis, integerrimis longissime decurrentibus. 1397

*Hab.* in caule languido sed nondum emortuo Grevilleæ Drummondi Preiss, prope radices, Swan River Australiæ (Drummond). — Pileus 10 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 1¼ cm. vel ultra crassus. Affinis *P. nidiformi* B.

77. **Pleurotus noctilucens** Lév. Voy. Bonite et Ann. d. Sc. Nat. Oct. 1844, p. 171. — Cæspitosus albus; pileo sessili vel substipitato, carnoso-membranaceo, lobato vel flabelliformi, nudo, glabro; lamellis distantibus, basi reticulato-connexis. 1398

*Hab.* in truncis arborum, Manilla. — Phosphorescens.

78. **Pleurotus Prometheus** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 30. — Albus, phosphoreus; pileo tenui, flabelliformi, minutissime virgato-maculato, in stipitem brevissimum postice attenuato; lamellis crebris angustis. 1399

*Hab.* in lignis emortuis, Hong-Kong. — Phosphoreus.

79. **Pleurotus candescens** Müll. et Berk. Austr. Fungi 16. — Pileo excentrico glabro, ex albo sordide fulvescente, margine inflexo; stipite sursum dilatato, glabro; lamellis tenuibus, longe decurrentibus, hic illic laceratis. 1400

*Hab.* in ligno emortuo in solo sabuloso, Melbourne in Australia. — Pileus 4-5 cm. latus; stipes 2 ½ cm. longus. Valde phosphorescens. Stricte affinis *P. Lampadi* et *P. noctilucenti* sed lamellis tenuioribus.

80. **Pleurotus phosphorus** Berk. Dec. n. 192. — Pileis infundibuliformibus, glabris, pallidis, dense cæspitosis; stipitibus ut plurimum centralibus, deorsum attenuatis, subsericeis; supra e lamellis latiusculis, integris, descendentibus, lineatis. 1401

*Hab.* ad arborum radices, Tasmania Australiæ (Gunn). — Pilei 8-13 cm. lati pallide luteo-brunnei, glabri vel minute rimosi vel virgati; stipes 2½-5 cm. longus; sporæ albidæ vel coacervatim visæ alutaceæ. Adeo phosphoreus ut Cl. Gunn. illius luminis auxilio librorum scripturam discernere potuerit atque etiam sex dies post lectum lucem servaverit. Species a *P. nidiformi* et *P. Lampade* plane distincta.

81. **Pleurotus euosmus** Berk. Outl. p. 135, Cooke Brit. p. 98, Hussey I. t. 75, Fr. Hym. Eur. p. 174, Cooke Ill. t. 196. — Graveolens, imbricatus; pileo carnoso, depresso, nitido, sicco sericeo, primo albo et leviter cæruleo-vernicoso, demum fuscescente; stipite curto obsoletove; lamellis decurrentibus, ventricosis, sordide albis; sporis lilacinis. 1402

*Hab.* ad truncos Ulmi in Anglia et Germania. — Odore Arte-

misiæ Dracunculi et sporarum colore distinctissimus; sporæ 12–14 ≃ 4.

82. **Pleurotus revolutus** Kickx p. 158, Fr. Hym. Eur. p. 174, Cooke Ill. t. 180, *Ag. corticalus* Saund. t. IV, f. 2. — Pileo carnoso, firmo, elastico, convexo-plano, glabro, nitidulo, postice depresso, margine incurvo; stipite curto, crasso; lamellis decurrentibus, distinctis, serrulatis, albis. 1403

*Hab.* ad truncos Fagi in Belgio, et Populi in Britannia solitarius vel pauci juncti. — *P. saligno* videtur nimis affinis. Color primo fumosus, dein plumbeus et murinus, centro obscurior; pileus 9–11 cm. latus; stipes glaber v. pubescens, 7–8 cm. longus.

83. **Pleurotus Staringii** Oud. in Hedw. 1881, p. 183. — Excentricus, velo nullo; lamellis decurrentibus, pileo laterali, postice in stipitem brevem obliquum producto; pileo suborbiculari vel subreniformi, carnoso, valde compacto, parum elastico, convexo-plano, postice depresso, glaberrimo, nitidulo, margine involuto; stipite curto, crasso; lamellis subdistantibus, albis, postice anastomosantibus, integerrimis. 1404

*Hab.* ad truncos Wisteriæ sinensis in hortis Neerlandiæ. — Pilei majores, lati 4 cm. longi $2^1/_2$ cm. cum minoribus cæspitosi, partim imbricati, fuligineo-fusci, centro dilutiores; stipes niveus subtomentosus; lamellæ siccando sordidescentes. Accedit ad *Pl. revolutum* Kx., sed ab eo differt margine plusquam incurvo, immo involuto et lamellis integerrimis.

84. **Pleurotus salignus** Schrad. Abb. d. Schwämm. fasc. 3, Pers. Syn. p. 478, Alb. et Schw. p. 229, Lêtell. t. 687, Tratt. Austr. t. 8, Weinm. Ross. p. 124, Fr. Hym. Eur. p. 174. Cooke Ill. t. 228, *A. brumalis* Scop. — Pileo carnoso, compacto, spongioso, subdimidiato, horizontali, primo pulvinato, levi, dein disco depresso substrigoso; stipite brevi, tomentoso; lamellis decurrentibus, subramosis, erosis, basi discretis, subconcoloribus. 1405

*Hab.* ad truncos salicinos, sero autumno, solitarius, in Europa et Amer. fœder. — Pileus 5–7 cm. latus; stipes 1–$2^1/_2$ cm. longus; sporæ ovato-oblongæ, sæpe curvulæ, 8–11 ≃ 3–$4^1/_2$, quandoque 1-guttatæ, hyalinæ; sec. Karst. 14–15 μ. longæ; an duæ species? Cl. Fr. legit formam fuligineo-cineream, sed ab auctoribus alia ochracea indicatur. Est e majoribus et firmioribus speciebus.

85. **Pleurotus placentodes** Berk. Dec. n. 376. — Pileo orbiculari sublobato, obovato, glabro, hygrophano, pallide ochraceo; stipite fere obsoleto; lamellis latiusculis, utrinque attenuatis. 1406

*Hab.* in ligno betulino, Sikkim Himalayæ (3400 m. alt.) (Hook.).

— Pileus 5-6 cm. latus, siccus obscurior; caro modice crassa; stipes fere obsoletus sed pilei margo manifeste orbicularis; lamellæ sordide albæ. Habitus *P. saligni* sed minor. Pileus minime niveus ut in *P. ninguido.*

86. **Pleurotus acerinus** Fr. Epicr. p. 134, Hym. Eur. p. 175. — Candidus, tenax; pileo carnoso, tenui, inæquali, sericeo-villoso; stipite sublaterali, tenui obsoletove, villoso; lamellis decurrentibus, confertissimis, tenuibus, albis, dein lutescentibus. 1407

*Hab.* ad truncos Aceris in Rossia, Batavia, raro, et in trunco Betulæ verrucosæ prope Minussinsk in Sibiria. — Affinis *A. lignatili*; pileus 2-10 cm. latus, non hygrophanus; sporæ minutæ 4 mm. diam., subglobosæ. Sec. Quélet sp. 10-12 μ. long., hinc species diversa.

87. **Pleurotus pathenopejus** Comes Atti Soc. crittog. ital. 1881, p. 38, t. II. — Cæspitosus, maximus; pileo carnoso, excentrico, plerumque dimidiato, conchato, elliptico vel subrotundo, horizontali vel ascendente, cinereo-murino, demum expallente, viscido, nitido, squamuloso, villoso, carne candida; stipite crasso, abbreviato vel obsoleto, sæpe nullo, basi strigoso; margine nigricante, involuto, repando aut sinuato-lobato, demum fisso; lamellis longe decurrentibus, confertis, erosis, eglandulosis, basi anastomosantibus reticulatisque, aquoso-albidis, demum lutescentibus; lamellulis numerosis; sporis ellipsoideo-oblongis, 9-12 ≃ 4-6. 1408

*Hab.* ad truncos quercinos fabrefactos, hieme, Neapoli Ital. merid. — Affinis *P. ostreato.*

88. **Pleurotus Guilfoylei** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 158. — Albidus; pileo reniformi, suborbiculari, postice tomentoso, margine involuto stipite obsoleto; lamellis tenuibus, acie acutissimis. 1409

*Hab.* ad truncos, Tweed N. S. Wales (Guilfoyle) et Queensland. — Pileus 4 cm. latus, 2½ cm. longus. Siccitate valde rugosus.

II. Dimidiati. Pileus definite lateralis, postice immarginatus, primitus non resupinatus. (Conf. *Resupinati***).

89. **Pleurotus Gemmellari** Inzenga Fung. Sicil. p. 65, t. 7, 8, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 175. — Amplus, sessilis; pileo carnoso, laterali, convexo, demum expanso, adscendente, lutescente, striato, strato superiore gelatinoso; lamellis decurrentibus, latis, postice anastomosantibus, albo-sulphureis. 1410

*Hab.* supra truncos vietos Broussonetiæ papyriferæ in Sicilia. — Princeps suæ tribus, nisi Paxilli species; stipes nullus adest, sed

pileus 18-20 cm. et ultra lat., integer, ad basim attenuatus; lamellæ subinde albidæ, margine crenulatæ, rufescentes.

90. **Pleurotus geogenius** Decand. in Ed. I. p. 134, Seyn. Monsp. p. 131, Mich. Gen. t. 65. f. 2, Paul. t. 25. f. 1, 2 (var. alba), Pers. Myc. Eur. 3, n. 39, 67. Inz. t. 7-8 f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 175. — Erectus; pileo carnoso, semiinfundibuliformi, levi, glabro, margine undulato reflexo; stipite laterali, brevissimo, crasso, tuberoso; lamellis decurrentibus, confertis, candidis. 1411

*Hab.* ad terram Europæ australis. — Sequente robustior; pileus vulgo fuscescens, subinde lobis circumscriptis quasi integer; sporæ 6-8 ≃ 4. — Teste Bresadola, *P. geogenius* Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1879, supra gelatinosus et pruinato-velutinus a typo speciei omnino differt.

91. **Pleurotus petaloides** Bull. t. 226, 557, f. 2 (*Agar.*), Fr. S. M. I. p. 183, Hym. Eur. p. 175, Pat. t. 421, Cooke Ill. t. 258, Ventur. t. 44, f. 5, 6, Weinm. Ross. p. 125. — Adscendens; pileo carnoso, tenui spathulato, integro, disco depresso stipiteque exacte latera-li, compresso villosis; lamellis decurrentibus, confertis, linearibus, albidis. 1412

*Hab.* ad truncos vetustos in Europa et Amer. fœder. v. spathulatus ad terram. — Pileus 3-7. cm. latus; stipes 1-3 cm. longus; Teste Quélet Ench. p. 149 huc spectat Bresad. F. Trid. t. 50 *(P. geogenius)*. In hoc sporæ 8-9 ≃ 4, minute granulosæ, basidia 20-30 ≃ 6-7, cystidia 70-80 ≃ 12. — Stipes majorum canaliculatus, præcipue varietatis; pileus fuscus, expallens, in maxime insigni forma ruber: Lère in Pers. M. E. 3, t. 25, f. 6; lamellæ ex albo cinereæ vel lutescentes. — B. **spathulatus** Pers. Obs. I. t. 4, f. 1, erectus.

92. **Pleurotus ëous** Berk. Dec. n. 280. — Imbricatus, tenerrimus, totus pallide rubellus; pileo tenui glabro; stipite obsoleto; lamellis angustis decurrentibus. 1413

*Hab.* in vallibus adustis supra truncos in locis patentibus, Sikkim Indiæ (Hook.). — Odor debilis; pulcherrimus atque admodum delicatus auroreo-ruber; pileus 8 cm. latus, primitus spathulatus, demum flabelliformis, glaber, subtiliter rimosus, fragilis, acie incurvo; lamellæ basi reticulatæ. Affinis *P. petaloideo*, sed absentia stipitis villosi striati atque pileo flabelliformi recedit.

93. **Pleurotus ninguidus** Berk. Dec. n. 481. — Niveus, tenerrimus; pileo imbricato submembranaceo; stipite prorsus nullo; lamellis latiusculis, postice rotundatis. 1414

*Hab.* in vallibus adustis ad truncos, Sikkim Himalayæ (Hook.). — Inodorus admodum delicatus; pileus 5 cm. vel ultra latus, flabelliformis vel suborbicularis, integer, glaber, convexus; lamellæ demum subventricosæ. Affinis *P. ëoo* sed rite distincta species.

94. **Pleurotus moricola** Fr. Hym. Eur. p. 176, *A. Mori* Léveill. in Ann. Scienc. Nat. 1848, p. 120. — Cæspitosus; pileo carnoso, sessili, semiorbiculari vel in stipitem brevem, canaliculatum, subtus hirtum producto, fulvo; lamellis decurrentibus, flavescentibus. 1415

*Hab.* ad truncos vetustos Mori albæ Monspelii in Gallia. — Omnino diversus ab *A. Mori* Paul. et Fr. Indumentum hirtum pilei versus marginem evanescit. *A. allochrous* Pers., Léveill. Comm. ad Paul. t. 17, 18, f. 1, adultus dicitur coriaceus; hinc Pani species, affinis *P. conchato.*

95. **Pleurotus pulmonarius** Fr. Syst. Myc. I, p. 187, Hym. Eur. p. 176, Weinm. Ross. pag. 128, *A. spathulatus* Sommerf. Lapp. n. 258. — Horizontalis; pileo carnoso, molli, convexulo, obovato reniformique, glabro; stipite laterali, tereti, brevissimo, villoso; lamellis plano-decurrentibus, simplicibus, albido-livescentibus. 1416

*Hab.* ad truncos Betulæ, Sorbi in Europa boreali. — Pileus 6-8 cm. latus; sporæ 8-10 ≃ 2-3. Forma primaria solitaria, pileo e griseo alutaceo. — *B.* **Juglandis**: cæspitosus, minor, basi attenuato-sessilis, fuscescens, Fr. Icon. t. 87, f. 2. In trunco languescente Juglandis nigræ Holmiæ lecta. Forte diversa species, sed communis est ratio individua solitaria majora et dilutiora evadere.

96. **Pleurotus anserinus** Berk. Dec. n. 279. — Imbricato-lobatus; pileo sericeo-virgato, umbrino-gilvo, margine involuto; stipite brevi laterali; lamellis candidis, angustis, confertissimis. 1417

*Hab.* in lignis emortuis, Jillapahar Indiæ orient. (2300 m. alt.) (Hook.). — Odor non ingratus, debilis; pilei cæspites imbricatos lobatos flabelliformes efficientes, 10 cm. vel ultra lati, rubescenti-grisei in umbrinum vibrantes; stipes brevissimus, fere noduliformis; lamellæ hic illic rubro-maculatæ. Accedit formæ lobatæ *P. pulmonarii.* Pilei lobi colorem atque aspectum referunt illorum hepatis anserini ex quo nomen specificum.

97. **Pleurotus pulmonariellus** Karst. Hattsv. I, p. 89. — Pileo horizontali, convexulo, reniformi, strigosulo, levi, lutescenti, strato superiori v. intermedio crasso gelatinoso, 5 cm. longo, 6 cm. lato; stipite conoideo, brevissimo (1 mm. longo), laterali; lamellis plano-decurrentibus, simplicibus, confertis, mollibus, albidis dein lutescentibus. 1418

*Hab.* in trunco stante vivo Alni glutinosæ in horto Mustialensi in Fennia. *P. pulmonario* sat similis.

98. **Pleurotus Opuntiæ** Lév. Exped. Scient. Alg. t. 32, f. 1, Inzeng. Sicil. p. 11, Fr. Hym. Eur. p. 176. — Dimidiatus, sessilis; pileo postice stipitiformi-attenuato, levi, albido, basi glabro; lamellis longe decurrentibus, linearibus, confertis, albis. 1419

*Hab.* ad truncos Opuntiæ in Algeria et Sicilia. — Vulgo imbricatus, 5-8 cm. longus et latus. Margo nunc integer, nunc repandolobatus.

99. **Pleurotus Almeni** Fr. Icon. t. 87, f. 3, Hym. Eur. p. 176. — Pileo carnoso, tenui, exacte laterali, reniformi, postice in stipitem brevissimum producto, glabro, fuscescenti-fulvo; lamellis determinato-decurrentibus, divergentibus, subconfertis, pileo pallidioribus. 1420

*Hab.* insignis species in trunco emortuo Abietis in silva ad Sunnerstad (A. Almen) et prope Mustiala (D.r Karsten). Stipes 2-4 mm. longus; pileus 5-8 cm. latus, majorum margine undulato; sporæ oblongatæ vel oblongato-ellipsoideæ 7-9 = 3-4. Erumpit e foraminibus, quæ Pici excavarunt.

100. **Pleurotus serotinus** Schrad. in Abbild. d. Schwämm. 3, Fr. Syst. Myc. I, p. 187, Hym. Eur. p. 176, Weinm. p. 128, Cooke Ill. t. 258, Sommerf. Lapp. p. 258, Berk. Outl. p. 136, *A. stipitici* var. Fl. Dan. t. 1293, f. 2. — Pileo carnoso, compacto, viscoso; stipite exacte laterali, crasso, punctis fuligineis squamuloso; lamellis determinatis, confertis, flavis pallidisve. 1421

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum Europæ et Bowood Amer. bor. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus. Nobilissimus, cum nullo alio comparandus, serotinus, hiemalis, pileo luteo-viridi, olivaceo, primo pellicula viscosa tecto. *P. serotinoides* Peck 23 Rep. p. 86, auctore ipso observante, est mera forma *P. serotini.*

101. **Pleurotus contrarius** Kalchb. in Grevillea. — Pusillus; pileo nempe primo globoso, seminum Sinapis magnitudine, pallide carneo, albo-pruinato, stipitello subexcentrico, verticali, concolori insidente, quo sensim incurvato toto resupinato; lamellis ad insertionem stipitis concurrentibus paucis latiusculis, parce venosis, siccitate carneis. 1422

*Hab.* in ramulis siccis Boschberg (Mac Owan). — Pileus explicatus 4-5 mm. latus, margine semper inflexo; stipitellus persistens. In affinibus pileus primo resupinatus est et demum stipitello evanescente sublateralis fit. *P. septico* similis, sed evolutio contraria.

102. **Pleurotus Eucalyptorum** Fr. in Fl. Preiss. II, p. 131. — Pileo 1423
carnoso sessili, dimidiato, reniformi, convexo-plano, pannoso-exasperato, spadiceo; lamellis simplicibus albis.

*Hab.* ad cortices Eucalyptorum, iulio, in Australia (Preiss). — Proximus est *Pleuroto serotino* at minor et ob pileum non viscoso-pelliculosum sed pannoso-exasperatum eidem haud rite affinis.

103. **Pleurotus leptogrammus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 529. 1424
— Pileo flabelliformi, tomentoso, lineis tenuibus versus marginem notato; stipite obsoleto; lamellis ventricosis, candidis.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus, margine involuto; stipes fere obsoletus, albus, tomentosus; sporæ 5–8 $\mu$. long. Affinis *P. serotino*.

104. **Pleurotus mitis** Pers. Syn. p. 481 (*Agar.*) (sed non icon. in Obs. 1425
Myc.) Fr. S. M. I, p. 188, Hym. Eur. p. 177, Dec. Fl. fr. V, p. 44, Weinm. p. 129, Cooke Ill. t, 258, Berk. Outl. t. 6, f. 9. — Pileo carnosulo, tenaci, reniformi, levi, glabro, sicco, expallente; stipite laterali, compresso, sursum dilatato, albo-squamuloso; lamellis determinatis, confertis, distinctis, albis.

*Hab.* in ramis dejectis Pini silvestris et Laricis, frequens in Europa. — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; sporæ cylindraceæ, hyalinæ, curvulæ, circiter $4 \simeq 1$. Statura *Pani stiptici*, qui cinnamomeus, coriaceus, lamellis venoso-connexis etc. distinctus. Minor, totus albus v. pileo rufescente (*A. laccatus* Schulz. Starg.).

105. **Pleurotus gadinoides** Sm. in Cooke Ill. t. 276 *a*, et in Stev. 1426
Brit. Fungi I, p. 176. — Totus albus; pileo carnosulo, molli, dimidiato, floccis adpressis minutis consperso, hygrophano, strato gelatinoso carente; stipite minuto laterali nullove; lamellis subconfertis, parce ramosis; sporis $8 \simeq 3$.

*Hab.* ad stipites filicum arborescentium Chelsea Britanniæ. — Affinis *P. miti*.

106. **Pleurotus limpidus** Fr. Epicr. p. 135, Hym. Eur. p. 177, Icon. 1427
t. 88, f. 3, Cooke Ill. t. 276, *A. lacteus* Scop. — Pileo carnosulo, obovato reniformique, levi, glabro, albo, hygrophano, postice stipitiformi-attenuato; lamellis linearibus, confertis, ad basim decurrentibus, albis.

*Hab.* ad truncos emarcidos Fagi, Fraxini in Europa, Australia et Africa merid. — Pileus 2 cm. latus; sporæ subcylindraceæ, utrinque obtuse rotundatæ, hyalinæ, basi lateraliter subapiculatæ, $7–8 \simeq 3–4$. Udus hyalino-albus, siccus candicans, planus stipitis rudimento nec squamuloso, nec villoso.

107. **Pleurotus limpidoides** Karst. Symb. VIII, p. 7. — Pileo carnoso, obovato vel reniformi, demum sæpe lobato, horizontali, molli, levi, velutino, sicco villoso seu tomentoso, tandem glabrescenti fuligineo vel atro-murino, subinde pallescenti, demum livido-vel flavido-pallenti margine primitus involuto, 2-5 cm. lato, strato carnis duplo, superiore gelatinoso, livido fuligineo 2 mm. crasso, inferiore paullo crassiore, pallido; lamellis ad basim pilei subinde stipitiformem decurrentibus, latiusculis, subconfertis, hinc inde venoso-connexis, albidis; sporis ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, guttulis duabus, minutis præditis, 6-9 ≃ 3-4. 1428

*Hab.* in trunco Betulæ prostrato prope Mustiala, octobri: semel lectus. Ut plurimum cæspitoso-imbricatus. Forma et magnitudo omnino *Pleuroti limpidi.*

108. **Pleurotus imberbis** Kalchb. Grevillea VIII, p. 152, t. 142, f. 6. — Dimidiato-sessilis, reniformis, membranaceus, horizontalis, convexo-planus, glaber; lamellis vix confertis, ramosis, albidis, siccitate rugosulis, alutaceis; sporis breviter ovatis. 1429

*Hab.* in ligno Richmond River et New South Wales Australiæ. — Pileus 5-10 mm. latus. *Pleuroto limpido* Fr. proximus.

109. **Pleurotus catephes** Berk. Enum. F. S. Domingo n. 2, (1852). — Pileo horizontali, reniformi, translucido, glabro, postice stipitiformi-attenuato; lamellis distantibus subdecurrentibus, interstitiis levibus. 1430

*Hab.* in silvis S. Domingo, Haiti (Sallé). — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, delicatus, postice emarginatus, disco parvo affixus; lamellæ potius angustæ. Stricte affinis *P. limpido*, sed pileus regulariter reniformis atque lamellæ haud confertæ; *P. mitti* delicatior cum quo quamdam præbet similitudinem.

110. **Pleurotus reniformis** Fr. Icon. t. 89, f. 3, Hym. Eur. p. 177, Cooke Ill. t. 276. — Pileo carnosulo, horizontali, reniformi, plano, cinereo, postice emarginato, cum brevissimo stipitis rudimento villoso; lamellis e tuberculo stipitiformi excurrentibus et divergentibus, tenuibus, linearibus, griseis. 1431

*Hab.* ad ramos exsiccatos Pruni Padi in Suecia et Britannia (H. v. Post.). Exiguus, 6-5,11 mm. latus, margine regulari integro, patente. Caro admodum tenuis, subgelatinosa, diaphana.

111. **Pleurotus subrufulus** Karst. Hattsv. I, p, 548. — Pileo carnosulo, molli, subgelatinoso, orbiculari vel reniformi, levi, glabro, rufo-vel incarnato-albido, versus marginem albo-puberulo; stipite laterali, tereti, strigoso, brevissimo; lamellis determinatis, confertis, albis. 1432

*Hab.* ad lignum abietinum e rimis emergens, in agro Mustialensi in Fennia. — Cognatus *P. reniformi* Fr. Hym. eur. p. 177. Sparsus, serialiter erumpens. Pileus horizontalis, postice emarginatus, margine regulari, integro, circiter 5 mm. latus; stipes brevissimus, subinde subtuberculiformis.

112. **Pleurotus portegnus** Speg. F. Arg. IV, p. 3. — Pileo carnosulo- 1433
gelatinoso, dimidiato-applanato 1,5–4 cm. diam. deorsum truncato, adnato-sessili v. centro tantum adnato-substipitato, fusco-cinereo v. gilvo-fuscescenti, margine integro acutiusculo, subrevoluto, basi præcipue centrum versus incrassatulo tomentoque furfuraceo-pruinuloso postice griseo-albescente antice sæpius evanescente et infuscato tecto; lamellis confertis membranaceis, tenerrimis, candidis, opacis, polymacriis, utrinque attenuatis, 2-3 mm. deorsum evanescenti-confluentibus, carne crassiuscula 1–1,3 mm. gelatinoso-hyalina (fusca tamen visa), ab hymenophoro discreta; cystidiis clavulato-elongatis vel subfusoideis 50–70 ≃ 10–12, deorsum attenuato-stipitatis, medio subcylindraceis, sursum conice attenuato-acutatis apice obtuso, subtruncatulo, tunica crassa, ad duas tertias partes inferas levibus, ad tertiam superam prominenti-crassissimis, ubique verrucoso-rugosis, hyalinis; basidiis cylindraceo-clavulatis, 40 ≃ 8–9, hyalinis apice rotundatis, 4 sterigmatibus majusculis 5 ≃ 1 ornatis; sporis ellipticis, utrinque rotundatis, sæpius inæquilateralibus, basi excentrice acutato-angulatis, 8–10 ≃ 4–5, hyalinis.

*Hab.* ad truncos Salicis Humboldtianæ ac Erythrinæ cristæ-galli prope la Recoleta, in Argentina Amer. merid. et ad truncos vetustos muscosos in silvis prope Guarapi. — Fungus per exsiccationem valde contrahitur, tenacello-durus, disco nigricante, carne albescenti-subevanescente, lamellis pallescentibus. Species perpulchra *P. reniformi* Fr. affinis, valde tamen distincta, carne uda vere gelatinosa cystidiisque abnormibus. Specimina guaranitica, pileo sæpius obovato v. spathulato-flabellato, postice cuneato-substipitato, ceteris characteribus tamen cum speciminibus bonaërensibus plane congruentia; habitu fere *Crepidoti*, sporis tamen hyalinis: an huc *Agaricus* (Crepidotus) *phalligerus* Montg. ducendus? Speg. l. c.

113. **Pleurotus planus** Fr. Elench. I, p, 23, Hym. Eur. p. 177, Alb. 1434
et Schwein. p. 230, β. — Pileo carnosulo, semiorbiculari, demum applanato, fragili, glabro, udo, violaceo-carneo, margine striato; stipite brevissimo, basi tomentoso; lamellis determinatis, distinctis, incarnatis.

*Hab.* ad ligna Fagi in Europa. — Subsessilis, pusillus, vix 2½

cm. latus, e violaceo carneus. Ab *A. plano* Pers., ad quem auctores laudati retulerunt, omnino distinctus.

114. **Pleurotus tremulus** Schaeff. t. 224 (*Agar.*), (sed f. 1, 2 stipite canaliculato ad *A. petaloidem* vergunt) Sowerb. t. 242, Fr. Syst. Myc. I, p. 191, Hym. Eur. p. 177, Sommerf. Weinm., Cooke Ill. t. 242. — Fusco-griseus; pileo carnosulo, reniformi, plano, tenaci, levi, glabro, disco depresso; stipite marginali, distincto, subteréti, adscendente, villoso; lamellis determinatis, linearibus, subdistantibus, griseis. 1435

*Hab.* inter muscos in Europa et Amer. bor. — Totus griseus, rigens, sæpe gracilis, fibrillis muscis adfixus, solitarius. Pileus 1–2 cm. latus; stipes longitudine varius, interdum 2 cm. altus; sporæ sphæroideæ 6–8 ≃ 5–7. Habemus varietatem pileo $2^1/_2$–5 cm. lato, lobis circumscriptis infundibuliformi, undulato, stipite $2^1/_2$ cm.

115. **Pleurotus Laurocerasi** B. et Br. Ann. N. H. n. 1854, Cooke Ill. t 242, *a*. — Ostreiformis; pileo sulcato, brunneo, cuticula tenui obtecto; stipite obsoleto; lamellis venis connexis; sporis ovatis 9-11 ≃ 8. 1436

*Hab.* in truncis decorticatis Laurocerasi, Coed Coch Britanniæ. — Pileus circ. 2,5 cm. latus.

116. **Pleurotus acerosus** Fr. Syst. Myc. I, p. 191, Icon. t. 89, f. 2, Hym. Eur. p. 178, Cooke Ill. t. 242, Pat. t. 423, Berk. Outl. p. 137. — Pileo membranaceo, reniformi, plano, striato, sublobato, griseo, sicco albo-sericeo; stipite brevissimo obsoletove, laterali, basi substrigoso; lamellis determinatis, linearibus, confertis, simplicibus, griseis. 1437

*Hab.* in pinetis ad acus et ligna cariosa, in glarea viarum et in paludosis supra Sphagna in Europa. — Pileus $2^1/_2$–6 cm. latus; stipes circiter 7 mm. longus; sporæ subglobosæ 5–6 $\mu$. d. v. 6 ≃ 4. Maxime variabilis (conf. Fr. Monogr. Hymen. I, p. 251), flaccidus, fusco-griseus, expallens, facie *Cantharelli lobati*. In Sphagnetis mycelio effuso, albo adfixus.

117. **Pleurotus dictyorrhizus** Decand. Fl. fr. II, p. 594, Fl. Dan. t. 1552, f. 2, Fr. Monogr. I, p. 252, Hym. Eur. p. 178. — Candidus, subsessilis; pileo membranaceo, orbiculari, sinuato, basi reticulato-fibrilloso, lateraliter inserto; lamellis simplicibus, inæqualibus. 1438

*Hab.* ad terram, ligna putrida et varias quisquilias in Europa. — Valde tenuis, *Cl. byssisedum* referens. Mycelium interdum deest. Sporæ ovoideæ 6 $\mu$. longæ.

118. **Pleurotus Severinii** Com. F. Nap. II, p. 92, t. XIV, f. 5-8. — 1439

Candidus, e velutino glabrescens; pileo membranaceo, orbiculari, margine integro, inflexo; stipite brevi, incurvo demum laterali, rarius evanescente, basi villo denso prædito; lamellis decurrentibus, simplicibus, inæqualibus, linearibus; sporis albis.

*Hab.* ad lapides *(pietra fungaja)* in Horto Botanico Portici Italiæ merid. autumno. — *Pleuroto dictyorrhizo* Dec. proximus at diversus. — Pileus 3-12 mm. latus; stipes brevissimus, vix 3 mm. altus.

119. **Pleurotus Friesii** Lév. Ann. d. Sc. Nat. oct. 1844, p. 172. — Cæspitosus; pileo dimidiato, carnoso, levi, nudo, rufescente; stipite brevi, laterali, albo-tomentoso; lamellis confertis, adnatis, albo-lutescentibus. 1440

*Hab.* in truncis arborum, Java. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 3 cm. longus, horizontalis, pubens, *Lentino flabelliformi* Bolt. analogus.

120. **Pleurotus candidissimus** B. et C. Ann. Nat. Hist. oct. 1859. — Niveus; pileo reniformi v. dimidiato, glabro, villo parco affixo, margine sulcato; lamellis distantibus, interstitiis levibus. 1441

*Hab.* in Maine Amer. bor. (Curtis, C. I. Sprague). — Pileus 8 mm. latus, glaber corii caprini instar; lamellæ moderate latæ. Species pulcherrima, admodum delicata.

121. **Pleurotus caryophylleus** Berk. Austr. Fungi n. 19, in Linn. Journ. XIII, p. 157. — Pallide fulvus; pileo postice attenuato, flabelliformi, multilobato, tenui, glabro, margine tenuissimo, hyalino, angustissime inflexo; lamellis angustis, levibus. 1442

*Hab.* in Victoria Australiæ.

122. **Pleurotus Blakeii** B. et. C. Ann. Nat. Hist. oct. 1859. — Pileo reniformi, conchato, rufo, glabro, postice puberulo; lamellis latis, ventricosis, tenuibus, subconcoloribus, interstitiis venosis. 1443

*Hab.* supra Abietem emortuam, Maine Amer. bor. (Curtis, Blake). — Pileus 12 mm. latus, margine incurvo; lamellæ pileo pallidiores, distantes; stipes nullus.

123. **Pleurotus affixus** Berk. Dec. n. 193. — Latissime gregarius; pileo demum latere affixo, cyphelliformi, plicato-striato; stipite brevi tenui reflexo; lamellis adscendentibus, arcuatis, adnatis. 1444

*Hab.* in cortice junioris Eucalypti amygdalinæ, Penquite, Tasmania. — Corticem longe lateque obtegens; pileus 3 mm. latus, reflexus, glaber, lamellæ subdistantes, crassæ, apice stipitis frequenter e' mycelio tenui albo tomentoso erumpente adnexæ. Color probabiliter albus, stratum gelatinosum nullum.

124. **Pleurotus Thozetii** Berk. et Muell. in Linn. Journ. XVIII, p. 383, *A. Bowmani* Müll. in herb. — Pileo flabellato-lobato, e stipite radicante oriundo, ochroleuco; lamellis concoloribus, latiusculis. 1445

*Hab.* in Queensland Australiæ. — Pileus 8 cm. latus, circiter 5 cm. longus; stipes radicatus inter folia terra mycelioque conglobata.

125. **Pleurotus Schultzii** Kalchbr. in Wint. Pilzfl. I, p. 859. — Pileo tenui, carnoso, subauriformi, sessili, dense tomentoso, 2,5 cm. lat.; lamellis tenuibus, latiusculis, utrinque attenuatis, a stipite remotiusculis, intermixtis brevioribus, pallidis, siccitate brunneo-flavis. 1446

*Hab.* in ligno quercino, Sonnewald Lusatiæ inf. (A. Schultz).

126. **Pleurotus rigescens** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528. — Pileo e suborbiculari flabellato, lobato, glabro, rufo, zonato, sicco rugoso; stipite distincto, subæquali, deorsum nigricante; lamellis angustissimis omnibus una decurrentibus. 1447

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya, Ceylon (Thwaites).

127. **Pleurotus scytocephalus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 529. — Candidus; pileo orbiculari, galeiformi, glabro, margine involuto; stipite brevi deorsum attenuato, glabro; lamellis angustis decurrentibus. 1448

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 12-18 mm. latus; stipes circiter 2 mm. latus crassusque; sporæ oblongæ 4 $\mu$. long. A *P. flabellato* distinguitur sporis minoribus.

128. **Pleurotus flabellatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528. — Pileo flabelliformi, tenui, candido vel rubescente, tomentoso, glabrescente, postice attenuato; stipite brevissimo, tomentoso; lamellis angustis decurrentibus. 1449

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites), Venezuela Amer. merid. et Africa austr. — Pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; sporæ oblongæ basi puncto minuto notatæ. Ligno adhæret basi spongiosa.

129. **Pleurotus hædinus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 288. — Albus; pileo suborbiculari flabellato spathulatoque opaco; stipite nullo; lamellis subventricosis pallidis, acie albo-pruinosis. 1450

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 6-10 mm. latus, interdum leviter lobatus; superficies corii caprini instar.

130. **Pleurotus hemiphlebius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 288. — Pileo flabelliformi, glaberrimo, tenui; stipite brevissimo, pruinoso, cylindrico; lamellis valde distantibus, tenuibus, acutis, interstitiis phlebophoris. 1451

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus, siccitate rufescens.

131. **Pleurotus galeiformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528. — 1452
Pileo obliquo tenui, striato, galeiformi, postice rufo; stipite cylindrico, deorsum polito, fusco e basi orbiculari oriundo; lamellis latis, interstitiis venosis.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon Indiæ (THWAITES). Pileus 18 mm, latus atque multo altior; stipes 4 mm. longus, vix 2 mm. crassus; lamellæ pallide ochraceæ, potius latæ.

132. **Pleurotus Moselei** Berk. Chall. n. 37. — Pileo flabelliformi, sub- 1453
tiliter reticulato, fimbriato, e rufulo pallescente; stipite brevissimo; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, interstitiis levibus.

*Hab.* in ligno emortuo in valle S. Domingo in insulis Africæ occidentalis. — Pileus 6 cm. latus, 4 longus.

133. **Pleurotus cantharelloides** Berk. F. Bras. Glaz. n. 9114. — Pi- 1454
leo tenui, flabelliformi, lobato, fulvo, sursum levi particulis candidis hispidulo, hymenio aurantio; lamellis angustis, hispidulis, contextu gelatinoso.

*Hab.* in Brasilia (GLAZIOU). — Pileus 4-5 cm. diam.: similitudinem maximam cum *Cantharello* habet, sed lamellis *Pleuroti*.

134. **Pleurotus obfuscescens** Berk. in Ann. Mag. Hist. Nat. p. 385. 1455
— Pileo flabelliformi, sericeo, scabriusculo, margine subinvoluto; stipite confluente cum pileo; lamellis angustis decurrentibus, postice fuscescentibus, interstitiis rugosis.

*Hab.* in cultis Zanzibar. — Pileus 3-5 cm. lat.; stipes 6-7 mm. long. sursum dilatatus; fungus siccus partim brunneus.

135. **Pleurotus Novæ-Zelandiæ** Berk. Fl. New. Zeal. pag. 174. — 1456
Hygrophanus, albus; pileo flabellato-reniformi, vertice affixo, postice scarioso-scabro, tenui, tenero; stipite obsoleto; lamellis latis distantibus, interstitiis venosis.

*Hab.* in ligno putri in Nova Zelandia (COLENSO). — Pileus 6-7 cm. lat., 4 cm. long. Forte *P. versiformi* analogus.

136. **Pleurotus venulosus** Lév. Ann. d. Sc. Nat. fév. 1846, p. 115. — 1457
Pileo membranaceo, subreniformi, glabro, albo; lamellis distantibus, ramosis, acie acutis, venis convexis, stipiteque brevi, laterali, cylindrico ochroleucis.

*Hab.* in cortice arborum viventium, Tjikoya ins. Javæ (ZOLLINGER). — Pileus 6-8 mm. latus. Affinis *P. dictyodi*.

137. **Pleurotus dictyodes** Lév. Ann. d. Sc. Nat. fév. 1846, p. 116. — 1458
Gregarius; pileo sessili membranaceo, nudo, sulcato, ochroleuco;

lamellis raris distantibus, e basi radicantibus, acie acutis, venis reticulato-connexis.

*Hab.* ad truncos arborum, Tjikoya Java (ZOLLINGER).

138. **Pleurotus lobulatus** Lév. Ann. d. Sc. Nat. fév. 1846, p. 46. — 1459
Pileo sessili carnoso, multifido, ochroleuco; lobis rotundatis, deorsum substipitatis; lamellis inæqualibus, concoloribus, decurrentibus, acie acutis.

*Hab.* in truncis arborum in Brasilia (GAUDICHAUD). — Pileus primitus spongioso-tomentosus. Catervarius.

139. **Pleurotus xylocharis** Mont. Cent. VII, p. 27. — Pileo membra- 1460
naceo, exsucco, incarnato, rotundato-cordato, undulato, sulcato-striato; stipite laterali ascendente, gracili, glabro, 4-5 mm. longo,; lamellis plicæformibus, distantibus, anastomosanti-radiantibus, sulcis pilei respondentibus et eodem concoloribus.

*Hab.* ad ramulos humidos in silvis Brasiliæ præsertim in provincia Goyaz (WEDDELL).

140. **Pleurotus leiophyllus** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 32. — Albi- 1461
dus; pileo reniformi, tenui; stipite brevissimo; lamellis angustis, crassiusculis, subdistantibus, adnatis; interstitiis levibus.

*Hab.* in ramis emortuis ins. Bonin.

141. **Pleurotus guarapiensis** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 9. — So- 1462
litarius v. sæpius cæspitosus; pileo membranaceo-carnosulo, laterali, horizontali, applanato, dimidiato 4-5 cm. diam. 2-3,5 cm. lat. ant. post., postice truncato-subcuneato v. subrotundato, non marginato, fulvo-ferrugineo v. subtestaceo (in sicco), glabro, levi, mbrgine tenui, acuto, recto, non v. vix undulato-repandulo; lamellis pileo concoloribus, subconfertissimis, polymacriis, strictiusculis, 1 mm. lat., utrinque attenuatis, antice acute, postice subabrupte leniterque sinuatis, non v. vix denticulo brevissimo in stipitem decurrentibus; stipite laterali, superne cum pileo continuo, inferne a lamellis subdiscreto, modicissime incurvo-adscendenti, bene evoluto levi, 1-1,5 cm. long. 3-3,5 mm. crass. deorsum non vel vix incrassatulo, intus albo, extus pileo concolori (in sicco) plus minusve sordide albescenti-pruinuloso, basi abrupte in mycelio flocculoso subevanescente, sordide albido, latiuscule per matricem serpenti dilatato.

*Hab.* in truncis emortuis putrescentibus inter muscos in silvis prope Guarapi. — Pulchellus, notis perplurimis acute distinctus, specimina tamen subobliterata et manca: sporæ autem non visæ; an *Crepidotus?*

142. **Pleurotus Nambi** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 11. — Solitarius 1463
v. laxe gregarius, horizontalis; pileo orbiculari-dimidiato v. obovato-subspathulato 4-8 cm. diam., 4-6 cm. lat. ant. post., applanato, carnosulo-membranaceo, sordide albescente, margine recto, acuto, integro v. plus minusve fisso, leniter laxe subgrosseque striato; lamellis polymacriis, pileo concoloribus subcrassiuscule membranaceis, latis, 3-4 mm. lat., acie integris, laxiusculis, utrinque attenuatis paucis longioribus in stipitem decurrentibus; stipite brevi, mediocri, 0,5-1 cm. long. 2,5-3,5 mm. crass., tereti-obconico antice subabrupte in pileum expanso, postice truncato-adnato, glabro, albescente.

*Hab.* ad truncos in silvis subvirgineis prope Guarapì Brasilæ. 1464

143. **Pleurotus Sciadium** Kalchbr. et Mac Ow. in Grevillea. — Pileo carnoso, laterali, postice immarginato, flabelliformi, confluendo multiplici, lobato, 4-7 cm. lato, basi in stipitem producto vel basi subangustata sessili, floccoso, albo-alutaceo; stipite solido, vix 2,7 cm. long., basi albo-floccoso; lamellis decurrentibus, passim furcatis, confertis, angustis, albis.

*Hab.* in lignis putridis mont. Boschberg Africæ austr.

144. **Pleurotus Bogoriensis** Lév. Champ. exot. p. 172. — Pileo car- 1465
nosulo, suborbiculari, rufo, basi gibboso; lamellis confertis, pallide rufis, margine albis, acute adnatis; stipite excentrico, cylindrico, concolori.

*Hab.* ad truncos circa Bogor, Buitenzorg in insula Java. *Pano stiptico* proximus. — Pileus 6-8 mm. latus, stipes 3-4 mm. altus.

145. **Pleurotus hymeninus** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 31, f. 4 (absque 1466
diagnosi). — Dimidiatus, sessilis, explanatus, reniformis, gregarius, glaber, 4-5 mm. long., flaccidus, margine striato; lamellis crebris radiantibus, angustis, pallidis.

*Hab.* ad cortices in Algeria.

146. **Pleurotus fissilis** Lév. Ann. d. Sc. Nat. oct. 1844, p. 172, *Ag.* 1467
*lobatus* Jungh. — Cæspitosus, adscendens; pileo carnoso, flabelliformi, nudo, levi, albo, margine undulato fisso; stipite brevi, crasso, laterali, nudo, albo; lamellis angustis, acute adnatis, flavescentibus.

*Hab.* in truncis arborum, Java (Junghun). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus; stipes circiter 2 mm. crassus, bene distinctus.

147. **Pleurotus derminus** Lév. Ann. d. Sc. Nat. oct. 1844 p. 173, 1468
*Merulius* Korth. — Albus; pileo coriaceo, membranaceo, glabro, postice depresso, margine sulcato; stipite brevissimo, laterali, nudo; lamellis crassis, distantibus, ramosis, sinuato-adnatis.

*Hab.* in truncis arborum, Java. — Pileus circiter 4 cm. latus.

148. **Pleurotus semisupinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 529, 1469
*Ag. nidulus* B. et C. — Pileo primum pezizæformi, villoso, demum semisupino; lamellis ventricosis, circa discum tomentosum sitis.

*Hab.* in ramulis foliisque emortuis, Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites), Sarrawak Borneo. — Pileus 4 mm. latus, primo niveus; lamellæ ætate rubescunt; sporæ subglobosæ, 10–13 $\mu$. long.

149. **Pleurotus semiliber** B. et Br. F. Brisb. II, p. 54. — Candidus; 1470
pileo semiadhærente sericeo, pallide flavo; stipite laterali, brevi; lamellis tenuibus decolorantibus, latiusculis; sporis ovatis, 7 $\mu$. longis, levibus.

*Hab.* ad Brisbane Queensland Australiæ, — *Pleuroto semisupino* B. et Br. proximus, sed deest columna centralis, cui lamellæ inseruntur.

150. **Pleurotus niphetus** Ellis Bull. Torr. Cl. 1882, p. 18. — Pileo 1471
laterali, subimbricato, tenui, flabelliformi, spathulato-reniformi, 5-7 cm. lato longoque, basi sessili angustato; stipite vix distincto, convexo, innato-tomentoso, niveo, sicco flavescente; lamellis inæqualibus, angustis, confertis; sporis suborbicularibus, 3,5-6,5 $\mu$. diam., nucleo magno vel 2-3 parvis instructis, albidis.

*Hab.* in truncis ramisque Pini et Cedri in America boreali.

151. **Pleurotus subfunereus** Berk. F. Chall. III, p. 50. — Pileo spa- 1472
thulato, palumbino, glabro e stipite candido cylindraceo ramoso oriundo; lamellis tenuibus, integris, lineato-decurrentibus, pallidis.

*Hab.* in Japonia (F. V. Dickins). — Pileus 1–2 cm. latus, 2,5 cm. longus, stipes 1 cm. circ. altus, 2,5 mm. crassus.

152. **Pleurotus sordulentus** B. et Br. F. Brisb. II, p. 54. — Pileo 1473
orbiculari subreniformi, sordide albo, primum hirsutulo dein glabrescente; stipite obsoleto vel vertice affixo; lamellis albis ventricosis.

*Hab.* ad Brisbane Queensland. — Pileus 2–3 cm. circ. latus, margine incurvus; *Crepidoto molli* primo similis at distinctissimus absentia stipitis, colore lamellarum etc.

153. **Pleurotus scabellus** Berk. F. Chall. III, p. 48, (*scabriusculus*). — 1474
Conchiformis postice depressus; pileo subtiliter pulverulento-tomentoso, demum leviter radiato-plicato; stipite brevissimo laterali, cylindrico quandoque applanato; lamellis decurrentibus nec postice porosis integris.

*Hab.* in insula Amirality. — Pileus 2,5–5 cm. latus, 2,5 circ.

altus, siccitate ochraceo-tinctus. Nomen leviter mutavimus ob homonymon et diversum ejusdem Berkeleyi Austral. Fungi n. 18.

154. **Pleurotus scabriusculus** Berk. Austr. Fungi n. 18. — Albus, sessilis; pileo subdimidiato angusto v. flabelliformi, antice scabriusculo estriato, margine lobato; lamellis angustis, e puncto tomentoso oriundis. 1475

*Hab.* in ligno putrescenti, Victoria Australiæ.

155. **Pleurotus tenuissimus** Jungh. Crypt. Jav. p. 84. — Pileo levi, reniformi-rotundato, membranaceo-tenuissimo, diaphano, flaccido, sordide ochraceo, explanato-resupinato, 7-8 mm. lato; stipite laterali, tenui; lamellis paucis distantibus, simplicibus, latiusculis, e basi versus ambitum radiatim decurrentibus. 1476

*Hab.* ad ramulos dejectos in silvis umbrosis regionis calidæ in ins. Java, majo. — Adest etiam varietas **candida**, major, membranacea, non diaphana, lamellis distantibus, basi venoso-connexis. In cortice arboris vivi, Java, aprili.

III. Resupinati. Pileus primitus resupinatus, lamellis in puncto excentrico concurrentibus, dein reflexus, sessilis (Calathinus Quél., Phyllotus Karst).

*) Pileo carnoso, uniformi.

156. **Pleurotus porrigens** Pers. Obs. Myc. I, p. 54 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 184, Hym. Eur. p. 178, Cooke Ill. t. 259, Saund. et Sm. t. 26, *A. abietinus* Schrad. Spic. p. 132. — Albus; pileo carnoso, tenaci, primo resupinato, dein adscendente, e basi porrecta auriformi, sursum glabro; lamellis angustissimis, linearibus. 1477

*Hab.* in pinetis Europæ borealis, vulgaris. Sporæ sphæroideo-ellipsoideæ, 7-8 ≃ 6 v. 6 ≃ 4. Primo sistit peltam orbicularem, planam, excentricam, dein *A. petaloidem* refert.

157. **Pleurotus salebrosus** Berk. Ann. Nat. Stit. IX, p. 444, tab. IX, f. 1. — Sordide flavus, pallidus; pileo subreniformi, lobato, subplicato, subcarnoso; sulcis brevibus radiantibus notato, pellucido-striato, stipite nullo; lamellis, latis, subdistantibus, acie subdentatis. 1478

*Hab.* in ramulis corticatis, Rio Janeiro, Amer. merid. (Darwin). — Pileus primum totus resupinatus 1¼-4 cm. latus. *Pleurolo porrigenti* proximus.

158. **Pleurotus pinsitus** Fr. S. Myc. I, p. 184, Hym. Eur. p. 178, Weinm. p. 131, Bona icon in collectione Schumacheri. Conf. Secr. n. 1066. — Albidus; pileo carnoso, molli, primo resupinato, dein expanso, horizontali, sessili, sericeo-villoso, undulato, hygrophano; lamellis latis, distinctis. 1479

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum in Europa, raro. — Pileus 4-6 cm. latus; sporæ ovoideæ 10-11 μ. longæ, vix aculeolatæ. Color tam pilei, quam sporarum sordidus, sed pileus siccus candicans. Habitus *Crepidoti mollis*.

159. **Pleurotus nidulans** Pers. Ic. et descr. t. 6, f. 4, (colore squalido) Fr. Syst. Myc. I, p. 189, Icon. t. 86, f. 3, Hym. Eur. p. 178, Lasch n. 250. — Pileo carnoso, primo resupinato, dein expanso, sessili, subreniformi, tomentoso, luteo; lamellis latis, subdistantibus, aurantio-fulvis. 1480

*Hab.* ad ligna cariosa Fagi, Pini Europæ haud raro. — Pileus $2^1/_2$-6 cm. latus; sporæ oblongatæ, hyalinæ 3-5 ≃ 1. Colore luteo-aurantio, tomento concolore vel albicante micat. Mollis, neutiquam coriaceus, ut dicit Secretan.

160. **Pleurotus Pacificus** Berk. Lond. Journ. Bot. I, p. 451. — Pallide ochraceus; pileo resupinato-reflexo, orbiculari, deinde in lobos pileiformes, fisso, tenui, glabro subvirgato, margine obscuriore elegantissime, e lamellis tenuibus postice acutis, integerrimis, striatis. 1481

*Hab.* in ramis corticatis, in insulis Fiji m. Pacifici (I. B. Hinds). — Pileus 4 cm. latus. Affinis *P. nidulanti*.

161. **Pleurotus cæsio-zonatus** Rabenh. Fl. Lusat. II, p. 228, Fr. Hym. Eur. p. 179. — Pileo subcarnoso, resupinato, subsessili, tenaci, demum plano, postice depresso, villoso, ochraceo-brunneo, zonis cæruleo-griseis variegato; lamellis latis, distantibus, luteo-brunneis. 1482

*Hab.* ad caules exsiccatos Loniceræ Xylostei et tataricæ in Lusatia, cæspites formans imbricatos. — Pileus $1^1/_2$-3 cm. latus. Videtur insignis species.

162. **Pleurotus septicus** Fr. Syst. Myc. I, p. 192, ubi syn., Hym. Eur. p. 179, Letell. t. 706, f. 1, Cooke Ill. t. 259, *b.*, Berk. Outl. p. 137, Kickx p. 159, *A. pubescens* Sowerb. t. 321. — Pusillus, candidus; pileo carnosulo, tenui, e resupinato reflexo, levi, pubescente; stipite tenui, incurvo, pubescente, evanescente, radiculis byssoideis; lamellis distantibus. 1483

*Hab.* ad ramos delapsos, stipulas, in Europa haud frequens, et ad corticem trunci vetusti Erythrinæ cristæ-galli in nemorosis prope la Recoleta in Argentina Amer. merid. et Africa austral. — Pileus 6-11 mm. latus; stipes 5 mm. longus; basidia clavulata, 20-25 ≃ 10-11, hyalina; sporæ elliptico-subglobosæ, inferne acutato-apiculatæ, hyalinæ, 8-10 ≃ 6-7. *Cl. variabilem* refert, sed lamellæ non decolorantes ob sporas albas. Pusillus, tam versiformis, ut idem individuum in diversa ætate ægre recognoscas.

163. **Pleurotus roseolus** Quél Champ. Norm. p. 7, t. I. f. 1. — Pileo convexo conchoideo, 2-3 mm. lato, subcarnoso, tenero, translucido, striato, pubescenti-lanuginoso, roseo-purpureo; stipite curvo, 2 mm. longo, pubescenti et concolore; lamellis distantibus, confertis, roseis, acie obscurioribus; sporis ovoideis 8 μ. subpiriformibus, candidis. 1484

*Hab.* in Juncis et Graminibus, Mare Guénard, Canteleu prope Rouen in Gallia (Lebreton).

164. **Pleurotus flavo-lanatus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 288. — Pileo primum resupinato, spongioso-tomentoso, luteo-fusco; stipite nullo; lamellis subdistantibus flavis, interstitiis levibus. 1485

*Hab.* in ramulis, Cuba, Amer. centralis (C. Wright). — Pileus 2 mm. latus; sporæ albæ.

165. **Pleurotus cocciformis** Berk. Fl. New. Zeal. p. 174. — Minutus; pileo primum pezizæformi demum reflexo, cervino, dense piloso; stipite nullo; lamellis angustis, pallide alutaceis, setulosis. 1486

*Hab.* in ligno decorticato, Bay of Islands Novæ Zelandiæ (Hooker). — Pileus 3-5 mm. lat., initio pezizoideus. Cum *Crepidoto phalligero* Mont. forte comparandus.

166. **Pleurotus bursiformis** Berk. Fl. Tasm. p. 215. — Pileo postice affixo bursæformi, albido, tomentoso, antice glabrescente; lamellis subdecurrentibus striatis; sporis 6-7 μ. subglobosis. 1487

*Hab.* in corticibus putridis in Tasmania (Archer). — Pileus 5 cm. d.

167. **Pleurotus lividulus** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 33. — Resupinatus; pileo reniformi seu flabellato, demum lobato, purpurascenti-livido, pulverulento-hispidulo, glabrescente; stipite nullo; lamellis pileo concoloribus demum albis. 1488

*Hab.* in ramis emortuis ins. Bonin. — *Pleuroto spiculifero* affinis sed resupinatus.

**) Pileo carnoso, striato, strato superiore gelatinoso vel pellicula viscosa. (Insertæ sunt species gelatinosæ dimidiatæ).

168. **Pleurotus mastrucatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 190, Monogr. I, p. 254, Hym. Eur. p. 179, Cooke Ill. t. 243, *A. echinatus* Sowerb. t. 99 (optime). — Pileo carnoso, strato superiore gelatinoso, primo resupinato, dein expanso, sessili, lobato, squamoso, murino-griseo; lamellis latis, subdistantibus, albido-griseis. 1489

*Hab.* ad truncos prostratos in fagetis Europæ et Cincinnati

Amer. bor. — Pileus $2^1/_2$–10 cm. latus. Sequentibus major, pellem tetram referens, superne fuscus, squamis squarrosis quasi echinatus.

169. **Pleurotus rivulorum** Pat. et Doass. in Rev. Myc. 1886, p. 26. — 1490
Pileo horizontali, v. adscendenti, margine non striato, deorsum non marginato, 5–8 mm. lato, subgelatinoso, pellucido, brunneo-ferrugineo, tomento albido obtecto; stipite laterali, tuberculiformi, albo, villoso, tactu roseolo; lamellis primo griseis, dein rufis vel vinosis; sporis subsphæricis, 4–6 $\mu$. diam., albis.

*Hab.* ad ripas rivulorum, inter muscos et hepaticas, Eaux-Bonnes (Basses Pyrénées). — *Pleuroto trementi* et *P. plano* affinis. Caro vinosa.

170. **Pleurotus tremens** Quél. Bull. Soc. Bot. F. 1877, p. 320, t. 5, 1491
f. 3. — Pileo reniformi v. flabellato, 3–4 cm. lato, glabro, diaphano, incarnato-violaceo, tremelloso-gelatinoso; lamellis sinuatis, distantibus, crassiusculis, incarnato-pallidis; stipite laterali, tenaci, concolori; carne elastica, acidula, incarnata, suaveolente; sporis sphæroideis, 6–7 $\mu$. d., aculeolatis.

*Hab.* in ligno quercino putri in Gallia or.

171. **Pleurotus atro-cæruleus** Fr. Syst. Myc. I, p. 190, Monogr. l. c., 1492
Hym. Eur. p. 179, Saund et Smith t. 6, f. 1, Berkl. Outl. p. 138, Lasch n. 549, Cooke Ill. t. 243, *A. alneus* Schaeff. t. 246, f. 3, 8, 9. — Pileo carnoso, villoso, atro-cæruleo, primo resupinato, strato superiore gelatinoso; lamellis latis, albidis.

*Hab.* ad truncos varios ut Fagi, Populi in Europa, et in lignis emortuis Californiæ, Carol. inf., Pennsylvaniæ Amer. bor. Swan River, in Australia et in Africa merid. — Pileus 2–6 cm. latus atro-cæruleus v. rarius fuscus; lamellæ interdum flavescunt; basidia clavulata, sterigmatibus 2–4 terminata; sporæ globosæ, hyalinæ, 2–3 $\mu$. diam. diu basidiis inclusæ (in hymenio adsunt copiosa crystalla minima octo-edrica, hyalina).

172. **Pleurotus barbatulus** B. et C. Ann. of Nat. Hist. oct. 1859. — 1493
Pileo reniformi, pallido, spongioso-hispidulo; stipite nullo; lamellis distantibus tenuibus; interstitiis levibus.

*Hab.* in lignis putrescentibus, Boston, Amer. fœder. (Curtis), Cuba, Amer. centr, (C. Wright). — Pileus 3 cm. latus. Affinis *P. atrocœruleo.*

173. **Pleurotus myxotrichus** Lévеill. in Ann. Sc. Nat. 1848, p. 121, 1494
Quél. 14 Suppl. p. 2, Fr. Hym. Eur. p. 179. — Pileo subcarnoso, resupinato, sessili v. stipite brevi instructo, reniformi, primo vi-

scoso, demum spongioso, albo-villoso; lamellis concoloribus, latiusculis, confertis.

*Hab.* ad truncos cæsos Tiliæ in Gallia. Ex auctore affinis *P. atro-cæruleo*, ex Quélet *P. algido*. Sporæ ovoideæ 10-12 μ. long. vix aculeolatæ; margo pilei acutus, integer v. lobatus.

174. **Pleurotus Leightoni** Berk. in Mag. Zool. Bot. XIII, t. 9, f. 1, 1495
Outl. p. 138, Cooke Ill. t. 260, Fr. Hym. Eur. p. 179. — Pileo carnosulo, primum oblique conico, umbrino, dein plumbeo, furfuraceo, immixtis setis sparsis, strato superiore gelatinoso; lamellis crassiusculis, distantibus, alutaceis.

*Hab.* ad ligna Angliæ. — Pileus 11 mm. latus; lamellæ interdum furcatæ, leviter undulatæ basique venis connexæ.

175. **Pleurotus algidus** Fr. Syst. Myc. I, p. 190, Hym. Eur. p. 180, 1496
Brigant. t. 20, Cooke Ill. t. 260, Berk. Outl. p. 138, *A. subsessilis* Fl. Dan. t. 1552, f. 1, *A. lateralis*, Ibid. t. 1556, f. 2, *A. cynotis* Pers. Myc. Eur. 3, t. 23, f. 5. — Pileo carnoso, primo resupinato, dein expanso, reniformi, pellicula tenui, viscosa, glabra, rufo-brunnea; lamellis latiusculis, confertis, lutescentibus.

*Hab.* ad ligna putrida v. c. Betulæ per majorem Europæ partem, sed non frequens, et in Amer. fœder. — Pileus circiter 5 cm. latus; cæsius, umbrinus v. rufo-brunneus, pellicula tenui viscida, junior sæpe pruina tectus.

176. **Pleurotus semitectus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 288. — 1497
Pileo ex albo pallide fusco, spongioso-pubescente, demum glabro, flabelliformi; stipite brevissimo vel obsoleto lamellisque confertissimis, angustis, subdecurrentibus, pileo concoloribus.

*Hab.* ad truncos in densis nemoribus, Cuba Amer. centralis (C. Wright) et Venezuela. — Pileus 2½-5 cm. latus, interdum lobatus. Affinis *P. algido*.

177. **Pleurotus fluxilis** Fr. Syst. Myc. I, p. 189, Hym. Eur. p. 180, 1498
Secret. n. 1063, Cooke Ill. t. 244. — Sessilis; pileo carnosulo, reniformi, superne gelatinoso-viscoso, subumbrino; lamellis linearibus, e puncto laterali divergentibus, distantibus, albidis, paucis integris.

*Hab.* in Europa inter muscos in truncis Fagi laxe adhærens. Pileus 3 cm. latus; sporæ 10 μ. longæ, ellipsoideæ.

178. **Pleurotus unguicularis** Fr. Elench. I, p. 24, Icon. t. 89, f. 4, 1499
Hym. Eur. p. 180, Kickx p. 160. — Pileo carnosulo, primo resupinato, stipite incurvo, dein adscendente instructo, pellicula viscosa tecto; lamellis determinatis, latiusculis, distantibus, albis.

*Hab.* in rimis corticis truncorum languescentium in Europa. Statura mutabili cum *P. septico* et *Cl. byssisedo* convenit. Stipes brevissimus, 2-3 mm. altus, in corticis rimis delitescens, glaber, albus; pileus 3 mm., 1 cm. latus; sporæ 4-6 ≃ 1,5. Duas legit formas Fries, alteram pileo griseo ad truncos Quercus, alteram pileo aterrimo ad cortices Sorbi.

179. **Pleurotus furvellus** Karst. Hattsv. I, p. 94. — Pileo obscuro 1500
v. cyaneo-roseo obscure tincto, senio flavo-albido, brunnescente; sporis 6-9 ≃ 4-5.

*Hab.* ad truncos Sorbi, Betulæ, Tremulæ, in Fennia et Scandinavia. *Pl. unguiculari* affinis sed major, expallens.

180. **Pleurotus Silvanus** Sacc. Mich. I, p. 1. — Pileo membranaceo 1501
subflaccido, sessili, cucullato-cupulari vel subdimidiato, e resupinato reflexo, levissimo (non striato), glabro, cinereo-nigro, minutissime albo-furfuraceo, margine rectiusculo; lamellis latis, remotiusculis, integris dimidiatisque, sordide albis; sporis breve cylindraceis vehementer curvatis, 8-9 ≃ 3½-4, granulosis hyalinis, in basidiis clavatis, 30 ≃ 7-8, per sterigmata brevissima acrogenis.

*Hab.* in sarmentis putrescentibus Clematidis Vitalbæ, Selva, Treviso in Italia boreali. — Pileus 5-8 mm. diam. Cum *P. applicato* et *P. striatulo* quadam affinitate devincitur, sed statim riteque distinguitur pileo glabro, non striato, sporis lunulatis etc.

181. **Pleurotus cyphelliformis** Berk. in Magaz. Zool. Bot. I, t. 15, 1502
f. 3, Outl. p. 138, Cooke Ill. t. 244, Fr. Hym. Eur. p. 180. — Pileo carnosulo, sessili, cupulari, minute strigoso, cinereo, strato superiore gelatinoso, margine pallidiore, squamis paucis farinosis consperso; lamellis subdistantibus, linearibus, candidis.

*Hab.* ad caules emortuos plantarum herbacearum in Europa. Gregarius, pusillus, 4 mm. et ultra altus latusque, basi præcipue minute strigosus.

182. **Pleurotus nivosus** Quél. Bull. Soc. Bot. Fr. 1877, p. 320, t. 5, 1503
f. 2. — Pileo membranaceo, campanulato, 6-8 mm. lato, sessili, gelatinoso, sicco pergameneo, granulato-rugoso, striato, subpellucido, griseo-fumoso, jove udo verrucis hyalinis consperso, siccitate albo-lacteo; lamellis angustis, distantibus, albis; sporis reniformibus, 12 μ. 2 l. guttatis.

*Hab.* in ramis Sambuci racemosæ, Jura. — Affinis videtur *P. cyphelliformi.*

183. **Pleurotus applicatus** Batsch f. 125 (*Agar.*), Sowerb. t. 301, Berk. 1504
Outl. p. 139, Cooke Ill. t. 244, c., Fr. Hym. Eur. p. 180, *A. epixylon*

Bull. t. 581, f. 2, Schum. Sæll. p. 366, *A. epigæi* var. Pers. Syn. p. 484, *A. striatulus* v. *hirsutulus* Alb. et Schw. p. 232. — Obscure cinereus; pileo sessili, submembranaceo, firmulo, cupulari, e resupinato reflexo, striatulo, subpruinato, basi villoso; lamellis latis, dilutioribus.

*Hab.* ad truncos putridos varios, præcipue Salices cavas in Europa, in silvis prope Minussinsk in Sibiria, ad caudices filicum, Swan River Australiæ, Iuan Fernandez, Car. inf. Amer. bor. in Argentina et Cuba (C. Wright). Stipes nullus, sed interdum e dorso porrectus; pileus 4-7 mm. latus. Lamellæ pallidiores, crassiusculæ, acie dilutiores; sporæ globosæ, leves, 4-5 μ. d., sæpe 1-guttatæ hyalinæ.

184. **Pleurotus niger** Fr. Elench. I, p. 29, Epicr. ed. I, p. 137. — Nigerrimus; pileo subresupinato in medio affixo, pulveraceo, margine plicato; lamellis margine cinereis. 1505

*Hab.* ad truncos Juglandis albæ in Carolina Amer. bor. — Gregarius, sed non imbricatus, 4-6 mm. latus. Pileus aterrimus, non pellucidus. Lamellæ radiantes, latæ, atræ.

185. **Pleurotus Lenticula** Kalch. Grevillea VIII, p. 151, t. 142, f. 3. — Pusillus, dorso adnatus, orbicularis, planus, 1-3 mm. diam., nudiusculus, olivaceo-fuscescens vel albido pulverulentus; lamellis linearibus, simplicibus, confertis, in punctum subexcentricum concurrentibus, olivaceo-fuscis. 1506

*Hab.* ad truncis Rockhampton Queensland (Mueller). — *Pleuroto applicato* Batsch. similis.

186. **Pleurotus radiatim-plicatus** Kalchbr. in Grevillea. — Habitu *Ag. applicati* Batsch., sed rufus et ad marginem plicis paucis notatus; lamellis distantibus, angustis, rufescentibus. 1507

*Hab.* ad ramulos deciduos, m. Boschberg Africæ austr. (Mac Owan).

187. **Pleurotus Rhacodium** B. et C. Ann. Nat. Hist. oct. 1859. — Pileo griseo, conchato, atro-strigoso; lamellis griseis. 1508

*Hab.* in ligno putri in Pennsylvania Amer. bor. (Michener, Curtis). — Pileus 6 mm. latus, postice pilis densis spiculiformibus nigris vestitus; margo striatus; lamellæ modice distantes. Stricte affinis *P. applicato* sed pilis densis nigris distinguitur.

188. **Pleurotus lagotis** B. et C. on Fungi of U. S. Exp. Exp p. 195, Tab. 1, fig. 1. — Pileo sessili elongato-conchiformi, antice latiori; strato superiore gelatinoso, setoso-velutino; lamellis subconfertis. 1509

*Hab.* in ligno, Oahu in insulis Sandwich m. Pacifici. — Pileus

6 mm. altus sessilis, postice attenuatus, pilis brevibus dense vestitus, demum antice nudus; lamellæ exsiccatione fulvæ, acie integræ; sporæ subglobosæ. Affinis *A. atro-purpureo.*

189. **Pleurotus Tasmanicus** Berk. Fl. Tasm. p. 245. — Pileo reniformi, levi, glabro, pellicula gelatinosa vestito; stipite brevissimo, tomentoso v. obsoleto; lamellis latis, subdistantibus, tenuibus. 1510

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Archer). — Pileus 25-30 mm. d. — *Agarico algido* nonnullis notis proximus.

190. **Pleurotus diversipes** Berk. Fl. Tasm. p. 244, Tab. CLXXXI, fig. 4. — Pileo umbilicato v. laterali, pellucido, strato gelatinoso vestito; stipite subcartilagineo, compresso, cavo, elongato, brevi, v. obsoleto; lamellis, distantibus, decurrentibus, interstitiis levibus. 1511

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Archer). — Pileus 25-50 mm. lat. Affinis *A. Tasmanico.*

191. **Pleurotus Testudo** Berk. Dec. n. 149 *A. barbatus* B. et C. partim. — Densissime imbricatus; pileis vertice porrectis, lobatis, subtiliter tomentosis, griseis, pellicula gelatinosa vestitis; lamellis ochraceis. 1512

*Hab.* in ligno vetusto, Hautane, Peradenya Ceylon Indiæ (Gardner), Cuba. Amer. centr. — Pilei $2^1/_2$–5 cm. longi, lateraliter confluentes, subflabelliformes ob verticem elongatum; cuticula gelatinosa, sed minime viscida; margo haud striatus; lamellæ angustæ, spiculis minutis vestitæ, ex quo *P. spiculiferum* referunt. Hic prima ætate non resupinatus.

192. **Pleurotus Squamula** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 34. — Resupinatus, villo albo affixus; margine libero; strato superiore gelatinoso; pileo suborbiculari, glabrescente lamellisque crassiusculis luteis; stipite nullo. 1513

*Hab.* in lignis putrescentibus insulæ Bonin. — *P. spiculifero* affinis sed gelatinosus, pileo semiadhærente etc.

193. **Pleurotus spiculifer** Berk. Lond. Journ. Bot. 1, p. 451, tab. XIV. — Flavo-fuscus; pileo membranaceo, pellucido-striato, glaberrimo, orbiculari, demum flabelliformi, postice in stipitem brevem attenuato; margine subinvoluto; lamellis angustis, radiantibus sub lente parum augente spiculosis præsertim prope stipitem spurium; mycelio floccoso penetrante. 1514

*Hab.* in ligno carioso in insula New Ireland m. Pacifici (J. B. Hinds). — Pileus 9 mm. latus, primum hispidulus; lamellæ cystidiis latis acuminatis tectæ.

194. **Pleurotus Mustialensis** Karst. Hattsv. I, p. 94. — Pileo resu- 1515

pinato, carnosulo, intus subgelatinoso, sessili vel stipite brevissimo laterali, nigro, albo-tomentoso; lamellis distantibus, angustis, dilutioribus; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis. 6-8 ≃ 4.

*Hab.* ad corticem trunci unici Pini silvestris prope Mustiala decemb. A *P. applicato* differt pileo majori (1-1,5 cm. lat.), nigro, tomentoso, lamellis obscurioribus (fuligineo-griseis vel subatris etc.).

195. **Pleurotus guepiniformis** Berk. F. Chall. III, p. 50. — Pileo spathulato fisso; strato superiore gelatinoso, læticolori croceo; lamellis decurrentibus, concoloribus. 1516

*Hab.* in Japonia (F. V. Dickins). — Circ. 2,5 cm. altus, 2-2,5 cm. latus.

***) Pileo membranaceo, haud viscido.

196. **Pleurotus Hobsoni** Berk. Outl. p. 138, Cooke Ill. t. 212, a., Fr. Hym. Eur. p. 181. — Pileo membranaceo, sessili, dimidiato, reniformi, pubescente, pallide griseo; lamellis subdistantibus, pallidis. 1517

*Hab.* ad ramulos Laricis. *A. reniformi* supra descripto valde affinis apparet, sed ille glaber, breviter stipitatus, latior; hic 2-8 mm. modo latus, margine involuto.

197. **Pleurotus striatulus** Fr. Syst. Myc. I, p. 193, Icon. t. 89, f. 5, Hym. Eur. p. 181, Pat. t. 108, Cooke Ill. t. 212, b., Berk. Outl. p. 139, *A. membranaceus* Scop. *A. striato-pellucidus* Pers. Obs. 2, p. 48, sed non icon. Versiformis: a) obconico-campanulatus, pendulus, in latere inferiore truncorum prostratorum; b) imbricatus, reflexus, in ramulis Coryli; c., irregularis, in stipitibus. Pers. Myc. Eur. 3, t. 25. f. 3. — Dilute cinereus, pileo tenerrimo, subcupulari, flaccido, striato, glabro; lamellis paucis, distantibus. 1518

*Hab.* in Europa, Car. inf. North Greenbush, Buffalo, Amer. bor. — Pileus 4-7 mm. latus. Siccus mox corrugatus, oculos fugiens.

198. **Pleurotus Zippelii** Lév. Ann. d. Sc. Nat. oct. 1844, p. 171, *A. striatulus* Zipp. Mss. — Gregarius; pileo sessili, horizontali, carnosulo, pulvinato, rimoso, verruculoso, rufo demum lateritio; lamellis tenuibus, acie obtusis, pileo dilutioribus. 1519

*Hab.* in truncis arborum Java, Hispaniola. — Pileus 4-5 mm. latus. Habitus *P. algidi*, sed magnitudine et superficie pilei distinctus.

199. **Pleurotus canus** Quél. in Bres. F. Trid. p. 35, t. XXXVII, f. 3. — Pileo membranaceo, dimidiato, reniformi, margine ut plu- 1520

rimum lobato, albido, villoso striato 2-5 mm. lato, 2-3 mm. longo; lamellis valde distantibus, ventricosis, adnatis, albis acie fimbriato-dentata; stipitibus rudimentalibus, inferne tantum conspicuis, albis; sporis hyalinis, ovato oblongis, 7-9 ≃ 5 mm.; basidis clavatis 30 ≃ 6-8 mm.

*Hab.* in pinetis ad terram inter muscos humiliores jam pluries observatus in agro Tridentino, æstate-autumno. — *Pleuroto striatulo* vicinus.

200. **Pleurotus arenarius** Lasch in Kl. H. M. n. 1310, Bot. Zeit. 1850, p. 438. — Incano-pallidus; pileo subsulcato, leviter tomentoso; lamellis distantibus crassis, latis; stipite nullo v. brevissimo albo-floccoso; sporis alutaceis. 1521

*Hab.* ad terram arenosam pr. Driesen Germaniæ (Lasch). — Affinis *P. striatulo*.

201. **Pleurotus subbarbatus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 288, XI, p. 525. — Atro-fuscus; pileo flabelliformi, subtiliter hispido, striatulo, margine undulato; stipite nullo; lamellis concoloribus angustis. 1522

*Hab.* in lignis cariosis, Cuba (C. Wright), Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus. Forma tenera *P. striatulo* accedens collabescens atque matrici arcte adhærens ut interdum evenit in *P. applicato*.

202. **Pleurotus perpusillus** Fr. Syst. Myc. I, p. 195, cum syn., Hym. Eur. p. 181, Weinm. p. 133, *A. applicatus* Fl. Dan. t. 1295, f. 1, *A. subversus* Schum. p. 366, Buxb. Cent. V, t. 7, f. 3. — Candidus; pileo tenerrimo, e resupinato reflexo, levi, glabro; lamellis paucis, latis. 1523

*Hab.* ad truncos, ramulos passim in Europa et ad ramulos dejectos Solani Bonariensis en Barraças del Sur Argentinæ Americæ bor. (Spec.) in Australia et P. Natal. — *P. striatulo* maxime affinis, sed tenuior, colore præcipue diversus. Junior obcampanulatus, 4-7 mm. latus. Lamellæ interdum lutescentes.

203. **Pleurotus subplicatus** Karst. Symb. Myc. Fenn. p. 58. — Pileo tenerrimo, membranaceo, resupinato, suborbiculari, vulgo integero, planiusculo, striato-plicatulo, sericello, albo basi villoso adfixo, 4-7 cm. lato; lamellis puncto excentrico concurrentibus, subdistantibus, latis, albis vel albidis plurimis; sporis ovoideis vel late ellipsoideis 6-7 ≃ 4-5. 1524

*Hab.* supra corticem Alni octobri, in silva Haarankorpi prope Mustiala. A *Pleuroto dictyorrhizo* et *P. chioneo* distinctus. Var.

**cinereus** Karst. loc. cit.: totus dilute cinereus vel glaucescens ad corticem Abietis excelsæ pr. lacum Salois haud procul a Mustiala Fenniæ, septemb.

204. **Pleurotus clusilis** Kalch. in Grevillea. — Pusillus; pileo tenui, membranaceo, resupinato-reflexo, margine incurvo lamellas abscondente, 3-4 mm. lato, leviter striato vel ruguloso, subpruinoso, carneo-rufescente; radicula brevi, evanescente; lamellis paucis (5-9) plicæformibus in punctum excentricum concurrentibus, carneis. 1525

*Hab.* in cortice vivo variarum arborum montis Boschberg Africæ austr. (Mac Owan). — A proximo *Pleuroto perpusillo*, Fr. colore et margine pilei lamellas tegente distinctus.

205. **Pleurotus hypnophilus** Berk. Outl. p. 139, Fr. Hym. Eur. p. 181, Cooke Ill. t. 212 c., Pat. t. 422, *A. variabilis* v. *hypnophilus* Pers. Myc. Eur. 3, t. 24, f. 5, a? — Albus; pileo tenerrimo, resupinato, plano, subreniformi, sublevi; lamellis simplicibus. 1526

*Hab.* ad muscos majores in Europa. — Sporæ 3 ≃ 2-3. Species a Persoonio cum *Cl. variabili* juncta: cujus revera adsunt formæ steriles lamellis albis. Létell. t. 706, f. 2 hunc conjungit cum *P. perpusillo*.

206. **Pleurotus chioneus** Pers. Myc. Eur. 3, t. 26, f. 10, 11, Berk. Outl. p. 139, Cooke Ill. t. 212 d., Fr. Hym. Eur. p. 181. — Niveus; pileo tenerrimo, subresupinato, villoso; stipite curto, villoso, evanescente; lamellis latiusculis. 1527

*Hab.* ad ligna, fimeta in Europa et Australia. — Pileus 4 cm. latus; sporæ 10 μ. long. *A. dictyorrhizo* forsan affinis.

207. **Pleurotus craterellus** Dur. et Lév. Exp. Alg. Bot. t. 31, fig. 5, Seynes Fl. mycol. Montp. 132 et Des Agar. à forme peziz. pag. 9. cum icone. — Cupularis, albus, extus levis, pubescens, margine integro, 2-7 mm. lato, sporis 6 μ. longis. 1528

*Hab.* ad ligna, sarmenta Europæ et Africæ bor.

208. **Pleurotus pudens** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1878, p. 287, Gill. Tabl. Anal. p. 71. — Pileo (sub vitro) pubescente, hygrophano, coriaceo, cupuliformi, 5-10 mm. lato; lamellis radiantibus, tenuibus, flexuosis, albis, amethystineo-tinctis; stipite centrali 1-2 mm. longo; sporis ellipsoideis. 1529

*Hab.* in ramis in Gallia orient.

209. **Pleurotus semicaptus** B. et C. Ann. Nat. Hist. oct. 1859. — Pileo e resupinato breviter reflexo, irregulari, albido, pulverulento; margine crenato; lamellis angustis, distantibus, integris, concoloribus. 1530

*Hab.* in ramis betulinis emortuis, New England Amer. bor.

(Curtis). — Gregarius; pileus circiter 8 mm. latus, pulverulentus, subtili pellicula e portione resupinata supra matricem producta instructus; sporæ cymbiformes 6 μ. long.

210. **Pleurotus liliputianus** Mont. Guy., n. 279 et Syll. Crypt. n. 363. 1531
— Pygmæus, resupinatus, cupuliformis, centro affixus, albus; pileo tenerrimo, hemisphærico, supra pilosiusculo, pilis crispulis, subtus concavo; lamellis e centro radiantibus paucis simplicibus, dimidiatis interjectis, medio convexis utrinque acutis.

*Hab.* ad ramos dejectos in Guyana Amer. merid. — (Leprieur). — Pileus $1^1/_2$-3 mm. lat.; lamellæ $^1/_5$ mm. medio latæ.

211. **Pleurotus aulaxinus** Mont. Cent. IV, n. 77, t. 15, f. 3 et Fl. Chil., 1532
l. c., p. 337. — E resupinato reflexus, hygrophanus; pileo (sicco) membranaceo, ochraceo, e reniformi suborbiculato, cucullato, radiatim sulcato; stipite incurvo, brevissimo, badio; lamellis distantibus, e centro radiantibus, acie obtusis antice tandem venoso-connexis.

*Hab.* ad ramulos dejectos in insula Juan Fernandez (Bertero). — ***P. Hirneola** Speg. F. Arg. Pug. IV, p. 4: pileo orbiculari v. subreniformi, hemisphærico 1,4-3 cm. tenui subcarnosulo-membranaceo, radiatim laxe costato-sulcato, deorsum ad pediculi confluentiam umbilicatulo, primo albo dein dilute rufescenti-carneo, quandoque adnato-sessili ac reflexo-subresupinato, quandoque pedicellato, libero; stipite concolori v. vix saturatius colorato, parvulo 2 mm. longo, 0,3 mm. crasso v. per ætatem evanescente, glaberrimo, basi adnato, albo-pruinuloso, in areolam tenuissimam laxissime pruinuloso-candidam dilatato; lamellis (melius hymenii plicis) paucis 8-12, pileo concoloribus, apice attenuato-evanescentibus, deorsum subannulatim adnato-truncatis, non sinuatis nec decurrentibus, inter se remotissimis, tenui membranaceo-subcarnosulis (ut pileus), apicem versus reticulato-venoso-connexis; basidiis clavulatis 25-30 ≃ 7-8, hyalinis; sporis obovatis, sursum abrupte rotundatis, deorsum attenuato-acutis, 12-14 ≃ 5, hyalinis. — In Argentina. — Species pulchella, uda habitum cujusdam Hirneolæ perfecte simulans.

212. **Pleurotus heteropus** Speg. F. Arg. Pug. IV, p. 5. — Pileo tenui, 1533
membranaceo-tenacello, primo hemisphærico, 1-1,5 mm. d., margine involuto, albo sed ob puberulositatem fuscam, densam fulvo-fuscescenti, sed evolvendo pallenti, dein candido, glabrato, explanato 3-8 mm. diam., sæpe umbilicato et ad stipitis confluentiam fulvo-puberulo, suborbiculari, postice contracto-emarginato v. subcordato, iove pluvio ceraceo-hyalino, sicco autem opaco-candido, radiatim undulato-sulcatulo, margine repando, integro; pedicello 1-2 mm.

long., 0,3-0,4 mm. cr. rigidulo tenacello, centrali, dein ob evolutionem pilei lateralem excentrico v. marginali, in juventute albo v. ob pruinulositatem varie fuscescenti, dein apice glabrato-albescenti, inferne nigrescenti tomentosuloque; hymenio candido cum pileo concreto, e lamellis pliciformibus, paucis 4-9, utrinque attenuato-acutatis, nec decurrentibus, nec adnatis, candidis, vix apicem versus ruguloso-venoso-connexis composito; pilis pruinulositatis pilei stipitisque minutis, lente tantum conspiciendis, brevibus, pro ratione crassiusculis, apice sæpius glanduloso-capitatis fulvo-fuscescentibus, deciduis; cystidiis cylindraceo-subclavulatis sursum subattenuato-constrictis, apice tandem subcapitato-obtusis (an pilis transformatis?), hyalinis 70-80 ≃ 16; basidiis clavulatis 35-40 ≃ 8-9, concoloribus; sporis ellipticis, inæquilateralibus non vel grosse 1-guttulatis, sursum obtusiusculis, deorsum lateraliter acutato-angulatis 10-12 ≃ 3, hyalinis.

*Hab.* ad culmos Bambusaceæ cujusdam dejectos putrescentes in uliginosis secus el Rio de la Plata, Palermo Argentinæ in America meridionali. — Species pulchella *Pleuroto aulaxino* Mont. typico proxima, sed satis distincta.

213. **Pleurotus griseo-roseus** Mont. Syll. Crypt. n. 366. Guy., n. 278. 1534
— Gregarius; pileo membranaceo perpusillo, pellucido, sessili-adnato, cupuliformi-conchato, e griseo-roseo supra glabro levique; lamellis primariis, tenuibus, paucis (5-7) ad ambitum in reticulum abeuntibus concoloribus.

*Hab.* ad ramulos putrid. circa Cayennam (Leprieur). — Pileus 3-5 mm. lat.

214. **Pleurotus microscopicus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 13. — 1535
Resupinatus, laxe gregarius, minutissimus, cyphellæformis; pileo orbiculari 0,5-2 mm. diam., cupulato, dorsi centro adfixo, tenuimembranaceo, candido v. albo-hyalino, glabro, levi, margine acuto, integro, subinvoluto; lamellis e centro radiantibus, concoloribus, polymacriis, pro ratione latiusculis, confertiusculis, acie integerrimis, ambitu acutatis, centro sinuato-rotundatis.

*Hab.* ad culmos dejectos putrescentes Bambusaceæ spinosæ cujusdam prope Arroyo-guazù in silva subvirginea Caà-guazù Bras. (Balansa). — Species *Pleuroto perpusillo* Fr. affinis, a quo pileorum minutie, lamellis confertis etc. satis recedens.

215. **Pleurotus gilvescens** Kalchbr. in Grevillea. — Pileo membra- 1536
naceo, resupinato, parum reflexo, subreniformi, levi, glabro, gilvo

vel sublateritio; stipitello excentrico, curvato, evanescente; lamellis pliciformibus, distantibus, venoso-connexis, concoloribus.

*Hab.* ad Port Natal (Wood). — Pileus 0,5-1 cm. latus. — Species cujus diagnosis nobis non visa: *Pleurotus euphyllus* Berk. in Hook. Handb. Fl. New Zeal. In Nova Zelandia.

**HYGROPHORUS** Fr. Epicr. p 320 (Etym. *hygros* humidus et *phoreo* fero). Hymenophorum cum stipite contiguum et inter lamellas descendens in tramam immutatam. Lamellæ acie acutæ, hymenio in massam ceraceam mutando vestitæ, nec membranaceæ. Sporæ globosæ v. ovoideæ, albæ. Fungi terrestres, putrescentes, pileo viscido v. irriguo, lamellis sæpe ramosis.

Species hujus gregis Cantharellis affines sed succosiores et lamellarum acies typice acuta. Characterem essentialem, hymenium demum molle a trama detersile, optime observare licet in *H. caprino, coccineo, nitroso* etc. Subgenera infra allata ita stricte limitata, ut facile separanda, uti jam fecit cl. Karsten. Species nobilissimæ!

I. Limacium Fr. Syst. Myc. I, p. 31. — Velum universale viscidum, accedente passim partiali floccoso, annulari v. marginali. Stipes squamis vestitus v. sæpius sursum punctis scaber. Lamellæ adnato-decurrentes.

*) Albi v. albo-lutescentes.

1. **Hygrophorus ligatus** Fr. Epicr. p. 320, Hymen. Eur. p. 405, Ic. t. 165, f. 1, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 32, Lasch n. 21, *A. Cossus* Secr. n. 57. — Albus; pileo carnoso, convexo-plano levi, viscoso; stipite farcto, longo, fibrilloso, apice nudo, velo annulari, infero subappendiculato; lamellis crassis, distantibus, strictis. 1537

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileus 6-9 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 3-4 cm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 4-5. Mitis, albus, sæpe lutescens, raro rubello-maculatus, jove pluvio plus minus viscidus. Annulus vulgo lacer, margini pilei appendiculatus.

2. **Hygrophorus chrysodon** (Batsch) Fr. Epicr. p. 320, Hym. Eur. p. 405, Gill. Champ. Fr. cum icone, Berk. Outl. p. 197, *Agaricus* Batsch f. 212, Secr. n. 772, Gonn. et Rab. VIII-IX, t. 10, f. 1, *A. Mugnaius* Scop. II, p. 429. — Albus; pileo carnoso, convexo-plano, viscido, margine involuto, floccoso; stipite farcto, subæquali, squamuloso et apice flavo-floccoso; lamellis subtenuibus, distantibus, demum crispis; sporis ellipsoideis, hyalinis 8-9 ≃ 4-4½. 1538

*Hab.* in silvis frondosis Europæ et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus, 1-2 cm. crass. Flocci

flavi in apice stipitis formant annulum incompletum. In statu juniore lamellarum acies et pilei discus flavo-floccosi. — Var. **leucodon** Alb. et Schwein. p. 182 et Secr. n. 773 floccis albis recedit.

3. **Hygrophorus gliocyclus** Fr. Monogr. II, pag. 311, Hymen. Eur. p. 406, Icon. t. 165, f. 2. — Pallescenti-albus; pileo carnoso, e convexo plano, glutinoso, opaco; stipite solido, glutine spisso in annulum distinctum, mere glutinosum stipato obducto; lamellis decurrentibus, distantibus, subangustis, albis, immaculatis. 1539

*Hab.* in silvis mixtis Europæ, raro. — Firmus, disco compactus; stipes majorum æqualis, minorum deorsum attenuatus. Valde insignis annulo infero, mere glutinoso.

4. **Hygrophorus ponderatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 133, fig. 4. — Pileo stipiteque leniter viscosis ex albo roseolis; pileo convexo, centro plano depressoque; lamellis distantibus; sporis 8-9 ≃ 4-5. 1540

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ inf. — Affinis *H. gliocyclo*.

5. **Hygrophorus hyacinthinus** Quél. Quelq. esp. in Assoc. Fr. 1883 (l. c. non adest), Enchirid. p. 48. — Suaveolens; pileo viscoso, sericeo-nitente, margine pubescente; stipite tenero, striato, pruinato. 1541

*Hab.* in Gallia orientali.

6. **Hygrophorus eburneus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 321, Hym. Eur. p. 406, Berk. Outl. t. 15, f. 4, Gonn. et Rab. t. 11, f. 5 (colore opaco), *Agaricus* Bull. t. 551, f. 2, Vivian. t. 17, *A. lacteus* Schaeff. t. 39, *A. nitens* Krombh. t. 61, f. 11-14, Buxb. IV, t. 30, f. 2. — Candidus; pileo carnoso, e convexo plano, levi, viscoso, margine mox nudo; stipite e farcto cavo, inæquali, viscoso, apice punctis squamulosis scabro; lamellis decurrentibus, distantibus, strictis, firmis; sporis sphæroideis vel subsphæroideis, irregularibus, 5-6 μ. diam. vel 6 ≃ 5. 1542

*Hab.* in silvaticis frequens, in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, Bethlehem et North Greenbush et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 4-8 cm. latus; sporæ, teste Britz., 10-11 ≃ 5; an ergo species diversa? Veli partialis defectu a prioribus mox differt, sed margo primitus involutus pubescens, mox glaber. Variat compactus et tenuis, major et minor, stipite curto et elongato. Edulis, odore et sapore gratus.

7. **Hygrophorus Lauræ** Morg. Myc. Miami p. 180, t. IX. — Pileo carnoso, convexo umbonatoque, dein expanso et depresso, plus minus irregulari, glutinoso, albido, præcipue in disco rubro vel brunneo maculato; stipite solido, plus minus curvulo vel inflexo, in- 1543

ferne attenuato, albido-flavo; apice scabro; lamellis inæqualibus, adnato-decurrentibus, distantibus, albis; sporis ellipticis, apiculatis 8,3 ≃ 5,5, pellucidis.

*Hab.* inter folia in silvis montanis Ohio Amer. bor. — *Hygrophoro eburneo* et *H. cosso* proximus. Pileus 5-10 cm. latus, stipes 5-10 cm. longus, 1 cm. circ. crassus.

8. **Hygrophorus cossus** (Sow.) Fr. Epicr. p. 321, Hym. Eur. p. 406, 154
Berk. Outl. p. 197, Exsicc. n. 3, Bern. Champ. Roch. t. XXXIV, f. 4, *Agaricus* Sowerb. t. 121. — Graveolens, albidus; pileo carnoso, e convexo plano, levi, viscido, margine nudo; stipite farcto, subæquali, sursum furfuraceo punctatoque; lamellis subdecurrentibus, distantibus, firmis; sporis ellipsoideis, albis.

*Hab.* in pinetis alibique in Europa. — Pileus 3-4 cm. latus; stipes 6-7 cm. longus, 2-7 mm. crassus; sporæ 7-8 ≃ 4. *H. eburneo* valde similis, sed odore viroso, exacte larvæ Phalænæ Cossi, et colore in luteum vergente, præcipue in disco pilei distincto. Huic accedit *H. pudorinus* Gonn. et Rabenh. t. 11, f. 5, sed de odore nulla fit mentio.

9. **Hygrophorus melizeus** Fr. Epic. p. 321, Icon. t. 165, f. 3, Hymen. 154
Eur. p. 403, Gill. Champ. Franc. cum icone, Trog Helv. 282. — Stramineus; pileo carnoso, e convexo explanato depressove, levi, viscoso, margine tenui; stipite farcto, deorsum attenuato, molli, apice punctis albis squamuloso; lamellis decurrentibus, tenuibus, distantibus, strictis.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Similis *H. eburneo*, sed extus intusque pallide ochraceus; lamellæ longius decurrentes, tenuiores; pilei margo primitus involutus pubescens, mox explanatus nudus; odor gratus.

10. **Hygrophorus penarius** Fr. Epicr. p. 321, Hym. Eur. p. 406, Sverg. 154
ätl. Svamp. t. 48, Britz. Hym. IV, Hygroph. fig. 2, Trog Helv. n. 280, Passer. Parm. *A. nitens* Schaeff. t. 238 et Sowerb. t. 71 hunc potius sistunt quam *H. eburneum*. — Compactus, albo-pallescens; pileo carnoso, levi, glabro, subsicco, opaco; stipite solido, firmo, impolito-scabro, basi fusiformi-radicato; lamellis decurrentibus, distantibus, crassis.

*Hab.* in silvis mixtis, præcipue fagetis Europæ et Brasiliæ. — Stipes durus, primo curtus et ad collum incrassatus, dein utrinque attenuatus, siccus, sed e glutine sicco quasi punctato-asperatus; lamellæ alutaceo-pallentes; sporæ 7-8 ≃ 3-4; sapor mitis; edulis.

11. **Hygrophorus pulverulentus** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1767, Quél. et Le Bret. Champ. t. III, f. 9. — Parvus; pileo viscido, pulvinato, albo; margine involuto, tomentoso; stipite subæquali, farcto vel basi attenuato, rosea farina consperso; lamellis crassis, decurrentibus, acie obtusis, albidis; sporis subglobosis, 5 μ. diam. 1547

*Hab.* inter folia Pini in Britannia et in Gallia. — Pileus 8 mm. latus; stipes 18 mm. longus, 2-4 mm. crassus.

12. **Hygrophorus virgatulus** Peck 26 Rep. p. 64. — Pileo convexo aut expanso, udo viscido, fibrillis nigricantibus minute innato-virgato, albido, disco brunnescenti; stipite solido, viscido, æquali v. basi attenuato; apice squamuloso, floccoso, albo; lamellis distantibus, arcuato-decurrentibus, candidis. 1548

*Hab.* ad terram in silvis patentibus, North Greenbus Amer. bor. — Subcæspitosus; statura 5-10 cm. metiens; pileus 2½-5 cm. latus; stipes 4-6 mm. crassus; lamellarum color exsiccatione variat sicut in *H. eburneo.*

13. **Hygrophorus Hobsoni** Berk. Tree New Indian Fungi in Grevillea. — Pileo conico eximie umbonato, glabro, pallido; velo conspicuo appendiculato; stipite sursum incrassato; lamellis angustis, pallidis, ascendentibus. 1549

*Hab.* in India centrali (Hobson). — Pileus 2,5 cm. latus, 4,5 cm. circ. altus; stipes 7 cm. longus, 5 mm. crassus.

**) Rubentes.

14. **Hygrophorus purpurascens** (A. et S.) Fr. Epicr. p. 322, Hym. Eur. p. 407, Trog n. 281, *Agaricus* Alb. et Schw. n. 527, Weinm. Ross. p. 16. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, subsicco, albido, disco squamulis purpurascentibus variegato; stipite solido, albo, squamulis purpurascentibus exasperato apiceque velo infero annulato, lamellis decurrentibus, albis, purpurascentibus. 1550

*Hab.* in pinetis Lusatiæ, Rossiæ et Germaniæ. — Pileus 3-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-14 mm. crassus. Species nobilissima, rara, perperam in sequentibus quæsita, in quibus nullum veli vestigium; stipes æqualis dicitur, sed in speciminibus optime conservatis sursum incrassatus, apice zona annulari cinctus.

15. **Hygrophorus erubescens** Fr. Epicr. p. 322, Hymen. Eur. p. 407, Sverg. ätl. Svamp. t. 65, Quélet t. 11, f. 1, Trog n. 282, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 39, Kalchbr. Ic. t. 18, f. 2, *A. carnosus* Swartz, Wahlnb. Ups. p. 443. — Pileo carnoso, e gibbo convexo-plano, glabro, punctatove, margine primitus nudo, ex albo sangui- 1551

neo-roseo; stipite solido, exannulato, inæquali, rubro-fibrilloso apiceque rubro-punctato; lamellis distantibus, mollibus, albis, rubro-maculatis; sporis ellipsoideis, utrinque obtusissimis, 8–10 ≃ 4–5.

*Hab.* in pinetis Europæ frequens, vulgo circulos speciosos formans et ad terram prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ. — Pileus 5–10 cm. latus; stipes 5–10 cm. et ultra longus, 1–2 cm. crassus. Amplus, carnoso-compactus, colore fundamentali pilei et carnis albo, sed ubique erubescens.

16. **Hygrophorus capreolarius** Kalchbr. Ic. t. 18, f. 3, Fr. Hymen. Eur. p. 407. — Totus purpurascenti-rufus; pileo mox sicco, fibrillis obscurioribus virgato, centro squamuloso-punctato, carne rubente; stipite fibrillis obscurioribus purpureo-umbrinis striato reticulatove; lamellis rigidis, purpurascentibus, in cinnamomeum vergentibus. 1552

*Hab.* cum priore in Hungaria et Würtenberg.

17. **Hygrophorus pudorinus** Fr. Epicr. p. 322, Hymen. Eur. p. 407, Britz. Augsb. Hygr. fig. 9, Gill. C. F. p. 33, icon. *Agaricus* Fr. S. M. I, Pers. Myc. Eur. 3, n. 168, *A. purpurascens* Scop. Gonn. et Rab. t. 11, f. 3. — Pileo carnoso, e convexo depresso, levi, glabro, viscoso, incarnato; stipite solido, firmo, albo, apice coarctato, punctis albis scabro; lamellis crassis, distantibus, candidis. 1553

*Hab.* in silvis abiegnis montanis Europæ. — Colore præcedentibus accedens, sed *H. eburneo* affinis. Velum nullum; pileus 5–12 cm. latus, non pelliculosus, interdum (ut caro alba) luteo-maculatus; stipes 5–12 cm. longus, 1¼ cm. crassus; sporæ 8 ≃ 4.

18. **Hygrophorus Queletii** Bres. F. Trid. p. 11, t. X. — Pileo carnoso e convexo plano, subumbonato tandem turbinato, albo, floccis carneis centro tecto, maculatove dein epidermide diffracta squamuloso, margine primo involuto, albo-flocculoso viscidoque, 3–4 cm. lato; lamellis distantibus crassis ex adnato decurrentibus, albis, ambitu citrinis interdum totis pallide citrinis, venoso-conjunctis; stipite solido, basi attenuato, albo, furfuraceo vel subsquamuloso 4–5 cm. longo 6–10 mm. crasso; carne alba, odore et sapore nullis; sporis albis ellipticis 8–9 ≃ 5. 1554

*Hab.* in silvis laricinis tantum locis herbidis prope Tridentum. — Affinis *H. pudorino*. Variat totus albus, pileo ætate concentrice areolato-rimoso.

19. **Hygrophorus porphyrius** B. et Br. F. Brisb. II, p. 55. — Pileo campanulato, obtuso, carnoso, viscidulo sursum purpureo; stipite æquali, concolori, obtuso; lamellis adnexis, albis. 1555

*Hab.* inter gramina Brisbane Queensland. 3 cm. circ. latus, 4 cm. circ. latus; stipes 4 cm. circ. altus, vix 2 cm. crassus. — Pileus siccitate subumbonatus.

20. **Hygrophorus glutinifer** Fr. Epicr. p. 322, Hymen. Eur. p. 407, Trog n. 283, *A. glutinosus* Bull. t. 258, 539, f. B. — Pileo carnoso, convexo-expanso, pelliculoso-glutinoso, rufescente, disco rugoso-punctato; stipite farcto, deorsum ventricoso, viscoso-velato, concolore, apice albo-squamuloso; lamellis arcuato-decurrentibus, crassiusculis, candidis. 1556

*Hab.* in silvis frondosis Europæ australis. — Gregarius, mitis, statura varius; stipes subelasticus, cum cortina viscosus, attenuatus; pileus, disco excepto, late gibbus, tenuis, circa marginem albicans. Ab *A. aromatico* Sow. t. 144, affinitate dubio, omnino diversus.

21. **Hygrophorus leucophæus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 323, Hym. Eur. p. 408, Britz. Hygr. f. 7, *Agaricus* Scop. p. 423, Bull. t. 539, f. C-E (sub *A. glutinoso*), Vaill. Par. p. 69, n. 56. — Pileo explanato, viscido, gilvo-pallido, disco carnoso, rugoso-punctato, margine membranaceo, subfibrilloso-sericeo; stipite cavo, deorsum attenuato, pallido, apice albo-floccoso; lamellis ex adnato decurrentibus, subdistantibus, tenuibus, pallescenti-albis. 1557

*Hab.* cum priore. — Colore et habitu a priore diversus, sed fide Bulliardii huic subjunctus; stipes sæpe tortus; pileus e late gibbo depressus, subrepandus, interdum circa marginem albicans, sulcatus; sporæ 8 ≃ 4. Cfr. Secret. n. 774. — Var. **minor** Britz. Aug. Hygr. f. 43: pileo minore, albido, centro flavo-rubido; sporis 6-8 ≃ 4. In Bavaria.

22. **Hygrophorus Secretani** Henning Zwei Hym. p. 1, *Agaricus suaveolens* var. D. Secr. Myc. Suisse n. 774. — Fragrans; pileo carnoso marginem versus sensim attenuato, e campanulato expanso, albo, disco fibrillis squamulis innatis roseis dein sublutescentibus, sicco (haud viscido) interdum irregulari, 3-5 cm. lato; margine tenui, primo involuto et pulchre albo sericeo; carne alba; lamellis inæqualibus, brevioribus sæpe crispis, distantibus, crassis, adnato-decurrentibus interdum furcatis vel venoso-connexis, ex albo alutaceis vel flavescentibus, postice ad 1 cm. latis; stipite firmo, fibroso, solido, (a larvis sæpe exedendo) æqualis v. sursum v. deorsum leviter attenuato, plus minus curvato, (var. torto, compresso excentrico, bisulcato) albo, glabro, levi, apice tantum albo-flocculoso, sicco, 2-6 cm. longo 6-10 mm. crasso; sporis albis oblongo-ellipsoideis, 11-13 ≃ 5-6. 1558

*Hab.* ad terram subnudam inter Hypnum uncinatum et Myrtillum nigram in abiegnis, 575 m. supra mare, in monte Areskutan augusto, inter acus Abietis 500 m. supra mare, in monte Renellet sept. in Suecia. — Odor fortis, auctori gratus, aniseus; gregarius vel subcæspitosus.

23. **Hygrophorus persicinus** Beck Pilzfl. Niederöst. IV, p. 60. — Pileo ex conico hemisphærico, in margine involuto persicino subaurantiaco, nitente, levi, udo 5 cm. lato; lamellis crassis utrinque angustatis, decurrentibus, distantibus, acie obtusissima, fuscescentibus; stipite firmo, solido, cylindrico sub hymenio constricto-angustato, dilute lilacino-persicino, basim versus ochraceo-lutescente, 2 cm. crasso, cum pileo 10 cm. longo; velo evanescente; carne persicino-carnea ad stipitis pedem lutescente, sæpe subcinnabarina, grate sapida, odore nullo; sporis oblongo-ellipticis, guttulatis, albis 15-20 ≃ 5-6; cystidiis elongatis, clavatis, paucis. 1559

*Hab.* in silvis prope Pottschach Austriæ infer.

***) Fulventes v. flavi.

24. **Hygrophorus arbustivus** Fr. Epic. p. 323, Monogr. II, p. 126, Hym. Eur. p. 408, Bern. Roch. t. 35, f, 1, Berk. et. Br. n. 932, 1013, Quélet p. 160. Secret. n. 765 non obstat. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, viscido, innato-virgato, fulvente; stipite solido, nudo, æquali, elastico, pallido, apice granulis liberis albis farinoso; lamellis adnatis, subdistantibus, crassis, firmis, albis. 1560

*Hab.* in arbustis, sub Betulis in Europa. — Species valde distincta, *H. pratensi* structura proximus; pileus 5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, politus, non punctis innatis scaber, sed granulis liberis farinosus; lamellæ vix decurrentes.

25. **Hygrophorus discoideus** (Pers.) Fr. Epic. p. 323, Hym. Eur. p. 408, Britz. Augsb. Hygr. fig. 25, 45, *Agaricus* Pers. Syn. p. 365. Alb. et Schw. n. 524, Gonn. et Rabenh. VIII-IX t. 10, f. 4. *A. semigilvus* Secr. n. 771. — Pileo carnoso, tenui, e convexo-gibbo plano depressove, levi, glabro, glutinoso, gilvo-pallescente, disco obscuriore subferrugineo; stipite farcto, molli, flocculoso, viscido, superne albo-punctato; lamellis ex adnato decurrentibus, tenuibus, mollibus, pallescentibus; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 5-6 ≃ 4-5 vel 6-8 ≃ 3-4. 1561

*Hab.* locis graminosis in pinetis, ad vias, in Europa, aliis annis copiosus, aliis desideratur. — Pileus disco excepto carnosulus, $2^1/_2$-5 cm. latus, nunc umbonatus, nunc depressus; stipes 5-10

cm. longus; lamellæ primo confertæ, dein distantes, cum carne gilvo-pallentes.

26. **Hygrophorus Friesii** Sacc. *H. nitidus* Fr. Monogr. II. p. 312, (nec B. et Curt.) Icon. t. 166, f. 1, Hym. Eur. p. 408, Pat. tab. 211, Britz. Hygr. f. 17. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, viscoso, flavo; stipite solido, glabro, viscoso, apice levi, albo; lamellis longe decurrentibus, distantibus, ex albo pallescentibus. 1562

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — Stipes velo apice determinato viscosus, sed non ut affinis *H. gliocyclus* annulo cinctus, 8 cm. et ultra longus, minorum æqualis, majorum basi napiformi-incrassatus. Caro alba. Sporæ 8 ≃ 4-5. *A. nitidus* Schaeff. t. 97, potius ad hunc, quam *Cortinarium nitidum* referendus ob sporas pallidas.

27. **Hygrophorus aureus** Arrh. in Fr. Monogr. II, p. 127, Icon. t. 166, f. 2, Hym. Eur. p. 409, Britz. Augsb. Hygr. f. 19. — Splendide aureus; pileo carnoso, convexo-plano, levi, glutinoso; stipite farcto, glabro, e velo glutinoso rubro-fulvo subannulato; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, tenuibus, albidis. 1563

*Hab.* in silvis frondosis raro (J. P. Arrhenius). — Species pulcherrima, distinctissima, *H. hypothejo* forsan proxima, sed velum mere glutinosum absque illius velo partiali floccoso. Stipes 5 cm. longus, 7 mm. crassus, fulvescens, supra velum albicans. Sporæ 8 ≃ 4.

28. **Hygrophorus Bresadolæ** Quél. in Bresad. F. trid., p. 11, t. IX. — Pileo carnoso tenui, e campanulato-explanato umbonato, glutinoso, glutine hyalino, læte flavo, umbone aurantico fulvo, glabro, 3-5 cm. lato; lamellis distantibus, crassis venoso-conjunctis, postice attenuato-decurrentibus, albis, versus marginem pilei citrinis, quandoque totis citrinis, acie alba; stipite farcto, dein subcavo, æquali, apice albo, infra velum flavo-flocculoso, basi albo, glutinoso, 3-5 cm. longo, 8-15 mm. crasso; velo infero glutinoso-fibrilloso, albo, ad stipitem in annulum distinctum abeunte; carne alba, sub cuticula citrina; sporis ovato-ellipticis, 8-10 ≃ 6. 1564

*Hab.* in silvis abietinis, Val di Sole, autumno. — Inter *Hygrophorum aureum* et *lucorum* medius.

29. **Hygrophorus lucorum** Kalchbr. Ic. Hung. t. 19, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 409. — Pileo disco carnoso, læte citrino, ambitu tenui albido, e convexo plano depressove, subumbonato, viscido; stipite gracili, farcto, fragili, e velo albo adglutinato-floccoso, concolore; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, albidis v. citrinis. 1565

*Hab.* per juga elevata montium Hungariæ, præsertim sub Laricibus, ingenti copia nec non in Alpibus Tridentinis. Stipes variat æqualis et basi subbulbillosus, subincurvus; pileus passim velo adglutinato floccosus, carne sub cuticula citrina; sporæ 7 ≃ 4 (Cobelli). — Teste Hazsl. Comm. ad tab. Kalchbr., hæc species plerumque tota candida est nec differt ab *H. eburneo* Schaeff. t. 39.

****) Olivaceo-umbrini.

30. **Hygrophorus vignolius** Panizz. Comm. Cr. Ital. I. p. 174, Fr. Hym. Eur. p. 409. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, dense glutinoso, olivaceo; stipite farcto, ventricoso, squamis obscurioribus concentricis vestito, velo fibroso glutinoso-caligato; lamellis adnatis, distantibus, ventricosis, primitus cinereo-purpurascentibus, demum ferrugineis, acie albis. 1566

*Hab.* in pinetis Italiæ. — Auctoris fide in hoc genere receptus, a quo lamellarum colore valde recedere videtur.

31. **Hygrophorus limacinus** (Scop.) Fr. Epic. p. 324, Hym. Eur. p. 408, Gill. Ch. F. c. ic., Saund. et Sm. t. 28 optime, Quélet p. 161. *Agaricus* Scop. II, p. 422. Var. β. Pers. Myc. Eur. 3, p. 94, Weinm. 657, Secr. n. 781. — Pileo carnoso, e convexo explanato, glabro, ex umbrino fuligineo, subolivaceo, margine pallidiore; stipite solido, firmo, cylindraceo, fibrilloso-striato, viscoso, apice squamuloso; lamellis adnato-decurrentibus, subtenuibus, albo-cinereis. 1567

*Hab.* in silvis regionum campestrium Europæ. — Pileus $2^1/_2$–5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 1 cm. cr.; sporæ 12-14 ≃ 8-9. Velum mere viscosum nec simul floccosum ut in sequentibus, quibus major, firmior. *A. dolosus* Pers. Myc. Eur. inter hunc et *H. glutiniferum* medius videtur. — Var. **cæsio-lamellatus** Kalchbr. t. 24, f. 3: pileo zona cinerea notato; lamellis cæsiis. In Hungaria.

32. **Hygrophorus latitabundus** Britz. Hymen. Augsb. IV, p. 134, fig. 14, *H. limacinus* Kalchbrenn. t. 24, f. 1. — Ab *H. limacino* differt quia duplo major, pileo 8-10 cm. lato, obscure lutescente; stipite 3 cm. crasso, 9-10 cm. longo, albido; sporis ovoideis 10-12 ≃ 6-8. 1568

*Hab.* in silvis Hungariæ et Bavariæ.

33. **Hygrophorus olivaceo-albus** Fr. Epic. p. 324, Hym. Eur. p. 410, Berk. Outl. p. 198. *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 35, Weinm. p. 17, Secr. n. 62. *A. limacinus* β. Alb. et Schwein. n. 514, Briganti t. 5, f. 1-3. — Pileo carnoso, e glandiformi expanso, levi, glutine olivaceo secedente expallente, umbone fusco; stipite solido, 1469

æquali, e velo primo floccoso-annulari squamoso et fusco-maculato, viscido, apice levi; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, candidis; sporis ellipsoideis, $7 \simeq 4^1/_2$ v. $10 \simeq 5$.

*Hab.* in pinetis montanis, jam æstate. — Inodorus, sat tenuis; pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes viscoso-peronatus 4-14 cm. longus, 6-12 mm. crassus. *A. limacinus* Schaeff. t. 312 hunc bene refert, sed lamellæ cinereæ *limacini*. — Var. **candidus** Quél. Assoc. Fr. 1880, p. 7: omnino niveus; pileo 5-8 cm. latus; sporis 12-15 μ. longis. In Gallia

34. **Hygrophorus hypothejus** Fr. Epicr. p. 324, Hym. Eur. pag. 410, 1570
Berk. Outl. p. 198, Gill. C. F. cum icone, Lucand. t. 3, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I. p. 35, Sommerf. Lapp. p. 251, Weinm. p. 18, Krombh. t. 72, f. 24, 25, Gonn. et Rabenh. t. 10, f. 5, *A. limacinus* Sowerb. t. 8, *A. vitellum* Alb. et Schw. t. 10, f. 4, Buxb. Cent. IV, t. 21. — Pileo carnoso, obtuso, tenui, glutine olivaceo secedente decolorato, virgato; stipite farcto, æquali, immaculato-viscoso, levi, velo partiali floccoso, annulari cortinato, mox fugaci; lamellis decurrentibus, distantibus, luteis; sporis subellipsoideis, $8\text{-}10 \simeq 4^1/_2\text{-}5$.

*Hab.* in pinetis, ericetis in Europa bor. vulgatissimus. — Emergit post primam noctem gelidam usque ad nivem persistentem; stipes 4-8 cm. longus, 4-19 mm. crassus, haud scabrosus; pileus $2^1/_2$-12 cm. latus, glutine denso secedente versicolor, pallens, lutescens aureolus, rufescens; lamellæ visæ sunt quoque incarnatæ.

35. **Hygrophorus cerasinus** Berk. Engl. Fl. V, p. 12, Fr. Hym. Eur. 1571
p. 410. — Pileo carnoso, convexo, late umbonato, viscido, e pallide umbrino griseo, margine floccoso; stipite solido, albo, deorsum attenuato, apice punctato-squamuloso; lamellis decurrentibus, distantibus, albis, rubello-tinctis.

*Hab.* in pratis Angliæ. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 4-12 mm. crassus. Color senilis interdum in ochraceum vergit. Odor gratus Pruni Laurocerasi.

*****) Fusco-cinerei v. lividi.

36. **Hygrophorus fusco-albus** (Lasch) Fr. Epic. p. 324, Hym. Eur. p. 410, 1572
Britz. Aug. Hygr. fig. 13, *Agaricus* Lasch n. 502 *A. anguinaceus* Jungh. Linn. V, t. 6, f. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, glabro, viscoso, e fusco cinereo, margine stipiteque solido, æquali, sicco apice albo-floccosis; lamellis decurrentibus, latis, crassiusculis, niveis.

*Hab.* in silvaticis Germaniæ, raro. — Statura et velum *H. chry-*

*sodontis*, sed velum subannulare, floccosum nec squamulosum; stipes 5-8 cm. longus, 6-12 mm. crassus; pileus sat firmus, 3-6 cm. circiter latus; sporæ 7–10 ≃ 5-6.

37. **Hygrophorus agathosmus** Fr. Epic. p. 325, Hym. Eur. p. 411, Pat. t. 210, *Agaricus* Fr. Obs. I, p. 16, Secr. n. 776, Gonn. et Rab. VIII-IX, t. 11, f. 4, sub *A. pustulato* Pers. Syn. p. 354. — Pileo carnoso, e convexo gibbo-plano, viscoso, griseo-livido, disco papillis stipatis, pellucidis, albidis punctato; stipite solido, firmo, sicco, fibrilloso-striato, sursum squamulis punctiformibus exasperato; lamellis decurrentibus, distantibus, mollibus, candidis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, 8-10 ≃ 4-5. 1573

*Hab.* in silvis abiegnis, copiose in Europa boreali. — Species insignis, vicinis major, odore grato aniseo a reliquis distincta. Pileus $3^1/_2$ cm. latus; stipes $4^1/_2$ cm. longus, 8-9 mm. crassus. Velum partiale nullum, margo primo involutus villosus, mox nudus.

38. **Hygrophorus pustulatus** Fr. Epicr. pag. 325, Icon. t. 166, f. 3, Monogr. II, p. 130, Hym. Eur. p. 411, Britz. Hygr. fig. 12, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 34, Secr. n. 77, Pers. Syn. l. c. pr. parte. — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, umbonato, viscido, livido-griseo; disco fusco, in papillas concolores rimuloso; stipite farcto, æquali, albo, glabro, punctis nigris scabro; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, mollibus, candidis, passim glaucescentibus; sporis ellipsoideis vel subellipsoideis 8-10 ≃ 4-5. 1574

*Hab.* in pinetis Europæ et ad terram prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ. — Odor nullus. Velum partiale deest. Pileus $1^1/_4$-3 cm. latus, discoideus, nunc fibrilloso-levigatus, nunc flocculosus, carne tenui; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus; sporæ 8-12 ≃ 4-7. — ***H. terebratus** Fr. Epicr. l. c., Hym. Eur. p. 411; pileo subumbonato, glabro, margine nudo; stipite e farcto cavo, flexo, glabro, candido, apice punctis nigricantibus scabro; lamellis triquetris. — Cum priore locis humidis in Europa. Stipes fragilis, vix ultra 2 mm. crassus; pileus vix $2^1/_2$ cm. latus, disco excepto levis.

39. **Hygrophorus tephroleucus** (Pers.) Fr. Epic. p. 325, Hym. Eur. p. 411, Trog. n. 287, Kalchbr. Ic. t. 17, f. 5, *Agaricus* Pers. Syn. 351, Fr. S. M. I, p. 34, Alb. et Schwein. n. 510. — Pileo carnosulo, e convexo explanato, demum circa umbonem depresso, viscido, adpresse squamuloso fibrillosove, cinereo, disco fusco; stipite solido, sursum nigro-fibrilloso, apice candido; lamellis decurrentibus, distantibus, mollibus, candidis. 1575

*Hab.* locis humidis in silvis abiegnis montanis Europæ, seroti-

nus. — Est e distinctissimis, licet *H. olivaceo-albo* simillimus, gracilis, pileo 2-3 cm. lato, disco excepto fere membranaceo et hinc ambitu demum sulcato; stipite 5-8 cm. longo, 5-7 mm. crasso. *A. discors* Batsch f. 196, potius præcedentem spectat.

40. **Hygrophorus mesotephrus** Berk. Ann. Hist. Nat. XIII, t. 15, f. 1, 1576
Fr. Hym. Eur. p. 411, Britz. Augsb. Hygr. f. 42. — Pileo carnoso, convexo, viscoso, albo, hygrophano, disco fusco; stipite farcto, gracili, superne floccoso-granulato; lamellis breviter decurrentibus, subdistantibus, ventricosis, candidis.

*Hab.* in silvis Angliæ. — Pileo circiter 2½ cm. lato, hygrophano, striato et stipite 5 cm. longo, 4 mm. crasso, gracili, flexuoso, basi attenuato sat insignis. Sporæ ellipsoideæ 9-12 ≃ 4.

41. **Hygrophorus livido-albus** Fr. Epicr. p. 324, Monogr. II, p. 131, 1577
Hym. Eur. p. 412, Britz. Hygr. f. 41, Berk. et Br. n. 1357, *A. eburneus* Fl. Dan. t. 1907, f. 2 (forma elongata). — Pileo carnoso, tenui, obtuso, levi, glabro, viscido, livido, unicolore, margine nudo; stipite farcto, gracili, æquali, leviusculo; lamellis decurrentibus, distantibus, distinctis, candidis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Ab *H. eburneo* differt non modo pilei colore, sed etiam pileo leviter viscoso stipiteque levibus, glabris. Sporæ 10-12 ≃ 6-7. — ***H. Lucandi** Gill. Rev. Myc. 1881, n. 11, p. 7. Lucand Suit. à Bull. t. 144: minor; pileo convexo, udo, 2-4 cm. lato, griseo-livido; stipite 4-5 cm. longo, 4-6 mm. cr.; odore apiaceo. Sub Pinis pr. Autun Galliæ (Lucand).

42. **Hygrophorus fuligineus** Frost in Peck 35 Rep. p. 134. — Pileo 1578
convexo vel plano, levi, glutinoso, fusco vel fumose brunneo, disco obscuriori vel subnigrescenti, margine quandoque undulato vel irregulari, in specim. adultis sæpe reflexo, carneolo; stipite variabili, longo vel brevi, æquali vel ventricoso, subinde basi attenuato, solido, glutinoso, albo, quandoque brunneolo submaculato; lamellis latiusculis, adnatis vel decurrentibus, subdistantibus, albis, interstitiis sæpe venosis; sporis ellipticis, 7,5-8,5 ≃ 5.

*Hab.* in pinetis, West Albany, Amer. bor. — Fungus 5-10 cm. altus, pileus 2,5-10 cm. latus, stipes 1-2,5 cm. crassus.

43. **Hygrophorus flavo-discus** Frost in Peck 35 Rep. p. 134. — Pi- 1579
leo convexo vel plano, levi, glutinoso, albo, disco pallide flavo vel flavo-rufo, carne alba; stipite subæquali, solido, glutinoso, albo, quandoque flavo-maculato; lamellis adnatis vel decurrentibus, subdistantibus, albidis, subinde carneolis, interstitiis quandoque venulosis; sporis ellipticis, 7-7,5 ≃ 4.

*Hab.* in pinetis, West Albany Amer. bor. — Fungus 5-7,5 cm. altus, pileus 2,5-7,5 cm. latus, stipes, 0,5-2 cm. crassus. — *Hygrophoro specioso* similis at distinctus.

44. **Hygrophorus cærulescens** B. et C. Cent. N. Amer. fungi n. 85. 1580
— Pileo plano, subumbonato, viscido, cæruleo-alutaceo, medio crasso obtusoque, sicco nitente; stipite glabro, inferne attenuato, pallide cæruleo, primo solido, demum laxo et cavo; lamellis distantibus, crassis, decurrentibus, pileo obscurioribus, interstitiis corrugatis.

*Hab.* inter folia emortua et ramenta in silvis New England Amer. bor. (Sprague). — Pulcherrima species. Pileus 5 cm. latus; stipes 6,5 circ. cm. longus, vix 2 cm. crassus.

45. **Hygrophorus calophyllus** Karst. Hattsv. I, p. 224, Bresad. F. Trid. 1581
p. 20, t. XXIII. — Pileo e conico-convexo expanso, obsolete umbonato, viscoso, levi, glabro, fusco-fuligineo; stipite farcto deorsum incrassato, flexuoso aut e basi incurva adscendente, primitus pallido, dein fuligineo, glabro, levi, sicco; lamellis decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, sat tenuibus, roseis vel demum albidis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, 8 ≃ 5-6; basidiis 45-50 ≃ 8.

*Hab.* in pineto Syrjöas inter gramina juxta viam, in Fennia (Karst.) et in pinetis Tridentinis (Bresad.). — *Hygr. caprino* affinis. Pileus 4-8 cm. latus; stipes circiter 6 cm. longus, circiter 1 cm. crassus.

II. Camarophyllus Fr. Syst. Myc. I. p. 98. Velum nullum. Stipes levis, glaber v. fibrillosus nec punctato-scaber. Pileus firmus, opacus, jove pluvio udus non viscosus. Lamellæ distantes, arcuatæ.

*) Lamellis longe et demum obconice decurrentibus.

46. **Hygrophorus caprinus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 326, Hym. Eur p. 412, 1582
S. M. I, p. 99, B. et Br. n. 1278, *Agaricus* Scop. Carn. II, p. 438, *A. camarophyllus* Alb. et Schwein. pag. 177 (optime), *A. elixus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 96, Krombh. t. 72, f. 21-23. — Pileo carnoso, fragili, e conico explanato umbonatoque, depresso, subrepando, udo, virgato stipiteque solido, fibrilloso fuligineis; lamellis longe decurrentibus, margaritaceis, crassis, valde distantibus, e candido glaucis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 6-9 ≃ 4-5.

*Hab.* in pinetis montanis copiose in Europa et pr. Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ. — Generis maxima species et distinctissima, cum alio vix comparanda; stipes 8-12 cm. longus, 1½ cm. crassus,

demum mollis, subinde cavus; pileus, 8-16 cm. latus, variat nigricans, cærulescens, primo umbone glandiformi (forte *A. glandifer* Pers. Syn.); lamellæ subramosæ, adultæ molles, ceraceæ, hymenio a trama detersili.

47. **Hygrophorus leporinus** Fr. Epicr. p. 323, Hym. Eur. pag. 412, Berk. Outl. p. 199, *Agaricus miniatus* Schaeff. t. 313. Batt. t. 9, f. B. — Pileo æqualiter carnoso, convexo, gibbo, æquali, fibrilloso-floccoso, opaco; stipite farcto, firmo, brevi, attenuato, fibrilloso, pallido; lamellis decurrentibus, gilvis; sporis subglobosis, pallide umbrinis, circiter 5 μ. diam. 1583

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — Tota facies *H. pratensis*; stipes 5 cm. longus, rigidus, vulgo deorsum, rarius sursum attenuatus; pileus 2½-5 cm. latus, cute in floccos soluta, colore luteo-rufescente, fuscescente varians; sporæ pallide umbrinæ.

48. **Hygrophorus coibilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 135, f. 16. — Pileo convexo, flavo-rubro; stipite deorsum attenuato, albo; lamellis distantibus, crassiusculis, albidis; odore et sapore farinaceis; sporis 5-6 ≃ 3-4. 1584

*Hab.* in Bavaria inf. — Affinis *H. leporino.*

49. **Hygrophorus velutinus** Borsz. Fung. Ingr. t. 1. f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 412, Icon. t. 167, f. 3, Britz. Hygr. f. 30. — Pileo æqualiter carnoso, convexo-plano, e gibbo subdepresso, udo levi, sicco floccoso-squamuloso, læte colorato; stipite subfarcto, deorsum incrassato, molli, striato, fibrilloso-squamuloso, obscuriore; lamellis longe decurrentibus, crassis, dichotomis, venoso-connexis, aurantiacis. 1585

*Hab.* in silvis umbrosis, humidis, muscosis Petropoli Rossiæ et in Bavaria. — Cantharellis admodum affinis lamellarum dichotomarum acie obtusiuscula. Pileus fulvo-lutescens, disco subbrunneo; sporæ 8 ≃ 4 (Britz.)

50. **Hygrophorus nemoreus** Fr. Epicr. p. 326, Hym. Eur. pag. 413, Britz. Hygr. f. 21, *Agaricus* Lasch n. 106. — Pileo æqualiter carnoso, e convexo expanso, gibbo demumque depresso, subglabro, subaurantio; stipite farcto, firmo, squamuloso, fibroso-striato, basi attenuato; lamellis decurrentibus, crassis, distantibus, subconcoloribus. 1586

*Hab.* in nemoribus, silvaticis Europæ, raro. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, circiter 1¼ cm. crassus; sporæ 6-7 ≃ 3-4, *Agaricus nemoreus* Pers. Myc. Eur. 3, t. 28, f. 1 a sequente non distinguendus, sed Laschii, secundum iconem optimam,

videtur distinctus stipite squamuloso-fibrilloso; pileo æqualiter carnoso, sicco adpresse fibrilloso; lamellis minus decurrentibus.

51. **Hygrophorus pratensis** (Pers.) Fr. Epicr. pag. 326, Sverig. ätl. 1587
Svamp. t. 30, Hym. Eur. p. 413, Gill. C. Fr. c. ic., Hussey II, t. 90, Berk. Outl. p. 199, *Agaricus* Pers. Syn. p. 304, Fr. Syst. Myc. I. p. 99, Fl. Dan. t. 1735, f. 1, Grev. Scot. t. 91, Krombh. t. 43, f. 7-10. *A. ficoides* Bull. t. 587 (optime). Recedentes: *A. fulvosus* Bolt. t. 56, *A. miniatus* Sowerb. t. 141, *A. nemoreus* (stipite æquali) Pers. Myc. Eur. t. 28, f. 1, Brigant. t. 22. — Pileo e convexo plano, turbinato, glabro, disco compacto, gibbo, margine tenui, vulgo fulvente; stipite farcto, levi, glabro, deorsum attenuato; lamellis longe decurrentibus, crassis, distantibus; sporis ellipsoideis, 7-10 ≃ 4.

*Hab.* in pratis, communis in Europa. — Pileus 2-11 cm. latus; stipes 2-14 cm. longus, 6-12 mm. crassus. Species nobilis, mitis, esculenta. Pileus disco sæpe rimosus; lamellæ concolores vel albæ: *A. vitulinus* Pers. l. c. Var. β. *cinereus* Pers. l. c. ob lamellas plano-decurrentes ad sequentem sectionem pertinere videtur. Var. insignis pileo infundibuliformi pallido, stipite fibrilloso-striato: Berk. et Br. n. 1356. — ***H. cinereus** Fr. ätl. Svamp. t. 30 (f. duæ superiores), Hym. Eur. p. 413: pileo tenuiore lamellisque cinereis; stipite albo; sporis sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, guttula una magna præditis, 8-10 ≃ 4-6; reliqua *H. pratensis*. In pratis muscosis Europæ. Omnino constans nec formis intermediis in typum transiens, sed, colore excepto, nulla differentia essentialis. Adest quoque var. *alba*, quæ a sequente ægre limitatur: *A. clavæformis* Schaeff. t. 307.

52. **Hygrophorus Karstenii** Sacc. et Cub. *Hygrophorus bicolor* Karst. 1588
Ic. select. Hym. Fenn. pag. 7, fig. XIII, *Hygrophorus pratensis* (Pers.) Fr. var. β. *silvaticus* Karst. in Not. Sällsk. pro Faun. et Flor. Fenn. IX, 1868, p. 344 et Myc. Fenn. III, p. 198. — Pileo carnoso, disco compacto, margine tenui, convexo-plano, demum sæpe depresso, glabro, levi, albo vel albido, 5-7 cm. lato; stipite solido, deorsum attenuato, flexuoso, levi, glabrescente, albo vel albido, 8-10 cm. longo, apice 5-8 mm. crasso; lamellis longe decurrentibus, distantibus, distinctis, arcuatis, crassis, luteis vel subcitrinis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, circiter 10 ≃ 6.

*Hab.* in silvis abiegnis muscosis, umbrosis prope Mustiala Fenniæ. — Omnino constans nec formis intermediis in proximos transiens.

53. **Hygrophorus facessitus** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 135, f. 18, 1589
*Hygroph. pratensi* proximus, sed pileo distincte umbonato; sporis subglobosis, brevioribus et crassioribus, 6-7 ≃ 5-6.

*Hab.* in pratis pr. Kaufbeuren Bavariæ infer.

54. **Hygrophorus virgineus** (Wulf.) Fr. Epicr. p. 327, Hym. Eur. p. 1590
413, Berk. Outl. p. 199, Price f. 41 (ochroleuca), Kickx p. 196, *Agaricus* Wulf. in Jacq. Miscell. 2, t. 15, f. 1, Sow. t. 32, Grev. t. 166, Gonn. et Rabenh. t. 10, f. 3, *A. ericeus* Bull. t. 188 (optime), Batt. t. 12, f. H. Vaill. Par. pag. 63, n. 17. Forma pusilla Batsch. f. 200. — Albus; pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, udo, demum depresso, areolato-rimoso, sicco floccoso; stipite farcto, firmo, curto, basi attenuato; lamellis decurrentibus, distantibus, crassiusculis.

*Hab.* locis graminosis frequens in Europa et ad latitudinem 82, 27 N. (Cap. Feilden) et Somerset East (Mac-Owan). — Pileus 2½-6 cm. latus, æqualiter carnosus, senilis sæpe floccosus; stipes 2-6 cm. altus, 4-12 mm. crassus; sporæ 8-11 ≃ 5-6; basidia 41-50 ≃ 7; sterigmata quaterna 4-5 ≃ 2. A *niveo* clare distinctus, sed a formis *pratensis* candidis ægre limitatus.

55. **Hygrophorus ventricosus** B. et Br. Ann. N. H. n. 1777. — Al- 1591
bus; pileo convexo, carnoso, inæquali; stipite solido sursum deorsumque attenuato; lamellis longis, decurrentibus, angustis.

*Hab.* inter gramina, Coed Coch Britanniæ. — Sæpe ob invasionem minuti Fusisporii rubro tinctus. Pileus 5-8 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 1¼ cm. ad medium crassus, solidus, sed postea partim cavus; lamellæ plerumque furcatæ.

56. **Hygrophorus micaceus** B. et Br. Ann. N. H. n. 1779. — Pileo 1592
hemisphærico e luteo cinereo, rugoso, micaceo, siccando atro-brunneo; stipite luteo, demum sursum brunneo, granulato, solido; lamellis decurrentibus, pallide umbrinis.

*Hab.* in solo argillaceo, Coed Coch Britanniæ. — Pileus 12-17 mm. lat.; stipes 18-20 mm. long., 2 mm. cr.; mycelium album. Fungus junior *Leotiam lubricam* imitatur.

57. **Hygrophorus fœtens** Phill. in Grevillea VII, pag. 74, tab. 121, 1593
fig. *B*, B. et Br. Ann. N. H. n. 1780. — Fœtens, fragilis; pileo atro-brunneo, subcarnoso, e convexo applanescente, glabro, demum diffracto-squamuloso; stipite farcto, nitido, deorsum attenuato, pallidiore; lamellis decurrentibus, distantibus, crassiusculis, pileo subconcoloribus aut pallidioribus, subglauco-pruinosis; sporis 5-6 μ. longis.

*Hab.* ad terram inter gramina, Shrewsbury Britanniæ. — Pileus circiter 2½ cm, latus; stipes 2½-8 cm. longus, 4 mm. crassus. Odor simillimus illi *Thelephoræ fastidiosæ*. Totus fungus obscure brunneus; stipes et lamellæ nonnihil pallidiores. Minime viscidus et quamquam fragilis ad subgenus *Camarophyllum* referendus. Affinis *H. micaceo*.

58. **Hygrophorus stenophyllus** Mont. Syll. n. 415. — Cæspitosus, totus albus; pileo carnoso, inæquali, margine undulato-repando, revoluto, infundibuliformi, udo viscido; stipite solido, brevi, subflexuoso; lamellis confertissimis, angustissimis, siccis crispis utrinque acutis, decurrentibus; sporis ovoideo-oblongis, albis, diametro majori 10 μ. æquantibus. 1594

*Hab.* in pratis, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 117). — Individua quatuor vel quinque basi juncta. Fungus ex icone ad vivum facta pallide ochraceus; pileus carnosus, carne fere 1 cm. crassa, fibrosa, inæqualis sed nunquam dimidiatus, margine undulato-repando involutus et revera infundibuliformis, disco viscido levi; stipes brevis, 1-2 cm. longus, 4-6 mm. crassus, ut pileus, fibroso-caseosus, solidus, leniter flexuosus, e basi radices aliquot terram intrantes emittens; lamellæ confertissimæ, angustissimæ, cum vix millimetrum latitudine adæquant, utrinque acute desinentes et stipiti decurrentes. Etsi *Hygrophoro virgineo* proxima species, ab eo tamen forma pilei, stipite solido nec non lamellis angustissimis, confertis crispatisque manifeste differt.

59. **Hygrophorus niveus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 327, Hym. Eur. p. 414, Britz. Hygr. f. 23, Berk. Outl. p. 199, *Agaricus* Scop. Carn. II. p. 430, Schaeff. t. 232, *A. virginei* var. Krombh. t. 25, f. 1-3; var. β. Alb. et Schw. n. 644. — Tenax, candidus; pileo submembranaceo, e campanulato convexo, umbilicato, glabro, udo striato, viscido; stipite fistuloso, tenui, æquali; lamellis decurrentibus, tenuibus, arcuatis, distantibus. 1595

*Hab.* in pratis muscosis Europæ. — *H. virgineo* omnibus partibus tenuior, magis tenax, hygrophanus; pileus vix 2½ cm. latus, sine disco carnosulo, hinc umbilicatus, nec rimosus; stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. latus; sporæ 6-8 ≃ 4-5. — Var. **cucullata** Quél. in Gill. Tab. an. p. 32: pileo perexiguo, cucullato-globuloso. In Gallia.

60. **Hygrophorus borealis** Peck 26 Rep. p. 64. — Pileo tenui convexo vel expanso, glabro, udo, albo, quandoque striatulato; stipite glabro, æquali vel obconico, farcto, albo; lamellis arcuato-decurrentibus, distantibus, candidis. 1596

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan et Copake Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 16-24 mm. latus; stipes 2 mm. crassus. Species *H. niveo* affinis sed pileo non viscido.

61. **Hygrophorus russo-coriaceus** Berk. et Br. n. 332, Berk. Outl. p. 199, Saund. et Sm. t. 28, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 414. — Graveolens, albus; pileo carnoso, convexo, viscidulo; stipite solido, gracili, levi, glabro; lamellis decurrentibus, latis, crassis, distantibus. 1597

*Hab.* in pascuis apricis Europæ. — Pileus circiter 12 mm. latus; stipes 18-25 mm. longus, ægre 2 mm. crassus; sporæ 8 ≃ 5. Statura et colore convenit cum *Clitocybe ericetorum*, sed abunde distinctus odore peculiari moschato (corii Rossici), carne haud spongiosa elastica, pileo viscidulo.

62. **Hygrophorus alutaceus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 563. — Pileo umbilicato glabro; margine arcuato striato; stipite obconico; lamellis arcuatis, longe decurrentibus, alutaceis. 1598

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 5 cm. longus, farctus,

63. **Hygrophorus flammans** Berk. Linn. Soc. Journ. XIII, p. 160. — Pusillus; pileo infundibuliformi saturate rubro; stipite sursum dilatato; lamellis paucis, decurrentibus, livide rubris. 1599

*Hab.* ad rupes humidas in summo monte Aberdeen et Victoria Australiæ. — Pileus 12 mm. latus, stipes 12 mm. longus.

64. **Hygrophorus nigricans** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 160. — E rubro-aurantiaco nigricans, pusillus; pileo umbilicato; stipite capillari; lamellis distantibus, decurrentibus. 1600

*Hab.* in Australia. — Pileus 5 mm. latus, stipes 19-25 mm. longus.

65. **Hygrophorus Helvella** Boud. in Gill. Tab. anal. Champ. p. 33. — Pileo subcarnoso hygrophano, griseo-ochraceo, glabro, obconico-campanulato, margine denique introrsum flexo (tunc helvelloideo), 4-5 cm. lato; lamellis remotiusculis, breve decurrentibus, angustis, griseis, leviter ochraceo-tinctis; stipite farcto, albido, æquali, levi, basi incrassato villosoque, sursum furfuraceo. 1601

*Hab.* in silvis umbrosis, circinatim crescens et arescendo mox nigrescens, in Gallia.

66. **Hygrophorus firmus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 563. — Flavus; pileo depresso, subtiliter tomentoso; stipite sursum dilatato cavo; lamellis segmentiformibus, decurrentibus. 1602

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus, umbilicatus, margine depresso; stipes 4 cm.

longus. Ex eodem loco altera indicatur species vel varietas pileo minus saturate luteo, lamellis arcuatis, vere decurrentibus et pallide bubalinis.

67. **Hygrophorus Berkeleyi** (Berk. et Br.) Sacc. *H. prasinus* B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 563, nec Mont. — Extus intusque viridis; pileo depresso, subcarnoso, striato; stipite recto, glabro, cavo; lamellis ventricosis decurrentibus. 1603

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2 cm. latus; stipes $2^1/_2$-3 cm. longus, 2 mm. crassus subæqualis; lamellæ 2 mm. latæ.

68. **Hygrophorus glaucus** Karst. Myc. Fenn. III, p. 199. — Pileo carnoso, convexo-plano, umbonato, demum depresso et subrepando, udo, glabro, nitente, levi, glauco; stipite solido, æquali vel deorsum attenuato, flexuoso aut basi curvato, primo tomento albo obducto, mox glabro, levi, albo; lamellis longe decurrentibus, subramosis, crassiusculis, distantibus, glaucis; sporis subsphæroideis, hyalinis (s. lente), diam. 6-8 $\mu$. 1604

*Hab.* in silva frondosa, Myllyperä, prope Mustiala in Fennia. — Pileus circiter 3 cm. latus; stipes 4-7 cm. longus, circiter 5 mm. crassus.

69. **Hygrophorus cinerescens** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 562. — Pileo irregulari, flexuoso, depresso, glabro, levi, subcinereo; stipite sursum dilatato compresso e farcto cavo albo; lamellis ventricosis, decurrentibus, albidis; sporis 8 ≃ 4. 1605

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Subcæspitosus; pileus 2-3 cm. latus, undulatus; caro brunnescens, præsertim versus marginem; stipes 2 cm. longus, $^1/_2$ mm. apice crassus, basi 3 mm. glaber.

**) Lamellis ventricosis, sinuato-arcuatis v. plano-adnatis.

70. **Hygrophorus fornicatus** Fr. Epicr. p. 327, Monogr. II. p. 133, Hym. Eur. p. 414, Krombh. t. 25, f. 4, 5. — Albidus; pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, levi, glabro, viscido; stipite firmo, æquali, tenaci glabro lamellisque sinuato-adnexis, ventricosis, crassis, distantibus albis. 1606

*Hab.* in pratis muscosis raro, in Fennia a Karsten, in Helvetica a Troc quoque lectus. — Textura et habitus præcedentium, sed insertione lamellarum recedens; stipes inferne solidus, apice cavus, 5-8 cm. longus, 8-9 mm. crassus; pileus obsolete umbonatus $2^1/_2$ cm. latus, quum late expansus, fere 5 cm. latus, subrepandus,

albus vel pallide lividus; lamellæ interdum liberæ, dente decurrentes.

71. **Hygrophorus clivalis** Fr. Monogr. II. p. 134, Hym. Eur. p. 414, Britz. Hygr. f. 31. — Albus, fragilis; pileo tenui, disco carnosulo, e campanulato explanato, nitido (non viscoso), margine primo infracto, dein patente, striato; stipite solido, curto, fragili, deorsum attenuato; lamellis postice subattenuatis, subliberis, ventricosis, distantibus, crassiusculis. 1607

*Hab.* locis humidis in clivis sterilibus ericetosis Upsaliæ in Suecia et locis similibus ad Mustiala in Fennia (KARSTEN) et in Bavaria (BRITZ.). — *H. fornicato* minor, stipite $2^1/_2$ cm. longo deorsum attenuato, pileo subgibbo, statura sequentis recedens. Sporæ 6–7 ≃ 4.

72. **Hygrophorus distans** Berk. Outl. p. 200, t. 13, f. 1, Stev. Hym. Brit. II, p. 81, Fr. Hym. Eur. p. 415. — Pileo carnoso, demum explanato umbilicatove, viscido, sicco sericeo-nitente, albo, fusco-maculato; stipite solido, deorsum attenuato, cinereo; lamellis postice latissimis, adnatis, dente decurrentibus, valde distantibus, ex albo cinerescentibus. 1608

*Hab.* in silvis Angliæ. — Pileus 5 cm. latus. *H. clivali* ex icone simillimus, sed insertio lamellarum aliæque notæ distinguendum suadent.

73. **Hygrophorus gentilitius** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 135, f. 32. — Pileo late expanso, demum impresso, brunneolo; stipite albido, brunneolo; lamellis albo-griseis; sporis 8–10 ≃ 5. 1609

*Hab.* in montanis circ. 1200 m. alt., prope Thalkirchdorf Bavariæ inf. — *Hygrophoro distanti* affinis.

74. **Hygrophorus streptopus** Fr. Monogr. II, p. 134, Hym. Eur. p. 415, Pat. Tab. 213. Hujus loci quoque videtur Secr. n. 780. — Fragilis; pileo leviter carnoso, scissili, e campanulato explanato, udo (non viscoso), albido-cinerescente; stipite cavo, subtorto, glabro lamellisque sinuato-adnatis, subconfertis, tenuibus albis. 1610

*Hab.* locis declivibus, graminosis, Europæ. — Notis datis a præcedentibus facile dignoscitur. Stipes 5–8 cm. longus, 6–11 mm. crassus; pileus 3–6 cm. latus, sæpe irregularis et interdum disco fuscus; odor debilis.

75. **Hygrophorus Clarkii** Berk. et Br. n. 1358, Stev. Hym. Brit. II, p. 82, Fr. Hym. Eur. p. 415. — Fragilis, pileo convexo, subumbonato, viscoso, livido-cinereo, margine levi; stipite cavo, concolore; lamellis adnatis, latis, distantibus, crassis, albis. 1611

*Hab.* in silvis Angliæ. — Lamellarum latitudine insignis, in maximis 12 mm. usque latarum.

76. **Hygrophorus metapodius** Fr. Obs. 2, p. 110, Monogr. II, p. 135, Hym. Eur. p. 415, Berk. et Br. n. 1359, Kalchbr. t. 25, f. 2, Secr. n. 768. — Pileo compacto, e convexo expanso, obtuso, primo viscido, dein sericeo-squamuloso, fuscescente; stipite farcto, glabro, deorsum attenuato, cinereo, intus rubente; lamellis subemarginato-decurrentibus, crassis, distantibus, albo-griseis. 1612

*Hab.* in pratis montanis Europæ. — Pileus 4-8 cm. latus; stipes 2½-5 cm. longus, 1 mm. crassus. Nobilissimus hujus gregis, carne crassa, compacta, fracta rubente demumque nigrescente et lamellis crassis succosis cum *Russula nigricante* analogus. Odor farinæ recentis. — Var. *paradoxa* differt stipite inter muscos elongato, fusiformi, pileo regulari villoso, lamellis obconico-decurrentibus.

77. **Hygrophorus ovinus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 328, Hym. Eur. p. 415, Berk. Outl. p. 200, Hussey II, t. 50. *Agaricus* Bull. t. 580, Fr. S. M. I. p. 109, Secr. n. 767, Gonn. et Rabenh. VIII-IX. t. 11, f. 2? *A. obscurus* β. Alb. et Schwein. n. 504. — Pileo carnoso, tenui, e conico expanso, gibbo, viscido, dein squamuloso, fusco; stipite subfarcto, glabro, subæquali v. utrinque incrassato; lamellis arcuato-adnatis, dente decurrentibus, venoso-connexis, crassiusculis, e griseo rufescentibus, acie tenui. 1613

*Hab.* in regionibus campestribus Europæ, haud frequens. — Pileus 3-7 cm. latus; stipes 2-5 cm. longus, 3 mm-1½ cm. crassus; lamellæ 6 mm. latæ. Priori affinis, sed certe diversus pileo tenui, rigido-fragili, rimose inciso, stipite deorsum haud attenuato, demum cavo, lamellis tenuioribus. Caro prioris, sed 2-4 mm. tantum crassa. Icon Gonn. et Rab. facile *Ag. lixivius*.

78. **Hygrophorus flavus** Lambotte Fl. Myc. Belg. I. p. 296. — Pileo tenui, convexo explanato, centro demum umbilicato, glabro vel levi, margine incisionibus æqualiter distantibus, sublobato; stipite farcto mox cavo, subgracili, æquali, levi, cylindrico; lamellis adnexis, dente decurrentibus, latissimis, ventricosis, distantibus, albidis. 1614

*Hab.* gregarie v. catervatim ad terram locis incultis in silvis, Wegnez prope Verviers in Belgio. — Pileus lutescens 8 cm. latus; stipes concolor 4-5 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Odor farinæ recentis. Multa cum quadam forma *H. murinacei* communia habet. Nimiam insuper affinitatem cum *H. ovino* præbet ita ut dubium sit an ab illo separare liceat.

79. **Hygrophorus subradiatus** (Schum.) Fr. Ep. p. 328, Mon. II, p. 136, 1615
Hym. Eur. p. 416, Britz. Hygr. fig. 22, *Agaricus* Schum. Saell. p. 267. — Pileo submembranaceo, radiato-striato, disco carnosulo, subumbonato, subfusco; stipite fistuloso, æquali, glabro, pallido, basi albo; lamellis plano-adnatis, dente longe decurrentibus, ventricosis, tenuibus, distantibus, albis.

*Hab.* ad terram ericetorum Europæ. — Stipes 4 mm. crassus, sæpe tortus; pileus variat albidus, lividus, livido-rubescens; sporæ 6-8 = 5-6. *A. pratensis γ. meisneriensis* Pers. Syn. p. 305 hujus lusus videtur. — * **H. lacmus** Fr. Epicr. p. 329, Hym. Eur. p. 416, Kalchbr. t. XXV, f. 3, Fl. Dan. t. 1731, f. 1: pileo plano-depresso, fragili, inæquali, e lilacino pallido, disco subinde fibrilloso; lamellis cinereis. Ad terram ericetorum Europæ. — Ab utroque differt *A. subradiatus* Gonn. et Rabenh. t. 11, f. 1.

80. **Hygrophorus irrigatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 329, Hym. Eur. p. 416, 1616
Icon. t. 168, f. 3, Monogr. II, p. 137, B. et Br. n. 1280, *Agaricus* Pers. Syn. p. 361. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, subumbonato, levi stipiteque fistuloso, tenaci, æquali viscoso-lubricis, lividis; lamellis dente decurrentibus, subdistantibus, albidis.

*Hab.* inter muscos pratorum in Europa. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 7-9 mm. crassus. Species bene distincta, cum *Hygrophoro unguinoso* non confundenda. Hic succosus, fragilis, vere glutinosus, lamellis haud decurrentibus, quasi pinguibus.

81. **Hygrophorus Houghtoni** Berk. et Br. n. 1360, Fr. Hym. Eur. p. 1617
416. — Pileo convexo, centro demum depresso, una cum stipite transversim undulato, cute crassa, gelatinosa viscosissimis, fulvo-flavis; lamellis decurrentibus, tenuibus, gilvis.

*Hab.* locis graminosis Angliæ. — Species maxime singularis, cujus affinitas ignota. Pileus 4-5 cm. latus, interdum cæruleo-tinctus; stipes 5 cm. et ultra longus, 6 mm. crassus. Cutis gelatinosa pilei demum secedit et in centro contrahitur in cupulam.

82. **Hygrophorus multicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 562. 1618
— Pileo convexo, umbonato, glabro, margine tenui, estriato, livido, carne cærulescente; stipite subæquali flexuoso, anguste cavo; lamellis ventricosis, lividis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 16 mm. latus, viridis roseo-maculatus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, basi subattenuatus, sursum viridis, deorsum stramineus; lamellæ cærulescentes. Analogus *H. psittacino*. Forsan ad Camarophyllos referendus sed ad Hygrocybes quoque accedens.

83. **Hygrophorus cæsius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 566. — 1619
Pileo campanulato obtuso, demum apice rupto, livido striato, carne cæsia; stipite glabro, eximie fistuloso, basi dilatato; lamellis undulatis, adnexis, cæsiis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus, glaber; margine lobato; caro tenuis; stipes 4 cm. longus, ½ mm. crassus, basi truncatus, levigatus, albus, livido glauco tinctus; lamellæ distantes.

84. **Hygrophorus cinereus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 564. 1620
— Pileo conico obtuso, cinereo, glabro; carne alba; stipite deorsum attenuato, farcto, glabro, candido; lamellis attenuato-adnexis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 19 mm. latus; caro ad centrum crassa, alba; stipes 3 cm. longus, ½ mm. ad medium crassus; lamellæ pallidæ, subventricosæ, levigatæ. Cum nulla e descriptis speciebus affinitatem habet.

85. **Hygrophorus hapalus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 563. — 1621
Pileo conico, estriato, carnoso, subacute umbonato, tenui; stipite æquali, solido, candido; lamellis late ventricosis, adnexis, niveis; sporis 13 = 8.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½–3 cm. latus, glaber, levis, carnosus, versus marginem tenuis, delicate aurantiacus, umbone obscuriore; stipes 4 cm. longus, 5 mm. crassus, levigatus, glaber; lamellæ subundulatæ; caro pallidissime aurantiaca. Species delicata a similibus distincta stipite stricte solido, cuius color ab illo carnis pilei differt.

86. **Hygrophorus glanduliformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. p. 566. 1622
— Cæspitosus; pileo campanulato obtuso, estriato, glabro, demum centro depresso aurantiaco; stipite fistuloso, basi attenuato, glabro, citrino; lamellis postice rotundatis, citrinis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus, glanduliformis; caro tenuis, aurantiaca; stipes 5 cm. longus, 1 mm. vel ultra crassus, basi obtusus, tomento radiciformi præditus, pariete frustuloso-rugosa; lamellæ liberæ. Videtur typus distinctus.

87. **Hygrophorus Hochstetteri** Reichardt in Verh. Zool. Bot. Ges. 1623
1866, p. 370, et Novara Exp. Bot. p. 144, t. XXIII, f. 3, *Hygr. azureus* Berk. in Hook. Handb. New Zeal. Fl. II (1867) p. 604. — Totus pulcherrime azureus; stipite solido 7–10 cm. longo; pileo conico 2–3 cm. lato, carnoso-tenui, adulto glabro; lamellis confertis, ascendentibus.

*Hab.* in silvis Taurunga inter et Waihu Novæ Zelandiæ. —

Adest forma ex Waitaki colore ex icone griseo-viridi, sed nullis aliis notis diversa.

88. **Hygrophorus prasinus** Mont. Cent. VII, p. 30, Ann. Scienc. Nat. Ser. IV, V, p. 361. — Solitarius epigæus; pileo carnoso, convexo-undulato, intense viridi, centro depresso e virente subochraceo, margine demisso levi; stipite dilutiori, compressulo, cavo, deorsum attenuato-subradicato; lamellis viridissimis, didymis tridymis, longioribus adnatis margine recto, brevioribus convexis. 1624

*Hab.* ad terram inter folia dejecta in silvis juxta ripas fluminis Paraguay Brasiliæ, aprili (Weddell).

89. **Hygrophorus brasiliensis** Mont. Ann. Scienc. Nat. Ser. IV, V, p. 361, Cent. VII, p. 30. — Mediocris, terrestris, obscure luteus; pileo carnoso, planiusculo, centro depressiusculo, glabro, levi; stipite fistuloso, deorsum attenuato; lamellis tridymis, adnato-decurrentibus. 1625

*Hab.* ad terram in silvis brasiliensibus provinciæ Goyaz Brasiliæ (Weddell).

90. **Hygrophorus pictus** B. et C. N. Pac. exp. n. 64. — Pileo umbilicato depressove, striato; stipite sursum incrassato, glabro; lamellis distantibus, subangustis ventricosis decurrentibus. 1626

*Hab.* ad terram, Hong-Kong Sinarum.

III. Hygrocybe Fr. Syst. Myc. I, p. 101. Velum nullum. Totus fungus tenuis, aquoso-succulentus, fragilis. Pileus udus viscidus, siccus nitens, raro floccoso-squamosus. Stipes cavus, mollis, epunctatus. Lamellæ molles. Plurimæ species coloribus lætis nitent.

Hæc grex sistit generis typum et ab Agariceis luculenter recedit; a reliquis Hygrophoris ut peculiare genus facile separatur.

*) Lamellis decurrentibus.

91. **Hygrophorus Colemannianus** Blox. in Berk. Outl. pag. 200, Fr. Hymen. Eur. p. 417, Britz. Hygr. f. 26. — Pileo subcarnoso, umbonato, pallide umbrino, disco obscuriore, udo striato, subviscido, sicco levi; stipite æquali, albo, sursum sericeo; lamellis longe decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, concoloribus; sporis obovatis 6-8 $\mu$. long. (Berk.) v. 8-10 = 4 (Britz.). 1627

*Hab.* in pascuis graminosis Angliæ et Bavariæ. — Pileus $2^1/_4$-5 cm. latus, rufescenti-umbrinus; stipes $2^1/_2$ cm. vel ultra longus, 2-4 mm. crassus.

92. **Hygrophorus sciophanus** Fr. Epicr. p. 329, Hym. Eur. p. 417, Icon. t. 167, f. 1, Trog Helv. *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 102, Fl. Dan. t. 1845, f. 2. — Subtestaceus; pileo subcarnoso, e convexo 1628

depresso, obtuso, viscidulo, opaco, margine striato; stipite cavo, æquali, subflexuoso, lævi; lamellis decurrentibus, distantibus, venoso-connexis.

*Hab.* in pratis muscosis Europæ. — Habitus et color opace fulvescens *H. pratensis*, sed tenuis, fragilis, succosus, pileo subrepando, lamellis tenuibus plano-decurrentibus. *A. fragilis* Batsch f. 215 vix distinctus.

93. **Hygrophorus alliciens** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 565. 1629
— Pileo convexo, centro depresso, striato subcarnoso; stipite glabro æquali, farcto demum cavo; lamellis carneis decurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 19–25 mm. latus, roseus obscure striatus; caro alba; stipes 3 cm. longus, 2 mm. crassus, sursum ruber, deorsum lutescens, intus superne coccineus; lamellæ arcuatæ. — Pulcherrima species *H. cantharello* et *sciophano* proxima.

94. **Hygrophorus lætus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 329, Hym. Eur. p. 417, Icon. 1630
t. 167, f. 2, Kalchbr. t. 26, f. 3, Berk. Outl. p. 200, Kickx p. 197, *Agaricus* Pers. Syn. p. 334, Fr. S. M. I, p. 102, Secret. n. 844. — Pileo tenui, convexo-plano, leviusculo, viscido, subnitente stipiteque tenaci, æquali fulvis; lamellis subdecurrentibus, tenuibus, distantibus, pallidioribus; sporis subglobosis, 9–10 ≃ 6–8.

*Hab.* ad terram in Europa et Ceylon (Thwaites). — Pileus 1–2½ cm. latus; stipes 5–8 cm. longus, 4 mm. crassus. In pratis muscosis, haud raro. Tenacitate, præcipue stipitis, a reliquis recedit. Pilei color constans nec expallens, sed lamellarum variat albidus, incarnatus, fuligineus.

95. **Hygrophorus nivosus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 563. 1631
— Niveus; pileo e convexo plano, tenui, subumbonato, striato; stipite flexuoso farcto; lamellis angustis, utrinque attenuatis, subdecurrentibus.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 1¼–2½ cm. latus, glaber, minime umbilicatus; stipes 2½ cm. longus, 1½ mm. crassus; lamellæ 1 mm. latæ. Sat proximus *H. lælo* et *virgineo*.

96. **Hygrophorus glossatus** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 135, f. 28. 1632
— Pileo convexo-obconico, flavo-rufo in stipitem subconcolorem attenuato; lamellis albidis, latis, distantibus, decurrentibus; sporis 6 ≃ 4.

*Hab.* in silvis prope Stadtbergen Bavariæ infer.

97. **Hygrophorus vitellinus** Fr. Monogr. II, p. 312, Hym. Eur. p. 417, 1633

Icon. t. 167, f. 3, Britz. Hygr. f. 24. — Pileo membranaceo, disco carnosulo glabro, viscido, citrino, sicco albicante, margine plicato-striato; stipite fistuloso, fragili, pallide flavo; lamellis decurrentibus, subdistantibus, vitellinis.

*Hab.* in collibus et campis apricis Europæ. — *H. ceraceo* similis, sed colore sicci albicante et lamellis longe decurrentibus facile distinctus; sporæ 6 ≃ 3-4.

98. **Hygrophorus ceraceus** (Wulf.) Fr. Epicr. p. 330, Hym. Eur. p. 1634
417, Lucand t. 4, Berk. Outl. p. 201, Britz. Hygr. f. 37, *Agaricus* Wulf. in Jacq. Coll. II, t. 15, f. 2, Sow. t. 20, Fr S. M. I, p. 102. — Fragilis; pileo tenui, convexo-plano, obtuso, striatulo, viscido stipiteque fistuloso, inæquali ceraceis, nitidis; lamellis adnatis, subdecurrentibus, distantibus, latis, fere triquetris, flavidis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 7-8 ≃ 4-5.

*Hab.* in pratis muscosis, pascuis, in Europa, ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites), Cincinnati Amer. bor., Hodden range et Victoria Australiæ. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 5-9 cm. longus, 4 mm. vel ultra crassus; stipes sæpe flexuosus, dein compressus, apice pileo concolor, basi pallidior. Valde distinctus ab *H. chlorophano*, quocum Persoon aliique confundunt.

99. **Hygrophorus purus** Peck 26 Rep. p. 63. — Pure candidus et fra- 1635
gilissimus; pileo e conico expanso atque ob marginem tenuem recurvum cupulato, viscidissimo, sæpe irregulari; stipite glabro, subflexuoso, cavo, viscidissimo; lamellis subdistantibus, latis, ventricosis, emarginatis, dente minuto decurrentibus; sporis 8 ≃ 5.

*Hab.* ad terram in silvis patentibus, Croghan Amer. bor. — Statura 8-15 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$-5 cm. longus; stipes 4-7 mm. crassus. Cum *H. ceraceo* conferendus, sed præter coloris diversitatem multo fragilior.

100. **Hygrophorus atro-coccineus** Kalchbr. Grev. IX, p. 134. — Pi- 1636
leo convexo depresso, coccineo; lamellis decurrentibus, obscurioribus.

*Hab.* in P. Natal Africæ (Wood). — Habitus *H. coccinei* aut *H. miniati*.

101. **Hygrophorus coccineus** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 330, Hym. Eur. 1637
p. 417, Britz. Hygr. f. 29, Huss. I, t. 61, Price f. 57, Kickx p. 191. *Agaricus* Schaeff. t. 302, Fr. S. M. I, p. 105 cum syn. Bull. t. 570, fig. 2 ex parte. Fl. Dan. t. 715, Sowerb. t. 381 (fig. coccinea). *A. miniatus* Scop.; Batt. t. 19, f. 63. — Fragilis; pileo tenui, convexo, obtuso, viscoso, glabro, e coccineo expallente; stipite cavo,

compresso, lutescente, sursum coccineo; lamellis adnatis, dente decurrentibus, venoso-connexis, versicoloribus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, 6-8 ≃ 4-5.

*Hab.* in pratis muscosis Europæ — Serotinus, elegans, inæqualis, mollis. Pileus 2½-5 cm. latus, demum lutescens; stipes 5 cm. longus, 8 mm. crassus; lamellæ adultæ basi purpureæ, medio flavæ, acie glaucæ.

102. **Hygrophorus siparius** Berk. Dec. n. 512. — Coccineus; pileo e convexo umbilicato, furfuraceo-velutino; stipite elongato, valido, glabro; lamellis decurrentibus. 1638

*Hab.* ad terram, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Affinis *H. miniato* sed robustior, lamellis vere decurrentibus, pileo dense furfuraceo.

103. **Hygrophorus miniatus** Fr. Epicr. p. 330, Hym. Eur. pag. 418, Britz. Hygr. f. 27, Kickx p. 98, Berk. Outl. p. 201, Quélet t. 10, f. 5, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 105, Secr. n. 845 (excl. *A. tricolore*). Weinm. p. 69, Fl. Dan. t. 1009, Harzer t. 4, f. 1, *A. flammans* Scop. *A. coccinellus* Ehrenb.; Vaill. Par. p. 66, n. 38. — Fragilis; pileo tenui, e convexo umbilicato, miniato, mox sicco, decolore, opaco, glabro squamulosove; stipite subfarcto, æquali, tereti, polito, coccineo; lamellis adnatis, distantibus, luteis vel flavo-miniatis; sporis ellipsoideis, 8½ ≃ 6. 1639

*Hab.* locis humidis in Europa, Peradenya Ceylon (Thwaites), Hayes Sound (H. C. Hart), Maungaroa, Queensland. — Pileus 1-2½ cm. latus; stipes 3-5 cm. longus, 2 mm. crassus. *H. coccineo* minor, regularis, vix viscosus; lamellæ vulgo distinctæ.

104. **Hygrophorus turundus** Fr. Epicr. pag. 330, Hym. Eur. p. 418, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 106, Obs. Myc. 2, p. 199, *A. superbus* Lasch n. 118. — Pileo tenui, e convexo umbilicato, fragilissimo, flocculis cinereo-fuscis demum squamuloso, margine incurvo, crenato; stipite e farcto fistuloso, rigido, æquali, fulvo, nitido; lamellis decurrentibus, distantibus, ex albo lutescentibus. 1640

*Hab.* in dumetis, juniperetis parce in Europa. — Priori affinis sed valde dissimilis. Pileus 2-3 cm. latus, mox in floccos fuligineos solutus, sed primitus viscidus et aureus, 2-5 cm. longus, 2-5 mm. crassus. Insignis var. est β. **mollis** Berk. et Br. n. 1279 aureus, pileo pilis mollibus, brevibus, radiantibus, concoloribus vestito; lamellis angustis. Pileus 12-18 mm. latus; stipes 2½-4 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Etiam forma typica ludit plicis Cantharelli.

105. **Hygrophorus mucronellus** Fr. Epicr. p. 331, Hym. Eur. p. 418, 1641

*A. puniceus* β. Lasch. n. 1117. — Fragilis; pileo submembranaceo, e conico campanulato, acuto, glabro, puniceo, expallente; stipite fistuloso, tenui, fibroso, subsericeo, concolore, basi albo; lamellis decurrentibus, triquetris, crassis, luteis.

*Hab.* in graminosis, pascuis Europæ raro. — Præcedentibus videtur affinis. Pileus 6-9 mm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

106. **Hygrophorus congelatus** Peck 23 Rep. p. 114. — Pileo tenui, convexo, levi, glabro vel obscure fibrilloso, sordide rubro, plerumque rubro maculato; stipite æquali, gracili, glabro, solido, rubro, intus luteo; lamellis paucis distantibus, latis, submarginatis, dente decurrentibus, nitide rubris. 1642

*Hab.* in aggeribus ad latera viarum, North Elba Amer. bor. — Statura $2^1/_2$ cm. adæquans; pileus 8-12 mm. latus; stipes circiter 2 mm. crassus. Jove udo pileus viscidus apparet. Languescens peculiarem habitum sumit ac si congeletur, unde nomen. Primo obtutu pro parvo *H. miniato* sumi posset, a quo clare distinctus pileo glabro lamellarumque colore et aliis characteribus.

107. **Hygrophorus cinnabarinus** Schw. Carol. n. 641, Fr. Epicr. p. 329. — Cinnabarinus; pileo subcarnoso, plano depresso, glabro, margine subinflexo; stipite farcto, attenuato, fragili; lamellis decurrentibus, distantibus, crassiusculis; sporis rubellis 8,3 ≃ 5-6 (tete Morgan). 1643

*Hab.* in silvis umbrosis Americæ borealis. — Habitus *Cantharelli cibarii* sed tenuior, minor, pileo 2,5-3 cm. lato. Cl. Schweinitz in Syn. Fung. Amer. bor. n. 286 ad genus *Cantharellum* spectare declarat.

108. **Hygrophorus Cantharellus** Schw. Carol. n. 768, Fr. Epicr. pag. 329, Peck 23 Rep. pag. 114. — Aurantiacus; pileo subcarnoso demum umbilicato, minute squamuloso, inflexo-undulato; stipite e farcto cavo, flexuoso, fragilissimo; lamellis decurrentibus, distantibus, acie tenui acutis, flavis aurantio-tinctis. 1644

*Hab.* in silvis et agris udis Carolinæ Amer. bor. — Var. **roseus** Peck l. c.: pileo subroseo, expanso, undulato. Sandlake Americæ borealis.

109. **Hygrophorus nitidus** B. et C. Cent. N. Amer. Fungi n. 22, Peck 23 Rep. p. 114, tab. 1, f. 2-6. — Pileo convexo, umbilicato, fragili, viscoso vel udo, e flavo pallescenti, sicco pallidiori, substantia tenuissima; stipite gracili, viscido, fistuloso, pileo concolo- 1645

ri; lamellis arcuatis et ventricosis, decurrentibus, flavis, interstitiis venosis.

*Hab.* ad terram South Carolinæ Amer. bor. (Ravenel). — *Hygrophoro Cantharello* affinis, *Hygrophoro ceraceo* similis. Pileus 1,2–2,5 cm. latus, stipes 7,5–10 cm. longus.

110. **Hygrophorus aurantiaco-luteus** B. et C. Cent. N. Amer. Fungi n. 86. — Pusillus, gregarius, aurantiacus; pileo e convexo subumbilicato, dein plano vel subinde depresso, striato, glabro; stipite gracili, glabro, inferne attenuato; lamellis arcuatis, decurrentibus. 1646

*Hab.* inter muscos Sandlake, Albany et Connecticut Amer. bor., aug. — *Omphaliæ Fibulæ* simillimus. Pileus 7 mm. latus; stipes 4 cm. circ. longus, vix 2,2 mm. crassus.

111. **Hygrophorus speciosus** Peck 29 Rep. p. 43, tab. 2, fig. 1–5. — Pileo ex ovato vel subconico expanso, margine tenui recurvo, glabro, glutinoso, sæpe minute umbonato, nitide rubro vel coccineo, demum lutescente; stipite longo, subæquali, solido, albo vel lutescente, plerumque viscido; lamellis arcuatis, decurrentibus, subdistantibus, candidis, interstitiis venosis; sporis ellipsoideis, 8–9 μ. long. 1647

*Hab.* ad terram sub et juxta Larices, Greig et Center. Amer. bor. — Gregarius, 8–13 cm. altus; pileus $2^1/_2$ cm. latus, stipes 6–10 mm. crassus. Pereximia species. Umbo parvus et discus diutius reliquo pileo colorem servant.

112. **Hygrophorus parvulus** Peck 28 Rep. p. 50, tab. 1, fig. 20–24. — Pileo tenui hemisphærico vel convexo, glabro, hygrophano, udo margine striatulo, sulphureo-luteo; stipite æquali, glabro, cavo, pallide flavo vel luteo; lamellis subdistantibus, arcuatis, adnatis vel decurrentibus, pallide luteis v. albidis. 1648

*Hab.* ad terram in silvis atque sub Pteride aquilina, Northville atque Lake Pleasant Amer. bor. — Statura $2^1/_2$ cm. metiens; pileus 6–8 mm. latus. In juventute et iove udo stipes pileusque subviscidi. Stipes interdum intensius coloratus quam pileus.

113. **Hygrophorus Wynniæ** Berk. et Br. Ann. N. H. n. 1781, Grevillea VII. t. 121, fig. *A*. — Citrinus, hygrophanus; pileo umbilicato vel subinfundibuliformi, tenui, striato; lamellis angustis, tenuibus, decurrentibus. 1649

*Hab.* ad caudices vetustos, fragmenta etc. N. Wales, York Britanniæ. — Similis *Ag.* (Clitoc.) *molli* Bolt., sed multo minor. Fœtidus quum collabitur; multum amittit colorem quum humidi-

tate diffrangitur. — Auctores speciei huc ducunt *Clitocybem xanthophyllam* Bres. Trid. n. 3.

114. **Hygrophorus pygmæus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 564. 1650
— Pusillus; pileo coccineo, glabro, viscoso; stipite subæquali lamellisque paucis arcuatis, decurrentibus, pallidioribus.

*Hab.* ad ligna fracidissima, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2-8 mm. latus, convexus; stipes 3-6 mm. longus. 1 mm. crassus, basi leviter incrassatus, glaber.

**) Lamellis adnexis, subsecedentibus.

115. **Hygrophorus puniceus** Fr. Epicr. p. 331, Hym. Eur. pag. 419, 1651
Britz. Hygr. f. 46, Sverig. ätl. Svamp. t. 77, Kickx p. 198, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 104 cum syn. *A. aurantius* Vahl Fl. Dan. t. 883, Bolton t. 67, f. 2 (haud bona), Wahlenb. Suec. n. 1894, Vaill. Par. p. 67, n. 48, ex quo Tourn. Inst. t. 327, f. *A, B.* — Fragilis; pileo tenui, campanulato, obtuso, repando, levi, viscido, e coccineo-sanguineo expallente; stipite cavo, crasso, ventricoso, striato, basi albo; lamellis leviter adnexis, crassis, distantibus, flavis.

*Hab.* in pratis muscosis copiose in Europa, in insulis Spetsbergensibus (J. Vahl). — Ceteris major; pileus $2^1/_2$–12 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1-$2^1/_2$ cm. crassus, flavescens vel pileo concolor, sed basi constanter albus, sursum sæpe flocculosus; lamellæ 4-8 mm. latæ, demum rubentes; sporæ 10 ≃ 4-5. — ***H. nigrescens** Quél. Quelq. esp. 1883, II, p. 6: pileo campanulato, 1 cm. lato, obtuso, lobato, fimbriato, fragili, sicco, flaveolo, fibris aurantiacis striato, dein griseolo, leviusculo; stipite fibroso, sursum cavo, rigido, striato, citrino, apice aurantio-rufo, basi attenuato, albo; lamellis liberis, latis, crassis, crenulatis, citrinis, basi aurantiacis, dein griseis; sporis ellipsoideo-pruniformibus, 13-15 μ. longis, hyalinis. In herbosis, in Alpibus maritimis (Barla). — *Hygrophoro conico* et *puniceo* affinis. Caro tenuis, succosa, aurantiaca, in stipite albida, inodora, insipida. Cuticula, caro lamellæque aere et tactu nigrescunt.

116. **Hygrophorus Ravenelii** B. et C. Cent. N. Amer. Fungi n. 23. 1652
— Cæspitosus, subcarnosus; pileo convexo, humido, aurantio, glabro; carne tenuissima, flava; stipite fragili, fistuloso, flavo, deorsum candido; lamellis emarginatis ventricosis, subattingentibus, pileo dilutioribus; sporis albis.

*Hab.* ad terram in America boreali (Ravenel). — *Hygropho-*

*ro puniceo* affinis at diversus. Pileus 4-6,5 cm. latus; stipes 10-12,5 cm. longus, 0,5 circ. cm. crassus.

117. **Hygrophorus hæmatocephalus** B. et C. Cent. N. Amer. Fungi n. 21. — Pileo convexo, umbilicato, sanguineo; stipite cavo, compresso, inferne attenuato, compresso, primo subrubro, dein pallido vel flavo; lamellis crassis, adnatis, ventricosis, latis, flavis, irregularibus, interstitiis levibus; sporis ellipticis, albis. 1653

*Hab.* ad terram in pinetis in Carolina merid. (Ravenel). — *Hygrophoro cinnabarino* proximus at colore, lamellarum forma et sporis magnitudine distinctus. Specimina majora *Pezizam aurantiam* simulant. Pileus 2,5-5 cm. latus; stipes 2,5-5 cm. longus, 2,5-5 mm. crassus.

118. **Hygrophorus tricolor** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 566. — Pileo primum digitaliformi demum expanso, umbonato, glabro; stipite candido, subcavo, glabro; lamellis versicoloribus, truncato-adnexis; sporis late ellipsoideis, 9-10 $\mu$. long. 1654

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4-4½ cm. latus, primo obtuse conicus, centro luteus, versus marginem lobatum coccineus, demum expansus subtiliter striatus; caro sub cuticula rubescens; stipes 5 cm. longus, 6-8 mm. crassus, subæqualis; lamellæ ventricosæ. Affinis *H. puniceo* sed maior.

119. **Hygrophorus obrusseus** Fr. Epicr. p. 331, Monogr. II, p. 141, Hym. Eur. p. 419, Britz. Hygr. fig. 33, 36, Bern. Roch. t. 35, f. 3, Berk. Outl. p. 202, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 104, Secr. n. 846, Battar. t. 19, f. D. — Fragilis, aureo-sulphureus, nitens; pileo tenui, conico-convexo, obtuso, flexuoso, subsicco stipiteque cavo, subcompresso, basi fulvente glabris, levibus; lamellis adnato-ventricosis, crassis, distantibus. 1655

*Hab.* ad nemorum margines in Europa et Ceylon (Gardner). — Pileus 5-12 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 1-2 cm. crassus; sporæ ellipsoideæ, obtusæ, medio fere constrictulæ, 7 ≃ 3 (Karst.), vel 10-12 ≃ 6-8 (Britz.). *H. punicei* fere magnitudine, sed emergit luteus nec expallens, magis inæqualis. *A. laceratus* Bolt. t. 68, huc a Secretano relatus, potius forma luxurians *H. conici* ob lamellas liberas.

120. **Hygrophorus marginatus** Peck 28 Rep. p. 50. — Fragilis; pileo subcampanulato vel expanso, sæpe irregulari vel lobato, plerumque late umbonato, glabro, nitente, quandoque minute rimoso, margine tenui striatulato, nitide aureo-luteo; stipite glabro, cavo, sæpe flexuoso vel irregulari, pallide luteo; lamellis latiusculis, sub- 1656

distantibus, ventricosis, emarginatis, sæpe venoso-connexis, luteis, ætate saturatius coloratis, acie vulgo in aurantiacum vel purpureum vergentibus; sporis subellipsoideis, circiter 8 μ. long.

*Hab.* ad terram in silvis Northville Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus circiter 2½ cm. latus; stipes 2-4 mm. crassus. Videtur americanus analogus *H. obrusseo* europæo, distinguendus tamen ob minores dimensiones et lamellarum aciei colorem rubrum (unde nomen).

121. **Hygrophorus intermedius** Passer. F. Parm. Imen. p. 103, Fr. Hym. Eur. p. 419. — Pileo tenui, campanulato, obtuso, dein explanato, subsicco, fibrilloso-sericeo, ex aureo cinerescente; stipite fistuloso, fibrilloso-striato; lamellis adnatis, ventricosis, distantibus, ex albido flavidis. 1657

*Hab.* in Italia. — *H. obrusseo* videtur affinis. Insignis odore farinæ recentis.

122. **Hygrophorus conicus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 331, Hym. Eur. p. 419, Bern. Roch. t. 33, f. 3, 4, Gill. C. F. cum ic., Berk. Outl. p. 202, Kickx p. 198, *Agaricus* Scop. Carn. II, p. 443, Schaeff. t. 2, Fr. S. M. I, p. 103 cum syn. et var. Fl. Bat. t. 310, Lasch n. 115, *A. croceus* Bull. t. 50 (524, f. 3, var. tristis), *A. hyacinthus* Batsch f. 28, Vaill. Par. p. 67, n. 49. — Fragilis; pileo submembranaceo, conico, acuto, glabro, sæpe lobato, demum expanso rimoso; stipite cavo, cylindrico, fibroso-striato; lamellis attenuato-liberis, ventricosis, tenuibus, subconfertis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, 10-11 ≃ 6-8. 1658

*Hab.* locis graminosis vulgatissimus in Europa, Peradenya Ceylon (Thwaites) et in Carolina infer. et media Amer. bor. — Pileus 2-5 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 4-8 mm. crassus. Valde versicolor (cfr. Monogr, Hymen. II, p. 142), rarius coccineus, vulgo flavus, udus viscidus, siccus nitens, nunc jove sicco colore persistente, nunc fracto illico nigrescente vel jove pluvio toto nigrescente: *A. tristis* Pers. Obs. 2, p. 42; lamellæ variant albæ, fuligineæ et in var. aurantio-coccinea basi rubentes. — Var. **Peradenyca** Cfr. B. et Br. Ceyl. F. n. 329: pileo campanulato carnoso, obtuso, luteo nigro-virgato; carne sub cuticula cinerescente; stipite æquali, concolori, solido; lamellis attenuato-liberis citrinis. In insula Ceylon.

123. **Hygrophorus discolor** Kalchbr. et M. Ow. Grev. IX, p. 134. — Pileo membranaceo, fragili, convexo, umbonato vel depresso, rubro-aurantiaco; stipite cylindrico, fistuloso, albo; lamellis rotun- 1659

dato-liberis, subdistantibus, latis, ventricosis, albis, hinc inde lutescentibus.

*Hab.* in campis prope Somerset East Afr. (Mac Owan). — Habitus *Hygr. conici*, sed hoc minor, haud conicus. Siccus atrocinereus potius quam niger, nec nitens!

124. **Hygrophorus Alwisii** Berk. et B. Journ. Linn. Soc. XI, p. 565. 1660
— Pileo conico, carnoso, tenui, virgato, albido, margine crenato; stipite sulcato, glabro, æquali, solido; lamellis attenuato-adnexis, antice ventricosis, candidis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, hic illic luteo-brunneo tinctus, præsertim versus latum umbonem; stipes longus, 6 mm. crassus, contortus, albus; lamellæ antice latæ. Habitus *H. conici*.

125. **Hygrophorus calyptriformis** Berk. Outl. pag. 202, Transact. 1661
Woolh. Club. t. 21, f. 4-6, Fr. Hym. Eur. p. 420. — Pileo tenui, conico-acuto, sublobato, innato-fibrilloso, e roseo expallente; stipite fistuloso, substriato, albo; lamellis postice attenuatis, angustis, e roseo pallescentibus; sporis ellipsoideis, 3-4 ≃ 2½.

*Hab.* in pascuis et silvis Europæ. — Pileus 2-3 cm. altus, circiter 2 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus. Statura omnino *H. conici*, sed colore et pileo virgato distinctus nec fractus nigrescens.

126. **Hygrophorus bicolor** Berk. et Br. Journ. Soc. XI, p. 565. — 1662
Pileo e conico campanulato, coccineo, margine lobato, carne alba; stipite æquali e farcto cavo glabro; lamellis pallidis, undulatis, attenuato-adnexis; sporis 5 ≃ 2½.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus, obtuse umbonatus, demum expansus, sursum e coccineo pallescente; caro tenuis; stipes 6 cm. longus, circiter 4 mm. crassus, striatus, intus albus; lamellæ angustæ. Affinis *H. calyptriformi*.

127. **Hygrophorus elegantissimus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, 1663
p. 565. — Roseus; pileo conico-campanulato, umbone acuto, margine extremo undulato, rufescente; stipite fistuloso; lamellis undulatis, attenuato-adnexis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus; stipes 8 cm. longus, 5 mm. crassus, glaber, inferne attenuatus; lamellæ ventricosæ, leves. Affinis *H. bicolori*.

128. **Hygrophorus chlorophanus** Fr. Epicr. p. 332, Hym. Eur. p. 420, 1664
Icon. t. 167, f. 4, Berk. et Br. n. 933, Cooke p. 203, Hoffm. Ic. t. 5, f. 1, *Agaricus* Fr. S. M. l. c., Secr. n. 840 (var. *coccinea*). —

Fragilis; pileo submembranaceo, convexo, obtuso, sublobato, striato stipiteque cavo, æquali, levi viscosis; lamellis adnexis, ventricosis, tenuibus, subdistantibus, albidioribus.

*Hab.* inter gramina et muscos in Europa et ad terram, Ceylon (THWAITES) et Greenbush Amer. bor. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 4-5 mm. crassus; sporæ ovoideæ 8 μ. longæ. Color omnino *H. conici* [var. *coccinea* etiam a Friesio lecta], sed minor, non (etiam udus) nigrescens; lamellæ emarginato-liberæ, primo albæ v. flavæ. Externa facies fere *H. ceracei.*

129. **Hygrophorus roseo-striatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 564. — Pileo hemisphærico subcarnoso, tenui, toto roseo-striato; stipite compresso, fistuloso, levi; lamellis paucis, adnatis, planis. 1665

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 2½ cm. latus, lutescens; stipes 5 cm. longus, ½ mm. crassus, subæqualis, subflexuosus, lutescens, rubro tinctus; lamellæ stipiti concolores. Habitus fere *H. chlorophani.*

130. **Hygrophorus psittacinus** Fr. Epicr. p. 332, Hym. Eur. p. 420, Gill. C. F. cum icone, Bern. Roch. t. 35, f. 4, Hussey I, t. 41, Berk. Outl. p. 202, *Agaricus* Schaeff. t. 301, S. M. I, pag. 102, Sow. t. 82, Grev. Scot. t. 74, Bull. t. 545, f. 1, Ventur. t. 42, f. 1-3, Batt. t. 21, f. E. — Pileo tenui, campanulato-expanso, umbonato, striatulo stipiteque cavo, tenaci, levi, glutine virescente secedente oblinitis; lamellis adnato-ventricosis, crassis, distantibus, subvirentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 7-8 ≃ 5-6. 1666

*Hab.* in pascuis, versuris copiose in Europa, in campis Carol. mediæ Amer. bor. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, circiter 4-5 mm. crassus; sporæ 8-9 ≃ 5-6. Color virens, in apice stipitis magis persistens, ceterum vere chamæleontinus, lutescens, testaceus, rubellus, albus. Cfr. Lasch l. c. n. 111.

131. **Hygrophorus fulvus** Berk. Dec. n. 388, Hook. Journ. 1852, p. 134. — Pileo campanulato, obtuso, subcarnoso, læte fulvo, pulverulenti-squamoso, margine striato; stipite tenui, æquali, concolore; lamellis luteis, adnatis, postice attenuatis. 1667

*Hab.* in silvis pineis, Sikkim Indiæ, 3500 m. alt. — Pileus fragilis 12-13 mm. lat.; stipes 5 cm. long. 3,5 cm. cr. Habitus *H. psittacini.*

132. **Hygrophorus Pomona** Berk. Dec. n. 387, Hook. Journ. 1852, p. 134. — Pileo hemisphærico, subfloccoso, fulvo flavoque variegato; stipite incurvo fistuloso; lamellis pallidis, decurrentibus acie undulata. 1668

*Hab.* in argillosis Moflong Khasya Indiæ. — Inodorus, fragilis. Pileus 3-4 cm. lat.; stipes 2,5-3 cm. long. Affinis *H. fulvo.*

133. **Hygrophorus spadiceus** (Scop.) Fr. Ep. p. 332, Hym. Eur. p. 420, 1669
Icon. t. 168, f. 1, *Agaricus* Scop. Carn. II, p. 443. — Fragilis; pileo tenui, conico, acuto, repando, fibrilloso-virgato, glutine olivaceo-spadiceo obducto; stipite cavo, æquali, sicco, fuscescente-fibrilloso; lamellis rotundato-liberis, distantibus, citrinis.

*Hab.* locis graminosis montanis Europæ. — Simillimus *H. conico,* sed substantia firmior, numquam adusto-nigrescens, pileus vero siccus niger, glutine nitidus, eleganter virgatus, udus magis glutinosus nec striatus; lamellæ crassiores, magis distantes nec postice attenuatæ.

134. **Hygrophorus squalidus** (Lasch.) Fr. Epicr. p. 332, Hym. Eur. p. 1670
420, *A. squalidus* Lasch n. 110. — Fragilis; pileo ex obtuso campanulato-expanso, gibbo, glabro stipiteque cavo, glabro, inæquali fuligineo-glutinosis, glutine secedente aurantiacis; lamellis adnato-ventricosis, crassis, subdistantibus, e livido fuscescentibus, acie aurantiacis.

*Hab.* in graminosis silvaticis Europæ. — Colore ad præcedentes vergit, ceterum sq. proximus. Inodorus. Stipes minus viscidus, nitens; pileus siccus plicatus; color mox expallens.

135. **Hygrophorus unguinosus** Fr. Epicr. p. 332, Hym. Eur. p. 421, 1671
Icon. t. 168, f. 2, Berk. Outl. p. 202, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I. p. 101, Weinm. p. 68, Secr. n. 782. — Fragilis; pileo tenui, campanulato, convexo, obtuso, levi stipiteque cavo, inæquali, subcompresso fuligineo-glutinosis; lamellis adnato-ventricosis, planis, candidis, glaucescentibus.

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ. — Pileus 2-5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-7 mm. crassus. Serotinus, inodorus, colore immutabili, fuligineo. Ab *H. irriguo* plane diversus, sed præcedentibus intime cognatus, ut tribu moveri nequeat.

136. **Hygrophorus? variolosus** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 89. — Pileo 1672
carnoso, convexo, levi, glabro, griseo, margine involuto, dein fusco maculis farinosis albis variegato; stipite solido, glabro, albo; lamellis adnatis, distantibus, ramosis, albo-glaucescentibus.

*Hab.* ad terram, Quebradahonda in Costa Rica. Nullus adest, cum quo comparetur, neque ex icone, nec ad optima specimina, in sp. vini servata, plene genus eruere licet. — Habitu et lamellis ad *H. unguinosum,* et *nitratum* quidem accedit, sed pileus vix viscidus et quid sint soredia alba maculæformia, squamis Amanitarum

similia, in pileo efflorescentia (non Mucedo parasitica!) et e cute quasi relaxata formata, non intelligitur; stipes solidus, e basi incrassata leviter attenuatus, 2,5-3 cm. circiter crassus curvulus, glaber; pileus vere carnosus, at non compactus bullato-convexus, margine inflexo, primo levis, glaber griseus, dein fuscus albo maculatus; lamellæ ex icone ramosæ et divergentes.

137. **Hygrophorus nitratus** Fr. Hym. Eur. p. 421, Quél. t. 10, f. 3, 1673
*A. nitratus* Pers. Syn. p. 356, *A. murinaceus* Fr. Syst. Myc. I. p. 116, *Hygroph.* Fr. Ep. p. 333 excl. syn. Bull. et Sowerb. Berk. Outl. p. 203. — Fragilis, graveolens; pileo tenui e campanulato explanato, difformi, viscido, mox sicco, rivuloso-squamoso, fusco-cinereo; stipite subcavo, inæquali, levi, subcompresso; lamellis adnato-secedentibus, latis, distantibus, subundulatis, ex albo glaucescentibus.

*Hab.* locis graminosis, major in silvis, minor in campis in Europa. — Pileus 3-10 cm. latus; stipes 5-9 cm. longus; sporæ 7-8 ≃ 5-6. Odore forti, nitroso insignis. Structura omnino *H. coccinei*, sed colore plane diversus; stipes vero passim lutescens.

138. **Hygrophorus glauco-nitens** Fr. Epicr. p. 54, Hym. Eur. p. 421, 1674
Britz. Hygr. f. 38, *Ag. nitens* Batsch f. 192, Pers. Syn. p. 359. — Rigens; pileo fibrilloso-virgato, olivaceo-nigro v. fuligineo-expallente; stipite æquali, nitente; lamellis glaucescentibus.

*Hab.* in pascuis silvaticis Europæ. — Videtur prioris status junior, sole adustus, sed a Persoonio aliisque distinguitur. Odor idem, sed debilior; sporæ 6-8 ≃ 6-7.

139. **Hygrophorus ohiensis** Mont. Syll. Crypt. n. 416. — Pileo car- 1675
noso, e convexo expanso viscido, e luteolo purpurascente, carne flava; stipite solido, concolori, æquali; lamellis postice latissimis, rotundato-adnexis, e roseo fulvellis; sporis albis, ovoideis, minutissimis.

*Hab.* in ligno in terram dejecto, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 163). — Pileus 2½ cm. latus, luteolus, disco purpurascens, satis carnosus, udus viscidus, levis, margine in sicco incurvo madido patente, haud striatus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus, basi orbiculatim ligno affixus; lamellæ tridymæ, antice attenuatæ, siccæ fulvellæ, olivascentes, subpulveraceæ. Cum nullo conferendus.

140. **Hygrophorus Schulzeri** Bres. F. Trid. p. 57, t. LXVII, f. 3. — 1676
Totus fragilis; pileo carnosulo, e subhemisphærico expanso depressove, sicco levi, cinnamomeo-livido vel brunneo-cinnamomeo, glabro, 1-2½ cm. lato; lamellis distantibus, subdecurrentibus, venoso-

conjunctis, albis, dein subgriseis tactu immaculatis; stipite sicco, e farcto cavo terete vel sursum compresso, deorsum attenuato; pileo subconcolore, apice albo-furfuraceo, basi albo-subtomentoso, glabro, 2-3 cm. longo, 4-6 mm. crasso; carne albida, inodora et insipida; sporis globosis, laxe asperulis 1-guttulatis, hyalinis, 3-3½ μ. diam.; basidiis clavatis 15-20 = 4-5.

*Hab.* in silvis laricinis locis herbidis et pascuis in mont. Tridentinis, æstate, autumno. — Species hæc formis minoribus *Hygr. nitrati* ita similis ut vix discernatur, at defectu viscositatis etiam tempore valde pluvioso, nec non defectu odoris et saporis ab eodem clare diversa.

141. **Hygrophorus scarlatinus** Kalchb. Grevillea VIII, t. 143, f. 11. 1677
— Pygmæus; pileo carnosulo, convexo, obtusissimo, 12-14 mm. levi, glabro, margine inflexo, pulchre scarlatino; stipite cavo 1 cm. longo, 1-2 mm. crasso, albo-roseo; lamellis adnatis, subdistantibus, crassiusculis, roseis; trama floccoso-granulosa; sporis subglobosis 3-4 μ. diam., glabris, achrois.

*Hab.* ad Rockhampton Queensland (Müller).

Species cujus diagnosis nobis non visa.

142. **Hygrophorus Peckianus** Hove in Peck Rep. St. Mus. (nomen). 1678
*Hab.* ad terram sub Pteride aquilina, Lake Pleasant Amer. bor.

**LACTARIUS** Fr. Epicr. p. 333, (Etym. *lac*), *Galorrheus* Fr. Syst. Myc. I. p. 61. — Hymenophorum cum stipite contiguum; lamellæ inæquales, membranaceo-ceraceæ, rigidulæ, lactescentes, acie acutæ; sporæ globosæ, albæ, raro lutescentes asperulæ. — Fungi carnosi, (paucis exceptis) terrestres, putrescentes; pileo depresso, lamellis adnato-decurrentibus et sæpe ramosis.

Genus distinctissimum, facile recognitum, jam a Michelio indicatum. Pileus passim zonatus huic generi peculiaris. Lac aquosum numquam est typicum sed e statione humida originem ducit. Structuram exposuerunt et iconibus illustrarunt Corda, Seynes, Hoffmann aliique.

Trib. I. Piperites. Stipes centralis. Lamellæ immutabiles, nudæ nec decolorantes neque pruinosæ. Lac primitus album, (vulgo) acre.

*) *Tricholomoidei:* pileo udo viscido, margine primo involuto tomentoso.

1. **Lactarius resimus** Fr. Epicr. p. 336, Hym. Eur. p. 422, Icon. t. 1679
169, f. 1, Monogr. II, p. 152, Lund Holm. p. 73. — Pallescenti-albus; pileo carnoso, e convexo-umbilicato demum infundibuliformi

levi, glabro, viscido, azono, margine involuto albo-tomentoso, demum patente nudo; stipite cavo, villoso, obeso; lamellis decurrentibus, albidis; lacte acri, mox sulphureo.

*Hab.* in silvis montosis muscosis Europæ bor. raro. — Major, spectabilis, acer, totus albidus. Stipes levis v. obsolete maculatus; sporæ 8–10 ≃ 6–7.

2. **Lactarius regalis** Peck 26 Rep. p. 64. — Pileo convexo, centro profunde depresso, udo viscido, margine sæpe corrugato, albo, luteo tincto; stipite valido, brevi, æquali, cavo, glabro; lamellis confertis, decurrentibus, albidis, plurimis ex iis basi furcatis; sporis 8 *μ.* long.; lacte sparso, albo, cito in sulphureo-luteum vergente. 1680

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 10–15 cm. metiens; pileus 10–15 cm. latus; stipes 2½ cm. crassus. Magnitudine et generali facie *L. piperatum* æmulatur. Nunc ut var. **L. resimi** censet cl. auctor.

3. **Lactarius scrobiculatus** (Scop.) Fr. Epic. p. 334, Hym. Eur. p. 422, Gill. C. F. cum icone, *A. scrobiculatus* Scop. Carn. II, p. 450, Fr. S. M. I, p. 62 cum synon. Schaeff. t. 227, (specimina minora) Krombh. t. 58, f. 1–6, Weinm. p. 37, *A. thejogalus β.* Alb. et Schw. n. 608 — *B.* lacte ex aquose albo violascente. Oudem. p. 30, Barla t. 18, f. 3–6. — Pileo carnoso, depresso, azono, luteo, margine involuto barbato; stipite cavo, amplo, scrobiculato-maculato; lamellis tenuibus, confertis, albidis; lacte ex albo sulphureo; sporis ellipsoideo-sphæroideis vel subsphæroideis, 11–12 ≃ 8–9 vel 10 *μ.* diam. echinulatis. 1681

*Hab.* in silvis humidis, præcipue abiegnis, haud rarus in Europa et Bethlehem Amer. bor. — Vulgo amplus, pileo 6–11 cm. lato primo adglutinato-villoso, udo valde viscido, in apricis expallente; stipite 5–8 cm. longo, 2½ cm. crasso. *B.* est status nimia humiditate degeneratus.

4. **Lactarius repræsentaneus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 136, f. 3. — *Lactario scrobiculato* proximus: lamellis albidis, confertiusculis; lacte albo, dein violaceo; odore non acri; sporis 10–11 ≃ 6–8. 1682

*Hab.* in silvis pr. Augsburg. — Huc spectat *Lactarius scrobiculatus* lacte ex aquose albo violascente Friesii.

5. **Lactarius torminosus** (Schaeff). Fr. Epicr. p. 334, Hym. Eur. p. 422, Gill. C. F. c. ic., Sverg. ätl. Svamp. t. 28, *A. torminosus* Schaeff. t. 12, Fr. S. M. I, p. 63 cum syn., Fl. Dan. t. 1068, Sv. Bot. t. 184, Bull. t. 529, f. 2, Krombh. t. 13, f. 15–23, Ventur. t. 30, f. 2, Barla t. 18, f. 7–10, Harzer t. 11. *A. piperatus α.* Linn. 1683

Suec. n. 1195. — Pileo laxe carnoso, depresso, subzonato stipiteque e farcto mox cavo, æquali, raro maculato pallidis, margine involuto, albo-barbato; lamellis tenuibus, albidis; lacte persistenter albo, acri; sporis sphæroideis vel subsphæroideis, echinulatis, chlorino- vel luteolo-hyalinis, 9 ≃ 6 v. 10-12 ≃ 8.

*Hab.* ubique in silvis, ericetis etc. in Europa, prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ et in Carol. inf. Amer. bor. — Media statura, fragilis; pileus 2½-13 cm. latus, udus leviter viscidus; variat carneus, ochraceo-pallens, albidus, zonis obscurioribus atque etiam azonus et totus albo-tomentosus: Sowerb. t. 103. Stipes 3-6 cm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ subincarnatæ.

6. **Lactarius cilicioides** Fr. Epic. p. 334, Hym. Eur. p. 422, Britz. Lact. f. 2, Berk. Outl. p. 203, Grev. Fl. Edinb. *Agaricus crinitus* Schaeff. t. 228, Secr. n. 471. — Pileo carnoso, molli, depresso, tomentoso, azono, incarnato-fuscescente, margine fibrilloso-lanuginoso; stipite farcto, levi, pruinato, sericeo, immaculato, pallido; lamellis confertis, subramosis, pallidis; lacte albido. 1684

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ, rarior. — Pileus 5-14 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus, circiter 2 cm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 6-7. *L. scrobiculato* minor multisque notis distinctus. Stipes tantum senilis cavus. — ***A. intermedius** Krombh. t. 58, f. 11-13, B. et Br. A. N. H. n. 1887: pileo infundibiliformi, carnoso, viscido, rutilante, margine involuto; lamellis latis, luridis, subdecurrentibus, integris; stipite solido, brevi, scrobiculato-maculato; lacte albido dein flavido, acri. In silvis Germaniæ et Britanniæ.

7. **Lactarius sordidus** Peck 23 Rep. p. 119, tab. 2, fig. 10-12. — Pileo carnoso, crasso, firmo, convexo centroque depresso, demum subinfundibuliformi, subglabro, pallide brunnescenti-luteo, disco obscuriore, viridi-tincto; stipite brevi firmo, æquali vel sursum leviter attenuato, concolore, vulgo maculato; carne alba, roseo tincta; lamellis angustissimis, confertis, albis vel luteis; lacte albo. 1685

*Hab.* ad terram sub Coniferis v. g. Abietibus, North Elba Amer. bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pilei latitudo 4-8 cm.; stipes 8-13 mm. crassus. Pileus more *L. piperati* sæpe limo obtectus.

8. **Lactarius crampylus** (Otto) Fr. Epic. p. 334, Hym. Eur. p. 423, *A. crampylus* Otto, Fr. S. M. I, p. 63. Var. minor? Paul. t. 72, f. 5, 6. — Pileo carnoso, firmo, convexo, umbilicato, undique rugoso-tomentoso, azono, fuligineo-rubro, margine villoso; stipite 1686

farcto, firmo, levi, cinerescente; lamellis confertis, flavis; lacte acri, albo.

*Hab.* in silvis Europæ admodum rarus. — Pileus 5–8 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 12–14 mm. crassus. Variat major pileo repando et minor regulari. Species parum cognita.

9. **Lactarius turpis** Fr. Epic. p. 335, Hym. Eur. p. 423, Sverg. ätl. Svamp. t. 60, Lucand Suit. Bull. t. 41, Berk. Outl. p. 203, *A. necator* Pers. Syn. p. 435, nec Bull. Fr. Syst. Myc. I, p. 64, Fl. Dan. t. 1913, Krombh. t. 69, f. 1–6, Harz. t. 60. — Pileo compacto, plano-disciformi, viscido, azono, olivaceo-umbrino, margine primo luteo-villoso; stipite farcto, brevi, viscoso, olivaceo, deorsum attenuato; lamellis tenuibus, pallidis; lacte acri, albo; sporis sphæroideis vel subsphæroideis, uniguttulatis, hyalinis, 6–8 $\mu$. diam., asperulis. 1687

*Hab.* in nemoribus et silvis Europæ borealis copiose, pr. Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ et in Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 6–20 cm. latus; stipes 3–8 cm. longus, $1^1/_4$–$2^1/_2$ cm. crassus. Fœdus, sæpe maximus, durus, glutine tenaci obductus, glaber v. adglutinato-villosus, vix zonatus. Exhausta acritudine censetur deliciosus et in Fennia Rossiaque comeditur, quare nomen necator non modo perperam huic tributum, sed etiam ineptum.

10. **Lactarius pannucius** Fr. Epic. p. 235, Hym. Eur. p. 423, *Agaricus planus* Schum. n. 1863, Fl. Dan. t. 1733. — Pileo compacto, plano-disciformi, azono, glabro, testaceo, margine primitus albotomentoso; stipite solido, æquali, elongato; lamellis confertis, tenuibus, luteis; lacte acri, albo. 1688

*Hab.* in pinetis Daniæ. — Validus et firmus, priore lætior nec colore prorsus umbrino ut apud Schumacherum. Stipes variat flexuosus.

11. **Lactarius controversus** (Pers.) Fr. Epicr. pag. 335, Sverg. ätl. Svamp. t. 29, Hym. Eur. p. 423, Gill. C. F. cum icone, Berk. et Br. n. 1282, Kickx p. 199, *A. controversus* Pers. Syn. p. 430, Fr. S. M. I, p. 62, Vittad. t. 37, Ventur. t. 51, f. 1–4, Barla t. 18, f. 1, 2. *A. acris* Bull. t. 538, *A. sanguinalis* Batsch f. 201, *A. rubellus* Krombh. t. 56, f. 5–7 (varietas). — Pileo compacto, rigido, ex umbilicato infundibuliformi, e floccoso glabrato, viscido, albido, vulgo zonis maculisque sanguineis variegato, margine primitus villoso; stipite solido, obeso, inæquali; lamellis tenuibus, confertissimis, simplicibus, ex albo carneis; lacte albo, acri; sporis ellipsoideis, echinulatis, 7–8 = $6^1/_2$. 1689

*Hab.* in regionibus campestribus Europæ. — Pileus 7-10 cm. altus, 15 cm. latus; stipes 2½-6 cm. longus, 2-3 cm. crassus. Major, firmus, odore haud ingrato, sapore nauseoso-acri. Pileus variat excentricus.

12. **Lactarius pubescens** Fr. Epic. p. 335, Hym. Eur. p. 424, Grevillea t. 76, f. 2, Berk. et Br. n. 128, *A. pubescens* Fr. Obs. I, p. 56, Krombh. t. 13, f. 3-14 (eximie). — Pileo carnoso-tenaci, tenui, plano-umbilicato, azono, albido, disco glabro, nitido, margine fibrilloso pubescenteve; stipite farcto, brevi, deorsum attenuato, ex incarnato albo; lamellis confertis, angustis, leviter incarnatis. 1690

*Hab.* in nemoribus frondosis, pratis muscosis in regionibus campestribus Europæ et prope Minussinsk in Sibiria. — Præcedentibus longe tenuior, inodorus, sapore acerrimo; pileus 5 cm. latus, demum late infundibuliformis, ex albido incarnatus, interdum lutescens; stipes 3 cm. longus, circiter 1 cm. crassus; lac album. Variat margine tomentoso: Krombh. t. 13, f. 1-2.

13. **Lactarius fascinans** Fr. Epic. p. 336, Hym. Eur. p. 424, S. M. I, p. 64, Weinm. p. 39, Secr. n. 448, Quél. p. 169. — Pileo carnoso, e convexo depresso, glabro, viscoso, azono, e fusco testaceo, margine primitus albo-pubescente; stipite cavo, levi, pallido; lamellis crassiusculis, vix confertis, lutescentibus; lacte acri, albo. 1691

*Hab.* in pratis muscosis Europæ. — Limacinis magis quam præcedentibus affinis. Pileus 5-8 cm. latus, primo pelliculoso-viscosus, expansus glaber, expallens, non hygrophanus nec compactus; stipes 5 cm. longus.

14. **Lactarius aspideus** Fr. Epic. p. 336, S. M. I, p. 63, Hym. Eur. p. 424, Weinm. p. 37, *A. roseo-violascens* Lasch l. c. n. 64, *A. uvidus* Krombh. t. 57, f. 7-9, *A. pudibundus* Pico Mem. Soc. med. Par. 1780, t. 12 (non Scop.), Secr. n. 476. — Pileo carnoso e gibbo-convexo depresso, viscoso, azono, stramineo, cingulo tomentoso, marginali, discreto, albo, deciduo, glaberrimo; lamellis crassiusculis, pallidis; lacte ex albo lilacino. 1692

*Hab.* locis humidis, in salicetis, Europæ raro. Pileus 5-12 cm. latus; sporæ 9-10 μ. d. Distinctissimus, totus stramineus, e Pico venenatus. Ex Weinmann variat pileo cærulescente.

** *Limacini:* pileo udo viscido, pelliculoso, margine nudo. Cfr. *L. fascinans* et Russularias analogas.

15. **Lactarius insulsus** Fr. Epic. p. 336, S. M. I, p. 68, Hym. Eur. p. 421, Weinm. p. 44, Krombh. t. 12, f. 1-6 (optime), Hussey I, 1693

t. 59, Kickx p. 199, Inzenga p. 47, Berk. t. 13, f. 2, *A. flexuosus* Secr. n. 451. — Pileo carnoso, ex umbilicato infundibuliformi, viscoso, subzonato, lutescente, margine nudo; stipite e farcto cavo firmo lamellisque confertis, furcatis pallidis; lacte albo, acri.

*Hab.* in nemoribus Europæ et Carol. inf. Amer. bor. — Stipes 2-10 cm. longus, 2-3 cm. crassus, variat scrobiculato-maculatus; pileus 6-11 cm. latus, usque latus, carne subzonata, haud compacta; sporæ 7-8 ≃ 6-8. Valde similis *zonario* et *musteo* sed distinctissimus.

16. **Lactarius stenophyllus** Berk Fl. Tasm. p. 248, Tab. CLXXXI, fig. 8. — Pileo infundibuliformi, carnoso lutescenti-albido, zonato, margine involuto, stipite farcto flexuoso, pileo concolore; lamellis angustissimis subincarnatis; sporis ovatis, levibus. 1694

*Hab.* ad terram, Cheshunt Tasmaniæ (Archer). — *Lact. insulso* subaffinis. Pileus 10 cm. lat.

17. **Lactarius affinis** Peck 23 Rep. p. 116. — Pileo, carnoso, viscido, glabro, centro depresso, pallide ochraceo-luteo; stipite æquali, glabro, farcto, demum cavo, concolore; lamellis latiusculis, albidis, luteo tinctis, plurimis ex iis postice furcatis; carne, lacte sporisque albis. 1695

*Hab.* in pascuis montium Catskill, Amer. bor. — Statura 5-10 cm. metiens; pileus 8-10 cm. latus; stipes 13-17 mm. crassus. Valde proximus *L. insulso* a quo zonarum defectu sporisque albis, nec luteis differt. Sapor acer.

18. **Lactarius cinereus** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 73. — Pileo carnoso, dein expanso, centro depresso, plerumque umbilicato, glabro, viscido, griseolo, disco sæpe leniter obscuriori; stipite æquali, vel sursum attenuato, glabro, farcto, pileo concolori; lamellis angustis, confertis, albis; sporis 6,5-7 μ. diam., carne lacteque albo, immutabili sapore acri. 1696

*Hab.* ad terram in silvis Sandalke et Greig Americæ borealis aug. sept. — Fungus 5-7 cm. altus, pileus 2,5-5 cm. latus, stipes 7,5-10 mm. crassus. *Lactario vieto* affinis.

19. **Lactarius zonarius** (Bull.) Fr. Epic. p. 336, Hym. Eur. p. 425, Fl. Bat. t. 825, fig. med., Berk. Outl. pag. 204, *A. zonarius* Bull. t. 104, Gmel. Bad. p. 41, Vaill. Par. t. 12, f. 7, *A. flexuosus* Pers. Syn. p. 430. — Pileo compacto, umbilicato, levi, viscido, zonato-lutescente, margine involuto nudo; stipite solido, curto, elastico, levi, luteolo; lamellis confertis, tenuibus, albidis; 1697

lacte albo, acri, immutabili; sporis minute echinulatis, subglobosis 7 μ. diam.

*Hab.* locis graminosis in silvis campestribus in Europa et prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ et Cincinnati Amer. bor. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 4 cm. longus nunquam maculatus, junior albus. Pilei pellicula concreta, in minoribus et junioribus glabra, demum flocculosa; margo semper declivis, ut in *L. insulso* flexuosus varians. Caro alba, immutabilis, totius fungi valde compacta. Individua parva azona, glabra.

20. **Lactarius musteus** Fr. Epic. p. 337, Hym. Eur. p. 425, Britz. Lact. f. 7, *A. vietus* Secr. n. 442. — Pileo convexo depresso, azono, viscido, gilvo-pallescente; stipite farcto, curto; lamellis tenuibus, confertissimis lacteque parco, submiti albidis, vulneribus cinerescentibus. 1698

*Hab.* in pinastretis montosis passim Smolandiæ et Germaniæ. — Curtus, firmus, mitis, carne fere exsucca. Pileus udus glutine tenaci quasi obductus, opacus, impolitus, pellicula e villo perceptibili conglutinato, sed siccus nitidus, pallidus, disco v. uno latere gilvo-tinctus; sporæ 6-9 ≃ 6-7.

21 **Lactarius utilis** (Weinm.) Fr. Monogr. II, p. 159, Hym. Eur. p. 425, *A. utilis* Weinm. Ross. p. 43. — Pileo convexo-plano, demum infundibuliformi, levi, glabro, alutaceo; stipite cavo, levi, concolore; lamellis adnatis, confertis, pallidis; lacte albo, subacri. 1699

*Hab.* in Rossia, Suecia. — Pileus humidus, vix viscosus, jove sereno siccus. In cibariis magni æstimatus in Rossia.

22. **Lactarius blennius** Fr. Epic. p. 337, S. M. I, p. 67 cum syn., Hym. Eur. p. 425, Gill. C. F. cum icone, Dub. Syn. p. 842, Weinm. p. 42, Secr. n. 439, Krombh. t. 69, f. 7-9, Kickx p. 200, Berk. Outl. p. 204, Krapf. t. 4, f. 11-13, Sterb. t. 5, *E*-B. disco rufescente. Fl. D. t. 1961, f. 2. — Pileo carnoso, depresso, glutinoso, sæpe concentrice guttato, griseo-ærugineo, margine primitus infracto puberulo; stipite e farcto cavo, viscido, concolore; lamellis confertis lacteque acri albis; sporis ellipsoideis, parce echinulatis, 7-9 ≃ 5-6. 1700

*Hab.* in fagetis Europæ copiose, pinetis raro. — Firmus; pileus 5-11 cm. latus, non viridis, ut in *L. viridi*, cælo sereno siccus; stipes 2½ cm. longus, 6-12 mm. crassus; lamellarum, raro incarnatarum, vulnera cinerescunt. Rarissime occurrit quoque ad truncos: *A. xylophilus* Pers. nec Secr. n. 444, qui manifeste differt.

23. **Lactarius hysginus** Fr. Epic. p. 337, Hym. Eur. p. 406, Ic. t. 169, f. 2, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 67, Weinm. p. 42, *Ag. vietus* Krombh. t. 14, f. 15, 16 (solito minor.), Secr. n. 441. — Pileo carnoso, rigido, umbilicato, levi, viscoso, carneo-rubro, expallente, margine tenui inflexo; stipite e farcto cavo, glabro, submaculato; lamellis confertis lacteque acri albis. 1701

*Hab.* in graminosis silvaticis Europæ. — Pileus 6-13 cm. latus vulgo azonus, varians vaccinus, ruber, sæpe nitidus; stipes 8-10 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; sporæ $10 \simeq 7$-8; lamellæ variant lutescentes; stipes sq. more locis humidis cavo-inflatus.

24. **Lactarius trivialis** Fr. Epic. p. 337, Hym. Eur. p. 426, Lucand Suit. à Bull. t. 166, Berk. et Br. n. 934, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 65, Obs. I, p. 61, Weinm. p. 39, Secr. n. 440, Krombh. t 14, f. 17, 18 (status expallens), *A. deflexus* Lindbl. n. 13. — Pileo carnoso, depresso, viscoso, azono, lurido, expallente, pellicula in margine tantum inflexa; stipite cavo, valido; lamellis tenuibus, confertis lacteque acri albis. 1702

*Hab.* in pinetis montosis Europæ borealis, ubique; in alpibus Italiæ (Michelius). Major, rigido-fragilis, primo valde obscurus, plumbeus, demum fere incarnato-alutaceus. — Pileus 5-18 cm. latus; stipes $2^1/_2$-15 cm. longus, 2-3 cm. crassus; sporæ 8-10 $\simeq$ 8 immaculatus, locis siccis curtus, vulgo longus, inflatus.

25. **Lactarius circellatus** (Batt.) Fr. Epic. p. 338, Hym. Eur. p. 426, Kichx p. 200, Berk. Outl. p. 204, *Agaricus* Batt. t. 13, D. *A. zonarius* Sow. t. 203, ob staturam robustam, Ventur. t. 34, f. 4, 5, Secr. n. 445. — Pileo carnoso, e convexo plano, repando, viscoso, zonato, zonis discoque primitus umbilicato subferrugineo obscurioribus; stipite solido, firmo, deorsum attenuato; lamellis confertis, albidis; lacte acri, albo. 1703

*Hab.* in silvis frondosis in Europa raro. — Pileus 6-8 cm. latus fuscescens v. rufescens, expallens, carne alba sub pellicula separabili obscuriore; stipes 3-8 cm. longus, firmus 1 cm. crassus et ultra; sporæ globulosæ echinulatæ, 10 $\mu$. d.; lamelliæ horizontales, demum subcoloratæ, sed lac immutabile. Caute separes *L. flexuosum* et *L. pyrogalum*.

26. **Lactarius adscitus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 137, f. 33. — Pileo late expanso, medio incavato, griseo-rufo; stipite inferne attenuato, albido; lamellis haud confertis, pallide e flavo-rufis albidis; lacte albo, acri; sporis 8-10 $\simeq$ 8. 1704

*Hab.* in silvis pr. Wöllenburg. — Inter *Lactarium circellatum* et *Lactarium luridum* fere medius.

27. **Lactarius curtus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 137, f. 12. — *Lactario trivialí* proximus; lamellis valde confertis, albidis, flavidis; lacte albo, sapore acri; sporis 8 ≃ 6. 1705

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Huc spectat *Lactarius trivialis* locis siccis curtus Friesii.

28. **Lactarius luridus** (Pers.) Fr. Epic. p. 338, Hym. Eur. p. 426, Britz. Lact. f. 13, *Agaricus luridus* Pers. Syn. p. 436, Weinm. Ross. p. 40. Cfr. Secr. n. 475: Buxb. C. IV, t. 17, f. 2, (sed descr. falsa), *A. pyrogalus* Gmel. Milchbl. p. 13. — Pileo carnoso, planiusculo, levi, viscido, subzonato, cinereo-rufescente, margine deflexo; stipite cavo, subæquali, pallido; lamellis decurrentibus, subconfertis, albidis lacteque acri, albo demum rubescentibus. 1706

*Hab.* in campis, inter muscos in Europa. — *L. circellato* tenuior, colore lamellarum lactisque distinctissimus. Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6–7 cm. longus; lamellæ tenues, angustæ, primo arcuatæ; sporæ 8 ≃ 6.

29. **Lactarius homæmus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 137, f. 14. — Pileo griseo-carneo, late expanso, umbonato vel depresso, margine recurvo; stipite albido; lamellis confertiusculis, albidis; lacte albo, sapore acri; sporis 8 ≃ 6. 1707

*Hab.* in silvis pr. Augsburg Bavariæ.

30. **Lactarius uvidus** Fr. Epic. p. 338, Hym. Eur. p. 426, Pat. Tab. 209, Gill. C. F. cum icone, Berk. Outl. p. 205, *Agaricus* S. M. I, p. 66, Fr. Obs. 2, p. 191, Weinm. p. 41, Batsch f. 202. Alb. et Schw. n. 616, Secr. n. 475, *A. argematus* Krombh. t. 57, f. 14-16 (var. pallida), *A. livescens* Passer. nullos offert characteres distinctivos. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, azono, viscoso, sordido, margine primo involuto nudo; stipite mox cavo, viscoso, pallido; lamellis tenuibus, confertis, albis, vulneribus lacteque ex albo lilacinis. 1708

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ et Center Amer. bor., ubi nobiliora specimina in solo exarido sub Pinis crescunt. — Pileus 5–8 cm. latus; stipes 3–7 cm. longus, 1 cm. crassus; sporæ globosæ, echinulatæ, 5-6 $\mu$. d. Molli-fragilis, regularis, colore albido, incarnato-livido, fuscescente demumque etiam lamellarum lutescente varius.

31. **Lactarius argematus** Fr. Epic. p. 340, Hym. Eur. p. 427, *Agaricus* Syst. Myc. I, p. 75. — Albus; pileo carnosulo, tenui, e con- 1709

vexo applanato, subdepresso, glabro, margine levi; stipite farcto, brevi, glabro; lamellis adnatis, confertis; lacte tarde acri, ex albo rufescente.

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ rarissime. — Pileus circiter 4 cm. latus, videtur siccus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 9-12 mm. crassus. A *Piperatis* longius distat. quare hoc loco insertus est. — Var. **connatus** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 138: pileo e mutua pressione irregulari-orbiculari, parum impresso, 2-4 cm. lato, ex toto carnoso, albido, quandoque duobus connatis; lamellis lanceolatis, utrinque acuminatis, nec decurrentibus, 3-4 mm. et parum ultra latis, e dilute saturate-alutaceis; stipite albido, aliis basim connato, contiguo, subcylindrico, 5-10 mm. crasso, circa 2,5 cm. longo, farcto, interdum excentrico; carne solida, luteolo-albida, contactu aeris tarde miniato-carnea, sine odore, sapore miti, suavi; sporis luteolis, globosis, echinatis, 8-9 $\mu$. diam. — Nascitur stipato-cæspitosus ad terram tempore torrido in silva Vidor in Slavonia.

***) *Piperati:* pileo epelliculoso, hinc absolute sicco, sæpius impolito.

32. **Lactarius flexuosus** Fr. Epic. p. 338, Hym. Eur. p. 427, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 74, a. excl. varr., Weinm. p. 49, Schaeff. t. 235, var. zonatam bene refert. Harz. t. 43, sed non Pers. — Pileo compacto, convexo, infracto repandoque, sicco, glabro, demum rivuloso-squamoso, opaco, lurido, expallente; stipite solido, obeso, inæquali; lamellis crassis, distantibus, flavis; lacte acri, albo; sporis sphæroideis vel subsphæroideis, echinulatis, chlorino-hyalinis, uniguttulatis, 6-8 $\mu$. diam. 1710

*Hab.* in pinetis, locis graminosis, ad vias etc. in Europa boreali copiose. Firmus, durus, ex Bongard edulis, licet valde acris. Pileus 5-15 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, vulgo $2^1/_2$ cm. crassus. — ***L. roseo-zonatus** v. Post in Fr. Mon. II, p. 163, Hym. Eur. p. 427, Ic. t. 169, f. 3. Hæc subspecies pulcherrima ad *L. flexuosum* accedit, ut *Gomphidius roseus* ad *G. glutinosum*.

33. **Lactarius pyrogalus** (Bull.) Fr. Epic. p. 339, Hym. Eur. p. 427, Pat. t. 121, Gill. C. F. cum ic., Berk. Outl. p. 205, *A. pyrogalus* Bull. t. 529, f. 1, Secr. n. 447, Krombh. t. 14, f. 1-9, Vaill. Par. p. 61, n. 9; *B.* pileo fusco. *A. rusticanus* Scop. 452. — Pileo carnoso, explanato depressove, subzonato, glabro, levi, subudo, livido-cinereo; stipite e farcto cavo, pallido, deorsum attenuato; lamellis tenuibus, subdistantibus, lutescentibus; lacte copioso, acer- 1711

rimo, albo; sporis sphæroideis vel subsphæroideis, echinulatis, chlorino-hyalinis, eximie muriculatis, uniguttulatis, 6-10 μ. diam.

*Hab.* in nemoribus, pratis etc. haud raro in Europa. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 6-10 mm. crassus. Antecedente tenuior, magis regularis, glaber, pileo jove pluvio udo, sed non viscido. Venenatus. Occurrit varietas *L. fuliginoso* similis, pileo azono alutaceo, lamellis luteis [in typo subochraceis].

34. **Lactarius squalidus** Fr. Hym. Eur. pag. 428, *Agaricus squalidus* Krombh. t. 40, f. 23-25, *A. azonites* Fr. Ep. pag. 343, excl. syn. Bull. — Pileo compacto, convexo-plano, umbilicato, sicco, glabro, azono, pallide lurido; stipite solido, æquali, glabro, pallide brunneo; lamellis adnatis, angustis, lutescentibus; lacte albido, dulci. 1712

*Hab.* locis humidis, muscosis in silvis Bohemiæ et in Belgio. Pileus 5-7 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus, firmus; caro alba, margine punctis croceis conspersa. Affinitas hujus speciei haud clara. Auctor comparat cum *L. fuliginoso* sed statura priorum, pileus glaber.

35. **Lactarius Capsicum** Schulz. mscr. ex Kalchbr. in litt., Fr. Hym. Eur. p. 428. — Pileo compacto, pulvinato, sicco, castaneo, margine arcte involuto; stipite solido, firmo, albido, fibris fulvis v. rufescentibus striato; lamellis adnato-decurrentibus, subconfertis, fulvis, subaurantiacis; lacte albo, acri. 1713

*Hab.* locis graminosis sub Betulis Hungariæ et Dumfries Scotiæ (Rev. F. Stevenson). — Stipes $2^1/_2$ cm. circ. crassus; pileus 8 cm. latus, disco dilutior; lamellæ dicuntur anastomosantes; caro lutescens, contactu aëris fuscescens.

36. **Lactarius chrysorrheus** Fr. Epic. p. 342, Hym. Eur. p. 428 Berk. Outl. p. 206, *A. zonarius* Bolt. t. 144 (male fucata, sed specc. anglica misit Klotzsch), Krombh. t. 12, f. 7-14 (pro more nitide) Secr. n. 469 etiam hunc complectitur. — Pileo carnosulo, ex umbilicato infundibuliformi, carneo-lutescente, zonis maculisve obscurioribus picto; stipite e farcto cavo, æquali, levi, albo; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, lutescentibus; lacte acerrimo, ex albo aureo. 1714

*Hab.* in silvis fagineis etc. in Europa et Amer. fœder., rarius in pinetis — Stipes 4-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. et ultra crassus, firmus, oculo inermi glaber, ætate modo decoloratus, obscurior; pileus 5-20 cm. latus, siccus micore tenui, albescente adspersus, demum obscurior; sporæ globulosæ 7 μ. d.; caro firma, alba, fracta e lacte co-

lorata. Cum sq. Limacinis peraffinis, sed ægre sæpe a priore dignoscitur.

37. **Lactarius platyphyllus** Peck 23 Rep. of the St. Mus. N. Y. 1873, p. 118. — Pileo carnoso, crasso, depresso, margine expanso vel incurvo, quandoque subinfundibuliformi, glabro, flavo-carneo; stipite æquali, valido, glabro, cavo, pileo leniter pallidiori; lamellis latis, non confertis, flavescentibus; carne alba, lacte albo, sapore acri. 1715

*Hab.* in silvis North Elba Am. bor., augusto. — *Lactario chrysorrheo* similis at valde diversus. 10-15 cm. altus; pileus 10-20 cm. latus; stipes 1,5-3 cm. crassus; lamellæ 1 cm. latæ.

38. **Lactarius acer** (Bolt.) Fr. Epic. p. 342, Hym. Eur. p. 428, Britz. Lact. f. 18, Berk. Outl. p. 207, *A. acris* Bolt. t. 60 (ut plures rude fucata), Fr. S. M. I, p. 65 cum. syn., Pers. Syn. p. 437, Weinm. p. 40, Secr. n. 477, Batsch f. 68, Batt. t. 13, E. — Pileo carnoso, irregulari, demum infundibuliformi, viscido, cinereo-fuligineo; stipite e farcto cavo, subexcentrico, pallido, deorsum attenuato; lamellis subconfertis, pallide flavis lacteque acri albo-rubentibus; sporis echinulatis, luteolis, 8-9 ≃ 6-8. 1716

*Hab.* in silvis frondosis Europæ et Carol. inf. Amer. bor. Varians etiam colore quam iconum pallidiore. Pileus 4-6 cm. diam. sat firmus, rigidus, vix v. obsolete zonatus; stipes 4 cm. longus. A concolore *L. fuliginoso* diversissimus, ad *L. pyrogalum* vero accedens.

39. **Lactarius violascens** (Otto) Fr. Epic. p. 342, Hym. Eur. p. 429, Monogr. II, p. 165, Erb. Cr. Ital. n. 1040, Trog Helv. *Agaricus violascens* Otto, Krombh. t. 14, f. 13, 14. — Pileo carnoso, depresso, glabro, cinereo, fuligineo-zonato; stipite solido, æquali, albo-cinereo; lamellis subconfertis, albis; lacte violascente, dulci. 4717

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 11-13 mm. crassus. Sapor ex Krombh. demum acris. Varietatem v. affinem, sat notabilem, pileo glabro, nitido, azono, cinereo describit Trog in Fl. 1832, p. 519. Saporem non indicat Secr. n. 470 [lamellis ex albo ochraceis, acie violaceis]; reliqua cum hoc melius quam *L. uvido* congruut.

40. **Lactarius cærulescens** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 30, f. 1. — Pileo convexo-expanso, margine subinvoluto, pallide azzurreo, levi, glabro, 3-3,5 cm. lato; lamellis angustis adnatis, albidis; stipite cylindraceo carnoso, brevi, albido; carne albida, albo-lactescente. 1718

*Hab.* ad terram in Algeria.

41. **Lactarius umbrinus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 339, Hym. Eur. p. 429, 1719
Britz. Lact. f. 19, *Agaricus* Pers. Syn. p. 435, Alb. et Schw. n. 614, *A. curtipes* Secr. n. 443, *Hypophyllum umbrinum* Paul. t. 69, f. 1-2? — Pileo compacto, convexo-plano, umbilicato, sicco, rivuloso-floccoso, umbrino, azono; stipite solido, brevissimo, albo-cinerescente; lamellis confertis, lutescenti-pallidis; lacte acri, albo, griseo-maculante.

*Hab.* in pinetis Europæ raro. — Curtus, compactus, sed pileus haud crassus, sæpe flexuosus; variat expallens. Stipes vix $2^1/_2$ cm. longus; lamellæ subdecurrentes, postice furcatæ; sporæ 8-10 ≃ 8.

42. **Lactarius plumbeus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 339, Hym. Eur. p. 429, 1720
Britz. Lact. f. 22, Berk. Outl. p. 205, Kickx p. 100, *Agaricus* Bull. t. 282, 559, f. 2, S. M. I. p. 73, Weinm. p. 48, Secr. n. 438, Barla t. 21, f. 1-5, *A. Listeri* Sowerb. t. 245, Krapf. t. 4, f. 1-3. — Pileo compacto, e convexo demum infundibuliformi, sicco, impolito, e fuligineo nigro-fusco; stipite solido, æquali, obeso; lamellis confertis, albo-lutescentibus; lacte acri, albo, immutabili.

*Hab.* in silvis, præcipue acerosis, Europæ. — Pileus 7-13 cm. latus; stipes 3-8 cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 4-6. Validus, habitu ad Russulares accedens, sed *L. viridi* omnino proximus. Exstat inter hunc et *L. piperatum* medius *A. Listeri* Sow. t. 245, haud ita clarus, ut distinguere liceat.

43. **Lactarius parvus** Peck 29 Rep. p. 44. — Pileo subplano, dein 1721
depresso, glabro, rubescenti-brunneo, expallente; stipite brevissimo, sæpe incurvo, farcto, æquali vel sursum nonnihil attenuato, albido; lamellis confertis, angustis ex albido luteo tinctis; sporis globosis, scabris, 8 $\mu$. diam.; lacte albo, acri.

*Hab.* ad caudices vetustos in silvis, Sandlake et Greig Amer. bor. — Statura circiter $2^1/_2$ cm. metiens; pileus 13-25 mm. latus, stipes 2-4 mm. crassus.

44. **Lactarius varius** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 126. — Pileo tenui, 1722
convexo vel subplano, umbilicato, subinde minute umbonato, glabro, ruguloso vel levi, subudo, azono vel anguste margine zonato; griseo vel brunneo, sæpe lilacino tincto; stipite æquali, elastico, glabro, intus solido vel spongioso; pileo subconcolori; lamellis confertis, adnatis vel subdecurrentibus, carneolis, vulneratis, viridulis; sporis albis, 7-8 $\mu$. diam.; lacte albo, demum acri, odore nullo, carne alba.

*Hab.* in silvulis locisque udis West Albany et Karner Amer.

bor. — Pileus 2-6 cm. diam.; stipes 2-4 cm. longus, 4-8 mm. crassus. *Lactario plumbeo* subaffinis.

45. **Lactarius albidus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 126. — Pileo tenui, 1723
plano vel subdepresso, glabro, sicco, albo; stipite æquali, solido, glabro, albo; lamellis subdistantibus, adnatis vel subdecurrentibus, albis, interstitiis venosis; sporis albis, 7-9 μ. diam.; lacte albo, acri.

*Hab.* in silvis Karner Amer. bor. raro. — Pileus 3-7 cm. latus; stipes 3-5 cm. long., 6-10 mm. crassus. *Lactario vario* proximus.

46. **Lactarius capsicoides** Fr. Epic. p. 339, Hym. Eur. p. 429, Batt. 1724
t. 16, f. B. — Pileo compacto, convexo-infracto, flexuoso, sicco, glabro, azono, incarnato; stipite solido, brevi, crasso lamellisque latis, confertis albidis; lacte albo, acri.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ australis. Statura *L. flexuosi* cui fuit subjunctus, sed lamellis confertis albis clare distinctus.

47. **Lactarius viridis** (Paul.) Fr. Epicr. p. 339, Hym. Eur. p. 429, 1725
Britz. Lact. f. 23, Quélet p. 72. *Hypoph. viride* Paul. t. 69, f. 4-5. — Pileo compacto, e depresso infundibuliformi, repando, glabro, sicco, azono, viridi; stipite e farcto cavo, valido, basi subattenuato; lamellis decurrentibus, confertis, tenuibus, albis, subrufescentibus; lacte acri, albo.

*Hab.* in silvis umbrosis Galliæ et Germaniæ. — Major, firmus, pilei colore læte viridi facile recognitus; sporæ 8-5 ≃ 6. Num *A. chloroides* Krombh. t. 56, f. 8, 9 ab *L. viridi* sit diversus, non liquet. Differt pileo cyathiformi albo, lamellis virescentibus.

48. **Lactarius pergamenus** (Swartz) Fr. Epicr. p. 340, Hym. Eur. p. 1726
430, Gill. C. P. cum icone, Quél. p. 175, *Agaricus* Swartz in Vet. Ak. Handl. 1809, Fr. S. M. I, p. 76 cum syn., *A. piperatus* Krombh. t. 57, f. 1-3, Batsch f. 59, Gmel. Milchbl. Bad. p. 16. — Albus, pileo carnoso, lento, e convexo plano-depresso, repando, azono, ruguloso, glabro; stipite farcto, glabro, decolorante; lamellis adnatis, angustissimis, horizontalibus, confertissimis, ramosis, ex albo stramineis; lacte acri, albo.

*Hab.* in silvaticis passim in Europa et. pr. Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ. — Pileus 5-10 cm. latus; stipes 5-10 cm. longus; sporæ 8 ≃ 6. Sequenti admodum similis, sed stipite longiore, pileo tenuiore, lamellis haud arcuatis distinctus.

49. **Lactarius piperatus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 340, Sverig. ätl. Svamp. 1727
t. 27, Hym. Eur. p. 430, Pat. tab. 119, Bern. Roch. t. 37, f. 2,

Kickx p. 200, Berk. Outl. p. 205, *Agaricus* Scop. pag. 449, Fr. S. M. I, p 76 cum synon. Fl. Dan. t. 1132, Barla t. 22, f. 1–5, Harzer t. 39, *A. Listeri* Krombh. t. 56, f. 1–4, *A. acris* Bull. t. 200, Paul. t. 68, f. 3–4. — Albus; pileo compacto, ex umbilicato infundibuliformi, subregulari, azono, levi, glabro; stipite solido, crasso, brevissimo; lamellis decurrentibus, confertis, ex arcuato sursum porrectis, angustis, dichotomis; lacte copioso, acri, albo; sporis ovoideis, minute echinulatis, vulgo apiculatis, 6–7 ≃ 5.

*Hab.* in silvis, frequens in Europa prope Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ et in Amer. fœder. — Pileus 6–18 cm. latus; stipes 2–8 cm. longus, 3–4 mm. crassus. Admodum firmus et rigidus; lamellæ vetustæ variant flavescentes nec umquam incarnatæ, quibus similis *L. controversus* mox dignoscitur. Antiquitus celebratus ut edulis, sed valde acer: Clus. Esc. gen. VIII. *Ag. piperatus* Linn. non hujus loci, sed Fl. Suec. n. 1194 sine nomine.

50. **Lactarius vellereus** Fr. Epicr. p. 340, Hym. Eur. p. 430, Hussey I, t. 63, Berk. Outl. p. 206, Kickx p. 200, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 76, Weinm. p. 50, Klotzsch in Fl. Bor. t. 469, Barla t. 22, f. 6–8, Krombh. t. 57, f. 20–13, *A. Listeri* Sowerb. t. 104, *A. piperatus* Poll. Pal. 3. p. 289. — Albus; pileo compacto, convexo-umbilicato, tomentoso, azono, margine reflexo; stipite solido, obeso, pubescente; lamellis decurrentibus, distantibus, arcuatis; lacte parco, albo, acri; sporis vix echinulatis, 8–9 ≃ 4½–5. 1728

*Hab.* vulgatus in silvis Europæ et Cincinnati, Sandlake Oneida Amer. bor. (Warne). — Pileus 6–20 cm. latus; stipes 3–6 cm. longus, 4 cm. usque crassus. Magnus, rigidus, facile cum *Russula delica* commutatus. Pileus expansus pateræformis; lamellæ passim ramosæ, quam priorum latiores.

51. **Lactarius exsuccus** (Pers.) Smith Journ. Bot. 1873, p. 336, *L. vellereus* β. *exsuccus* Fr. S. M. I, p. 77, *A. exsuccus* Pers. Obs. I, p. 41, Buxb. Cent. IV, t. 4. — Pileo tomento adpresso vestito, carnoso, depresso, margine involuto; stipite albo, brevissimo, tomento adpresso obducto; lamellis decurrentibus, albis, viridi-griseo maculatis, venoso connexis et furcatis; sporis spinulosis globosis 8–9 μ. d. 1729

*Hab.* in pinetis etc. Britanniæ. — Rigidus fragilisque, lacte carens. Ex auctoris observatione non potest ulterius pro *L. vellerei* varietate haberi; sporæ enim generalisque adspectus prorsus diversa in hisce fungis.

52. **Lactarius deceptivus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 125. — Pileo compacto, primo convexo et umbilicato, dein expanso subinfundi- 1730

buliformi, obsolete tomentoso vel, excepto margine, glabro, albido, sæpe flavido vel sordido maculato, margine primitus involuto et dense tomentoso; stipite æquali vel deorsum angustato, solido, pruinoso-pubescente, albo; lamellis crassiusculis, subdistantibus, adnatis vel decurrentibus, subinde furcatis, albidis, dein carneis; sporis 8-12 μ. diam.; lacte albo, acri.

*Hab.* in silvis et campis, præcipue sub Pinis in America boreali. — Pileus 7-12 cm. latus; stipes 3-7 cm. longus, 2-4 cm. crassus. *Lactario vellereo* affinis.

53. **Lactarius scoticus** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1783, Stev. Hym. Brit. I, p. 103. — Pileo depresse tomentoso, dein glabro, margine involuto, tomentoso; carne firma; stipite subæquali, subcarneo; lamellis tenuibus, parce furcatis; lacte acri, persistenter albo; odore pungenti. 1731

*Hab.* inter muscos, Aboyne Scotiæ.

Trib. II. DAPETES. Stipes centralis. Lamellæ nudæ; lac primitus saturate coloratum.

54. **Lactarius deliciosus** (L.) Fr. Epicr. p. 341, Sverig. ätl. Svamp. t. 6, Hym. Eur. p. 431, Gill. C. F. cum icone, Hussey I, t. 67, *Agaricus* Linn. Suec. u. 1211, Schaeff. t. 11, Fl. Dan. 1751, Sv. Bot. t. 173, Letell. t. 632, Vivian. t. 13 (decolor), Barla t. 19 (splendide), Vittad. t. 42, Krombh. t. 11 (optime), Harzer t. 10. — Pileo carnoso, convexo, umbilicato, viscido, zonato, glabro, testaceo-aurantio, expallente, margine glabro; stipite e farcto cavo, submaculato; lamellis subdecurrentibus, crocatis sed expallentibus vulneratisque virescentibus; lacte aromatico, lateritio-crocato; sporis sphæroideis, echinulatis, subhyalinis, 7-8 μ. diam. vel 9-10 ≃ 6-8. 1732

*Hab.* in pinetis borealibus humidiusculis passim copiose in Europa et Amer. fœder. — Pileus 2-11 cm. latus; stipes 8 cm. longus. Color variat; pileus interdum cinereus, azonus. In Comment. Critt. Ital. I, p. 174 citatur varietas **violascens**. Hymenium sæpe incrustatum ab *Hypomycete lateritio*, qui junior albus, unde orta var. *lamellipora* Barla l. c., Venturi t. 55, f. 1, 2.

55. **Lactarius Indigo** (Schw.) Fr. Epicr. p. 341, Peck 38 Rep. p. 115. *Agaricus Indigo* Schw. Carol. n. 743. — Pileo primitus umbilicato, margine involuto, dein depresso v. infundibuliformi, cæruleo, subargenteo-nitente, zonato, subinde maculato, tandem expallente; lamellis confertis, cæruleis, denique flavo-virentibus; stipite brevi, 1733

subæquali, cavo; pileo concolori; sporis subglobosis, 7,5-8 μ. d.; lacte atro-cæruleo.

*Hab.* in siccioribus, præcipue sub Pinis in America bor., non raro. — Pileus 5-12 cm. lat.; stipes 3-5 cm. longus, 12-20 mm. cr.

56. **Lactarius Chelidonium** Peck 24 Rep. pag. 74. — Pileo carnoso, 1734
firmo, centro *depresso, glabro, viscidulo, griseo viridi cæruleo luteoque picto, margine zonis paucis angustis ornato; stipite brevi, subæquali, glabro, cavo; pileo concolore; lamellis confertis, angustis, basi furcatis undulatisque, sæpe anastomosantibus, griseo luteis; sporis lutescentibus, 9 μ. diam.

*Hab.* in solo sabuloso, sub Pinis, Saratoga Amer. bor. — Statura 5 cm. æquans; pileus 5 cm. latus; stipes 8-13 mm. crassus. Sapor mitis, lac sparsum lutescens, colore succi Chelidonii vel humoris ab ore Locustarum secreto. Caro vulnerata primitus lactis colore maculata, dein in cæruleum vergit, postremo in viride. Stricte affinis *L. delicioso*, a quo lamellis multo angustioribus, lactis colore sporisque majoribus recedit.

57. **Lactarius subpurpureus** Peck 29 Rep. p. 43. — Pileo e convexo 1735
expanso aut depresso, glabro, subviscido, purpureo cinereoque variegato; stipite æquali; pileo concolore; lamellis fusco-rubris vel purpurascentibus; lacte sparso, fusco-brunneo.

*Hab.* ad terram in muscosis humidis, Sandlake Amer. bor. — Statura 5-10 cm. metiens; pileus 5-8 cm. longus; stipes 3-11 mm. crassus. Species *L. delicioso* proxima sed nec pileus nec lac aurantiaca ut in hoc.

58. **Lactarius sanguifluus** Fr. Epicr. p. 341, Hym. Eur. p. 431, Quél. 1736
Assoc. 1880, t. 8, f. 8, Leveill. Comm. in Paulet p. 38, Paul. t. 81, f. 3-5. — Sanguineus; pileo carnoso, e convexo depresso, levi, azono; stipite spongioso-farcto, levi, glabro, sursum attenuato, pallidiore; lamellis tenuibus, albis; lacte copioso, miti, sanguineo.

*Hab.* ad terram, Languedoc Galliæ — Minor et, si icon Pauletii fida, distinctissimus. Pileus 5-8 cm. lat.; sporæ 10 μ. diam. aculeolatæ. — Var. **vinosus** Quél. Ench. p. 129, Barla t. 4, f. 24: carneo-violaceus, carne concolore; lamellis amethystinis; lacte violaceo. In Gallia.

Trib. III. Russularia. Stipes centralis. Lamellæ e pallido decolorantes, dein obscuriores, lucem versus colore vibrantes, demum albo-pruinosæ. Lac primitus album, mite vel e miti acre.

*) Pileo primitus viscoso.

59. **Lactarius pallidus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 343, Hym. Eur. p. 431, 1737

Sverg. ätl. Svamp. t. 61, Gill. C. F. cum icone, Britz. Lact. f. 28, 39, Berk. Outl. pag. 207, Oudem. n. 61, *Ag. pallidus* Pers. Syn. p. 431, Secr. n. 452; *B. rubellus: Ag. incarnatus* Pers. Disp. — Pileo carnoso, convexo, umbilicato, viscoso, glabro, azono stipiteque farcto, mox cavo, firmo alutaceo-pallidis; lamellis subdecurrentibus, confertis, pallidis, pruinatis; lacte subdulci, albo; sporis echinulatis, subovoideis, 7-8 μ. diam. v. 8-10 ≃ 6-8.

*Hab.* in fagetis copiose in Europa et Carol. media Amer. bor. — Pileus 6-15 cm. latus; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 1-$2^1/_2$ cm. crassus; lamellæ 3-4 mm. latæ. Semper pallidus, contextu laxior. Pilei margo late involutus. Krombh. t. 56, f. 10-12 dubiæ.

60. **Lactarius quietus** Fr. Epicr. p. 343, Hym. Eur. p. 431, Berk. 1738
Outl. p. 207, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 69, Weinm. Ross. p. 45, Secr. n. 467, *A. testaceus* Krombh. t. 40, f. 5, 6, 7 (reliquæ dubiæ), *Lact. pallidus* Saund. et Sm. t. 16, *Ag. lactifluus* Linn. Spec. potissimum hunc spectat. — Pileo carnoso, depresso, obtuso, primitus viscido, subcinnamomeo, dein sicco subsericeo, expallente, subzonato, opaco; stipite spongioso-farcto, glabro, demum rubiginoso; lamellis adnato-decurrentibus, subfurcatis, ex albo testaceis; lacte albo, miti; sporis papillosis, 8-9 ≃ 6 v. subsphæroideis, 10-11 μ. diam.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 1-2 cm. crassus. Mollis. Variat unicolor, rufescens et pileo carneo, disco obscuriore. *A. rufo-flavidus* Krombh. t. 40, f. 10-12 sistit formam expallentem.

61. **Lactarius aurantiacus** Fr. Epicr. p. 343, Hym. Eur. p. 432, Gill. 1739
C. F. cum icone, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 68, Fl. Dan. t. 1909, f. 2, Batt. t. 10, A. B. (Non Vent. t. 55, f. 1, 2). — Pileo carnoso, plano-depresso, levi, azono, viscidulo stipiteque farcto, glabro aurantiacis; lamellis decurrentibus, confertis, e lutescente ochraceis; lacte albo, tarde acri.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus; sporæ aculeolatæ 9 μ. diam. Colore læto; lamellis longe decurrentibus insignis.

62. **Lactarius venustus** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 30, f. 3 (sine dia- 1740
gnosi). — Pileo expanso, subumbilicato, croceo-aurantio, margine undulato, levi, 15-18 mm. l., leniter involuto; lamellis adnatis subdecurrentibus, confertis, serrulatis, pallide ochraceis; stipite cylindraceo-obclavato, levi, 10-12 mm. long., croceo-aurantio; carne flavo-albida.

*Hab.* in graminosis in Algeria.

63. **Lactarius? rigens** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 31, f. 6 (absque diagnosi). — Croceo-aurantiacus; pileo convexo-expanso, levi, glabro, 3 cm. lato, margine acuto; lamellis angustis flavicantibus; stipite cylindraceo, 2 cm. longo, 4-5 mm. cr. levi; carne alba, albo-lactescente. 1741

*Hab.* in Algeria.

64. **Lactarius thejogalus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 342, Hym. Eur. 432, Berk. Outl. p. 206, Kickx pag. 202, *Agaricus* Bull. t. 567, f. 2, Krombh. t. 1, f. 23, 24, Barla t. 20, f. 14-16, Paulet t. 71. — *B.* pileo azono, sicco; lamellis intense lutescentibus: Bolt. t. 9. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, levi, glabro, viscoso stipiteque e farcto cavo, levi rufo-fulvis; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, e pallido rufescentibus; lacte ex albo sulphureo, tarde acri. 1742

*Hab.* in silvis frondosis Europæ et Amer. fœder. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 2-5 cm. longus, 4-8 mm. crassus; lamellæ circiter 2 mm. latæ; sporæ 7-9 $\mu$. diam. carneo-luteolæ (Peck). Var. *B.* quæ forte propria species occurrit in silvis abiegnis.

65. **Lactarius Cremor** Fr. Epicr. p. 343, Hym. Eur. p. 432, *A. aurantiacus* Secr. n. 461, — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, minute punctulato, viscoso, fulvo, margine striato; stipite cavo, fragili, concolore; lamellis adnatis, subdistantibus, pallidis; lacte miti, aquose albido. 1743

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ raro. — Pileus 5-6 cm. latus, variat obtusus et junior umbonatus, sæpe excentricus, margine pectinatus ut Russulæ; stipes vix 6 cm. longus, 6-8 mm. crassus, sursum obsolete sericeus. — Var. **pauper** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, pag. 58: pileo carnoso, molli planiusculo, glabro azono sicco? carneo-lutescenti v. gilvo-alutaceo, sicco subochraceo, margine membranaceo, demum pectinato-sulcato, 8-11 cm. lato; stipite cavo, æquali, nudo, glabro, pileo pallidiore, circiter 4 cm. longo et 1,5 cm. crasso; lamellis adnatis, subdistantibus, tenuibus, mollibus, pileo concoloribus, 5 mm. latis; carne exsucca, tarde acri, alba. In silva abietina, loco aprico, prope Mustiala Fenniæ fine m. Septembris.

66. **Lactarius vietus** Fr. Epicr. p. 344, Icon. t. 170, f. 1, Hym. Eur. p. 432, Lucand Suit. à Bull. t. 96, Quél. p. 175, *Agaricus* Fr. S. M. I. p. 66, Weinm. p. 41. Cfr. Secr. n. 454. — Pileo carnoso, tenui, primo subumbonato, viscido, dein applanato, umbilicato, 1744

levi, azono, sicco sericello, expallente; stipite e farcto cavo, fragili, livido; lamellis subdecurrentibus, tenuibus, albidis; lacte ex albido griseo, tarde acri.

*Hab.* in nemoribus humidis frequens in Europa. — Species admodum distincta, sed tenuis, mollis, fragilis, versiformis. Pileus $2^1/_2$-14 cm. latus, interdum infundibuliformis, ex incarnato v. livido griseus; stipes 2-10 cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 6-8.

67. **Lactarius Cyathula** Fr. Epicr. p. 344, Hym. Eur. p. 433, Britz. Lact. fig. 11, Berk. et Br. n. 1016, Quél. p. 214. *Agaricus* Fr. S. M. I, pag. 66. *A. acris* γ. Pers. Syn. p. 437, Secr. n. 454, C. — Pileo carnosulo, convexo-plano, umbonato, demum depresso, subzonato, jove udo viscido, mox sicco, rivuloso, expallente, opaco; stipite farcto, æquali, pallescente; lamellis decurrentibus, confertis, linearibus, ex albo-carneo lutescentibus; lacte albo. 15

*Hab.* ad terram in betuletis, alnetis, sæpe denso agmine in Europa. — Admodum tenuis, pusillus, odore primitus nullo, sed tabescentis cimicino. Pileus 3-6 cm. diam., vegetus levis, carneus v. rufescente-testaceus, siccus rivulosus, lividus, cano-alutaceus; stipes 3-6 cm. longus, 4-8 mm. crassus; sporæ 6-8 ≃ 6-8; lac immutabile. Exstat varietas pileo azono nec umbonato.

68. **Lactarius jecorinus** Fr. Epicr. p. 344, Monogr. II, p. 172, Hym. 1747
Eur. p. 433. — Pileo carnosulo, e convexo plano-depresso, jugis elevatis ruguloso, azono, viscido, carneo-hepatico; stipite cavo, levi, fragili, pallido; lamellis subdecurrentibus, distantibus, luteis; lacte albo, acri.

*Hab.* ad terram sterilem ericetorum raro. — Species parva, inodora, margine pilei deflexo, leviter striato. Pileus 10 cm. lat., sporæ aculeolatæ 10 μ. diam.

**) Pileo impolito, squamuloso, villoso v. pruinoso. (In *L. rufo* tantum margo involutus villosus).

69. **Lactarius rufus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 247, Sverig. ätl. Svamp. t. 1747
11, Hym. Eur. p. 433, Gill. C. F. cum icone, Berk. Outl. p. 208, Hussey I. t. 15. *Ag. rufus* Scop. II, p. 451, Fr. S. M. I, p. 71, Weinm. p. 47, Wahlenb. Suec. n. 1883, Krombh. t. 39, f. 12-15, *Hypoph. torminosum* Paul. 22 bis., Vaill. Par. p. 61, n. 10. — Pileo carnoso, umbonato, demum infundibuliformi, sicco, e flocculoso glabrato, azono, badio-rufo, nitido; stipite farcto, rufescente; lamellis subdecurrentibus, confertis, ochraceis rufescentibusque; lacte

acerrimo, albo; sporis subsphæroideis, circiter 6-8 μ. diam. leviter echinulatis.

*Hab.* in pinetis, vulgatissimus in Europa. — Maxime venenatus. Stipes 5-8 cm. longus, 1, mm. crassus, variat pruinatus et glaber; pileus 5-11 cm. latus, junior margine involuto pubescens, unicolor, non expallens. — Odor nullus. Occurrit simul varietas minor: ***L. rubescens** Schrad. Spicil. p. 124 (*Agar.*), Britz. Lact. fig. 27, a *L. subdulci* caute separanda, acerrima. In hac sporæ æque 6-8 μ. diam.

70. **Lactarius decipiens** Quèl. 14 Suppl. p. 6, tab. XII, fig. 9, Bull. 1748
Soc. Mycol. 3, p. 77. — Pileo convexo-depresso, 3-5 cm. lato, udo, dein subtiliter tomentoso, carneo-rufescente, medio obscuriori; stipite gracili, pruinoso, carneo, apice sulcato flavescente; lamellis acute adnatis, serratis, angustis, flavidis, dein carneolis; sporis ellipsoideis, 8-9 μ. longis, aculeolatis, stramineis.

*Hab.* in graminosis et pinetis Galliæ, autumno. — Inter *Lactarium rufum* et *L. tabidum* fere medius. Caro albida, dein flavida, fragilis, succus albo-lacteus, piperinus.

71. **Lactarius helvus** Fr. Epicr. p. 347, Hym. Eur. p. 433, Bresad. 1749
Trid. t. XXXIX, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 72, Weinm. p. 47, *A. tomentosus* Krombh. t. 40, f. 17-18 (haud bona). — Pileo carnoso, fragili, e convexo plano-depresso, subumbonato, sicco, e sericeo floccoso-squamuloso rivulosoque, testaceo-pallido, expallente; stipite e farcto cavo, pruinato-pubescente; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, ex albido ochraceis; lacte parco, subacri, albo; sporis sphæroideis, echinulatis, hyalinis, 6-7 μ. diam.

*Hab.* in pinetis Europæ, frequentius in paludosis degeneratus pileo rimoso, lacte aqueo insipido. *L. rufo* valde affinis. Odor debilis, subdulcis; sapor variat mitis; pileus 5-14 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; sporæ, teste Bresadola, subglobosæ, echinulatæ, 8-9 μ. diam., chlorino-hyalinæ; basidia 40-50 ≃ 8; cystidia 80 ≃ 8-10, fusoidea.

72. **Lactarius aquifluus** Peck 28 Rep. p. 50. — Pileo fragili, car- 1750
noso, convexo vel expanso, demum centro depresso, sicco, glabro vel plerumque veluti tomento minuto adpresse obducto, rubescenti alutaceo, margine incurvo sæpe flexuoso; stipite plus minus elongato, æquali vel sursum leviter attenuato; pileo concolore, glabro, cavo, cavitate irregulari veluti erosa; lamellis potius angustis confertis, albidis, demum fusco-rubescenti-brunneis; carne pileo concolori; lacte sparso, aquoso; sporis subglobosis, scabris, 8 μ. diam.

*Hab.* in uliginosis et muscosis humidis, Sandlake et North Elba Amer. bor. — Statura 8-20 cm. adæquans; pileus 8-15 cm. latus; stipes 11-21 mm. crassus. Stipes constanter cavus facilem separationem præbet. Quamquam magnus, fragilissimus atque facile funditur. Sapor mitis vel subacris. Plerumque pileus obscure zonatus, in speciminibus maioribus irregularis atque a vermibus late arrosus. Lac, quum e vulnere stillat, guttulas aqueas relinquit atque aeri expositum aliquantulum fuscescit. Odor fortis sed gratus speciminium exsiccatorum diu persistit. — Nuper cl. Auctor ut *L. helvi* subspeciem considerat.

73. **Lactarius mammosus** Fr. Epicr. p. 347, Hym. Eur. p. 434, Icon. t. 170, f. 2, Quélet t. 11, f. 6 (colore recedens), *Agaricus* Fr. M. I, pag. 77, Mich. t. 80, f. 1. — Pileo carnoso, ex acute umbonato depresso, sicco, azono, lurido, villo intricato griseo obtexto; stipite e farcto cavo, pubescente, pallido; lamellis adnatis, confertis, ex albido dilute ferrugineis; lacte albo, tarde acri. 1751

*Hab.* in pinetis ad viarum margines in Europa. — Minor, firmus, inodorus, griseo-fuscus, margine primo involuto albo-pubescente.

74. **Lactarius griseus** Peck 23 Rep. of the Bot. pag. 120. — Pileo carnoso, tenui, expanso vel late umbilicato vel subinfundibuliformi, sæpe parvo umbone v. papilla instructo, minute tomentoso, griseo, dein luride albo; stipite longiusculo, æquali vel sursum leniter attenuato, sursum farcto, basi cavo, villoso; lamellis angustis, confertis, albis flavo maculatis; lacte albo; sapore acidulo. 1752

*Hab.* in paludibus et silvis Sandlake et M. Adirondack Americæ borealis, augusto-septembr. 5-7, 5 cm. altus, pileus 1,5-4,5 cm. latus, stipes 5-7,5 mm. crassus.

75. **Lactarius glycyosmus** Fr. Epicr. p. 348, Hym. Eur. p. 434, Ic. t. 170, f. 3, Britz. Lact. fig. 29, Berk. Outl. p. 209, Quélet p. 343, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 72, Weinm. Ross. p. 47, Krombh. t. 39, f. 16-18? (minor, habitu alieno). — Olidus; pileo carnoso, tenui, convexo-plano, umbonato, sicco, squamuloso, lurido, opaco; stipite farcto, tenui, pubescente, pallido; lamellis subdecurrentibus, confertis, e lutescente ochraceis; lacte e submiti acri, albo; sporis sphæroideis, luteolo-hyalinis, echinulatis, 6-8 μ. diam. vel 8-10 ≃ 6-8. 1753

*Hab.* in pinetis haud raro, in Europa et Forestburgh Amer. bor. — Pileus 2½-8 cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus. Species distinctissima, valde singularis, odore dulci-spiri-

tuoso ab omnibus distincto. Pileus variat griseus, testaceus, fuscus, in violaceum vergens. — *B.* stipite cavo, elongato; pileo primo sericeo, levi, etiam umbilicato, repando, zonato.

76. **Lactarius alpinus** Peck 27 Rep. p. 96. — Pileo carnoso, sicco, 1754
umbilicato vel centro depresso, tomentoso-squamuloso, ochraceo vel fulvo-luteo; stipite subæquali, solido, albido vel pallido; lamellis confertis, lutescenti-ochraceis, lacte albo, immutabili; sapore acri.

*Hab.* in solo arido supra rupes ad verticem montis Haystack ad circiter 1530 m. alt. nec non Karner Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 2½ cm. latus; stipes 4–6 mm. crassus.

77. **Lactarius conditus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 138 f. 20. — Pileo 1755
rufo-plumbeo, convexo, medio incavato; stipite pallide albo-flavido, subcarneolo; lamellis albido-carneis, confertis; carne solida, lacte albo, odore aromatico; sporis 8–9 ≃ 7–8.

*Hab.* in silvis pr. Augsburg Bavariæ. — An huc forte Krombh. t. 39, f. 16–18?

78. **Lactarius lignyotus** Fr. Monogr. II, pag. 177, Icon. t. 171, f. 1, 1756
Hym. Eur. p. 434, Britz. Lact. f. 4, *L. fuliginosus major*. Fr. Ep. p. 348. — Pileo carnoso, elastico-fragili, e convexo explanato, umbonato, plicato-ruguloso, pruinato-velutino, fuliginoso-umbrino; stipite spongioso-molli, apice constricto et eleganter plicato, subconcolore; lamellis adnatis, subconfertis, e niveo albo-ochraceis; lacte miti, albo; sporis sphæroideis, echinulatis.

*Hab.* inter muscos in silvis abiegnis in Europa. — Pileus circiter 5 cm. latus, stipes circiter 7 cm. longus. Species nobilis, lacte parco miti, grati saporis insignis. Caro fracta ex aquose albido rubella, dein crocata.

79. **Lactarius Gerardii** Peck 26 Rep. pag. 65. — Pileo expanso vel 1757
centro depresso, sicco, rugoso-striato, sæpe minute umbonato vel papillato, fuligineo brunneo, margine tenui explanato, sæpe undulato vel irregulari; stipite æquali, solido; pileo concolore; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, albis, interstitiis irregularibus; sapore miti; lacte albo, immutabili.

*Hab.* ad terram in nemoribus et silvulis Poughkeepsie (Gerard), Albany et Croghan Amer. bor. — Statura 8–13 cm. adæquans; pileus 5–10 cm. latus; stipes 8–13 mm. crassus. Pilei stipitisque colore cum *L. fuliginosi* forma ampla convenit, sed vera affinitas cum *L. distante*, a quo colore stipiteque longiori æquali, qui characteres varietatem tantum sistere probant, recedit.

80. **Lactarius fuliginosus** Fr. Epicr. pag. 348, Hym. Eur. p. 434. 1758
Bern. Roch. t. 38, f. 3, Berk. Outl. p. 209, Erb. Critt. Ital. n. 634, *Agaricus* Fr. S. M. I, pag. 73, Krombh. t. 14, f. 10-12, Barla t. 21, f. 6, 7, Harz. t. 19 (excl. nomine Persoonii), *A. azonites* Bull. t. 567, f. 3, *A. plinthogalus* Otto. — Pileo carnoso, molli, plano depressoque, obtuso, siccissimo, levi, azono, primitus fuligine fusca consperso, dein nudo stipiteque spongioso-farcto cinereo-alutaceis; lamellis adnatis, subdistantibus, ex albo alutaceis, carne lacteque submiti ex albo crocatis; sporis sphæroideis, echinulatis, chlorino-hyalinis, uniguttulatis, 6-10 μ. diam.

*Hab.* in silvis tam frondosis, quam acerosis frequens in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 2-8 cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 7-12 mm. crassus. Distinctissimus pruina, carnis et sporarum lutescentium colore etc. Caro elastica, alba, scissa crocato-maculata. — Var. **fumosus** Peck 24 Rep. p. 74: pileo firmo e convexo expanso atque centro depresso, glabro, sicco, fuligineo-brunneo vel sordide albo; stipite firmo, brevi, glabro, farcto, vulgo obconico; lamellis confertis, adnatis vel leviter postice rotundatis ex albo lutescentibus; sporis distincte echinulatis, luteis, 10 μ. d.; carne lacteque albis; sapore e dulci acri. Ad terram in silvis patentibus, Greenbush Amer. bor. Statura 4-5 cm. adæquans; pileus 4-6 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. Recognitu facilis; pileo fuligineo sporisque luteis. Caro vulnerata lente in fusco-carneum vergit.

81. **Lactarius subtomentosus** Berk. et Rav. Cent. N. Amer. Fungi 1759
n. 88. — Pileo subtomentoso, convexo-brunneolo, compacto stipiteque cavo basi albo-umbrino; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, albidis; lacte ex albo-flavescente, subacri.

*Hab.* ad terram in Carolina merid. et Victoria. — *Lactario fuliginoso* affinis. Pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. altus, 1 cm. circ. crassus, pileo concolori.

82. **Lactarius picinus** Fr. Epicr. p. 348, Hym. Eur. p. 435, Britz. 1760
Lact. f. 32, *A. Persoonii* Krombh. t. 40, f. 20-22, (f. 19 potius *L. acrem* spectat). — Pileo carnoso, rigido, convexo-applanato, umbonato, contiguo, fusco-umbrino, primo velutino-villoso, dein disco, glabrato, levi; stipite farcto, subspongioso, levi, glabro, pallidiore; lamellis adnatis, confertissimis, ochraceis; lacte acri, albo; sporis ochraceis echinulatis 5-6 μ. diam. (teste Britz., 8-10 μ. d.).

*Hab.* in pinetis Europæ. — Nobilis; pileo 6-8 cm. lato; stipite vulgo 5-8 cm. longo (breviore in icone citata), vix $1^1/_4$ cm. crasso.

83. **Lactarius lilacinus** Lasch Linn. III, n. 78, Fr. Hym. Eur. p. 435. 1761
— Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, papillato, sicco floccoso, granuloso, azono, lilacino-roseo; stipite e farcto cavo, albo-farinaceo, pallido; lamellis adnatis, subdistantibus, pallide carneis; lacte acri, albo; sporis sphæroideis vel ellipsoideo-sphæroideis, echinulatis, uniguttulatis, 7-10 μ. diam.

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ. — Pileus expallens, 5-6 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus. Fragilis, copiose lactescens.

84. **Lactarius impolitus** Fr. Monogr. II, p. 175, Hym. Eur. p. 435. 1762
— Pileo carnoso, e convexo depresso, subumbonato, sicco, sericeo, azono, expallente; stipite e farcto cavo, glabro sed impolito; lamellis adnatis, confertis, pallidis; lacte acri, albo.

*Hab.* locis graminosis in nemoribus Populi tremulæ in Europa. — Minor, inodorus, intus concolor. Stipes albo-rubellus.

85. **Lactarius rubro-cinctus** Fr. Monogr. II. p. 176, Icon. t. 171, f. 2, 1763
Hym. Eur. p. 435. — Pileo carnoso, e convexo plano nec umbilicato, glabro sed impolito, fulvo, pallescente; stipite solido, levi, pallescente, apice zona rubra cincto; lamellis adnatis, confertis, pallidis; lacte parco, albo.

*Hab.* sub fruticibus in horto Botanico Upsaliensi in Suecia. — Sapor nauseosus nec acer; caro mollis, pallida; lamellæ vetustæ exsuccæ. Videtur *L. musteo* proximus.

86. **Lactarius spinosulus** Quél. Champ. Norm. p. 20, pl. III, fig. 10. 1764
— Pileo tenui, cyathiformi, 2-4 cm. lato, umbone acuto, fugaci, ad marginem præsertim, aculeis minutis, ½ mm. erecto, sicco, sæpe zonato maculatoque carneo lateritio et lilacino roseo; stipite cavo, gracili, flexuoso, rugoso granulato, fragili, nitente, concolore expallente; lamellis decurrentibus angustis, tenuibus luteo-incarnatis, demum flaveolis; sporis ovoideo-sphæroideis, verrucosis, luteo-ochraceis, 8 μ. diam.; carne pallidiori, lacte albo, inodoro et sero piperato.

*Hab.* in nemoribus siliciosis Canteleu pr. Rouen (Lieury, L. Lebreton et Quélet), in Vogesis (Mougeot) in Gallia.

*** Pileo polito, glabro.

87. **Lactarius volemus** Fr. Epicr. p. 344, Sverig. ätl. Svamp. t. 10, 1765
Hym. Eur. p. 435, Pat. Tab. 323, Gill. C. F. cum icone. Hussey I, t. 87, Berk. Outl. p. 207, Kickx p. 202, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 69, Weinm. p. 44, Wahlnb. Suec. n. 1881, Ventur. t. 34, f. 1-3, Letell. t. 624, *A. lactifluus aureus* Hoffm. Nomencl. Fl. Bat. t. 874,

*A. testaceus* Alb. et Schw. n. 610. *A. helvus* Krombh. t. 39, f. 1-4. — Pileo carnoso, compacto, rigido, plano-depresso, obtuso, sicco, glabro, aureo-fulvo, demum rimoso-rivuloso; stipite solido, duro, obeso, pruinoso; lamellis decurrentibus, confertis, albo-lutescentibus; lacte copioso, dulci, albo.

*Hab.* in silvis, frondosis atque acerosis, sat frequens in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 5-12 cm. latus; stipes 3-9 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ globulosæ 8-10 $\mu$. diam. Robustus et maximus inter Russularias, nitidus, expallens, admodum deliciosus atque etiam crudus edulis. Lac interdum lutescit; vulnera lamellarum sordidescunt. Abnormis stipes cavus. — ***L. œdematopus** Fr. Epicr. p. 345, Hym. Eur. p. 436, *Agaricus* Scop. p. 453, *A. lactifluus* Schaeff. t. 5, Secr. n. 458, Barla t. 20, f. 1-3, Tratt. Austr. t. 20. Pileo brunneo-cinnamomeo; stipite subventricoso, pruinato, rufescente; lamellis demum concoloribus; sporis 6-8 $\mu$. diam. Locis similibus, sed in diversis regionibus Europæ. — Variat lamellis distantibus, Lasch n. 516. — *Var.* **subrugosus** Peck 38 Rep. p. 130: pileo margine rugoso-reticulato. In America boreali.

88. **Lactarius princeps** Berk. Dec. n. 389, Hook. Journ. 1852, p. 135. 1766
— Pileo infundibuliformi, sicco, opaco, subfarinaceo, subsanguineo-rubro; stipite obeso subconcolori, deorsum attenuato, solido; lamellis pallidis.

*Hab.* in silvis Kullung Khasya Indiæ (Hooker). — Pileus 10 cm. lat.; stipes 8-9 cm. longus, 2,6 cm. cr. Affinis *L. volemo.*

89. **Lactarius hygrophoroides** Berk. et Curt. Cent. N. Amer. Fungi n. 87. — Pusillus; pileo convexo, dein plano, sicco pulverulento, flavo-rufo; stipite brevi; pileo concolori; lamellis distantibus, decurrentibus, luteis, interstitiis rugosis. 1767

*Hab.* ad terram Maine Amer. bor. (Sprague). — Habitus *Lactarii volemi.* Pileus 4,2 cm. latus; stipes vix 2,5 cm. longus, 2 cm. circ. crassus.

90. **Lactarius distans** Peck 23 Rep. pag. 117. — Pileo carnoso, firmo convexo vel expanso, centro depresso, pruinoso-tomentoso, lutescenti-fulvo, sæpe ruguloso striato; stipite brevissimo, solido, firmo, æquali vel obconico, pruinoso, subconcolore; carne lacteque albis, dulcibus; lamellis distantibus, subarcuatis, venoso-connexis, albis vel lutescentibus. 1768

*Hab.* in herbosis, Albany Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-5 cm. metiens; pileus 5-10 cm. latus; stipes vix $2^1/_4$ cm. longitudinem su-

perat; pileus plerumque irregularis et excentricus, cuticula sæpe in areas secedente. Affinis *L. hygrophoroidi*, cuius forsan varietatem majorem sistere posset.

91. **Lactarius corrugis** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 130. — Pileo firmo, convexo, dein plano vel centro depresso, rugoso-reticulato, velutino-pruinoso vel pubescente, atro rufo-brunneo vel castaneo; stipite æquali, solido, glabro vel subpruinoso; pileo pallidiori; lamellis confertis, carneo-cinnamomeis, dein expallentibus, vulneratis brunneis vel sordidis; sporis subglobosis, 10-12 $\mu$. diam.; lacte copioso, albo, dulci. 1769

*Hab.* in silvis Sandlake, Gansevoort, Brewerton Amer. bor. — Pileus 7-12 cm. lat.; stipes 7-12 cm. long., 12-24 mm. crassus; cystidia acicularia, copiosa, 40-50 $\mu$. longa. — *Lactario volemo* proximus.

92. **Lactarius lividatus** B. et C. North Pac. exp. n. 65. — Pileo leviter depresso stipiteque sursum incrassato rufis; lamellis angustis, subconfertis, e sordide helvolis lividis. 1770

*Hab.* ad colles Japoniæ. — Habitus aliquantulum *L. volemi.*

93. **Lactarius ichoratus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 345, Hym. Eur. p. 436, Britz. Lact. f. 36, Quélet p. 344, *Agaricus* Batsch f. 60, Secret. n. 460, excl. syn. — Pileo carnoso, tenui, e rigido molli, plano-depresso, inæquali, levi, glabro, opaco, fulvente; stipite spongioso-farcto, glabro, fulvente; lamellis adnatis, subconfertis, ex albo ochraceis; lacte dulci, albo. 1771

*Hab.* in silvis campestribus Europæ raro. — *L. volemo* affinis, sequenti simillimus; stipes elongatus 8 cm. longus; pileus 5-8 cm. latus, obtusus, sæpe excentricus v. repandus, disco brunneo, testaceo zonatoque, ambitu pallidior; sporæ 8-10 ≃ 6-7.

94. **Lactarius tithymalinus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 347, Hym. Eur. p. 436, *Agaricus* Scopol. p. 452, (var. minor), Krombh. t. 39, f. 5-9, *A. ichoratus* Swartz. — Pileo carnoso, ex umbonato-convexo depresso, sicco, levi, glabro, azono, luteo, disco fusco-rufescente; stipite farcto, firmo, glabro, concolore; lamellis adnatis, confertis, e lutescente carneis; lacte acri, albo. 1772

*Hab.* in silvis Europæ. — Pileus 5-8 cm. latus, stipes 8 cm. longus. Exacte medius inter præcedentem et *L. rufum:* illius colores (variat pallide flavus et aurantius), hujus sapor acer, pileus umbonatus. Videtur Secr. n. 464, sed sapor non indicatus.

95. **Lactarius serifluus** (DC.) Fr. Epicr. p. 345, Hym. Eur. p. 436, Britz. Lact. f. 37, Lucand. Suit. Bull. t. 6, Berk. Outl. t. 13, f. 4, 1773

*Agaricus* Dec. Fl. fr. 6, p. 45, Seynes Montp. p. 146, *A. gynæcogalus* Otto ex Krombh. t. 40, f. 15, 16. — Pileo carnoso, e plano depresso, subflexuoso, sicco, glabro, azono, brunneo-fulvo, margine inflexo; stipite solido, subincurvo lamellisque confertis lutescentibus, pallidioribus; lacte parco, subinsipido, sericolore.

*Hab.* locis humidis ad terram in Europa et Sandlake et Greig Amer. bor. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Num status typicus dubitandum, variat enim locis humidis lacte dilute aquoso.

96. **Lactarius flammeolus** (Poll.) Fr. Epicr. p. 341, Hym. Eur. p. 436, 1774
Trog. Helv. *Agaricus* Pollin. Pl. nov. p. 34, Krombh. t. 39, f. 10, 11. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, subumbonato, levi, azono, flammeolo; stipite fistuloso, croceo; lamellis adnatis, flavis; lacte rubescente, tarde acri.

*Hab.* in Europa australiore. — Pileus 3-8 cm. latus; stipes 8 longus, caro flavescens. Videtur *L. mitissimo* affinis.

97. **Lactarius mitissimus** Fr. Epicr. p. 345, Sverig. ätl. Svamp. t. 78, 1775
Hym. Eur. p. 437, Pat. tab. 408, Britz. Lact. f. 35, Berk. Outl. p. 208, Hoffm. Ic. t. 2, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 69, Krombh. t. 39, f. 19-20 (minus bona), Weinm. p. 45, Secr. n. 465. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, papillato, sicco, levi, azono stipiteque e farcto cavo, glabro aurantiacis; lamellis confertis, pallidioribus; lacte copioso, miti, albo.

*Hab.* in silvis, præcipue frondosis Europæ. — Pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, 8-12 mm. crassus; lamellæ 2-3 mm. latæ; sporæ 6-8 ≃ 4-6. Tenuis, inodorus, sapore raro subamaricante. Color nunc in aureum, nunc in fulvum vergit.

98. **Lactarius subdulcis** (Bull.) Fr. Epicr. p. 345, Hym. Eur. p. 437, 1776
Bern. Roch. t. 38, f. 1, Berk. Outl. n. 208, *Agaricus* Bull. t. 227, Sowerb. t. 204, Bolton t. 3, Harz. t. 53, Barla t. 20, f. 4-10, Quél. t. 11, f. 3, Lenz f. 11. — Inodorus; pileo carnoso, tenui, papillato, demum depresso, levi, glabro, azono, sicco stipiteque e farcto cavo, æquali, subpruinato rufescentibus; lamellis adnatis, confertis, pallidioribus; lacte submiti, albo; sporis ovoideis, echinulato-papillosis, 7 $\mu$. diam.

*Hab.* in silvis frequens in Europa pr. Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ, in Carol. inf. Amer. bor. et ad Adventbay Lapponiæ. — Minor, rigidulus, inodorus, colore variabilis (conf. Monogr. II. p. 180), pileo $2^1/_2$-10 cm. lato, badio, rufo, cinnamomeo etc., sed non expallente. Caro rufescens, compacta, licet tenuis; stipes 6 c.n. usque

longus, 6-12 mm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 6-7; lamellæ nunc obscure ferrugineo-rufæ, nunc pallidiores. Krombh. t. 40, f. 13, 14, videtur alienus. *A. rubescens* Schaeff. t. 73 partim ad *L. rufum* spectat. — *A. cimicarius* Batsch f. 69, *L. subdulci* simillimus, sed differt «odore cimicino» et sequenti forsan magis affinis.

99. **Lactarius Terrei** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1673, Stev. Hym. 1777
Brit. I, p. 111. — Cæspitosus; pileo corrugato, depresso, badio; stipite basi incrassato, tomento aurantiaco vestito, cavo; lamellis decurrentibus, pallidis, odore dulci.

*Hab.* in silvis Stoke Poges Britanniæ. — Pileus 12 mm. latus; stipes 18-25 mm. longus, 4 mm. crassus. Affinis *L. subdulci.*

100. **Lactarius paludinellus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 133. — Pileo 1778
tenui, plano vel leniter depresso, margine striatulo, glabro, sæpius minute atro-umbonato, initio brunneo demum expallente; lamellis subconfertis, adnatis vel leviter decurrentibus, carneis; stipite subæquali, farcto v. cavo glabro, basi albo-strigosulo, pileo subconcolori; sporis 7-9 μ. diam.; lacte albo, sapore dulci.

*Hab.* inter Sphagna in udis, Sandlake Amer. bor. — *L. subdulci* proximus at distinctus.

101. **Lactarius camphoratus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 346, Hym. Eur. p. 1779
437, Berk. Outl. p. 208, Oudem. p. 30, Quél. t. 11, f. 5 (minor). *Agaricus* Bull. t. 567, f. 1, Secret. n. 468, Ventur. t. 55, f. 3, Barla, t. 20, f. 11-13, Krombh. t. 39, f. 21-24. — Olidus; pileo carnoso, tenui, depresso, sicco, glabro, subzonato stipiteque farcto, subundulato brunneo-lateritiis; lamellis adnatis, confertis, lutescenti-testaceis; lacte miti, albo.

*Hab.* in silvis Europæ et Amer bor. — Pileus 2,5-6 cm. lat.; sporæ globulosæ, echinulatæ, 6-7 μ. d. *L. subdulci* adeo similis, ut tantum odore exsiccati Meliloti tute distinguatur.

102. **Lactarius subumbonatus** Lindgr. in Bot. Not. 1845, Fr. Hym. 1780
Eur. p. 437, *A. innocuus* Kickx p. 201, qui huc ducit *A. subdulcis* var. *innocuam* Pers. Syn. p. 434. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso, subumbonato, rugoso, punctato, obscure cinnamomeo, azono, demum undulato, repando, carne e griseo lutescente; stipite farcto, rufescente; lamellis adnatis, incarnato-rufescentibus; lacte aquose albido.

*Hab.* in silvis Europæ. Insignis odore vetusti fœtido, quem cum Ligustici comparat Lindgren v. Cimicis Kickx. Stipes deorsum vulgo attenuatus, curvatus, immo excentricus; sporæ sphæricæ 9 μ. d.

103. **Lactarius obnubilus** Lasch Linn. n. 71 sub *Agarico*, Fr. Hym. Eur. p. 438, *A. obscuratus* Lasch in Quél. I. p. 263, t. XI, f. 4, Pat. Tab. 120, *A. subdulcis* Fl. Dan. t. 1674, Secr. n. 456. Cfr. *Ag. tristis* Krombh. t. 40, f. 26-29. — Pileo carnoso, tenui, e convexo umbilicato, glabro, substriato, azono, bruuneo-fuliginoso; stipite e farcto cavo, tenui, pallidiore; lamellis subconfertis, lutescentibus; lacte subdulci, albo. 1781

*Hab.* in nemoribus silvaticis Europæ. — Minor, fragilis, pileo vix $2^1/_2$ cm. lato, primo papillato, colore varians ut *L. subdulcis*, cui vulgo subsumtus. Sporæ globulosæ, echinulatæ, 6 $\mu$. d. Specimina sub nomine *A. obscurati* a Laschio Friesio communicata huc spectare manifestum est. *L. tristis* recedit stipite elongato, lamellis incarnatis, statura *L. vieti.*

104. **Lactarius tabidus** Fr. Epicr. p. 346, Hym. Eur. p. 438, Icon. t. 171, f. 3, Britz. Lact. fig. 38, *A. deliciosifolius* Secr. n. 457. — Pileo submembranaceo, planiusculo, acute umbonato, sicco, ruguloso, pallescente, margine udo striatulo; stipite subfistuloso, glabro; lamellis subdistantibus, flaccidis, pallescentibus. 1782

*Hab.* in nemoribus silvaticis Europæ passim. — Inodorus, tenuis, totus pallescens; pileus udus striatus, junior testaceo v. incarnato-pallidus, dein alutaceo-pallidus; sporæ 8 ⩲ 4-5.

105. **Lactarius minimus** Worth. Smith in Journ. of Bot. 1873, p. 205, Fr. Hym. Eur. p. 438. — Pileo carnoso, pulvinato, excentrico, pallide argillaceo, margine incurvo; stipite solido, curto lamellisque subdecurrentibus, distantibus, arcuatis concoloribus; sporis echinulatis 8. $\mu$. d. 1783

*Hab.* in pascuis Angliæ. Perpusillus. Lac copiosum, mite. *A. decipiens* Scop. Hist. Nat. IV est status degener lacte aqueo cujusdam præcedentium. *A. Smithii* Klotzsch ignotus.

106. **Lactarius rutaceus** Lasch. in Bot. Zeit. 1845, p. 65. — Pileo subdespresso, glabriusculo, opaco, subrubello-cervino, stipite subcavo pallido; lacte albo; lamellis subdecurrentibus, confertis, angustis, alutaceo-flavescentibus. 1784

*Hab.* in pinetis humidis inter muscos in Germania. — Odor Rutæ graveolentis et sapor amaro-acer camphoratus.

107. **Lactarius illachrymans** Berk. et Rav. Cent. N. Amer. Fungi n. 24. — Parvus; pileo tenui, e convexo plano, dein umbilicato, pallide fulvo, obscu reque bi-ter-zonato; stipite solido, albo; lamellis albidis, confertis, angustis, subdecurrentibus, ruptis non lactescentibus; sapore leniter aromatico, subacri. 1785

*Hab.* in paludibus in Carolina meridionali Am. bor. (RAVENEL). — Pileus, 2,5-4 cm. latus, stipes 2,5-5 cm. longus, vix 0,5 cm. crassus.

TRIB. IV. PLEUROPUS. Stipes excentricus v. lateralis. Truncigeni.

108. **Lactarius obliquus** Fr. Epicr. p. 348, Hym. Eur. p. 438, *A. pubescens* Secret. n. 437 exclus. syn. — Albo-lutescens; pileo carnoso, tenui, plano-depresso, obliquo, griseo-zonato, lobato, sericeo; stipite e farcto cavo, subexcentrico, curvato; lamellis confertis lacteque albis. 1786

*Hab.* ad truncos Fagi in Helvetia et in aggeribus ad margines viarum in Britannia. — Cæspitosus, tenuis, fragilis, graveolens, pileo difformi.

109. **Lactarius lateripes** (Desm.) Fr. Hym. Eur. p. 438, *Ag.* Desm. Cat. Omiss. p. 21, Pers. Myc. Eur. 3, t. 24, f. 1, *A. albido-roseus* Gmel. Milchbl. Bad. p. 22. — Albido-roseolus; pileo compacto, subdimidiato, azono stipiteque laterali, inæquali glabris; lamellis tenuibus confertis; lacte albo. 1787

*Hab.* ad truncos arborum Galliæ borealis et Germaniæ occidentalis raro. — Admodum nobilis, solitarius, albicans, sapore acriusculo.

**RUSSULA** Pers. Fr. Epic. Hym. p. 349, (Etym. *russulus*, rubescens). — Velum nullum. Hymenophorum in tramam vesiculosam immutatum descendens. Lamellæ rigidæ, fragiles nec lactescentes, acie acutæ. Sporæ rotundatæ, sæpe echinulatæ, albæ v. lutescentes. — Fungi terrestres, carnosi, putrescentes, stipite polito, pileo primitus v. demum depresso.

Russulæ sistunt gregem maxime naturalem, Lactariis affinem, sed lactis defectu facillime recognitam. Variæ vero Russulæ guttas aqueas plorant, præcipue jove pluvio. Lamellæ plurimarum longitudine æquales vel furcatæ, sed in tribu *Compactarum* omnino inæquales. Species plerumque spectabiles; vulgatissimæ tribus *Fragilium* ob varietatem coloris pilei ægre determinantur.

I. COMPACTÆ. Pileus ubique carnosus, unde margo primo infractus, semper exstrius absque pellicula viscosa discreta (unde color non variabilis, sed ex ætate et aeris constitutione tantum mutatus). Caro compacta, firma. Stipes solidus, carnosus. Lamellæ inæquales.

1. **Russula nigricans** (Bull.) Fr. Ep. p. 350, Hym. Eur. p. 439, Huss. I, t. 73, Berk. Outl. p. 209. Gill. C. F. c. icon., Seyn. t. IV, f. 4, 1788

*Agaricus* Bull. t. 579, f. 2, t. 212, Krombh. t. 70, f. 14, 15, Barl. t. 17. Abnormem lusum sistit Vent. t. 19, f. 1-4: *A. adustus* Pers. et Auctt. ex parte, Weinm. p. 35, *A. adustus* v. *crassa* Alb. et Schw. p. 220, Fr. S. M. I, p. 60, Secr. n. 483, *A. elephantinus* Sow. t. 36. — Pileo æqualiter carnoso, compacto, umbilicato-depresso, olivaceo-fuligineo, margine inflexo exstrio stipiteque solido, obeso demum adusto-nigricantibus; lamellis rotundatis, crassis, distantibus, inæqualibus.

*Hab.* in silvis Europæ passim. — Succus rubens, sed non lactescens, unde caro fracta et lamellæ jam tactu rubentes. Pileus sæpe rimoso-squamulosus, junior udus, viscidulus, 12 cm. latus; stipes 8 cm. longus, $2^1/_2$ cm. crassus; sporæ sphæroideæ, papillatæ, 6-7 $\mu$. diam. v. 8-9 ≃ 6-7.

2. **Russula adusta** (Pers.) Fr. Epicr. p. 350, Hym. Eur. p. 439, Bern. 1789
Roch. t. 40, f. 1, et 47, f. 2, *Agaricus* Pers. et Fr. S. M. l. c. $\beta$. Secr. n. 484, *A. nigricans* Otto. Krombh. t. 70, f. 7-11, Batt. t. 13, C (ex icone, e descr. ad sq. sect.). — Pileo æqualiter carnoso, compacto, e depresso subinfundibuliformi, margine primo inflexo, glabro, dein erecto, exstrio stipiteque solido, obeso cinereo-fuligineis; lamellis ex adnato decurrentibus, tenuibus, confertis, inæqualibus.

*Hab.* in silvis Europæ et Amer. fœder. passim. — Pileus 8-16 cm. latus, stipes 2-3 cm. longus; sporæ sphæroideæ, echinulatæ, 7-9 $\mu$. diam v. 10 ≃ 7-8. Exsuccus, carne immutabili, demum adustus, non vero totus nigricans. Lamellæ ex albo sordidæ. — *Russula adusta* Krombh. t. 70, f. 12-13 videtur species distincta, *R. delicæ* simillima quoad staturam, sed diversa pileo « pallide fusco » (cervino ex icone), carne cinereo-grisea.

3. **Russula densifolia** Secr. Mycogr. I, p. 476, Luc. Suit. Bull. t. 43, 1790
Pat. Tab. 319, Gill. C. Fr. ic. — Pileo carnoso, compacto, convexo dein depresso, margine inflexo, levi, estrio, albido, demum fuligineo, griseo v. brunneo centroque nigricante; stipite brevi, cylindrico, levi, leviter pruinoso, albido dein griseo, demum nigricante; carne alba, rupta rosea demum nigra; lamellis adnato-decurrentibus, inæqualibus, albis v. subroseis.

*Hab.* ad terram in Helvetia et Kew Gardens Britanniæ. — *R. nigricanti* et *adustæ* affinis. Sporæ 7-8 $\mu$. d., muriculatæ.

4. **Russula albo-nigra** (Krombh.) Fr. Hym. Eur, p. 440, *Agaricus* 1791
*albo-niger* Krombh. p. 27, t. 70, f. 16, 17. — Pileo carnoso, convexo-plano, medio depresso, demum infundibuliformi, viscoso, al-

bido, circa marginem fumoso; carne alba, fracta nigricante; stipite solido, obeso, fusco-nigricante; lamellis decurrentibus, confertis, inæqualibus, fusco-albidis.

*Hab.* locis graminosis, muscosis in silvis Europæ. — Statura abnormis; stipes brevis, crassissimus; pileus pro ratione stipitis tenuis, subrepandus. Sapor subacris, non gratus.

5. **Russula semicrema** Fr. Epicr. p. 350, Hym. Eur. p. 440, Monogr. II, p. 185. Ic. t. 172, f. 1, Britz. Russ. f. 8. — Pileo æqualiter carnoso, firmo, polito, albo, immutabili, margine involuto, glabro, exstrio; stipite solido, valido, ex albo nigrescente; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, albis. 1792

*Hab.* inter folia locis nemorosis Europæ raro. Stipes nunc curtus, nunc 5–8 cm. longus, 5 cm. fere crassus, fractus nigrescens. Caro alba, immutabilis. Sporæ 10 ≃ 6–8.

6. **Russula delica** Fr. Epicr. p. 350, Hym. Eur. p. 440, Bern. Roch. t. 42, f. 1, Gill. C. F. ic., Berk. Outl. p. 210, Kickx p. 204, Vent. t. 48, f. 3, 4. Batt. t. 17, A., Vaill. p. 61, Paul. t. 73, f. 1. — Pileo æqualiter carnoso, firmo, umbilicato, levi, nitido, margine involuto, glabro, exstrio stipiteque solido, compacto albis; lamellis decurrentibus, tenuibus, distantibus, albis. 1793

*Hab.* vulgata in pinetis Europæ. — Pileus 8–14 cm. latus; stipes 2–6 cm. longus, 1½ cm. crassus; sporæ 8–10 ≃ 6–8 v. 9–11 ≃ 8–10. Simillima *Lactario vellereo* et cum eodem frequenter confusa, sed pileus regularis, politus, glaber cum micore albido, lamellæ prorsus exsuccæ, juniores tantum aquam plorantes. Caro exsucca et totus fungus immutate albus.

7. **Russula elephantina** Fr. Epicr. p. 350, Hym. Eur. p. 440, Britz. Russ. f. 36, Bolt. 28? (exclusa figura nigra). — Pileo æqualiter carnoso, firmo, umbilicato-convexo, glabro, alutaceo-fuscescente, margine infracto, undulato, pallidiore, exstrio; stipite duro, obeso, albo; lamellis obtuse adnatis, arcuatis, subconfertis, tenuibus, albis (gilvo-maculatis). 1794

*Hab.* in silvis campestribus Europæ. — Habitus *R. fœtentis*, sed vere carnosa, firma, licet pileus haud admodum compactus. Pilei pellicula non discreta; marginellus excedens. Lamellæ inæquales, antice attenuatæ. Sporæ 14 ≃ 10.

8. **Russula mustelina** Fr. Epicr. p. 351, Hym. Eur. p. 441, Quél. p. 180, *A. fallax* Krombh. t. 61, f. 8, 9. *A. subfusco aurantiacus* (cinnamomicolor) Krombh. t. 70, f. 18, 19? Secr. n. 533 non obstat. — Pileo æqualiter carnoso, firmo, e convexo depresso, opaco, 1795

margine reflexo, levi; stipite solido, firmo, pallido; lamellis rotundato-adnexis, confertis, connexis, albis, paucis dimidiatis.

*Hab.* in silvis Europæ raro. Transit ad vulgatum Russularum typum, sed pileus æqualiter carnosus et margo primo inflexus, etiam repandus, luteo-fuscus, sed varius. Non nigrescit.

9. **Russula Du-Portii** Phill. in Grevillea et Stev. Hymen. Britann. II, p. 119. — Pileo compacto, carnoso, firmo, convexo-plano, depresso, levi sicco, centro rufo v. roseo, margine cyaneo, levi, obtuso; stipite spongioso, minute striato, glabro, albo; lamellis rotundatis, latis, distantibus, albis; carne rupta rubro-brunnea; odore astaci. 1796

*Hab.* in silvis Mattishall Norfolk Britanniæ (Du Port). — Pileus 3-6 cm. lat.; stipes 2,5-3 cm. longus, 10-16 mm. cr.; sporæ globosæ, asperulæ, 9 $\mu$. d.

II. Furcatæ. Pileus compactus, firmus, pellicula tenui, arcte adnata, demum disparente tectus, margine abrupte tenui, primo inflexo, dein patente, acuto, levi. Stipes primo compactus, demum intus spongioso-mollis. Lamellæ subfurcatæ, immixtis paucis brevioribus, vulgo utrinque attenuatæ, tenues et normaliter angustæ.

10. **Russula olivascens** Fr. Monogr. II, p. 187, non Pers. Hym. Eur. p. 441, Ic. t. 172, f. 2, Britz. Rull. fiz. 16. — Pileo ubique carnoso, explanato, umbilicato, ex olivaceo disco lutescente, margine levi; stipite firmo, levi, candido; lamellis postice attenuatis, confertis, subæqualibus, ex albo lutescentibus. 1797

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Hæc species nobilis ex habitu inter Furcatas collocata, licet lamellæ rarius furcatæ earumque forma ad Fragiles accedat. Plurima ceterum cum Compactis congruunt. Sporæ 8-10 ≃ 6-8.

11. **Russula furcata** (Pers.) Fr. Epicr. p. 352, Hym. Eur. p. 441, Berkl. Outl. p. 210, Kickx p. 204, *Agaricus* Pers. Synops. fung. pag. 446, Weinm. p. 35, Secr. n. 515, 518, Krombh. t. 62, f. 1, 2, t. 69, f. 18-22, Bull. t. 26, Schaeff. t. 94, f. 1, Barla t. 16, f. 1-9, *A. virescens* Harzer t. 54; etiam t. 63, f. 5, Paul. t. 74, f. 1, Buxb. C. V. t. 47, f. 2. — Mitis, dein amaricans; pileo carnoso, rigido, e gibbo-plano depresso infundibuliformique, levi, micore sericello adsperso glabratoque, margine levi, acuto; stipite valido, firmo, levi, deorsum attenuato lamellisque adnato-decurrentibus, crassiusculis, subdistantibus, furcatis candidis. 1798

*Hab.* in silvis umbrosis Europæ et Amer. fœder. et ad terram pr. Minussinsk in Sibiria. — Pileus 6-7 cm. latus, stipes 3-4 cm. longus, sporæ globulosæ, echinulatæ, 7-8 $\mu$. d. *R. rubræ* nec *R.*

*virescenti* affinis; ab hac differt pilei forma, margine acuto, primo inflexo, pellicula separabili nec in verrucas secedente et toto lamellarum typo. Pileus nunc umbrino, nunc læte virens, sed etiam fuscus, albidus. Ut præcedentes venenata censetur.

12. **Russula basifurcata** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 90. — Pileo firmo convexo, umbilicato, demum infundibuliformi, glabro, leviter viscido, cuticula vix separabili, excepto margine, albido, sæpe flavo v. flavo-rufo tincto, margine sublevi; stipite firmo solido demum spongioso, albo; lamellis subconfertis basi attenuatis, nonnullis brevioribus intermixtis, albis, dein flavidis; sporis ellipticis, pallide flavis, 1-nucleatis, 8 × 6; carne alba, sapore dulci dein amarulo. 1799

*Hab.* in silvis et ad vias Caroga Amer. bor. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 16-24 mm. long., 10-12 mm. cr. *R. furcatæ* affinis.

13. **Russula sanguinea** (Bull.) Fr. Epicr. p. 351, Hym. Eur. p. 442, Luc. Suit. Bull. t. 168 (var.), Berk. Outl. p, 210, Kickx p. 205, *Agaricus* Bull. t. 42, *A. ruber* Dec. Weinm. p. 34, Secr. n. 505? — Pileo carnoso, firmo, e convexo-gibbo depresso infundibuliformique, levigato, udo, margine tenui, acuto, levi; stipite spongioso-solido, striatulo, albo rubellove; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertissimis, subfurcatis, connexis, albis. 1800

*Hab.* locis humidis graminosis silvarum in Europa et Burnett's River Australiæ (Watson). — Pileus 6-9 cm. latus, stipes 3-5 cm. longus. Toto cælo diversa a *R. rubra*, carne solida firma, lamellis ex adnato longe decurrentibus, perangustis, antice acuminatis. Stipes primo apice subcoarctatus. Pileus vulgo sanguineus vel, præcipue circa marginem, albicans.

14. **Russula rosacea** Fr. Epicr. p. 351, Hym. Eur. p. 442, Britz. Russ. f. 9, Berk. l. c., Quél. p. 181, Bull. t. 509, f. Z. non Secr. n. 507. Vulgo *A. rosaceo* Pers. subsumtus; exstat var. primo exalbicans, facile Secr. n. 512. — Tarde acris; pileo compacto, convexo-plano, inæquali, viscido, dein sicco guttato-variegato, margine acuto, levi; stipite spongioso-solido, levi, albo rubellove; lamellis adnatis, subconfertis, planis, inæqualibus, albis, postice divisis. 1801

*Hab.* in pinastretis Europæ et Amer. fœd. — Pileus 6-11 cm. latus; stipes 6 cm. longus; sporæ sphæroideæ, papillatæ 6-7 $\mu$. diam., v. 8-9 × 6-7. Priori affinis, sed irregularis, sæpe excentrica, pileo subrepando, vix depresso, lamellis minus confertis, latioribus, minus divisis, vix connexis. Coloris intensitate pileus variat sub-

carneus, pellicula viscida disparente, expallens, maculis obscurioribus guttatus.

15. **Russula sardonia** Fr. Epicr. p. 353, Hym. Eur. p. 442, Britz. Russ. f. 18, Berk. Outl. p. 211, *A. aureus* Krombh. t. 68, f. 1–4, Schaeff. t. 16, f. 5, 6 indeque Secr. n. 509. — Pileo carnoso, firmo, e convexo-plano depresso, glabro, pellicula tenui, adnata, viscida, decolorante, margine levi; stipite spongioso-solido, curto, albo rubellove; lamellis adnatis, confertissimis, subfurcatis, albolutescentibus. 1802

*Hab.* juxta vias in pinetis Europæ. — Pileus 5–8 cm. latus; stipes 3–6 cm. longus, $2^1/_2$ cm. crassus; sporæ 8–10 ≃ 8. Firma irregularis, stipitis lamellarumque colore a priore distincta. Lamellæ jove pluvio plorantes, unde in sicco oriuntur maculæ lutescentes. « Sapor acer »: Schaeff.; « caro sub cute rubens »: Secr.

16. **Russula depallens** Fr. Epicr. p. 353, Hym. Eur. p. 442, Gill. C. F. ic. Berk. Outl. p. 211, Pers. Syn. p. 440, Fr. S. M. I, p. 58, Secr. n. 510, *R. luteo-violacea* Krombh. t. 66, f. 12, 13. — Mitis; pileo carnoso, firmo, undulato-difformi, levi, opaco, pellicula tenui, viscida, adnata, illico expallente, margine exstrio demum striatulo; stipite firmo, deorsum attenuato, ex albo cinerescente; lamellis adnexis, confertis, fragilibus, postice furcatis, albidis. 1803

*Hab.* in pratis muscosis, ericetis Europæ et in pascuis Amer. fœder. — Pileus circiter 8 cm. latus, stipes 3–4 cm. longus. Priores sæpe inæquales variant, sed reliquis notis hæc bene est distincta. Pileus primo rubescens v. fuscescens, mox, præcipue disco, albicans, flavescens etc. Edulis. — Var. **vinosa** Quél. 14 Suppl. p. 6: pileo roseo-vinoso, subinde rufo-maculato. In silvis umbrosis in Gallia or.

17. **Russula maculata** Quél. et Roze Soc. Bot. Fr. 1877, p. 323 tab. V, f. 8. — Pileo solido, connexo, plano, viscido, rubro-carneo pallido, dein decolorato, purpureo v. brunneo maculato, margine undulato et plerumque saturatiore, 5–9 cm. d.; carne alba, piperata, et rosam fere redolente; stipite brevi, solido, striato-reticulato, albo v. subroseo, dein ochraceo-maculato; lamellis attenuato-adnatis, bifurcato-ramosis, sulphureo-pallidis dein subarmeniacis; sporis 10 μ. d. 1804

*Hab.* in silvis, æstate, in Gallia.

18. **Russula purpurea** Gill. Tab. Analyt. p. 47. — Pileo carnoso, initio hemisphærico dein convexo et centro plus minusve depresso, rugoso-plicato, atro-purpureo, centro saturatiore, margine levi v. 1805

tandem striatulo, diam. 6-10 cm.; carne flavida, sub cuticula rubella; stipite basi leviter incrassato, longitud. striatulo, apice albo, medio roseo, basi flavido; lamellis rotundatis, latis, sæpe bifidis albo-flavidis.

*Hab.* sub Abietibus in Gallia bor.

19. **Russula cærulea** (Pers.) Fr. Epicr. p. 353, Hym. Eur. p. 443, 1806
Britz. Russ. fig. 3, Price f. 124, sed lamellæ albæ, *Agaricus* Pers. Syn. p. 445, Krombh. t. 64, f. 10, 11, t. 68, f. 5-8. — Mitis; pileo carnoso, convexo, explanato depressove, polito, margine levi; stipite spongioso, solido, firmo, albo; lamellis adnatis, subæqualibus, lutescentibus, apice acutis.

*Hab.* in silvaticis Europæ. — Pileus cærulescens, sec. Pers. medio subrufescens v. fuscescenti-cæruleus; sporæ 8–10 ≃ 8.

20. **Russula drymeja** Cooke Grevill. X, p. 46. — Acris, piperata; 1807
pileo compacto, firmo, convexo dein depresso madore vix viscido, siccitate opaco, læte purpureo, margine subincurvo levi; stipite solido, firmo, cylindrico, æquali, purpureo tincto; lamellis adnexis, subconfertis, basi attenuatis, furcatisque, initio pallide sulphureis, dein dilutioribus; sporis pallide ochraceis.

*Hab.* ad terram inter Larices, Black Park Britanniæ. — Pileus 5-10 cm. latus; stipes 5-7 cm. longus, 1,3-2 cm. cr. Sapor acerrimus. Habitus *R. Queletii* sed lamellæ sulphureæ, sporæ ochraceæ etc.

21. **Russula sordida** Peck 26 Rep. p. 65. — Pileo firmo, convexo, 1808
centro depresso, sicco, sordide albo, brunneo maculato; stipite æquali, solido, concolore; lamellis confertis, albis, plurimis ex iis furcatis; sporis globosis, 8 μ. diam.; sapore acri; carne vulnerata colore mutante, nigrescente vel cæruleo-nigrescente.

*Hab.* ad terram sub arboribus, Worcester Amer. bor. — Statura 10-13 cm. adæquans; pileus 8-10 cm. latus; stipes $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. crassus. Facie *Lactarium piperatum* refert. Totus fungus exsiccatus nigrescit.

III. Rigidæ. Pileus pellicula viscida carens, absolute siccus, rigidus, cuticula vulgo in floccos v. granula fatiscente. Caro crassa, compacta, firma, ante marginem rectum (numquam involutum), mox patentem, semper exstrium evanescens. Stipes solidus, primo durus, dein spongioso-mollior. Lamellæ paucæ dimidiatæ, aliæ divisæ, rigidæ, antice dilatatæ et apice latissimo rotundato excurrentes, quare pilei margo obtusus fit nec inflexus. Maxime speciosæ, sed rariores.

22. **Russula lactea** (Pers.) Fr. Epicr. p. 355, Hym. Eur. p. 443, Berk. 1809

et Br. n. 1133, Quél. p. 182, *Agaricus lacteus* Pers. Syn. p. 439 hujus loci videtur, non aliorum, Krombh. t. 61, f. 1-2, Seynes Montp. p. 149, Barla t. 15, f. 1-13, Paul. t. 74, f. 2. — Mitis, lactea; pileo carnoso, compacto, ex impolito rivuloso, margine recto, tenui, obtuso, levi; stipite solido, compacto, obeso; lamellis liberis, crassis, distantibus, rigidis, subfurcatis.

*Hab.* ad terram nudam fagetorum Europæ et Carol. mediæ Amer. bor., raro. — Stipes centro spongiosus, licet valde durus, 4-5 cm. longus, 4 cm. usque crassus; pileus primitus oritur albus, campanulatus, siccus, dein alutaceo-albus, rimulosus, convexo-depressus et sæpe excentricus evadit 8 cm. latus; lamellæ demum adnatæ, latissimæ, basi apiceque furcatæ. Edulis.

23. **Russula virescens** (Schaeff.) Fr. Epicr. p. 355, Hym. Eur. p. 443, 1810
Gill. C. F. ic. Hussey II, t. 11, Berk. Outl. t. 13, f. 6, *Agaricus* Schaeff. t. 94, excl. f. 1, Vittad. t. 31, Sturm Deutschl. Fl. III, 3, t. 31, Barla t. 16, f. 10-12, Ventur. t. 17, f. 1, 2, *R. æruginosa* Krombh. t. 67, f. 1-10, Pers. Ch. Comest. p. 227. *A. caseosus* Wallr. Deutsch. Kr. Fl. 4, p. 728. — Mitis, pileo carnoso, firmo, e globoso expanso umbilicatoque, innato-flocculoso areolatove-verrucoso, margine recto, obtuso, levi; stipite spongioso-solido, valido, subrivuloso lamellisque liberis, subconfertis, inæqualibus furcatisque albidis.

*Hab.* in silvatitis etc. Europæ et Carol. mediæ Amer. bor. — Pileus 8-12 cm. latus sæpe inæqualis, semper siccus, cute in areolas secedente; stipes 6-8 cm. longus; sporæ sphæroideæ, echinulatæ, 6-7 $\mu$. diam. v. 8-9 $\simeq$ 8. A virescentibus prioris sectionis certe differt nec semper viret, sed lutescit etiam. Inter *R. æruginosam* Pers. Obs. p. 103, et *A. virescentem* Schaeff. limites haud reperiendi, nec inter Secr. n. 514, 516, 517. Krombh. t. 67, f. 12-15 e statura saltim *R. cyanoxantha*. Antiquitus edulis. Clus. Esc. XIII, sp. 5, asperitie pilei a Russulis n. 23-25 bene distincta.

24. **Russula incarnata** Quél. Ass. Fr. 1882, p. 10, *R. lactea* Barla t. 1811
15, f. 11-13. — Pileo convexo-depresso, 6-9 cm. lato, farinoso, dein areolato, albo roseo-tincto, demum alutaceo-expallente; carne granosa, alba, dulci, sapida; stipite farcto, firmo, pruinoso, niveo; lamellis adnatis, latis, bifurcatis, rigidis, albo-flavidis; sporis elliptico-sphæricis, 9 $\mu$. d., aculeolatis, e hyalino citrinis.

*Hab.* sub Pinis in Alpibus maritimis (Barla) et Tridentinis (Bresadola). — Affinis *R. lacteæ* et *lepidæ* — Var. **livida** Bres. in Hedw. 1885 p. 140: pileo carnoso, mox medio depresso, expla-

nato, tandem infundibuliformi, 3,5-7 cm. lato, margine levi, dilutissime fumoso, fere albido, marcescente interdum subluteolo; lamellis antice rotundatis aut obtuse acuminatis, 2-4 mm. latis, postice acuminato-adnexis, ex albo tandem luteolis, primitus subconfertis, in vetustis sat distantibus; stipite farcto, subcylindrico, 2-3,5 cm. longo, 7-10 mm. crasso, albo; carne densa, alba; sapore miti, tandem vix acri; sporis albis subluteolis, globosis, minutissime echinatis, 4-5 $\mu$. latis. In silva Vidor et Crkrevnac in Slavonia.

25. **Russula albido-lutescens** Gill. Tab. Analyt. p. 45. — Pileo flavo- 1812
citrino, expallente, senio sæpe purpureo tincto, disco paullo saturatiore, initio globuloso, dein plano, sicco, areolato, margine recto obtuso striato, tuberculato, 6-8 cm. lato; carne albida v. subcitrina; stipite solido, deorsum attenuato; lamellis liberis, distantibus, æqualibus v. subæqualibus, pluribus basi furcato-anastomoticis, albo-citrinis.

*Hab.* in silvis Galliæ bor.

26. **Russula pulchralis** Britz. Hym. Südb. IV p. 140, f. 13. — Pileo 1813
viscoso, flavido rubro-striato maculatoque, convexo, centro subdepresso; stipite æquali v. basi incrassato, albo; lamellis latis distantibus, crassiusculis, albido-flavidis; sporis 8-9 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis pr. Oberstaufen et Augsburg Bavariæ.

27. **Russula cutifracta** Cooke Grev. — Mitis; pileo carnoso, firmo, 1814
sicco, opaco, versicolore, nempe virente, purpureo, rubro, convexo, dein leviter centro depresso, cuticula a margine introrsum in areolas minutas firme adnatas disrumpente, ceterum levi; carne sub cuticula purpurascente; stipite firmo solido, subæquali v. sursum leviter attenuato, levi, purpureo-tincto; lamellis subconfertis, basi attenuatis, furcatis, adnexis v. subliberis, albis.

*Hab.* ad terram in silvis, Epping, Kew Gardens, Dinedor, Hereford Britanniæ. — Pileus 7-10 cm. latus; stipes 7 cm. longus, 2,5 cm. cr. Affinis *R. virescenti*, sed carne sub cuticula constanter rubente, colore pilei etc. distincta.

28. **Russula minutalis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 140, f. 6. — Pileo 1815
adiposo, centro carneo, margine albido v. albo-flavido, convexo, parum umbonato; stipite albo; lamellis albis v. albo-flavidis; carne alba; odore et sapore obsoletis; sporis 8 ≃ 6.

*Hab.* in quercetis pr. Dinkelscherben Bavariæ.

29. **Russula lepida** Fr. Epicr. p. 355, Sverig. ätl. Svamp. t. 59, Hym. 1816
Eur. p. 444, Pat. t. 122, Britz. Russ. f. 11, Berk. Outl. p. 212, Hussey II, t. 32, Hogg et Johnst. t. 4, *A. rosaceus* Krombh. t.

64, f. 19, 20, *A. sanguineus* Batsch f. 13 (hujus pusio), Secr. n. 513? — Mitis; pileo carnoso, compacto, e convexo depresso, impolito, sericello rimosove-squamoso, expallente, margine patente, obtuso, exstrio; stipite solido, compacto, levi, albo roseove; lamellis rotundatis, crassiusculis, subconfertis, multis furcatis, albis.

*Hab.* in fagetis etc. Europæ et Carol. Amer. bor. — Sequenti admodum similis, sed vere diversa. Edulis. Pileus subæqualiter carnosus, sanguineo-roseus, disco semper albicans, 8 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 2½ cm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 6-8. Caro firma, sed caseosa nec grumosa. *R. rosaceus* Pers. Obs. utique ad species firmiores exstrias pertinet, quatenus mitis.

30. **Russula rubra** Fr. Epicr. p. 354, Hym. Eur. p. 444, Sverig. ätl. Svamp. t. 49, Berk. Outl. p. 212, Kickx p. 205, *Agaricus* Decand. pr. p., Barla t. 15, f. 1-10, S. M. I, p. 58, Krombh. t. 65, *A. sanguineus* Vitt. Mang. t. 38, f. 2, non Bull., Schaeff. t. 15, f. 4-6. — Acris; pileo carnoso, rigido, e convexo explanato depressove, sicco polito-levigato, margine patente, obtuso, exstrio; stipite solido, duro, valido, albo rubroque variante; lamellis obtuse adnatis, subconfertis, albidis, immixtis furcatis dimidiatisque. 1817

*Hab.* in silvis, præcipue frondosis, Europæ et Amer. fœder., et in herbosis pr. flumen Albert Australiæ. — Valde dura, rigida, carne subgrumosa distinctissima. Pileus 9-11 cm. latus ob colorem intense cinnabarino-miniatum fere nitens, sed occurrit etiam expallens, subalutaceus et rivulosus; discus vulgo obscurior; caro sub cute rubens; stipes 6-7 cm. longus; lamellæ exoletæ lutescentes, acie sæpe rubræ; sporæ sphæroideæ vel subsphæroideæ, 8-10 μ. diam. Venenata.

31. **Russula Linnæi** Fr. Epic. p. 356, Hym. Eur. p. 444, Ic. t. 172, f. 3, Britz. Russ. f. 19, Kickx p. 205, Trog Helv. *A. integer* β Linn., Batt. t. XV, E (ex icone). — Mitis; pileo ubique carnoso, plano-depresso, polito, sicco, glabro, margine patente, obtuso, exstrio, carne spongioso-compacta alba; stipite spongioso-solido, obeso, rivuloso, rubro; lamellis adnatis, subdecurrentibus, crassiusculis, ex albo lutescentibus, sæpe dichotomis posticeque anastomosantibus. 1818

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Habitus exacte *R. emeticæ*; substantia quoque floccosa, sed valde compacta, firma, crassa. Stipes 3-4 cm. longus, medio subventricosus et 2½ cm. crassus, intense sanguineus (sed variat forsan albus), obsolete fibrilloso-reticulatus; pileus epelliculosus, unicolor, obscure purpureus, sanguineus etc.,

opacus nec expallens, 8-12 cm. latus; lamellæ vix confertæ, raro venoso-connexæ, paucæ dimidiatæ, postice vero divisæ; sporæ albidæ sphæroideo-ellipsoideæ, 8-11 ≃ 8.

32. **Russula amoena** Quél. 10 Suppl. p. 8, Tab. VIII, fig. 10. — Pileo carnoso, convexo, dein depresso, 5-8 cm. lato, pulverulento, atro-violaceo, margine levi et lilacino; carne firma, alba, dulci fructus redolente; stipite farcto, firmo, sursum dilatato, 2 cm. cr., farinoso, roseo-lilacino; lamellis adnatis, furcatis, dichotomis, albis, dein luteolis acie subviolaceis; sporis sphæricis 9 μ. d., tuberculatis. 1819

*Hab.* in silvis siliceis Vosges et Alsace Galliæ. — *R. xerampelinæ* affinis.

33. **Russula suavis** Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1880 p. 497. *Hypophyllum cyanoxanthum* Paul. Ic. p. 35, t. 76, f. 2,3, *R. palumbina* Quél. Ass. Fr. 1882 p. 10, tab. 11, fig. 14. — Pileo globuloso, dein depresso, 6-8 cm. lato, viscidulo, lilacino v. pallide cyanescente, margine levi et pruinoso, centro roseo, flavo, v. viridulo tincto; carne elastica, alba, sub cuticula separabili lilacina, sapida; lamellis adnatis, albo-flavidis pallide armeniaco tinctis; sporis sphæricis, 8 μ. d., aculeolatis, subcitrinis. 1820

*Hab.* in pinetis Jura Galliæ. — Teste Quél. *A. griseus, cæruleus,* et *olivascens* Pers. sunt hujus speciei variatates. A *R. heterophylla* differt lamellis.

34. **Russula xerampelina** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 356, Hym. Eur. p. 445, Britz. Russ. f. 29, Quél. p. 307, *Agaricus* Schaeff. t. 214, 215, *A. tinctorius* Secr. n. 487 (var.). — Mitis; pileo carnoso, compacto, convexo-explanato depressoque, sicco, opaco, levi rimulosoque, margine recto, levi, carne compacta albo-lutescente; stipite valido, firmo, clavato, levi, albo rubellove, demum spongioso-molli; lamellis adnexis, subconfertis, postice furcatis, ex albo alutaceis. 1821

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ passim, sed raro. — Ut prior ad *R. emeticam*, hæc ad *R. integram* accedit; differt substantia firma, pellicula pilei non distincta, quare pileus semper siccus, vulgo rimuloso-punctatus. Pileus roseo-purpureus, disco expallens, albo-lutescens; sporæ sordide alutaceæ, 8-9 ≃ 6-7; stipes udus magis rubens.

35. **Russula violacea** Quél. Ass. Franc. 1882, p. 11, tab. XI, f. 13, *R. fragilis violascens* Secr. n. 525. — Pileo orbiculari-depresso, 3-5 cm. lato, tenui, viscoso, striato, amœne violaceo, anguste albo- 1822

marginato, sæpe flavo, viridi v. olivaceo maculato; carne molli, alba, valde piperita; stipite spongioso dein cavernoso, fragili, gracili, striato, pruinoso, albo; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, albis; sporis sphæricis, 8-9 μ. d., aculeolatis, hyalinis.

*Hab.* in silvis umbrosis et sabulosis, plerumque pineis, in Gallia or. — Affinis *R. serotinæ*.

36. **Russula serotina** Quél. Soc. Bot. Fr. 1878 p. 289, t. III, f. 11. — 1823
Pileo globoso, leniter depresso, 2-3 cm. lato, purpureo-olivaceo, albo-pruinoso, margine lilacino, acie albido; stipite rugoso, farinoso; carne firma, alba, piperita; lamellis albis flavidisque, erosis; sporis ovoideis, rugulosis, 7 μ. long.

*Hab.* sub Fagis in Gallia or. et Kew Gardens London Britanniæ.

37. **Russula olivacea** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 356, Hym. Eur. p. 445, 1824
non Pers. Obs. p. 103, *Agaricus* Schaeff. t. 204, Krombh. t. 68, f. 13 e statura Secr. n. 489. — Mitis; pileo carnoso, convexo-explanato depressoque, sericello squamulosoque, margine patente, levi, carne alba sublutescente; stipite firmo, ventricoso, roseo-pallido, intus spongioso-farcto; lamellis adnexis, amplis, luteis, immixtis brevioribus furcatisque.

*Hab.* in pinetis montosis Europæ raro. — *R. rubræ* propinqua, sed stipite definite spongioso, pileo impolito, lamellis mollibus et læte coloratis certe distincta. *R. alutaceæ* respondens. Color pilei e sordide purpureo olivaceus v. omnino fusco-olivaceus. Sporæ flavæ aculeolatæ, 10 μ. d.; pileus 10-12 cm. latus.

38. **Russula rhytipes** Fr. Epicr. p. 257, Hym. Eur. p. 445, *Agaricus* 1825
Secr. n. 494. — Fœtida; pileo carnoso, plano-depresso, sicco sericello-levigato passimque corrugato, margine levi, exoleto striatulo, carne sulphurea; stipite firmo, conico, reticulato-rugoso, griseo-purpurascente; lamellis tenuibus, confertis, latis, postice bifidis, anastomosantibus, apiculo decurrentibus, acie lutea obscurius punctata.

*Hab.* in quercetis Europæ. Videtur insignis, *R. auratæ* respondens, ampla. Pileus flavo-albicans, sed fusco-purpureo olivaceoque imbutus.

39. **Russula Mariæ** Peck 24 Rep. p. 75. — Pileo carnoso, convexo, 1826
subumbilicato, demum expanso atque centro depresso, minute pulverulento, roseo-rubro, nitente (coccineo laccato), disco parum obscuriore, margine æquali; stipite æquali, solido, pileo concolore, extremitatibus exceptis vulgo albis; lamellis subconfertis, attingen-

tibus, ex iis pluribus furcatis, venoso-connexis, albis, demum lutescentibus; sporis globosis, sublevibus, luteis, 8 μ. diam.; pilei carne alba sub cuticula rubra, sapore miti.

*Hab.* ad terram exaridam in silvis, in montibus Catskill et pr. Albany Amer. bor.

IV. Heterophyllæ. Pileus carnosus, firmus, margine tenui primo inflexo, dein expanso striato, pellicula tenui adnata tectus. Lamellæ multæ breviores longioribus immixtæ, aliæ simul furcatæ. Stipes solidus, validus, intus spongiosus.

40. **Russula vesca** Fr. Epicr. p. 352, Monogr. II, p. 193, Hym. Eur. p. 446, Sverig. ätl. Svamp. t. 63 (recedens forma), Berk. Outl. p. 211 (Hussey I, t. 89). — Mitis; pileo firmulo, plano-depresso, venoso-ruguloso, viscido, carneo-rubro, disco obscuriore; stipite solido, extus rigido, reticulato-rugoso, albo; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, albidis, 1827

*Hab.* in silvis, præcipue frondosis Europæ. — Caro alba. Sapor mitis, gratus.

41. **Russula lilacea** Quélet Bull. Soc. Bot. 1876, tab. II, f. 8, Gillet Tab. Analyt. p. 48. — Pileo convexo, dein depresso, subcarnoso, viscoso, violaceo v. purpureo, margine expallente striato, 5-8 cm. lato, carne sub cuticula violacea; stipite spongioso, corticato, fragili, sursum pruinoso, albo basi roseo; lamellis distantibus, ventricosis albis, venoso-connexis. 1828

*Hab.* in silvis uliginosis in Gallia or. Odor debilis gratus; sapor dulcis.

42. **Russula cyanoxantha** (Schäff.) Fr. Monogr. II, p. 194, Hym. Eur. p. 446, Gill. C. F. ic., Pat. t. 320, Berk. et Br. n. 1131, *Agaricus* Schaeff. t. 93, Pers. Syn. p. 445, Krombh. t. 67, f. 16-19, Paul. t. 76, f. 1-3, Secret. n. 520, 523. — Mitis; pileo compacto, e convexo-plano depresso v. infundibuliformi, viscoso, variegato, margine subcæruleo, demum striatulo; stipite spongioso-farcto, levi, glabro, candido; lamellis rotundatis, latis, immixtis brevioribus furcatisque, candidis. 1829

*Hab.* in silvis frondosis, fagetis Europæ et Amer. bor. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ 8-10 = 6-8; caro firma, caseosa, sua pellicula secernibili vulgo rubella; color admodum peculiaris, e lilacino v. purpuraceo olivaceo-virens, disco vulgo expallente, sæpe lutescente.

43. **Russula heterophylla** Fr. Epicr. p. 352, Hym. Eur. p. 446, Gill. C. F. ic., Berk. Outl. t. 13. f. 5, Hogg et Johnst. t. 9, Hussey I, 1830

t. 84, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 59, Fl. Dan. t. 1909, f. 1 (pileo læte viridi), Paul. t. 75, f. 1-5 (pil. cærulescenti-fusco), *A. lividus* Pers. Secr. n. 521, 522, 526 etc. — Mitis; pileo carnoso, firmo, e convexo-plano depresso, levi, polito, pellicula tenuissima disparente, margine tenui, levi denseve striatulo, carne alba; stipite solido, firmo, subæquali, levi lamellisque attenuato-attingentibus, angustissimis, confertissimis, furcatis dimidiatisque, candidis.

*Hab.* in dumetis, pratis silvaticis muscosis Europæ frequens. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 8 cm. longus; sporæ echinulatæ, 6-7 ≃ 5-6. Pileo ob pelliculam tenuiorem viscidulo v. omnino sicco, numquam rubescente nec rugoso-virgato, lamellis confertis, statura quoque vulgo curta minore a prioribus dignoscitur; a *R. virescente* margine tenui, primo inflexo, lamellis angustis, immo angustissimis. Apex stipitis subinde in acetabulum dilatatus, ut lamellæ remotæ appareant. In his limitandis colores caute adhibendi. Bull. t. 509, f. O. P. etiam h. l. videntur. Rubra numquam visa.

44. **Russula galochroa** Fr. Obs. 1, p. 65, Hym. Eur. p. 447, *A. lacteus* Alb. et Schw. non Pers. Bull. t. 509, f. L. M. Batt. t. XII, f. E. — Minor; pileo primitus lacteo, dein virescente, rarius maculis floccosis albis adsperso. 1831

*Hab.* in betuletis Europæ. Margo levis v. striatulus. Flocci in disco maculiformes v. verrucosi indole et jam colore a *R. virescentis* differunt nec vulgo obvii.

45. **Russula consobrina** Fr. Epicr. p. 359, Hym. Eur. p. 447, Trog Helv. S. M. I, p. 60. — Acerrima; pileo carnoso, subfragili, expanso depressove, carne alba, sub pellicula (uda) crassa viscosa cinerea, margine membranaceo, recto, levi; stipite spongioso-farcto, firmo, ex albo cinerescente; lamellis adfixis, confertis, candidis, dimidiatis furcatisque plurimis. 1832

*Hab.* in silvis abiegnis montanis Europæ et Davenport, Delaware county, Worcester Amer. bor. — Vulgo ampla, haud fœtens, indole prioribus, lamellis sq. proxima. Pileus primitus campanulatus, 8 cm. latus lamellis tum pro more liberis, eo vero expanso adnatis, vix venis connexis, sed haec nota est fallax. Colore umbrino, olivaceo-fusco griseove facile distincta. Ex ipso h. l. Secr. n. 519, 527-529, sed suspicor Russulas rigidas esse commixtas. — ***R. sororia** Fr. Hym. Eur. p. 447, Ic. t. 173, f. 1, Larb. t. 19, f. 7. Pileo e convexo plano depressove, margine striato; lamellis subdistantibus, venoso-connexis. In pinetis campestribus Eu-

ropæ. — Habitus et color iidem, sed multis notis differt; stipes albus; lamellæ multæ dimidiatæ, sed vix furcatæ.

46. **Russula fœtens** (Pers.) Fr. Epicr. p. 359, Hym. Eur. p. 447, 1833
Svèrig. ätl. Svamp. t. 40, Berk. Outl. p. 213, *Agaricus* Pers. Syn. p. 443, Fr. S. M. I, p. 59, cum syn. Krombh. t. 70, f. 1-6, Secr. n. 530, Weinm. p. 34, Vivian. t. 41, *A. piperatus* Bull. t. 292, Ventur. t. 33, f. 1-3, *A. incrassatus* Sowerb. t. 415. — Acris, fœtida; pileo e bullato expanso depressoque, rigido, pellicula adnata viscido, disco carnoso, margine late membranaceo, primitus infracto, tuberculoso-sulcato; stipite valido, e farcto cavo lamellisque adnexis, valde inæqualibus furcatisque, venoso-anastomosantibus, albidis, primitus plorantibus.

*Hab.* in silvis Europæ et Amer. fœd. communis. — Maxima, admodum rigida, odore empyreumatico gravissimo mox distincta, pileo demum reflexo repandoque, 10-13 cm. lato, stipite 8-10 cm. long., $2^1/_2$ cm. circiter crass.; lamellæ (primitus liberæ) tenues, obsolete flaventes, tritæ sordidæ; sporæ minute echinulatæ, subglobosæ, 8 μ. diam. v. 9-10 ≃ 7-8.

47. **Russula subfœtens** Smith Journ. Bot. 1873, p. 337. — Pileo bul- 1834
lato, subviscido, disco carnoso, margine submembranaceo; stipite non ita valido ut in *R. fœtenti* et minore; lamellis tenuibus, distantibus ramosisque; odore ingrato; sapore subacri.

*Hab.* ad terram in Britanniæ variis locis. — Notat auctor hanc speciem a Friesio pro *R. fragilis* varietate relatam fuisse in Syst. Myc. I, p. 58, sed in hac lamellæ confertæ tenues atque vulgo integræ, dum in præsenti crassæ, distantes atque ramosæ. Magis accedit ad *R. fœtentem.*

48. **Russula simillima** Peck 24 Rep. St. Mus. p. 75. — Pileo hemisphæ- 1835
rico vel convexo, demum expanso, leviter depresso, primitus vel udo, viscido, margine demum tuberculato-striato, pallide ochraceo-luteo, disco vulgo aliquantulum nitidiore; stipite æquali vel sursum leviter attenuato, intus spongioso, raro cavo, pileo concolore, interdum paullo pallidiore; lamellis subæqualibus, attingentibus, pluribus postice furcatis, venoso-connexis, in luteum abeutibus; sporis 8 μ. diam; sapore acri.

*Hab.* ad terram in silvis Greig Amer. bor. — Statura 5-10 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$-8 cm. latus, stipes 8-18 mm. crassus. Stricte affinis *R. fœtenti*, a qua tamen differt odoris defectu atque pileo non ita late striato. Numquam vidit auctor cæspitosam neque in locis aridis.

49. **Russula Morgani** Sacc. *Russula incarnata* Morg. Myc. Miami p. 187. — Pileo carnoso, firmo dein fragilissimo convexo-umbilicato, demum expanso et depresso, udo, sordide flocculoso, margine acuto estrio; carne tenui, alba; stipite solido subæquali, albo; lamellis adnatis distantibus, latis, alterne brevioribus, albis dein pallide carneis; sporis albis, oblique apiculatis, levibus, 8 = 5,5. 1836

*Hab.* ad terram sub Fagis Miami Valley Ohio Amer. bor. — Pileus 7-10 cm. lat.; stipes 5 cm. longus, 18-20 mm. cr.

50. **Russula fellea** Fr. Epicr. p. 354, Hym. Eur. p. 447, Ic. t. 173, f. 2, Quél. p. 185, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 57, Secr. n. 501, Paul. t. 76, f, 4, *A. ochraceus* Schum. Saell. p. 245. — Acerrima; pileo carnoso, tenui, convexo-plano, polito, opaco nec expallente, margine levi, demum striato, carne firma cum stipite e spongioso-farcto cavo, levi lamellisque adnatis, confertis, subæqualibus posticeve bifidis, ex albo stramineis. 1837

*Hab.* in fagetis Europæ. — Est inter species distinctissimas, tota straminea, sed pileus sæpe obscurior in gilvum transiens, pellicula haud separabili. Lamellæ valde angustæ, jove udo plorantes.

51. **Russula elegans** Bres. F. Trid. p. 21, t. XXV. — Pileo carnoso, tenui e convexo subdepresso, margine ætate tuberculoso-striato, viscido læte roseo-carneo, mox ambitu ochraceo-suffuso, toto dense granulato, 3-5 cm. lato; lamellis postice attenuato-adnexis vel leviter rotundatis, confertissimis, æqualibus raro subfurcatis, albidis, ætate ex integro aut tantum hinc inde vivide ochraceo-aurantiacis; stipite e spongioso farcto lacunoso, cavo, basi subincrassato, albo, deorsum ochraceo, subruguloso, 3-5 cm. longo, 1 cm. circ. crasso; carne alba, in vetustis ochracea acri; sporis sphæroideis, eximie echinulatis, 1-guttulatis, in cumulo albidis, sub micr. chlorino-hyalinis, 8-10 μ. diam., basidiis clavatis 20-25 = 8-10; cellulis hymenophori, uti in aliis Russulis, sphæricis, 40-60 μ. diam. 1838

*Hab.* in udis, umbrosis in silvis Coniferarum in agro Tridentino et London Britanniæ raro. Etiamsi notis primariis ad *R. xerampelinam* videatur accedere, nihilominus fungus hic *R. felleæ* admodum affinis, cujus immo varietas, nisi constans semper obvius, facile haberi possit.

52. **Russula Queletii** Fr. in Quél. Jur. pag. 185, t. 21, f. 6, Hym. Eur. p. 448, Lucand Suit. Bull. t. 44. — Acris; pileo compacto, e campanulato-convexo plano, levi, viscoso, violaceo-nigro fuscove, margine leviter striato, purpureo-lilacino; stipite spongioso, fari- 1839

noso, violaceo-purpureo; lamellis attenuatis, inæqualibus furcatisve, plorantibus, albis.

*Hab.* in pinetis Juræ et Britanniæ. — Pileus $2^1/_2$–8 cm. latus; stipes circiter 5 cm. longus, 12 mm. crassus; sporis sphæricis, albis, echinulatis. Caro firma, alba, sub pellicula rubro-purpurea. E guttis lamellarum exsiccatis oriuntur maculæ cæruleo-cinereæ v. pallide olivaceæ.

53. **Russula expallens** Gill. Tab. Champ. Fr. p. 49, cum ic. — Pileo carnoso, firmo, subdepresso, viscido, læte purpureo, centro atro-purpureo, 6-8 cm. lato, demum, excepto disco, decolorato, cuticula separabili; carne purpurea; stipite cylindrico, firmo, æquali v. prope basim paullo incrassato, 5-8 cm. longo, 2 cm. cr., purpurascente, farinoso; lamellis pallide flavis, basi furcatis, latis. 1840

*Hab.* sub arboribus in Gallia et Kew Gardens Britanniæ. — A *R. drymeja* Cooke differt sporis albis, carne flaccida, minus acri etc.

V. Fragiles. Pileus plus minus carnosus, rigido-fragilis, pellicula semper contigua, jove pluvio viscida et subseparabili tectus; margo membranaceus, primo connivens nec involutus, in adultis vulgo sulcatus tuberculosusque. Caro vulgo floccosa, laxa, friabilis. Stipes spongiosus, demum totus mollis cavusque. Lamellæ fere omnes æquales, simplices, antice latescentes, in pileo clusili liberæ. — Plures occurrunt ambiguæ formæ; præcipue *R. integra* coloris varietatibus fallax.

*) Lamellis sporisque albis.

54. **Russula emetica** Fr. Epicr. p. 357, Sverig. ätl. Svamp. t. 21, Hym. Eur. p. 448, Bern. Roch. t. 40, f. 3, Berk. Outl. p. 212, Kickx p. 205, Quél. p. 186, *Agaricus* Harz. t. 63, Barl. t. 14, f. 4. Lenz f. 15, Secr. n. 508. — Acris; pileo carnoso, explanato depressove, polito, nitido, margine patente demum sulcato, carne alba, sub pellicula separabili rubella; stipite spongioso-solido, firmo, elastico, levi, albo rubellove; lamellis liberis, æqualibus, latis, subdistantibus, candidis. 1841

*Hab.* in silvis Europæ, Amer. fœder. et ad terram Hautane, Ceylon Indiæ, nec non in Australia. — Pileus 5-10 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; sporæ sphæroideæ, echinulatæ, 8-10 $\mu$. diam. v. 9-10 : 8. Ampla, speciosa, regularis, firma, dein fragilis; lamellæ numquam pulveraceæ. Alia habetur forma elatior, pileo e campanulato expanso, lamellis persistenter liberis; alia pileo e convexo expanso, lamellis adfixis apparentibus. In forma typica pileus primo roseus, mox sanguineus, dein fulvus v. interdum ochroleucus et (locis udis) omnino albus. *A. atro-purpureus* Krombh. t. 64, f.

5, 6 recedit sapore miti; *A. Aurora* Krombh. t. 66, f. 4–7, colore pallido.

55. **Russula Clusii** Fr. Hym. Eur. p. 449, *R. emetica* Vitt. t. 38, f. 1, Secr. n. 508, *B.* Paul. t. 75, f. 6–8, *B.* — Pileo convexo-expanso, sanguineo, carne alba flavente; lamellis unco obsoleto adnexis demumque adnatis, pallide flaventibus. 1842

*Hab.* in silvis Europæ. — Ad *R. pectinatam* accedens, sed rubra; margo diu levis; sporæ 10 ≃ 8.

56. **Russula fallax** Schaeff. t. 16, f. 1–3 (*Agar.*), (acris, nec manifeste lutescens), Secr. n. 524, Fr. Hym. Eur. p. 449. — Tenuior, fragilior; pileo sordide rubente variecolore, opaco, discoideo lamellisque adnexis, distantibus, albidis aquoseve pallentibus. 1843

*Hab.* locis humidis Europæ, Australiæ. — A *R. fragili* vulgo confusa differt pileo regulari, lamellis distantibus, haud candidis, unco modo adnexis; sporis 8 ≃ 6.

57. **Russula fingibilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 140, f. 32. — Pileo flavo, centro depresso; stipite albo, æqualiter crasso; lamellis et carne alba; carne stipitis molli, spongiosa; odore et sapore obsoletis; sporis 8–10 ≃ 6–8. 1844

*Hab.* in silvis prope Krumbach et Augsburg Bavariæ, æstate et autumno.

58. **Russula azurea** Bres. F. Trid. p. 20, t. XXIV. — Pileo carnoso e convexo explanato depressove, mox sicco et levi constanter minute granuloso, margine vix in exoletis substriato, amœne cæruleo, margine interdum lilacino subexpallente, epidermide separabili 4–6 cm. lato; lamellis confertis, æqualibus, raro nonnullis dimidiatis immixtis, postice attenuato-adnexis bifidisque candidis, immutabilibus; stipite constanter albo, ventricoso vel basi clavato, glabro, subruguloso, firmo, spongioso solido, ætate subcavo, 4–5 cm. lato, 10–15 mm. crasso; carne alba miti, grata; sporis hyalinis subglobosis, echinulatis, 9 ≃ 8; basidiis clavato-subcapitatis, 45–56 ≃ 12; cystidiis fusoideis 65–75 ≃ 10–14. 1845

*Hab.* in silvis coniferis umbrosis quotannis suis locis parce obvia, Val di Sole (Trento) et London Britanniæ. — Esculenta. Colore ad *R. cyanoxantham* accedit, a qua tamen optime distincta et potius *R. emeticæ* proxima.

59. **Russula pectinata** (Bull.) Fr. Epicr. p. 358, Hym. Eur. p. 449, Britz. Russ. f. 17, Kickx p. 206, Quél. p. 187, Seynes p. 149, *A. pectinati* forma Bull. t. 509, f, N. *A. ochroleucus* β. Alb. et Schw. p. 213, Secr. n. 531 ex syn. — Acris; pileo carnoso, rigido, ex- 1846

planato depressoque, opaco, discoideo, margine pectinato-sulcato, carne sub pellicula adnata viscida, flavida; stipite spongioso-farcto, rigido, striato, candido; lamellis attenuato-liberis, confertis, æqualibus, simplicibus, albis.

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Odor debilis sed nauseosus, ad *R. fœtentis* typum accedens; stipes 4 cm. longus, deorsum manifeste attenuatus; pileus primo crustulinus, demum siccus, difformis, 8 cm. latus, disco obscuriore fuscescente; lamellæ subdistinctæ, angustiores, sed a stipite ad marginem dilatatæ, non plorantes nec tactu mutabiles; sporæ 8-10 ≃ 6-8.

60. **Russula ochroleuca** (Pers.) Fr. Epicr. p. 358, Hym. Eur. p. 449, 1847
Bern. Roch. t. 41, f. 1, Berk. p. 212, *Agaricus* Pers. Syn. p. 443, Alb. et Schw. p. 213, (a.), Sommerf. Lapp. p. 250, Secr. n. 532, Krombh. t. 64, f. 7-9, Buxb. C. V. t. 45, f. 2, a *R. integra* pileo flavo manifeste separata. — Acris; pileo carnoso, explanato depressove, polito, adnato-pelliculoso, expallente, margine patente levigato; stipite spongioso, farcto, firmo, reticulato-ruguloso, ex albo cinerescente; lamellis postice rotundatis, conjunctis, latis, subæqualibus, albo-pallescentibus.

*Hab.* in silvis montanis, locis humidis Europæ et Amer. fœder. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus; sporæ ovatæ papillatæ, 7 μ. diam.; odor obsoletus, sed gratus; pilei pellicula tenuis, arcte adnata; margo tantum exoletus remote striatus nec tuberculosus; color e luteo expallens nec umquam rubens; lamellæ liberæ persistunt, non plorant.

61. **Russula Raoultii** Quél. 14 Suppl. p. 6, tab. XII, fig. 12. — Pi- 1848
leo convexo-plano, 4-5 cm. lato, udo, albo, centro citrino v. stramineo; carne alba, inodora, tarde acri; stipite gracili, sulcato-striato, tenero, albido; lamellis attenuato-adnatis, tenuibus, subconfertis, albis; sporis ellipsoideo-globosis, 9 μ. diam. albis.

*Hab.* in silvis arenosis pineis, Vosges Galliæ (Doct. Raoult). — Affinis *R. ochroleucæ*.

62. **Russula citrina** Gillet in Rev. Mycol. III, p. 5, C. F. cum icone. 1849
— Pileo carnoso, convexo, dein plus minus centro depresso, udo potiusquam viscoso, glabro, ruguloso, margine in senectute tantum tuberculato, læte luteo citrino, vulgo concolore, interdum tamen margine aliquantulum nitidiore atque interdum etiam virescenti tincto, diam. 5-10 cm. (demum pilei centro decolore atque ochraceo pallescente), cuticula præsertim versus marginem facile secernibili; stipite farcto, albo, striato rugoso, æquali vel deorsum le-

viter attenuato, recto vel leviter inflexo; lamellis candidis, leviter decurrentibus, basi atque interdum ad medium bifurcatis, antice latioribus, postice sensim attenuatis; carne alba, admodum firma, odore fere nullo, sapore dulci vel leviter acri.

*Hab.* in silvis mixtis in Gallia et Britannia. — Pulcherrima species *R. ochroleucæ* et *R. pectinatæ* accedens. Lamellarum candore a priore, in qua sunt albo-fuscæ vel albo-cinerescentes; ab altera margine glabro vel subglabro recedit.

63. **Russula æruginea** Fr. Monogr. II. p. 198. Hym. Eur. p. 449. Ic. t. 173, f. 3, *A. vescus* Vent. t. 63, f. 1-4. Krombh. t. 61, f. 3. 4? nisi var. *R. lactea*. — Mitis; pileo e convexo explanato, disco obscuriore depresso, levi, subsicco, ærugineo-viridi, margine striato; stipite firmo, levi, glabro, candido; lamellis postice attenuatis, leviter adnexis, subdistantibus, candidis. 1850

*Hab.* in silvis circa Upsaliam in Suecia passim, et in Germania. — Primus distinxit Dr. Lindblad. Est inter species insigniores et in hac grege sapore miti, grato facile recognita; sporæ 8-10 $\mu$. d.

64. **Russula smaragdina** Quél. 14 suppl. p. 6, tab. 12, fig. 10. — Pileo convexo, 2-3 cm. lato, dein depresso, tenui, viscoso, virescente, zonato, margine albo; carne tenera, dulci, alba; stipite gracili, fragili, pruinoso, albo; lamellis sinuatis, angustis, confertis, albis, dein albo-luteolis; sporis sphæricis 9 $\mu$. diam., granulosis, albis. 1851

*Hab.* in silvis graniticis, Morvan Galliæ.

65. **Russula fragilis** (Pers.) Fr. Epicr. p. 359, Hym. Eur. p. 450, Britz. Russ. f. 20, Berk. Outl. p. 213, Kickx p. 206, *Agaricus* Pers. Syn. p. 440, Fr. S. M. I, pag. 57 ubi syn. et varr. Krombh. t. 64, f. 12-18, Alb. et Schw. p. 212, Bull. t. 509, f. T. U. Barla, t. 14, f. 10-12, Corda apud Sturm XI, t. 53, *Agaricus sanguineus* Vent. t. 33, f. 4, 5, Secr. n. 511, 525 etc. — Acerrima; pileo laxe carnoso, tenui, plano, depresso, inæquali, polito, pellicula tenui expallente, viscidulo, margine tuberculoso-striato; stipite e farcto cavo, nitido; lamellis adfixis, tenuibus, confertis, ventricosis, candidis. 1852

*Hab.* in silvis Europæ, Carol. inf. Amer. bor., Adelaide, Herbert's creek Australiæ (C. H. Bowman), pr. Kanygino in Sibiria. — Pileus 5-6 cm. latus, stipes 2-4 cm. longus, sporæ 8-10 = 8. Ægre limitatur a formis fragilibus *R. emeticæ*, sed lamellæ longe confertiores, tenuiores et acie sæpe erosulæ, ventricosæ; pileus tenuior, laxior, sub pellicula tenuiore, illico decolorante carne omnino alba; margo tuberculosus, et totus fungus in genere minor et fragilior. Versicolor est, sed quam *R. emetica* pallidior; typica for-

ma dilute sanguinea in aquosis dealbata est *A. niveus* Pers. Syn. p. 438, Alb. et Schw. p. 211, Secr. n. 536. In tenuioribus lamellæ minus confertæ. Hujus lusus stipite lamellisque acie rubellis est *A. Linnæi* pulcherrimus Fr. Obs. — Forma *fumosa* Luc. Suit. t. 66; f. *violascens* Gill. C. F. cum ic.

66. **Russula punctata** Gill. Tab. Analyt. p. 48, et C. F. p. 245 cum icone. — Pileo carnoso, 5-6 cm. lato, margine striato attenuato, convexo dein explanato, viscido, roseo, centro saturatiore, tuberculis punctiformibus rufo-nigricantibus consperso, senio expallente; stipite farcto, pileo concolore, basi attenuata, albida, 3-4 cm. longo, 1 cr.; lamellis subadhærentibus, convexis, albo-flavidis, acie sæpe rubeola; carne alba sub cuticula pilei rubente, dulci; odore nullo; sporis albo-flavidis. 1853

*Hab.* in silvis, ad vias in Gallia bor.

67. **Russula periglypta** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 339. — Candida; pileo hemisphærico, viscido, umbilicato, sulcato; stipite deorsum angustato solido; lamellis arcuatis, postice acutis, attingentibus. 1854

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus; stipes 8 cm. fere longus, 2 cm. ad medium crassus, centro tumidulus; lamellæ regulares, 6 mm. latæ; interstitia reticulata; sporæ globosæ, echinulatæ, 4 μ. diam. Forma admodum regularis.

68. **Russula Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 139. — Pileo ex toto carnoso, explanato in medio parum impresso, subirregulari, 2,5-9,5 cm. lato, margine levi in adultis passim obsolete-sulcato, tempore pluvioso viscido, toto aut partim sordide roseo; lamellis ex acutiusculo-adnexo mox subliberis, 3-8 mm. latis, antice aut postice angustatis, nec totis æqualibus, nec confertis, ex albo dilute luteolis; stipite farcto, cylindrico, basim attenuato aut obtuso, 5,5-11 mm. crasso, 2,5-4,5 cm. longo, interdum fibroso-striato, albo aut valde dilute cærulescente-griseo; carne sicca, fragili, alba sub pellicula rubella; odore nullo, sapore bono, tandem subacri; sporis albissimis, globosis, minutissime echinatis, 8 μ. latis. 1855

*Hab.* sparsim in silva Kunjevce in Slavonia.

69. **Russula cruentata** Quél. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 140. — Pileo mox explanato, deflexo, passim medio subimpresso, margine tenui, centrum versus carnosulo, 3,7-8 cm. lato, valde glutinoso (sicut *Hygrophori limacii*), levi, in vetustis partim rude tuberculoso-sulcato, in statu expanso medio ochraceo, ad marginem amœne rubro; lamellis antice rotundatis, 3-5 mm. latis, valde fle- 1856

xuosis, subdistantibus, rubris; postice acuminatis, nec decurrentibus, rectis, confertis, luteolo-albidis; stipite contiguo, farcto, nunc cylindrico, nunc ad basim subventricoso, nunc obconico, 1,4-3 cm. crasso, 3-4,5 cm. longo, luteolo-albido, levi glabro; carne subspongiosa, luteolo-albida, in margine pilei rubra, sine odore; sporis globosis, 6-8 μ. diam., eximie echinatis.

*Hab.* in silva Cringaj in Slavonia.

70. **Russula purpurina** Quél. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 139. — Pileo carnoso, margine, acuto, e subgloboso explanato et medio impresso, tandem cupuliformi, 4-7 cm. lato, jove pluvio sublubrico, nec striato sed sæpe fisso, pellicula separabili, roseo, hinc illinc pallescente usque luteolo-albido (*Ag. exalbicans* Krapf.); lamellis in juventute sat confertis, tandem subdistantibus, albis, in marcescentia luteolis, utrinque rotundatis, stipitem tangentibus, antice 5-8 mm. latis, postice parum angustatis, fere æqualibus, nec furcatis; stipite farcto, intus spongioso, valde variabili, 1-2 cm. crasso, 2-7 cm. longo, cylindrico aut sursum aut deorsum attenuato, ex toto saturate-roseo, aut solum deorsum dilute roseo, rarissime albo, in vetustate plerumque obscuriore; carne fragili, alba, sub cute partim rubella subinodora, sapore miti; sporis albis, globosis, interdum subellipsoideis, 4-8 μ. longis, minutissime verrucosis. 1857

*Hab.* tempore torrido in silva Kunjevce in Slavonia.

**) Lamellis sporisque ex albo flavidis vel læte citrinis.

71. **Russula veternosa** Fr. Epicr. p. 354, Hym. Eur. p. 450, Seyn. Montp. p. 148, Berk. et Br. n. 1132, *Agaricus persicinus* Krombh. t. 66, f. 18, 19, Paul. t. 74, f. 3 (descr. optima). — Acris; pileo vesiculoso-carnoso, plano-depresso, polito, pellicula tenui adnata expallente, margine submembranaceo, levi; stipite e spongioso cavo, molli, æquali, levi, fragili, albo; lamellis adnatis, angustis, antice latioribus, inæqualibus, albo-stramineis. 1858

*Hab.* in silvaticis Europæ. — Ob carnem albam, spongiosam ad *R. fragiles* relata; pileus 5-8 cm. latus, e roseo v. incarnato mox expallens, disco albicans v. lutescens.

72. **Russula roseipes** (Secr.) Bres. F. Trid. p. 37, t. XL, *A. alutaceus roseipes* Secr. I, p. 478. — Pileo carnoso, margine tenui, e convexo explanato depressoque, viscido, mox sicco, roseo-carneo, roseo-aurantiaco vel roseo-subochraceo, maculis albidis vel pallidis jam primo notato, ætate toto expallente, margine e brevi subtuberculoso-striato 1859

4-7 cm. lato; lamellis subconfertis, æqualibus, una alterave dimidiata aut furcata, postice bifidis rotundato-liberis, subremotis, interdum etiam uncino adnexis ventricosis, ex albido vitellino ochraceis, in sicco roseis, venoso-connexis; stipite e medullato farcto lacunoso, albo, pruina rosea hinc illinc vel ex integro consperso, 3-6 cm. longo, 8-15 mm. crasso; carne albida subflavescente, odore et sapore levi, grato; sporis ochraceis globosis, echinulatis, 8-10 μ. diam.; basidiis clavatis 40-50 ≃ 10-18; cystidiis fusoideis 60 ≃ 8.

*Hab.* in silvis, locis apricis tantum sub Pino silvestri, Valle di Sole Sopramonte in agro Tridentino. — Edulis.

73. **Russula Barlæ** Quélet Ass. Franc. 1883, p. 7, tab. VI, f. 12. — 1860
Pileo convexo, dein explanato depresso, 6-9 cm. lato, compacto, viscoso, dein sicco, levi, flavo-armeniaco, rubro-aurantio tincto, sæpe diffracto-rimoso; carne firma, dulci, alba, melilotum leviter redolente; stipite carnoso-spongioso, duro, subcrispo, pruinoso-sericeo, niveo; sporis sphæricis 9 μ. diam., granuloso-aculeolatis, pallide citrinis.

*Hab.* in silvis montanis et subalpinis Galliæ merid. (Barla). — *R. roseipedi* affinis.

74. **Russula integra** (Linn.) Fr. Epicr. p. 360, Hym. Eur. pag. 450, 1861
Gill. C. F. ic., Berk. Outl. p. 213, Kickx p. 206, *Agaricus* Linn. Suec. n. 1230 (pileus, margo, lamellæ pallidæ exactissime hanc nec ullam aliam designant), *A. ruber* Schaeff. t. 92 (nomen multis rationibus ineptum), Vittad. t. 21, Seyn. Montp. p. 150, *R. lutea* Vent. t. 63, f. 5,6, *A. alutaceus* Harzer t. 59, *A. Russ. cinereo-purpurea* et *Mennon* Krombh. f. 66, f. 14, 15 et 16, 17? *A. alutaceus* Secr. n. 482, facile etiam n. 490 etc., Batt. t. 16, C. — Mitis; pileo carnoso, expanso depressove, viscoso-pelliculoso, decolorante, margine tenui, demum sulcato tuberculosoque, carne alba; stipite spongioso-farcto, levi, ventricoso, albo; lamellis subliberis, latissimis, æqualibus, (adultis) distantibus, ex albo pallidis, flavo-pulveraceis.

*Hab.* in silvis Europæ pr. Ssamoduwroka et lacum Hysgkul in Sibiria, in insulis Bellot, lat. 81, 41, N. (Capt. Feilden). In Europa boreali ex vulgatissimis et vesca (Berk.), ex ætate varia cum *R. emetica* et *R. alutacea* confusa. — Stipes primitus brevis, clavatus v. conicus; pileus firmus, dein fragilis, omnicolor, discoideus, primo convexus v. campanulatus; sporæ echinulatæ 8-10 ≃ 8-9; pileo, lamellis [postice modo passim bifidis] et viribus præ ceteris integra species. — ***R. substiptica** Pers. Syn. p. 441 ex Secr.

n. 491, Fr. Hym. Eur. p. 451: nauseosa; pileo e convexo expanso, carne molli sursum lutescente; stipite ex albo lutescente; lamellis adnexis, crassis, ex albo ochraceis. In pinetis Europæ. Ad *R. auratam* accedit carnis colore, sed tota indole et statura ampla ad præcedentem. Color varius, sæpe squalens. — ***R. adulterina** Secr. n. 495? ex analogia, Fr. Hym. Eur. pag. 451, Luc. Suit. t. 97: tarde acris, minor, fragilior; pileo difformi, sordide pallido alboque, margine leviusculo; lamellis ex albo ochraceis. Item in pinetis Europæ et pr. Ssamadurowka in Sibiria. Caro alba, margo in nostra levis. De hac mentionem facit Vitt. p. 270 in observationibus.

75. **Russula constans** Britz. Hym. Südb. IV, p. 141, f. 33, *R. lutea* Venturi t. 63, f. 5-6? — Pileo convexo-plano, luteo, margine striato; lamellis subconfertis, albis, v. albo-flavidis; carne alba, firma, inodora; sporis 10 ≃ 5-6. 1862

*Hab.* in Haspelmoor Bavariæ, æstate, frequens.

76. **Russula mollis** Quélet Ass. Franc. 1882, p. 11, tab. XI, f. 12. — Pileo convexo-plano, tenui, estrio, viscoso (pellicula separabili), albido, stramineo-virente; carne tenera, alba, dulci, acidula; stipite molli, inflato, longitud. striato vel crispo, pruinoso, albo; lamellis latis, bifurcatis, mollibus, crassiusculis, ex albo luteolis; sporis ellipsoideo-sphæricis, 11 μ. diam., aculeolatis, subcitrinis. 1863

*Hab.* in silvis planitiei in Gallia or. — Affinis *R. integræ*. — Var. **æruginascens** Quél. Ench. p. 137: pileo dilute viridulo. In Gallia.

77. **Russula decolorans** Fr. Epicr. p. 361, Hym. Eur. p. 451, Berk. Outl. p. 214, Quélet p. 188, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 56, Weinm. p. 31. — Mitis; pileo carnoso, firmo, e sphærico expanso depressove, polito, tenuiter pelliculoso, expallente, margine tenui levigato, carne stipiteque spongioso-solido, elongato, cylindrico, rugoso-striato ex albo cinerescentibus; lamellis furcato-adnexis, tenuibus, confertis, ex albo lutescentibus. 1864

*Hab.* in pinetis montanis Europæ borealis. — Procera (10 cm. alta), regularis, intus demum nigro-variegata. Pileus unicolor, ex aurantio-rubro flavus et expallens, exoletus margine striatus, 9 cm. latus.

78. **Russula grisea** (Pers.) Fr. Epicr. p. 301, Hym. Eur. p. 451, Britz. Russ. f. 39, *Agaricus* Pers. Syn. p. 445 ex Secr. n. 493, *A. alutaceus* Krombh. t. 68, f. 15-17. — Mitis; pileo carnoso, firmo, e sphærico expanso depressoque, polito, expallente, margine levi, 1865

carne sub pellicula tenui violacea; stipite spongioso-solido, elongato, cylindrico, levi, nitido, candido; lamellis adnatis, confertis, crassiusculis, subfurcatis, ex albo flavis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Pileus 8-11 cm. latus; stipes 10-14 cm. longus. A priori colore [olivaceo v. griseo, disco purpurascente v. lutescente] jam distincta atque a *R. inlegra* sæpe concolore statura, margine exoleto vage modo striato reliquisque notis; sporæ 10-11 ≃ 6 ≃ 7.

79. **Russula aurata** (With.) Fr. Epicr. p. 361, Hym. Eur. p. 452, Bern. 1866
Roch. t. 41, f. 3, Pat. t. 3, Berk. Outl. p. 213, *Agaricus* With. Arr. IV, Krapf. t. 5, Schaeff. t. 15, f. 1-3, Secr. n. 485, *A. aurantiicolor* Krombh. t. 66, f. 8-11. — Tarde acris; pileo carnoso, rigido, convexo-plano, nitido, margine demum striato, carne sub pellicula viscida citrina; stipite spongioso-compacto, striatulo, albo citrinove; lamellis rotundato-liberis, latis, æqualibus, nitidis, acie flavo-citrinis.

*Hab.* in silvis campestribus Europæ. — Hæc a *R. alutacea xanthopoda* non potest non distingui, admodum speciosa, firma, rigida, fragilis tamen, odore grato, licet sapor tandem pungens. Pileus discoideus, sed non umbilicatus, colore citrino, aurantio, rubro etc. varius, 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus; sporæ 10 μ. diam; lamellæ nitide flavæ, ad latera fere albicantes. *R. aurea* Pers. ob lamellas alutaceas majori forte jure ad **R. substipticam*, ne dicam *R. alutaceam*, citanda. — ***R. esculenta** Pers. Obs. I, p. 103, Britz. Russ. fig. 35, a typo differt lamellis attenuato-adnatis; sporis 10 ≃ 8; sapore grato, hinc vesca. In Germania, Gallia.

80. **Russula nitida** (Pers.) Fr. Epicr. p. 361, Hym. Eur. p. 452, Britz. 1867
Russ. f. 28, Berk. Outl. t. 13, f. 7, Quélet p. 189, *Agaricus* Pers. Syn. n. 357, Fr. S. M. I, p. 55 (inclusa analoga *R. nauseosa*), *A. cupreus* Krombh. t. 66, f. 1-3, Schaeff. t. 254, Secr. n. 488, 492, 496. — Nauseosa, subfœtens; pileo carnosulo, rigente, e convexo-plano, depresso, nitido, discoideo, margine tenui, primitus striato tuberculosoque, carne alba; stipite farcto, molli, albo-pallescente; lamellis adnexis secedentibusque, tenuibus, confertis, ex albo flavis, nudis, nitidis.

*Hab.* in silvis Europæ et Amer. fœder. catervatim. — Minor, rigido-fragilis, sæpe inæqualis, colore lamellarum nudarum ex albo flavo facile distincta; pileus variicolor, vulgo e dilute v. sordide purpurascente lutescens, ad medium sæpe plicato-striatus et dilutior, $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, $1^1/_4$ cm. cras-

sus; sporæ 8–10 ≃ 6–8. Huic proxima videtur *R. punctata* Krombh. t. 66, f. 20–23, sed lamellæ obscure ochraceæ.

81. **Russula Turci** Bres. F. Trid. p. 22, t. XXVI. — Pileo carnoso, 1868
tenui, e convexo depresso, viscido, margine e levi striato, carneo-violaceo vel purpureo lilacino, centro obscuriori, interdum ætate lutescente, in exoletis minutatim areolato, 4–8 cm. lato; lamellis æqualibus subconfertis, e pallido mox ochraceis, postice rotundato-liberis venoso-connexis; stipite albo, subruguloso sursum attenuato mox lacunoso-cavo, fragili, 3–5 cm. longo, 1 cm. circ. crasso; carne albida miti, inodora; sporis globosis, ochraceis echinulatis 8–9 μ. diam.; basidiis clavatis 35-40 ≃ 10; cystidiis fusoideis 60–70 ≃ 10.

*Hab.* in silvis coniferis umbrosis Tridentinis gregaria, autumno. — Esculenta. *Russ. nitidæ* et *chamæleontinæ* præcipue proxima, a quibus tamen bene distincta, nec cum var. *lilacino-purpurea* hujus ultimæ confundenda.

82. **Russula lateritia** Quél. 14 suppl. p. 6, tab. XII, fig. 11. — Pi- 1869
leo tenui, 3–5 cm. lato, margine sulcato, tenuiter pulverulento, lateritio; carne tenera, albo-flavida, sub cuticula rosea, dulci, sapida; stipite gracili, rimoso, pruinoso, albo; lamellis adnatis, tenuibus, fragilibus, ochraceo-aureis; sporis ellipsoideo-sphæricis, 8–10 μ. diam., aculeolatis, flaveolis.

*Hab.* in silvis quercinis et pineis Jura, Bourgogne Galliæ. — *R. nitidæ* affinis.

83. **Russula puellaris** Fr. Epicr. p. 362, accuratius in Monogr. II, 1870
p. 202, Hym. Eur. p. 452, Bres. Trid. t. 64, Quél. p. 189. — Pileo, disco excepto, fere membranaceo, e conico-convexo explanato depressove, ad medium striato tuberculosoque, e livido purpurascente lutescente, disco brunneo; stipite mox cavo, albo-lutescente; lamellis attenuato-adnatis, tenuibus, confertis, nudis, ex albo pallide flavis.

*Hab.* ad margines viarum et paludum in Europa et in silvis pr. Minussinsk in Sibiria. — Caro uda hyalina. *R. nitidæ* affinis, sed tenuitate et coloribus pallidis nec nitidis distincta. — Var. **leprosa** Bres. F. Trid. p. 58, t. 65: pileo carnoso-tenui, e convexo mox plano-subdepresso, rubro, centro brunneo, floccis albis evanidis primo tecto, glabrescenti, viscidulo, margine striato, 2-3½ cm. lato; lamellis subdistantibus, subventricosis, æqualibus, fundo venoso-conjunctis, postice rotundato-liberis, ex albido pallide flavis stipitibus e spugnoso-farcto cavo luteo-flavido primitus fibrillis albis tecto, mox glabrescenti, subæquali, vel basi subclavato, 3–5 cm. longo, 5–8

mm. crasso; carne lutea, inodora acriuscula; sporis subglobosis echinulatis subflavidis, 10 ≃ 8; basidiis clavatis 35-40 ≃ 10 cystidiis fusoideis 60 ≃ 8. In locis herbidis humidiusculis sub Alnis, Valle di Sole et in Slavonia, æstate, autumno.

84. **Russula Queletiana** Schulz. in Hedw. 1885, p. 139 (*R. Queletii*). — Pileo mox explanato in medio depresso, toto carnoso, cute separabili, irrigato vix parum lubrico, margine sæpe fisso sed non striato, 8-9 cm. et ultra lato, læte obscure-rubro, vetusto sordido medio expallente-luteo; lamellis non confertis, tandem subdistantibus, elasticis nec fragilibus, postice subliberis, subventricosis, 0,5-1,2 cm. latis, ex albo tandem saturate-alutaceis; stipite cylindrico, 1,3-2 cm. et parum ultra crasso, plerumque 4 cm. longo, albo, solido sed intus subspongioso; carne alba, sine odore distincto, sapore miti; sporis dilute-luteis, globosis, minute echinatis, 7-8 mm. diam. 1871

*Hab.* in silvis Hungariæ et Slavoniæ tempore valde sicco.

85. **Russula amœnata** Britz. Hym. Südb. IV, p. 142, f. 21. — Pileo atro-rubro, centro depresso, nitidulo; stipite albo; carne alba v. rubro-alba; lamellis confertis, vitellinis; sporis 10 ≃ 8. 1872

*Hab.* in silvis pr. Augsburg Bavariæ.

86. **Russula badia** Quél. 10 suppl. 1880, p. 8, tab. VIII, fig. 9. — Pileo convexo-plano, 8 cm. lat., dein centro depresso, margine levi, subviscido, badio leviterque purpurascente; carne elastica, dein molli, alba, sub cuticula violacea, valde piperita, odore dulci; stipite spongioso, fragili, longitudinaliter subsulcato, glabro, albo sæpe basi roseo; lamellis sinuatis, sæpe furcatis, tenuibus, confertis, sulphureis; sporis sphæricis, aculeolatis, citrinis, 10 $\mu$. diam. 1873

*Hab.* in silvis pineis montanis, Jura et Vosges Galliæ. — Affinis *R. xerampelinæ*.

***) Lamellis sporisque ochraceis.

87. **Russula alutacea** Fr. Epicr. p. 362, Hym. Eur. p. 453, Gill. C. F. ic., Britz. Russ. f. 34, Berk. Outl. t. 13, f.8, Price f. 36, Kickx p. 207, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 55 c. varr. (excl. *A. griseo* et *cæruleo* Pers. Syn. p. 445), Quél. p. 189, Vittad. t. 34, Alb. et Schw. p. 213, Secr. n. 484, Krombh. t. 64, f. 1-3, Barla t. 14, f. 1-3. — Mitis; pileo carnoso, expanso depressove, viscoso-pelliculoso, decolorante, margine tenui, demum striato, tuberculoso, carne alba; stipite spongioso, solido, valido, albo rubrove, levi; lamellis primo 1874

liberis, crassis, latis, æqualibus, subdistantibus, e flavo alutaceo-ochraceis, nudis.

*Hab.* in silvis Europæ et Amer. fœder. et Gulmarg Kashmir (Aitcheson). — Pileus 15 cm. usque latus; stipes 12 cm. usque longus, 2½ cm. crassus; sporæ 11-14 ≃ 8-10. Est e maximis et pulcherrimis, demum mollis et fragilis; pileus vulgo læte sanguineus, ruber, immo atro-purpureus, sed versicolor; in fagetis umbrosis sæpe viridis, olivaceus; lamellæ primitus flavæ, demum adnatæ apparent, sed in forma speciosa erythropodo firmiore, stipite toto obscure sanguineo, liberæ persistunt et a stipite remotæ, postice rotundatæ. Hæc in paludosis pinetorum. Variat quoque pileo e campanulato expanso, primo pulchre roseo, lamellis flavis; junior status, margine adhuc levi, certe *A. campanulatus* Pers. (non Secr.). — Exstat porro varietas *xanthopus* Fr. S. M. l. c. Secr. n. 484, cum *R. aurata* commixta aliaque, *A. olivascens* Pers. (Secr. n. 498, Alb. et Schw.), minor, pileo margine leviore, livido-olivaceo viridique.

88. **Russula pulchella** Borszcz. Fung. Ingr. t. 2, Fr. Hym. Eur. p. 1875
453. — Mitis; pileo e convexo depresso, viscido, rugoso-tuberculoso virgatoque, tenuiter pelliculoso, e roseo expallente; stipite rigido, reticulato-rugoso, albo-cinerescente; lamellis adnexis, postice furcatis, pulveraceis, alutaceo-pallidis.

*Hab.* in betuleto aprico prope urbem Gatczinam. — Auctor ad Fragiles refert, sed statura omnino Rigidarum; plurimis notis cum *R. vesca* convenit.

89. **Russula ochracea** (A. et S.) Fr. Epicr. p. 362, Hym. Eur. p. 453, 1876
*Agaricus* Alb. et Schw. n. 625, Swartz V. A. H. 1809, p. 92, Secr. n. 499, Krombh. t. 68, f. 9-10. – Mitis; pileo carnoso, molli, plano-depresso, pellicula tenui viscido, nitido, margine tenui, sulcato, carne ochracea; stipite spongioso-farcto, molli, striato lamellisque attingentibuss, latis, vix confertis, concoloribus.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Præclare distincta, quam *R. alutacea* minor; pileus ochraceo-luteus, dein disco præcipue obscuratus, 5-8 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 1¼ cm. crassus. Variat stipite albo et, ut omnes, pileo sicco.

90. **Russula lutea** (Huds.) Fr. Epicr. p. 363. Hym. Eur. p. 454, Britz. 1877
Russ. f. 2, 14, 37, 38, Pat. I. 321, Luc. Suit. t. 66, Berk. Outl. p. 214, Quélet p. 190, *Agaricus* Hudson Angl. II, p. 611, Alb. et Schw. p. 213, Fr. S. M. I. p. 55, c. syn. — Mitis; pileo firmulo, plano-depresso, pelliculoso-viscoso, expallente, carne alba, margine

levi; stipite e farcto cavo, molli, albo; lamellis angustis, liberis, confertis, venoso-connexis, vitellinis.

*Hab.* in fagetis Europæ et Amer. fœder. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus; sporæ sphæroideæ, echinulatæ, luteæ, 8-10 ≃ 7-9. Elegans, habitu *R. ochroleucæ*, pileo e pulchre luteo pallescente, sed minor, stipite curto.

91. **Russula ravida** Fr. Epicr. p. 363, Hym. Eur. p. 454, Quél. p. 190, Bull. t. 509, f. Q. Secr. n. 500, *B*, ex quo stipes simul farinosus. — Mitis; pileo carnoso, molli, plano-depresso, repando sublobatoque, tenuiter pelliculoso, opaco, margine levi, carne grisea; stipite spongioso, molli, fusco-striato, albo-pallescente; lamellis adfixis, confertis, latis, ochraceis. 1878

*Hab.* in pinetis Europæ. — Olida, proximis major, sed admodum mollis; pileus e fusco griseove lutescens. Varr. sunt *A. ochraceus* Pers. et Bull. l. c. f. R. S. ex Secr. n. 500, quæ vero omnes ad *R. chamæleontinam* notis primariis accedunt.

92. **Russula nauseosa** (Pers.) Fr. Epicr. p. 363, Hym. Eur. p. 454, Berk. et Br. n. 1283, *Agaricus* Pers. Syn. n. 446, (omnino anceps, sed ex hac serie), Alb. et Schw. n. 631, Lasch Secr. n. 497, Schaeff. t. 16, f. 4 (forma inconsueta). — Submitis, olida, fragilis, pileo carnoso, tenui, e gibbo-plano depresso infundibuliformique, viscido, disco obscuriore, margine sulcato submembranaceo, carne stipiteque farcto, striatulo albis; lamellis adnexis, ventricosis, subdistantibus, e flavo sordide ochraceis. 1879

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileus 3-4 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. circiter longus. Habitus *R. nitidæ* nec pilei colore sed lamellarum differt, utriusque minus nitido; illius vulgo tamen sordide et dilute purpurascens, in luteum transiens.

93. **Russula vitellina** (Pers.) Fr. Epicr. p. 363, Hym. Eur. p. 454, Berk. Outl. p. 215, *Agaricus* Pers. Syn. p. 442, Batsch f. 72. — Olida, mitis; pileo submembranaceo, demum tuberculoso-striato, unicolore, disco minuto, carnosulo; stipite tenui; lamellis secedente-liberis, æqualibus, croceis. 1880

*Hab.* in pinetis Europæ, serotina. — Pulchella, admodum fragilis; stipes æqualis, 4 mm. crassus, $2^1/_2$ cm. vix superans; pileus $2^1/_2$ cm. latus, e flavo totus pallidus, subsiccus; lamellæ distantes, crassiusculæ, venoso-connexæ. Secr. n. 503 potius sq.

94. **Russula chamæleontina** Fr. Epicr. p. 363, Hym. Eur. p. 455, Berk. et Br. n. 1014, Quél. p. 190, Fr. Obs. 1, n. 89. — Mitis, fragilis; pileo carnosulo, explanato depressove, pellicula tenui de- 1881

colorante viscidulo, margine levi, dein striatulo; stipite subcavo, tenui, striatulo, albo; lamellis tenuibus, confertissimis, planis, subfurcatis, luteis.

*Hab.* in silvis mixtis, præcipue pinetis, Europæ, haud raro. — Valde elegans, inodora. Tota tenuis et fragilis, vulgo minor; pileus roseo-sanguineus, purpurascenti-lilacinus etc., mox disco v. totus (etiam primitus) lutescens; lamellæ adnexæ v. liberæ, angustæ. H. l. videntur Secr. n. 483, 486 etc.

**CANTHARELLUS** Adans. in Juss. Gen. p. 6, Fr. Hym. p. 455 (Etym. a *cantharo*). — Hymenophorum cum stipite contiguum, in tramam immutatum descendens. Lamellæ crassæ, carnoso-ceraceæ, pliciformes, subramosæ, acie obtusæ. Sporæ albæ. Fungi carnosi, membranacei, putrescentes, velo nullo. — *Dictyolus* Quél. Ench. p. 139, sistit hujus generis simul sect. 3 et 4, *Leptoglossum* Karst. Hatts. I, p. 242 sistit sect. 3, *Leptotus* ejusdem l. c. sistit sect. 4.

I. Mesopus. Pileus integer; stipes centralis.

*) Pileo stipiteque solido carnosis.

1. **Cantharellus cibarius** Fr. Syst. Myc. I, p. 318, cum ampla synon., 1882
Sverig. ätl. Svamp. t. 7, Hym. Eur. p. 455, Gill. C. F. cum icone, Harzer t. 18, Grev. Scot. t. 258, Krombh. t. 45, f. 1-11, Vittad. t. 25, f. 1, Barla t. 28, *Ag. Cantharellus* Linn. Suec. n. 1207, Fl. Dan. t. 264, Sowerb. t. 46 etc. *Merulius Cantharellus* Scop. Pers. etc, — Vitellinus; pileo carnoso, firmo, primo repando, glabro, demum turbinato; stipite solido, deorsum attenuato; lamellis crassis, distantibus, concoloribus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, incoloribus, 8-10 = 5-6.

*Hab.* ubique in silvis in Europa, Amer. bor. et Panuré Brasiliæ (Spruce) Iripixy (Traill.) et N. S. Wales. — Pileus 3-5 cm. latus. Variat totus albus. Antiquitus inter fungos esculentos laudatus: Clusii Escul. genus XIV, spec. 2.

2. **Cantharellus amethysteus** Quél. Assoc. Fr. 1882, p. 11. — Pileo 1883
compacto conchoideo, 10 cm. lato, undulato, pallide vitellino, pruina lilacino-incarnata velutina obducto, carne alba, sapida; stipite obconico, firmo, vitellino; lamellis crassis, ramoso-reticulatis, sulphureis; sporis ovoideis 11 $\mu$. long., guttulatis, hyalinis.

*Hab.* in silvis fagineis montanis, Vosges Galliæ.

3. **Cantharellus Friesii** Quél. Jur. p. 191, t. 23, f. 2, Fr. Hym. Eur. 1884
p. 455, Pat. tab. 324. — Pileo carnoso, tenui, e convexo depresso,

villoso, subaurantio; stipite solido, gracili, villoso, basi albo, attenuato; lamellis angustis, pliciformibus, ramosis, luteis.

*Hab.* in silvis umbrosis Juræ et ad terram in Britannia. — Sporæ 5-7 ≃ 2-3. Exacte medius inter *C. cibarium* et *aurantiacum*, sed utroque minor. *C. cibarium* referunt lamellæ, *C. aurantiacum* pileus. *C. aurantiacus* Krombh. t. 46, f. 3-6 ad hunc pertinere videtur, forsan etiam Paulet t. 51, f. 3-4.

4. **Cantharellus minor** Peck 23 Rep. p. 122. — Pileo carnoso, tenui, convexo, demum expanso depressoque, luteo; stipite gracili, subflexuoso, æquali, glabro, cavo vel farcto, concolore; lamellis angustisssimis, distantibus, parce ramosis, lutescentibus. 1885

*Hab.* in silvis patentibus, Greenbush Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-5 cm.; pilei latitudo 13-25 mm.

5. **Cantharellus aurantiacus** Fr. Syst. Myc. I, pag. 318 cum synon., Hym. Eur. p. 455, Sverig. ätl. Svamp. t. 79, Bern. Roch. t. 53, f. 1, Gill. C. F. cum icone, Weinm. p. 286, Berk. Outl. t. 14, f. 1, *Ag. aurantiacus* Wulf. in Jacq. Coll. II, t. 14, f. 3, Batsch f. 37, *A. subcantharellus* Sowerb. t. 413, *Merulius aurantiacus* Pers. Syn. p. 488 et M. Eur. 2, p. 12. — Subaurantius; pileo carnoso, molli, depresso, subtomentoso stipiteque farcto inæqualibus; lamellis confertis, striatis, dichotomis, subsaturatioribus; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, eguttulatis, 5-7 ≃ 3-4. 1886

*Hab.* in silvis frequens in Europa, ad Center et in Carol. inf. Amer. bor. (Peck) et Rockampton in Queensland Australiæ (Thozet). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus. Sæpe albidus exstatque var. tota lactea; stipes senioris, præcipue locis uliginosis, nigrescit, qui *A. cantharelloides* Bull. t. 505, *Merul. nigripes* Pers.

6. **Cantharellus Petersii** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 90. — Pusillus; pileo depresso subzonato stipiteque gracili dealbatis; plicis distantibus decurrentibus; interstitiis venosis. 1887

*Hab.* inter muscos ad basim truncorum, Alabama Amer. bor. (Peters). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 2,5 cm. long., 2 mm. cr. Accedit ad formam albam *C. aurantiaci.*

7. **Cantharellus mexicanus** Fr. Nov. Symb. Myc. Mant. p. 227. — Pileo carnoso turbinato-infundibuliformi, glabro, griseo-fusco, margine tenui undulato-crispo; stipite solido, deorsum attenuato, subfusiformi; lamellis angustissimis, longe decurrentibus, strictis, dichotomis, venoso-connexis. 1888

*Hab.* ad terram juxta Mirador Mexico (Liebmann). — *Can-*

*tharello cibario* affinis, sed tam coloribus, quam lamellis angustioribus strictioribus, quam omnium partium colore distinctissimus. Hic ad *Cantharellum clavatum* proxime accedit, præcipue hymenium utriusque concolor est, sed lamellis præformatis, strictis, trama manifesta heterogenea, certissime distinctus, nec non margine pilei tenui, acuto, ut nullo modo clavatus dici possit; stipes 3–4 cm. longus firmus; pileus 3–4 cm. latus.

8. **Cantharellus humilis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. — 1889
Cæspitosus, ex ochraceo brunneolus; pileo infundibuliformi subtiliter pubescente, margine reflexo; stipite brevi, sursum dilatato, pulverulento, e mycelio membranaceo oriundo; venis angustissimis furcatis, interstitiis venoso-reticulatis.

*Hab.* ad ramulos etc. Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2–4 cm. latus; totus fungus cum stipite 2 cm. longus. Interdum pileus uno latere rimas agit ita ut flabelliformis evadat; sæpe in varias directiones fissilis. Cum *C. aurantiaco* stricte affinis apparet.

9. **Cantharellus inæqualis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. — 1890
Pileo infundibuliformi, aurantiaco, pulverulento; stipite elongato, sursum dilatato; venis sublamelliformibus, obtusis, decurrentibus, interstitiis levibus.

*Hab.* Peradenya Ceylon (Thwaites). — Subcæspitosus; pileus 8 mm. latus, interdum rimosus, subtomentosus; stipes fere $2^1/_2$ cm. longus, circiter 1 mm. crassus, furfuraceus vel fibrillosus; venæ latiores quam in *C. humili* sed vere *Cantharelli.*

10. **Cantharellus Behringensis** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 66. — Pi- 1891
leo plano, tomentoso, adpresse squamuloso, griseo-albo; stipite sursum incrassato tenui; plicis lamelliformibus furcatis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* in freto Behring. — Similis varietati albæ *C. aurantiaci.*

11. **Cantharellus rufescens** Fr. Epicr. p. 365, Hym. Eur. p. 456, 1892
Lèveill. Comm. in Paul. p. 18, Paul. t. 37, f. 2, 3. — Gilvus, pallescens; pileo carnoso, tenui, plano-depresso, glabriusculo; stipite farcto, sursum attenuato; lamellis confertis, tenuibus.

*Hab.* in Gallia. — Stipes pro ratione longior, pileus minor, magis regularis quam in proximis.

12. **Cantharellus viscosus** Berk. Hook. Journ. 1845, 49. — Pulcher- 1893
rime flavus; pileo infundibuliformi, repando, subundulato, viscoso; stipite deorsum attenuato, flavo-pruinoso; plicis lamelliformibus, furcatis, decurrentibus; sporis lacte ochraceis, obliquis.

*Hab.* ad terram inter ramulos Swan River Australiæ (Drum-

MOND). — Pileus 3,5-4 cm. cr.; stipes 2,5 cm. longus. Habitus *C. aurantiaci* sed vere diversus.

13. **Cantharellus olidus** Quél. Ench. p. 138, *C. rufescens* Quél. Jura III, pag. 441, t. 1, f. 2. — Pileo carnoso, margine villoso, albo, convexo-cyathiformi, 2-3 cm. lato; carne alba dein incarnata dulcidula, saccharum ustum redolente; stipite roseo-incarnato; lamellis decurrentibus, lacteo-carneis; sporis ovoideo-sphæricis 3-4 μ. longis. 1894

*Hab.* in pinetis Jura Galliæ. — Odor exsiccatione evolvitur.

14. **Cantharellus brachypodus** Chev. Par. t. 7, f. 5, Fr. El. p. 50, Hym. Eur. p. 456, Kickx p. 208. — Pileo carnoso, tenui, infundibuliformi, glabriusculo, fusco; stipite farcto, brevi lamellisque strictis lutescentibus. 1895

*Hab.* in Galliæ silvis. Pileus 3 cm. latus, stipes 2-3 cm. long.

15. **Cantharellus Brownii** Berk. et Br. n. 1134, Berk. Outl. p. 215, Fr. Hym. Eur. p. 256. — Pileo carnosulo, convexo, subumbonato, obsolete sericeo, e pallide ochraceo rubente; stipite farcto, gracili, tenaci, subfurfuraceo; hymenio lineato-venoso, albo. 1896

*Hab.* locis graminosis Angliæ. — Pileus 12 mm. latus; stipes 4-6 cm. altus, vix 2 mm. crassus. A genuinis Cantharellis differt lamellis angustissimis, haud decurrentibus, subsimplicibus, ut pro Arrheniæ specie potius haberetur, licet statura Cantharelli.

16. **Cantharellus carbonarius** Alb. et Schwein. p. 375 sub Merulio, Fr. Hym. Eur. p. 456, Luc. Suit Bull. t. 45. — Radicatus, fasciculatus; pileo subcarnoso, striato-squamuloso, umbilicato, e spadiceo nigro; stipite dilutiore; lamellis strictis, albis. — B. *Canthar. anthracophilus* Léveill. Ann. sc. nat. 1841, pag. 236, t. 14, f. 2. Solitarius, niger, tenax, pileo carnoso-membranaceo, nudo, depresso; stipite farcto, gracili, glabro, radiculato; lamellis distantibus, dichotomis. — C. *C. radicosus* Berk. et Br. n. 1134 (1860), Saund. et Sm. t. 1. Graciliis, pileo profunde umbilicato, floccoso, nigro; stipite radicante, pallido; hymenio albo; lamellis angustis; sporis 9 ≃ 5. 1897

*Hab.* in carbonariis in Europa. — Pileus 1-2½ cm. latus; stipes circiter 1½ cm. longus. Hæ tres formæ, quarum definitiones auctorum transcriptæ sunt, e statione et plurimis notis eamdem videntur sistere speciem.

17. **Cantharellus umbonatus** Fr. S. M. I, p. 317, et syn. Hym. Eur. p. 457. Lucand Suit. Bull. t. 68, Weinm. p. 285, Berk. Outl. p. 216, Hoffm. Ic. t. 22, f. 2, *Agaricus muscoides* Wulf. in Jacq. 1898

Coll. 2, t. 16, f. 1. — Pileo carnoso, tenui, ex umbonato depresso, flocculoso, cinereo-nigricante; stipite farcto, æquali, dilutiore; lamellis strictis, confertis, candidis.

*Hab.* inter muscos frequens, in Europa et Amer. fœder. vulgo pro *Agarico* sumptus. — Pileus $2^1/_2$–5 cm. latus; stipes 8–9 cm. longus, circiter 8 mm. crassus. Stipes 3 cm. longus, elasticus, basi villosus. Vulnera sæpe rubent.

18. **Cantharellus strigipes** Berk. Fl. Tasm. p. 248. — Pileo hepatico convexo; stipite concolore sursum attenuato e strigis fulvis oriundo; plicis angustis radiantibus. 1899

*Hab.* inter carbones et filices in Tasmania (Archer). — Pileus 6–7 mm. diam., stipes 25 mm. long. Habitus fere *C. umbonati.*

19. **Cantharellus albidus** Fr. S. M. I, p. 319, Hym. Eur. p. 457, Fl. Dan. t. 1293, f. 1, ex habitu, *C. Prescotti* Weinm. in Flora 1832, p. 452, *C. parilis* Weinm. Ross. p. 285. — Pileo carnosulo, infundibuliformi, repando, glabro, pallido; stipite solido, subæquali, glabro lamellisque dichotomis, divergentibus, albis. 1900

*Hab.* inter muscos etc. Europæ. — Tenax, sed non coriaceus, albus, in lutescentem vel rufescentem vergens, pileo subzonato 2–6 cm. lato; stipite 5–6 cm. longo, 4 mm. crasso. Per formas *Cl. parilis* etc. hæc sectio ad *Clitocybas* Agaricearum revergit.

20. **Cantharellus longipes** Lambotte Flor. Myc. de la Belgique, p. 335. — Pileo 3 cm. lato, carnoso, centro prominente, margine tenui revoluto, sicco, levi, brunneo castaneo plus minus fusco; stipite elongato, 6 cm. metiente, farcto levigato, griseo pallido, cylindrico, æquali; lamellis confertissimis, plicas plus minus ramosas ad pilei marginem breviter bifurcatas formantibus, decurrentibus, lutescentibus. 1901

*Hab.* in pinetis, Petaheid prope Verviers in Belgio.

21. **Cantharellus umbriceps** Cooke in Grevillea VIII, p. 54. — Pileo carnoso, molli, e convexo depresso, glabro, umbrino; margine incurvo; stipite solido, pallido, sursum attenuato; lamellis subconfertis, dichotomis, aurantiacis; sporis minutis subglobosis. 1902

*Hab.* ad terram, Maungaroa N. Zeland. — Pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus; stipes 5 cm. longus, basi $1^1/_4$ cm. crassus, sursum attenuatus; caro aurantiaco tincta.

22. **Cantharellus dichotomus** Peck 23 Rep. p. 123, tab. 4, fig. 6–9. — Pileo carnoso, primitus late convexo, demum expanso, obconico, margine incurvo, acute umbonato, glabro vel subtiliter sericeo, nitido, chalybeo-cæruleo; stipite longo, molli, solido, sericeo, sur- 1903

sum leviter attenuato, albido, vulgo colore pilei tincto; lamellis confertis, latiusculis, pluries furcatis, albis; carne albida.

*Hab.* in muscosis humidis in silvis, North Elba Amer. bor. — Statura 8–15 cm. adæquans, pileus 13–25 mm. latus, stipes 4–6 mm. crassus. Mycelium copiosum basi stipitis stricte muscis obvolutus ita ut decerptus eorum cæspitulos semper secum trahat. — Var **brevior**, minor, griseo-brunneus, umbone absente vel ad acutam papillam reducto, stipite breviori, æquali et parce sericeo. Locis patentibus, muscosis, North Elba et ad montes Catskill Americæ borealis.

23. **Cantharellus Princeps** Berk. et Curt. Cent. N. Am. Fungi n. 89. 1904
— Maximus, aurantiacus; pileo infundibuliformi-rugoso, stipite deorsum attenuato; plicis reticulatis.

*Hab.* ad terram Maine Amer. bor. (Sprague). — Pileus 12–14 cm. latus; stipes 14 cm. longus, 2,5 cm. cr.

24. **Cantharellus Wrightii** Berk. et Curt. Cent. N. Am. Fungi n. 92. — 1905
Pileo plano demum depresso, pallide rubro; stipite solido striato rufescente sursum incrassato; plicis demum decurrentibus glauco-rubris, interstitiis venosis.

*Hab.* ad terram sub arborum umbra, Connecticut Amer. bor. (Wright). — Pileus 1–3,5 cm. latus; stipes 3–4 cm. longus, 4 mm. cr. — *Clitocybem laccatam* in memoriam reddit.

25. **Cantharellus Ravenelii** Berk. et Curt. Cent. N. Am. Fungi n. 25. 1906
— Pileo irregulari, subinfundibuliformi, lento, innato-fibroso, luride flavo, margine plus minus undulato, subtomentoso; stipite solido, tomentoso, albo; venis lamelliformibus, luteis, decurrentibus, ramosis, omnibus una desinentibus.

*Hab.* in lignis dejectis in Carolina inf. (Ravenel). — Pileus 2,5–5 cm. lat.; stipes 2–5 cm. long., 4 mm. cr.; sporæ albæ. *Panum* refert, sed lamellæ obtusæ.

26. **Cantharellus Turrisii** Inz. Funghi Sic. II, p. 30, t. VII, f. III. — 1907
Solitarius sæpe cæspitosus, stramineus; pileo carnoso-ceraceo, hygrophano, ex convexo digitaliformi, sæpe umbilicato; stipite fistuloso, albo, ex cylindrico ventricoso fusiformi, deorsum attenuato, quandoque utrinque longitudinaliter striato; lamellis decurrentibus, albis, crassis, pliciformibus, simplicibus, raro ramosis lamellulisque alternatis; sporis ovatis, minutissimis albidis.

*Hab.* ad terram in silvaticis pr. Palermo Siciliæ, mense januario.

27. **Cantharellus brevipes** Peck 33 Rep. p. 21, t. I, f. 18–20. — Pi- 1908
leo carnoso, obconico, glabro, alutaceo vel sordide lacteo, margi-

ne tenui erecto, sæpe irregulari et lobato, ætate juvenili violaceo tincto; stipite brevi, tomentoso-pubescenti, cinereo, solido, sæpe inferne attenuato; lamellis (plicis?) numerosis, margine subrigidis, inferne copiose anastomosantibus, pallide fuligineis violaceo tinctis; sporis flaveolis, oblongo-ellipticis, uninucleatis, 10-12 ≃ 5.

*Hab.* in silvis Balleton, Saratoga Amer. bor. julio. — Fungus 7,5-10 cm. altus, pileus 5-7,5 cm. latus, stipes 1-1,5 cm. crassus.

28. **Cantharellus Morgani** Peck Bot. Gaz. 1882, p. 43. — Pileo te- 1909
nui, explanato vel centro depresso et subinfundibuliformi, glabro, rufo, margine involuto; stipite æquali vel sursum leniter incrassato, solido, pileo pallidiori; lamellis angustis, decurrentibus, dichotome ramosis, albidis; sporis minutis, subellipticis, 4-5 μ. longis.

*Hab.* in truncis Coniferarum Vermont Amer. bor. (A. P. Morgan). — *C. guyanensis* Mont. similis, differt colore pilei et hymenii nec non stipite crasso, corneo, fistuloso. — Fungus 2-3 cm. altus, pileus 1,5-2,5 cm. latus, stipes 2,5-5 mm. crassus.

29. **Cantharellus guyanensis** Mont. Guy., n. 299, t. 11, f. 1. — Gre- 1910
garius, purpureo-aurantiacus, piperatus; pileo carnoso-subcoriaceo, convexo-hemisphærico mox infundibuliformi, subpuberulo (?), margine inflexo, undulato, tandem reniformi-flabellato; stipite centrali crasso, sicco cartilagineo-corneo, centro fistuloso; lamellis angustis, crassis, dichotomis, lutescentibus.

*Hab.* ad vias in silvis sabulosis prope Cayennam Amer. merid. Edulis (Leprieur).

30. **Cantharellus buccinalis** Mont. Guy., n. 300, t. 11, f. 4. — Pileo 1911
carnoso, convexo, hemisphærico, centro alte depresso, mox infundibuliformi, tandem ad stipitem usque fisso, e griseo fuliginoso, glabro; stipite solido nudo, basi incrassato-bulbosa affixo; lamellis (serotinis) pliciformibus, dichotomis, decurrentibus.

*Hab.* ad cortices truncorum et ramorum gregarius, Guyana Amer. merid. (Leprieur).

31. **Cantharellus brasiliensis** Mont. Cent. p. 31. Ann. Scienc. Nat. 1912
ser. IV, p. 363. — Pileo unicolore, carnoso, convexo, centro depressiusculo, ex albo fuscescente nitido glabro stipiteque farcto, subinæquali, longitrorsum sulcato-striato, basi incrassato-plicato; lamellis plicæformibus, ramosis, per stipitem longe decurrentibus, obtusis.

*Hab.* cæspitosus ad terram inter residua vegetabilia in Brasilia (Weddell).

32. **Cantharellus Houghtoni** Phillips in Grevillea V, p. 8. — Pileo te- 1913

nui, convexo, umbilicato, levi, sordide albo, carneo tincto; stipite gracili, farcto, apice incrassato, primo subtiliter fibrilloso; lamellis subdecurrentibus, parce furcatis, angustis, pallide carneis.

*Hab.* ad terram Hereford Britanniæ. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, circ. 2 mm. crassus; lamellæ plerumque 5 cm. latæ. Doct. Quélet ducit dubitanter ad suum *Marasmium incarnatum*.

33. **Cantharellus pusio** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 134. — Albescens; pileo infundibuliformi, striato, pulverulento-flocculento; stipite sursum dilatato; plicis angustissimis, decurrentibus, interstitiis sublevibus. 1914

*Hab.* in Brasilia (Spruce) et Tasmania. — Pileus 8-9 mm. latus; stipes 2,5 cm. longus, vix 1 mm. cr., siccus brunneus pulverulentus, sursum dilatatus.

34. **Cantharellus helotioides** Schw. Syn. Amer. bor. p. 153, n. 288. — Minutissimus, 4 mm. vix excedens; stipite gracili, glabro, fusco; pileo pulvinato, subcarnoso, demum indurato, spadiceo, glabro, 1 mm. lato; plicis plerumque quatuor, simplicibus, radiatim decurrentibus, lutescentibus; stipite concolori. 1915

*Hab.* in ramulis dejectis putridis rarissime, Salem in Carolina Americæ borealis.

**) Pileo submembranaceo; stipite tubuloso polito.

35. **Cantharellus tubæformis** Fr. S. M. I, p. 319, Hym. Eur. p. 457, Gill. C. F. cum icone, Fl. Dan. t. 2080, f. 1 (pusio), Berk. et Broom. n. 74, Berkl. Outl. p. 215, *Merulius hispidus* Scop. p. 462, *M. villosus* Pers. Ic. et descr. t. 6, f. 1, Dittm. apud Sturm t. 30, Batt. t. 23, f. 1. — Pileo carnoso-membranaceo, infundibuliformi, repando lobatoque, flocculoso, subfusco, expallente; stipite cavo, glabro, aurantio-fulvente, demum compresso, lacunoso; lamellis crassis, distantibus, multifido-ramosis, luteis fuligineisve, nudis; sporis 7-8 ≃ $4^1/_2$ (Worth.), 8-10 ≃ 7-8 (Britz.). 1916

*Hab.* ad terram et ligna putrida cæspitosus in Europa et Amer. fœder. — Pileus $1^1/_4$-6 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus, 1 mm. crassus. Inferna superficies modo stipiti, modo pileo concolor: Scop. Est inter sq., cui hymenio similis, et *Craterellum lutescentem* toto habitu similiorem medius. Synonyma ægre separantur. Perpetua vero cum *Craterello lutescente* post eximiam hujus expositionem apud Alb. et Schw. n. 690, confusio mirabilis est. *Canth. melanoxeros* Desmaz. exs. n. 409 var.?

36. **Cantharellus lutescens** Fr. Epicr. p. 366, Hym. Eur. pag. 457, 1917
Bull. t. 473, f. 3, Kickx p. 208, *Merulius lutescens* vulgo, non Pers., Alb. et Schw. nec Weinm., Desmaz, exs. n. 350. — Pileo convexo-umbilicato, leviusculo, subregulari; lamellis minus divisis.

*Hab.* cum priore. Stipes magis æqualis, sursum attenuatus. Præcedentem cum sq. jungit.

37. **Cantharellus infundibuliformis** (Scop.) Fr. Epicr. p. 366, Hym. 1918
Eur. p. 458, Bern. Roch. t. 43, f. 1, Berk. Outl. p. 216, *Merulius* Scop. l. c. Sowerb. t. 47 (optima), *Merul. tubæformis* Pers. ejusque var. Fr. S. M., Krombh. t. 46, f. 7-9, Weinm. p. 288, *Mer. lutescens* Fl. Dan. t. 1617 aliorumque, Vaill. t. 12, f. 9, 10. — Pileo submembranaceo, ex umbilicato infundibuliformi, floccoso-rugoso, fuligineo-flavido, expallente; stipite fistuloso, levi, glabro, flavo; lamellis crassis, distantibus, dichotomis, flavis cinereisve, demum pruinatis; sporis sphæroideo-ovoideis, dilutissime flavescentibus vel subincoloribus, 9-11 ≃ 7-8.

*Hab.* ad terram et ligna putrida in silvis montanis in Europa. Ob characteres indicatos vagos et synonyma vix extricanda a priore haud sine difficultate sæpe distinguitur. Ad *Craterell. lutescentem* nullo modo accedit. Colores minus intensi, exsiccatione sat persistentes. Pileus $2^1/_2$-6 cm. latus demum pervius. Bull. t. 461, hic potissimum, sed e textu confusa species; stipes 5-8 cm. longus, circiter 4 mm. crassus. *M. fuligineus* Pers. (Batsch f. 35) ipso in Myc. Eur. concedente, hujus varietas.

38. **Cantharellus cinereus** Fr. S. M. I, p. 320 c. syn. Hym. Eur. p. 1919
458, Gill. C. F. cum icone, Krombh. t. 45, f. 12, Alb. et Schwein. p. 234, Desmaz. exs. n. 410, Kickx p. 208, *Merul. cinereus* Pers. Bull. t. 465, f. 2 (minus bona, sed descr. evidens). — Pileo submembranaceo, infundibuliformi, ad basim pervio, villoso-squamuloso stipiteque cavo fuligineo-nigrescentibus; lamellis crassis, distantibus, cinereis.

*Hab.* in silvis passim in Europa et Amer. fœder. Ex habitu *Cratarello cornucopioidi* simillimus, sed primitus adsunt lamellæ sat latæ, et hymenii structura diversa ex Berk. et Br. n. 1139. Stipes 6 cm. longus, deorsum subattenuatus; sporæ 15 ≃ 8 (Berk.) vel 9 ≃ 5 (Cobelli). — Bolt. t. 34 forte idem, auctoris more minus bene delineatus.

39. **Cantharellus leucophæus** Nouel in Mém. Soc. Lill. 1831, t. 1, f. 1920
2, 3, Desm. exsicc. n. 608 (specim. eximia), Fr. Hym. Eur. p. 458, *Merul. cinereus leucophæus* Pers. M. E. 2, p. 15. — Pileo sub-

membranaceo, lento, infundibuliformi, glabro, fusco-umbrino; stipite farcto, tenui, levi, concolore, basi subincrassato; lamellis distantibus, simplicibus, immixtis dichotomis dimidiatisque, albis.

*Hab.* ad terram Galliæ. Species eximia, præcedenti vix affinis, minor. Pileus azonus, haud pervius, margine levi, minus repando, sed reflexo involutoque; stipes 2 mm. crassus.

40. **Cantharellus cupulatus** Fr. Epicr. p. 367, Hym. Eur. p. 458, Pat. 1921
Tab. 242, *Merulius elegans* Pers. Syn. t. 5, f. 2. *Agaricus helvelloides* Bull. t. 601, f. 3 (bona), Berk. Outl. p. 132. — Pileo submembranaceo, plano-infundibuliformi, repando, hygrophano, udo glabro margineque striato, sicco flocculoso exstrio; stipite farcto, æquali, polito, glabro; lamellis valde distantibus, fasciculato-ramosis dimidiatisque, latis, griseis.

*Hab.* locis sterilibus Europæ. Stipes vix $2^1/_2$ cm. longus, 1 mm. crassus, tenax, pileo dilutior; pileus cupularis, tenax, $1^1/_4$ cm. latus, haud zonatus, fusco-pallidus v. rufescens. Ne confundas *Xerotum degenerem.* — Var. **grisellus** Quél. in Pat. t. 243. A typo differt pileo cinereo; lamellis stipiteque pileo pallidioribus. — Poligny Galliæ.

41. **Cantharellus floccosus** Schw. Syn. Am. bor. n. 287. — Magnus, 1922
altitudine 15 cm., gregarius, tubæformis; substantia subcarnoso-suberosa, pileo infundibuliformi, excavato, superficie floccoso-squamuloso, lutescente 5-7 cm. lato, margine inflexo, undulato repando; plicis ramoso-furcatis densis, decurrentibus in stipitem cavum compressum, concoloribus; stipite versus basin in radicem subhorizontalem indurescentem abeunte.

*Hab.* in silvis vastis fagineis in M. Porono Pensylvan. Amer. bor. — Pondus totius fungi levissimus pro magnitudine. Dantur specimina, in quibus pilei bini aut plurimi ex eodem stipite, inde subramoso, proveniunt.

42. **Cantharellus Stevensonii** B. et Br. Ann. N. H., No. 1422. — 1923
Pileo orbiculari, umbilicato, pallido, glabro, margine inflexo; stipite cylindrico, delicate pulverulento, ex albo fusco; lamellis decurrentibus, postice brunnescentibus.

*Hab.* in ligno carioso inter muscos, Glamis Britanniæ. — Pileus circiter 4 mm. latus; stipes 6 mm. longus, 1 mm. crassus, basi mycelio tenui albo affixus. Proximus *C. cupulato* sed hic juventute fortiter umbonatus, umbone in imo umbilico semper visibili, habitatio insuper diversa.

43. **Cantharellus replexus** Fr. S. M. I, p. 158 (*a.* inter inquir.), Hym. 1924

Eur. p. 459. — Pileo membranaceo, e campanulato-convexo, expanso inversoque, striato, e fusco cinereo; stipite fistuloso, glabro, sursum incrassato; lamellis adnato-decurrentibus, venoso-reticulatis, distantibus, ramosis dimidiatisque, albo-glaucescentibus.

*Hab.* in graminosis, v. c. in horto Femsjonensi inter Grossularias quotannis, etiàm in Scania et Upsaliæ in Suecia. — Habitus Mycenæ, sed lamellæ (postice latæ) crassæ et plicæformes, acie obtusa albidiore. Stipes 4-5 cm. longus, 2 mm. crassus; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, glaber v. rimoso-squamulosus.

44. **Cantharellus devexus** Fr. S. M. l. c., Hym. Eur. p. 459. — Pileo cucullato; stipite medulla floccosa farcto; lamellis simplicibus, cinereis; ceter. præced. 1925

*Hab.* locis deustis aliquoties, sed adhuc parce semper lectus, quare priori aptius subjungendus, licet constans.

45. **Cantharellus hygrophanus** C. P. Laest. Lapp. Torn., Fr. Hym. Eur. p. 459. — Pileo subcarnoso, infundibuliformi, punctato, hygrophano, margine involuto, obtuso; stipite fistuloso, tenaci, sericeo-nitente; lamellis decurrentibus, ramosis, acie obtusis. 1926

*Hab.* locis graminosis in Lapponia Tornensi. Colores non indicati. Affinitas ignota. — Per *Omph. integrellas* hæc sectio cum *Omphaliis* omnino collidit. Lamellis dichotomis (non vero acie obtusis) hæ sæpe ludunt, unde *Merul. fuscus* With., *M. turfosus* Pers. M. E. 2, p. 26 etc.

46. **Cantharellus coriaceus** Preuss in Linn. 1851, p. 152, Fr. Hym. Eur. p. 705. — Pileo carnoso, depresso, fusco-ferrugineo, margine subrepando, tenui et involuto; stipite farcto, crasso, pallido: plicis venosis, furcatis, dichotomis, flavis, pallidis. 1927

*Hab.* in truncis emortuis Hippocastani, Hoyerswerda Borussiæ. — Loco arboreo a reliquis stipitatis recedit. Num vera Cantharelli species? (Agaricorum eodem loco descriptorum affinitas omnino latet, teste Fr.).

47. **Cantharellus papyraceus** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 31, f. 3, (absque diagnosi). — Pileo infundibuliformi, tenui-papyraceo, 1 cm. vix lato, albido, margine fimbriato, extus tenuissime dichotome venuloso, intus (ut videtur) striatulo; stipite cylindraceo albido, levi, basi bulboso-incrassato; carne alba. 1928

*Hab.* in Algeria. An *Craterellus*?

48. **Cantharellus lignatilis** Berk. et Curt. Cent. N. Am. Fungi n. 91. — Rufus; pileo tenui infundibuliformi, striato, glabro; stipite subæquali plicis tenuibus decurrentibus. 1929

*Hab.* in truncis putridis Carolina infer. Am. bor. (Ravenel). Pileus 5 cm. lat.; stipes 5–6 cm. long. 6–9 mm. cr.

49. **Cantharellus stolonifer** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. 1930
Pileo convexo, umbilicato, cinereo, tomento adpresso insperso; stipite recto, candido, cavo; plicis angustis, candidis, decurrentibus; interstitiis parce reticulatis; mycelio crasso filiformi.

*Hab.* Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, scaber, tenuis, demum pallidus; stipes 3 cm. longus, 4 mm. crassus, glaber, albus, compressus, basi processiaus filiformibus, quandoque reproductivos nodulos gerentibus, præditus; plicæ angustæ decurrentes; interstitia subtiliter reticulata vel sublevia.

50. **Cantharellus elegans** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. — 1931
Fascicularis; pileo convexo umbrino, sursum decolorante, striato pellucido; stipite striato, primum pulverulento; venis angustissimis, interstitiis subtiliter hispidulis.

*Hab.* in insula Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter $1^1/_4$ cm. latus, hygrophanus; stipes $2^1/_2$-5 longus. Mycelium amplum, fibrosum, ramosum. Teste Berk. l. c. huc spectat *Marasmius congregatus* Mont.

51. **Cantharellus rabidus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. — 1932
Pileo umbilicato, helvolo, sicco, rufo; stipite sursum dilatato; venis decurrentibus arcuatis, interstitiis venosis.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter 6 mm. latus, sordide luteus, exsiccatione penitus testaceus; stipes vix 12 mm. longus, haud 1 mm. crassus; venæ obtusæ. Pileus primum obscurior quam reliquum fungi.

52. **Cantharellus pruinosus** Peck 28 Rep. p. 51. — Pileo convexo, 1933
levi vel subumbilicato, pruinoso, albo; stipite gracili, sursum subincrassato, pruinoso, albido; lamellis distantibus, simplicibus, longe decurrentibus.

*Hab.* ad terram in pascuis, Sageville, Hamilton county Amer. bor. — Huius speciei characteres distinctivi sunt parvæ dimensiones atque candida farinosa pruinositas. Sed ob lamellarum aciem obtusam cum plerisque parvis *Omphaliis* commutatu facilis, præsertim lamellis haud ramosis.

53. **Cantharellus concinnus** Berk. Chall. Exped. n. 90. — Pusillus; 1934
stipite sursum incrassato; lamellis furcatis, angustissimis, interstitiis levibus.

*Hab.* N. S. Wales Australiæ. — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes $1^1/_4$ cm. longus, apice 4 mm. crassus, basi dimidio plus.

II. Merisma. Stipites numerosissimi in columnam elongatam coaliti vel ramosi.

54. **Cantharellus fascicularis** Strauss in Sturm Heft. 33, p. 5 cum ic., Fr. Hym. Eur. p. 459. — Pileis tubæformibus, lateraliter fissis, cochleatis, villoso-squamosis, carneis stipitibusque elongatis, violascentibus connatis. 1935

*Hab.* ad radices Quercus in Bavaria. — Fungus admodum peculiaris, cui nil simile. Cæspites format stipatissimos, 12 cm. altos, sed singuli pilei $1^1/_4$ cm. modo lati.

55. **Cantharellus ramosus** Schulz. et Kalchbr. Ic. t. XXVII, Fr. Hym. Eur. p. 459. — Luride flavus; pileis carnosis, plano-depressis demumque profunde infundibuliformibus, fibrosis; stipitibus solidis, cæspitosis, in ramos divisis et apice in pileos dilatatis, glabris; lamellis venosis, anastomosantibus. 1936

*Hab.* in silvis carpineis Slavoniæ. — E gompho carnoso surgunt stipites difformes $2^1/_2$–5 cm. longi; pilei $1^1/_4$–4 cm. lati. Caro luride alba. Odor et sapor mites. Teste Hazsl., sisteret formam *C. infundibuliformis*, sed ex icone valde differt.

56. **Cantharellus ochraceus** Gill. Tabl. anal. p. 35. — Pileo inæqualiter infundibuliformi, margine reflexo, lobato, flavo-ochraceo; stipite ramoso, farcto, levi, ochraceo-maculato; lamellis sat copiosis, sursum divisis et anastomosantibus, albido-roseis, usque ad stipitis basim fere decurrentibus; carne alba, immutabili. 1937

*Hab.* in silvis inter gramina in Gallia bor.

57. **Cantharellus polycephalus** Bres. F. Trid. p. 59, t. LXVII, f. V. — Ramosus, carnoso-fragilis; pileolis (5–6) e convexo-umbilicatis, subinfundibuliformibus, albis, margine lobato concolore, demum stramineo, pubescentibus, 6–8 mm. latis; lamellis crassis, venoso-ramosis, albis, decurrentibus; stipite farcto, subæquali, albo, tomentoso, villoso, apice ramoso, 2–3 cm. longo, 2–3 mm. crasso; carne alba, inodora et insipida; sporis ovato-ellipticis, hyalinis, 1-guttulatis, $6 \simeq 3{,}5$ μ. 1938

*Hab.* ad muscos Sopramonte in ditione Tridentina, autumno (Bar.ª Julia Turco Lazzari). — Fungus hic nulli hujus generis speciei videtur immediate proximus; quoad colorem vero et dimensionem cum *Omphalia scyphiformi* Fr., quacum etiam vegetat, conjungitur. Auctor primitus quasi ejusdem monstruosam progeniem existimaverat, sed lamellæ crassæ acie obtusæ, stipes

ex integro floccoso-tomentosus, caro fragilis, et vegetatio parasitica supra muscos omnino abhorrent.

58. **Cantharellus fasciculatus** Schw. Syn. Am. bor. n. 299. — Fasciculatim proveniens, minutus, cæspites 8 mm. latitudine, 4-6 mm. altitudine efficiens, stipitatus, vertice porrecto, referens Peizam anomalam; stipitibus fasciculis quasi in basim latiusculam coalitis in pileum campanulatum valde fissilem elongatis (extus colore cervino) furfuraceum; plicis indistinctis, statu sicco ob pileum clausum non observandis, colore lutescentibus; stipitibus porrectis, basi albo-tomentosis. 1939

*Hab.* in cortice ignoto, New York Am. bor. (Torrey).

III. Pleuropus. Dimidiati, stipite exacte laterali.

59. **Cantharellus spathulatus** Fr. El. p. 53 c. descr., Hym. Eur. p. 460. — Pileo carnoso, spathulato, glabro, azono, subfusco; stipite tenui, laterali, glabro; lamellis dichotomis, confertis, albidis. 1940

*Hab.* in Gallia occidentali subcæspitosus (Guepin). Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus. Species admodum nobilis.

60. **Cantharellus muscigenus** (Bull.) Fr. S. M. I, p. 323 El. p. 55, Hym. Eur. p. 460, Bern. Roch. t. 43, f. 9, Weinm. p. 291, Berk. Outl. p. 217, Kickx p. 209, *Ag. muscigenus* Bull. t. 288, 498, f. 2, *Merulius* Pers. Syn. p. 493, Nees Syst. f. 236, *M. serotinus* Pers. M. E. 2, p. 22 et *M. candicans* p. 21? *A. fissus* Leys. Hal. p. 297, *Canth.* Wallr. D. Kr. Fl. 4, p. 646 (certe var.). — Pileo submembranaceo, spathulato, horizontali, glabro, zonato, e fusco cinereo-albicante; stipite laterali, brevi, basi villoso; lamellis tumidis, distantibus, ramosis, concoloribus. 1941

*Hab.* ad muscos majores in Europa, in Carol. inf. Amer. bor. et ad Discovery Bay Groenlandiæ (H. C. Hart). — Pileus 1-$2^1/_2$ cm. latus, sporæ 10-12 = 6-8. Serotinus ut sq., qui vero terrestris.

61. **Cantharellus glaucus** Fr. Hym. Eur. p. 460, *A. glaucus* Batsch f. 123, *Peziza foliacea* Holmsk. Ot. 2, t. 23, *Canth. pygmæus* Wallr. D. Kr. Fl. 4, p. 626. — Griseus; pileo membranaceo, ligulato, adscendente, sericeo, azono; stipite laterali, brevi, pruinato; lamellis pliciformibus, tumidis, distantibus, dichotomis. 1942

*Hab.* in clivis arenosis Europæ. — Primo erectus, subclavatus. Similis *Pleur. tremulo*, per quem hæc sectio *Agariceis* accedit.

62. **Cantharellus flabellatus** Berk. Chall. III, p. 50. — Pileo flabelli- 1943

formi, postice elongato, attenuato, radiato-rugoso, tenui; lamellis angustis, dichotomis, sinuatis.

*Hab.* in Japonia (F. V. Dickins). — Pileus 4 cm. latus, 6 cm. longus, basi stipitiformi attenuata, ramosa.

63. **Cantharellus flabelliformis** Berk. et Rav. B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 26. — Albidus; pileo membranaceo, e stipite brevi laterali flabelliformi, 2-3 sulcis concentricis notato, tomentoso; venis furcato-anastomosantibus, superficialibus. 1944

*Hab.* in truncis dejectis in Carolina inf. (Ravenel). — Pileus 12–15 mm. longus; stipes 4 mm. long., 2 mm. or. — Habitus *Pani stiptici.*

64. **Cantharellus viridis** Schw. Syn. Am. bor. n. 301. — Substipitatus, dimidiatus aut irregularis, 6-7 mm. magnitudine excedens, gregarius, substantia firma quasi elastica; pileis demum subcorneis, obconicis, virescenti-fuscis, extus e stipite plicatis; disco ime excavato aut interdum applanato, vivide virente 8 mm. lat. 1945

*Hab.* in ligno putrido rarus et satis abnormis et dubius, Bethlehem Amer. bor. In explicatissimis, pileus quasi repando-undulatus, in aliis contractus.

65. **Cantharellus olivaceus** Schw. Syn. Am. bor. n. 300. — Pileo 2,5–4 cm. lat., subcarnoso-suberoso, dimidiato, pulvinato, repando, margine subinflexo, subtomentoso, centro impresso; in stipitem crassum, brevissimum, nigrum, lateralem, strigosulum porrecto; pileo olivaceo; plicis luteis anastomosantibus, dense intertextis, in hymenio carnoso. 1946

*Hab.* rarissime obvius ad vias Salem Carolinæ.

66. **Cantharellus ramealis** Jungh. Crypt. Jav. p. 78. — Minutus, candidus; stipite tenui, tereti, laterali; pileo erecto, rotundato, ex marginibus inflexis cupulato, hymenio plicis paucis radiantibus lamelliformibus venisque intermediis anastomosantibus instructo. 1947

*Hab.* ad ramos dejectos Ruborum in silvis montis Patuha Javæ. — Pileus 3-5 mm. latus, stipes circ. 1 mm. longus.

IV. Resupinati. Pileus integer, primitus cupularis, vertice adfixus, dein subreflexus.

* Bryophili.

67. **Cantharellus bryophilus** (Pers.) Fr. Epicr. S. M. I, p. 325, Hym. Eur. p. 460, Weinm. p. 292, Kickx p. 209, *Agaricus* Pers. Obs. I, t. 3, f. 1, Nees Syst. f. 237. — Submembranaceus, cupularis, candidus, vertice porrecto stipitatus, extus villosus; lamellis latis, dichotomis, strictis, e centro radiantibus. 1948

*Hab.* ad muscos etc., in Europa serotinus. Pusillus, 5-8 mm. latus, lamellis acutiusculis valde *Agaricoideus*.

68. **Cantharellus capensis** Berk. in Hook. Lond. Journ. 1844, p. 187. — Pileo orbiculari cupuliformi vel expanso, membranaceo, candido, demum fuscescente, villoso, vertice porrecto, breviter stipitato; lamellis e centro radiantibus, latiusculis, subsimplicibus, interstitiis reticulatis. 1949

*Hab.* in promontorio Bonæ Spei Africæ (Harvey) Peradenya et in inferiore regione insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 6-9 mm. lat. A *C. bryophilo* dignoscitur lamellarum interstitiis pulchre reticulatis.

69. **Cantharellus retirugus** Fr. Epicr. p. 368, Hym. Eur. p. 460, Weinm. Ross. p. 291, Berk. Outl. t. 14, f. 2, Kickx p. 209, *Helvella retiruga* Bull. t. 493, f. 1, Sowerb. t. 348. — Membranaceus, expansus, repando-lobatus, albido-cinereus, postice fibrillis adfixus; lamellis e centro radiantibus, tenerrimis, reticulatis. 1950

*Hab.* supra muscos in Europa et in paludibus in Beeren Eiland. — Pileus 6-10 mm. latus. Subsessilis, raro in stipitem productus.

70. **Cantharellus nivosus** Berk. et C. N. Pac. Exp. n. 67. — Candidus; pileo galeiformi, membranaceo, subtiliter pulverulento; lamellis angustissimis, hic illic anastomosantibus. 1951

*Hab.* ad caules emortuos herbarum, Hong-Kong. — Affinis *C. retirugo*.

71. **Cantharellus lobatus** (Pers.) Fr. S. M. I, p. 323 c. syn., Hym. Eur. p. 461, Britz. Canth. fig. 6, Fl. Dan. t. 1077, Bolt. t. 177, Sommerf. Lapp. p. 267. *Merulius* Pers. Syn. p. 494. — Membranaceus, sessilis, horizontalis, lobatus, fuscus; lamellis pliciformibus, distinctis, ramosis, divergentibus; sporis globosis, latiusculis. 1952

*Hab.* locis uliginosis passim in Europa et supra muscos humidos in Beeren Eiland (Keilhan, Th. Fries), etiam ad Adventbay Lapponiæ. — Pileus 20-30 mm. latus; sporæ 10 $\mu$. longæ, ovoideæ. Siccus pallescit: *M. lobatus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 23 est vegetus, *M. uliginosus* l. c. p. 22 siccus fungus.

72. **Cantharellus muscorum** Fr. S. M. I, p. 325 c. syn., Hym. Eur. p. 461, Britz. Canth. fig., Roth in Ust. Ann. 1, t. 1, f. 4, vix Sommerf. l. c. p. 268. — Gelatinoso-membranaceus, sessilis, auriformis, sordide rufescens, extus convexus glaber, subtus plicis crispis marginem versus divisis. 1953

*Hab.* ad truncos annosos, sed muscis adhærens in Europa. —

Parvus, diversæ pro ætatis ratione magnitudinis, $1^1/_4$ cm. non superans; sporæ 3-4 ≃ 2-3. Junior albidus, siccus plumbeus.

** Lignatiles. (Species dubiæ).

73. **Cantharellus Crucibulum** Fr. Epicr. p. 369, Hym. Eur. p. 461, 1954
*Merulius* Fr. Obs. I, p. 99, *Mer. pezizoides* Pers. Obs. I, p. 22, Reliqua huc relata synonyma *Paxillum panuoidem* spectant. — Carnoso-mollis, cupularis, villosus, albus; lamellis dichotomis, latis, sordide luteis, acie obtusis.

*Hab.* ad ligna locis suffocatis Europæ. — Verisimiliter Paxilli citati status personatus, licet lamellis dichotomis, acie obtusis characteres Cantharelli gerat.

74. **Cantharellus applicatus** Lèveill. in Ann. Scienc. Nat. 1843, p. 1955
214, t. 7, f. 2, Fr. Hym. Eur, p. 461. — Pileo resupinato, membranaceo, suborbiculari, lobato, subtus albo-tomentoso, margine byssoideo, demum denticulato; venis e centro radiantibus, dichotomis.

*Hab.* in corio dejecto prope Parisios Galliæ. — Affinitas dubia; analogæ species in seqq. generibus plures.

75. **Cantharellus Foliolum** Kalchbr. Grev.IX, p. 134. — Pileo membra- 1956
naceo, e resupinato reflexo, suborbiculari, glabro, albido, siccitate pallide ochraceo vel rufescente stipitello, excentrico vel sublaterali, evanescente; lamellis obtusis, paucis (4-5) vagis, maxime distantibus, venosis, reticulatim conjunctis.

*Hab.* in ramentis siccis, ad Somers. E. Africæ austr. (Mac-Ow.) — Siccatus, colore et venis parum prominentibus, creberrime anastomosantibus folium aridum haud male refert. Cum *Canth. retirugo* Fr. in quibusdam congruit; at lignatilis est, et nihil cinerei habet.

76. **Cantharellus bicolor** Ces. Myc. Born. p. 3. — Minutus, e sessili 1957
v. subsessili resupinatus; pileo coriaceo e cæsio cinereo, sat explanato; hymenio albido, lamellis subtilibus distantibus.

*Hab.* Sarawak Bornei.

**ARRHENIA** Fr. Summ. Veg. Scand. p. 312, Hym. p. 461 (Etym. a prof. *Arrhenio* Upsal.). — Fungi membranacei, tenerrimi, hymenio infero lamellarum loco venis raris, tenellis, paullum elevatis, simplicibus, rectis striato. Sporæ pallidæ. Minutæ, sat persistentes, forma variæ. Striæ non decurrentes. — Conf. *Cantharellum Brownii.*

1. **Arrhenia** (Pleuropus) **Auriscalpium** Fr. Hym. Eur. p. 462, Summ. Veg. Sc. l. c. *Cantharellus* Fr. El. p. 54, c. descr. Epicr. p. 368, *C. buxbaumiæformis* Wallr. D. Kr. Fl. IV, p. 626, (junior), *C. Mühlenbeckii* Trog in Flora 1839, p. 437. — Fusca; pileo membranaceo, convexo, glabro; stipite exacte laterali, stricto, villoso; venis paucis, distantibus, simplicibus; sporis albis. 1958

*Hab.* in terra nuda fagetorum Europæ, raro. — Species parva, sed admodum nobilis, forma omnino *Hydni Auriscalpii*, sed minor. Pileus 4-6 mm. latus subrotundus, integer, licet stipes exacte lateralis, cupulam obversam referens. Stipes subfiliformis, $1^1/_4$ cm. fere longus.

2. **Arrhenia** (Apus) **tenella** Fr. Hym. Eur. p. 462, Summ. Veg. Sc. l. c. *Canth.* Fr. Syst. Myc. I, p. 325, Sommerf. Lapp. n. 1623, Fl. Dan. t. 1295, f. 2. Num etiam Dec. Fl. fr. II, p. 132. — Effuso-reflexa, membranaceo-mollis, nigrescens, demum lobata; venis pliciformibus, simplicibus, immixtis, dimidiatis, concoloribus. 1959

*Hab.* ad ligna putrida in Europa. — Vix $1^1/_4$ cm. lata.

3. **Arrhenia** (Apus) **cupularis** Fr. Hym. Eur. pag. 462, Summ. Veg. Scand. p. 312; Strauss apud Sturm III, H. 33, p. 9 cum icone, *Canth. cupularis* Fr. Ep. p. 369, *Merulius* Wahlenb. Lapp. t. 30, f. 2. — Resupinata, mollis, orbicularis, extus levis, villosa, grisea; plicis centrifugis, simplicibus. 1960

*Hab.* in ligno putrido in Europa. — Pusilla, 2 mm. modo lata, grisea. Plicæ centrum versus attenuatæ.

4. **Arrhenia** (Apus) **fimicola** Bagliett. Comm. Critt. Ital. II, p. 264, Fr. Hym. Eur. p. 462. — Resupinata, membranacea, concavo-patellaris, carnea, ambitu obiter byssino; venis tenuibus, distantibus; sicca tenuissima, chartacea, explanata, venis sæpe deletis; sporis ellipsoideis, exiguis, hyalinis. 1961

*Hab.* in fimo porcino in Italia boreali, 4 mm. lata. — Venæ centrum vix attingentes.

5. **Arrhenia mesopoda** Saut. in Hedwigia 1876, p. 152. — Fusca; stipite albido, stricto, levi, 3 cm. alto; pileo membranaceo, plano, glabro; venis paucis simplicibus vel apice dichotomis, distantibus. 1962

*Hab.* ad terram in fagetis prope Salzburg. — Species dubia, statura *Cantharelli Brownii*.

**NYCTALIS** Fr. Syst. Orb. Veg. p. 203. (Etym. *nyx, nyctos* nox, ex habitatione umbrosa). — Hymenophorum cum stipite contiguum. Lamellæ carnosæ, crassæ, succosæ, acie obtusæ, in stipitem haud

decurrentes, nec pliciformes. Velum (in plene observatis) floccoso-pruinosum. — Fungi carnosi, haud reviviscentes, meteorici, multis rationibus inter se et a reliquis Agaricinis recedentes. Cl. de Bary et Winter ut *Nyctalis* statum chlamydosporum censent *Asterophoram*, quâ species quædam obductæ occurrunt, sed plurimi mycologi mucedinem illam ad *Hypomycetis* statum macroconidicum ducunt. Cfr. Syll. II, p. 467 et IV, p. 148.

I. Speleæ. Lamellis confertis, subconcrescentibus. In cryptis. — Vix dubium est, has species aliarum esse larvas loco abscondito personatas.

1. **Nyctalis verpoides** Fr. Epicr. p. 371, Hym. Eur. p. 463. — Pileo carnosulo, campanulato, levi, glabro, fusco; stipite subcavo, æquali, rigido, striato, glabro; lamellis in contiguum stratum coalescentibus. 1963

*Hab.* in truncis cariosis rarissima in Europa. — Inodora, totà rigida, subfragilis. Stipes totus fibrosus, 8 cm. longus, 4-6 mm. crassus, sæpe tortus; pileus 2-3 cm. latus, obtusus, e fusco-fuligineo lividus, margine tenui excedente. Hymenium concavum; lamellæ sectione transversa primum apparent, admodum crassæ. Velum primitus vanescens.

2. **Nyctalis cryptarum** Secr. n. 111, Fr. Hym. Eur. p. 463. — Pileo carnosulo, conico-difformi, brunneo, farina floccosa canescente obruto cortinatoque; stipite subfarcto, inæquali, flexuoso, cano-fibrilloso; lamellis adnexis, undulatis, subconglutinatis, flocculosis, carneo-griseis. 1964

*Hab.* ad terram nudam sub radicibus Alni in Europa — fœtens; stipes mollis, 2-3 cm. longus, 3 mm. crassus, sub floccis obscurior; pileus 12-14 mm. latus, margine crasso; lamellæ quam prioris tenuiores, molles nec obliteratæ.

3. **Nyctalis canaliculata** Pers. Ic. et descr. t. 14, f. 1, sub *Merulio*, Fr. Hym. Eur. p. 463. — Albo-pallens; pileo carnosulo, obliquo, subumbilicato, glabrescente; stipite solido, subundulato, nudo; lamellis confertis, distinctis, subsimplicibus, acie planis canaliculatisve. 1965

*Hab.* in truncis cavis arborum frondos. in Europa. — Stipes 2-3 cm. longus, fibrosus; pileus 8-10 mm. latus; lamellæ rectæ, geminatim connatæ.

4. **Nyctalis caliginosa** Smith Journ. Bot. 1873, p. 337. — Pileo carnosissimo, sicco albo, flocculoso pruinoso, udo colorato (ut in *Collybia butyracea*); margine involuto, aliquantulum excedente; sti- 1966

pite solido, flocculoso-pruinoso, basi nudo; lamellis tenuibus, ramosis, decurrentibus; odore et sapore rancido, ingrato (ut *Polypori squamosi.*)

*Hab.* ad terram et inter folia dejecta, Highgate Britanniæ. – Stricte affinis *N. parasiticæ*, sed statim dignoscitur lamellis vere decurrentibus aliisque notis.

5. **Nyctalis rhizomorpha** Fuckel Symbolæ, Nachtr. II. p. 85, fig. 39. 1967
— Pileo carnoso, lato-conico subhemisphæricove, antice obtuso, albicante flocculoso-pruinoso, cinereo, gibboso, margine acuto, 1–1½ cm. lato; lamellis concoloribus, inæqualibus, basim versus confertis, primo dense pulvere albo tectis, demum liberis, stipite centrali, basi incrassato, valde sulcato, albo, intus solido, tenace, fibroso, 2½ cm. alto.

*Hab.* in imo caudice Alni glutinosæ vere pr. Eberbach Rhenogoviæ. — Fungillus basi fibrillis rhizomorphæformibus, longissimis, sparse ramosis, teretibus compressisve, candidis, tenacissimis obsitus.

II. Parasitæ. Lamellis discretis, distantibus. In fungis putridis.

6. **Nyctalis nauseosa** Fr. Hym. Eur. p. 463, *Asterophora* Weinm. 1968
Ross. p. 629, Borsz. Fung. ingr. t. 6 (eleganter). — Pileo carnoso, e globoso hemisphærico, ochraceo, superne pulverulento, margine involuto; stipite fistuloso, crasso, oblique sulcato et torto, sordide pallido, tomento adpresso candido vestito; lamellis distantibus, dichotomis, pallidis.

*Hab.* in Russulis putridis prope Petropolin in Rossia, cæspitosa. — Sequente major, speciosior, sed simili conidiorum stellatorum strato obducta. Odor nauseosissimus urinæ putrescentis. Dubium an color pilei ochraceus e mucedine pendeat; pilei juniores albidi, leviores (ex icone).

7. **Nyctalis asterophora** Fr. Epicr. p. 371, Hym. Eur. p. 463, De 1969
Bary l. c., Berk. Outl. pag. 217, *Agaricus lycoperdoides* Bull. t. 516, f. 1, *Asterophora lycop.* Dittm. apud Sturm t. 26, *Ast. agaricoides* Fr. S. M. III, p. 205, *Merulius* Dec. Fl. fr. — Pileo carnosulo, e conico hemisphærico, superne floccoso-pulverulento, cervino; stipite farcto, albo-pruinoso, dein fuscescente, torto; lamellis adnatis, distantibus, subfurcatis, sordidis.

*Hab.* ad Agaricos et Russulas putridas in Europa, in Carol. media et superiore et New England. — Pileus 1¼ cm. latus; stipes 2½ cm, longus, 2 mm. et ultra crassus; sporæ 3 ≃ 2. Maxime

paradoxa. Pulvis pileum obtegens sub microscopio sistit conidia stellata *Asterophoræ* [*Hypomycetem* spectantis], sed adsunt specimina his conidiis carentia. — *B.* subtus levis absque lamellis. *Ast. lycoperdoides* Fr. l. c., Sowerb. t. 348, Weinm. Ross. p. 629. — *C. pusilla* Quél. t. 13, f. 4, *Aster. trichioides* Fr. l. c. *Elv. clavus* Schaeff. t. 279, Paulet t. 190, f. 4.

8. **Nyctalis parasitica** (Bull.) Fr. Ep. p. 372, Hym. Eur. p. 464, Britz. 1970
Nyct. fig. 10, Gill. C. F. cum ic., *Agaricus* Bull. t. 574, f. 2, Sowerb. t. 343, Fr. S. M. I, p. 135, Secr. n. 855. — Pileo carnosulo, e conico explanato, inæquali, pellicula persistente, pruinosa, grisea; stipite subtiliter fistuloso, flocculoso-villoso, albicante; lamellis adnatis, crassis, distantibus, demum contortis anastomosantibusque, fuscescentibus.

*Hab.* ad Russulam adustam in Europa. — Pileus 8 mm. latus; stipes $2^1/_2$–5 cm. longus, 2 mm. crassus. Velum fibrillosum in hac manifestum. Iconem Britz. l. c. præbet formam roseolam lamellisque albidis. Huic sporæ pinguntur fusoideæ, magnæ, 1-guttatæ, hyalinæ, 25–30 ≃ 10 (an adventiciæ?).

9. **Nyctalis microphylla** Corda Ic. IV, f. 134, Fr. Hym. Eur. p. 464. 1971
— Pileo subcarnoso, hemisphærico, molli, glabro, nudo, albo; stipite fistuloso, glabro, cærulescente, deorsum attenuato; lamellis adnatis, integerrimis, sordide albis.

*Hab.* in Russula nigricante, comuni præcedentium matre, in Europa. — Sporæ ovato-oblongæ, hyalino, prob. 8–10 μ. longæ.

10. **Nyctalis vopisca** Fr. Epicr. p. 372, Hym. Eur. p. 464. — Pi- 1972
leo carnosulo, e cupulari-resupinato reflexo stipiteque brevi, excentrico, incurvo, flocculosis pallidis; lamellis crassis, distantibus, e centro radiantibus.

*Hab.* ad stipites Clitocybæ odoræ prope Zastrow Pomeraniæ (N. O. Ahnfelt). — Natura omnino est *N. parasiticæ*, sed minor tenuiorque et forma *Claud. byssiseli.* — *Asterophora candida* Weinm. Ross. pag. 630 ob lamellas tenues vix hujus generis nec statum pilei pulveraceum in hac observatum.

**STYLOBATES** Fr. Epicr. ed. I, p. 370 (Etym. *stylobates* columnæ pes), *Cantharellus* et *Merulius* Auct. — Fungus clavato-capitatus, utrinque hymenio tectus. Lamellæ inferne tenues, confertæ, subgelatinosæ, superne venosæ, crispatæ, vertice coalescentes. — Fungi maxime portentosi, cum nullo alio genere facile comparandi, ulterius inquirendi; fructificatio nondum indicata.

1. **Stylobates paradoxus** Fr. in Afz. Guin. p. 5 et Epicr. ed. I, p. 370. 1973
— Pileo capitato-clavato, immarginato, intus pulposo; stipite brevi fusiformi-radicato; lamellis vertice coalescentibus, rugoso-venosis, ad latera latiusculis, confertis, mollibus, visco quasi delibutis.

*Hab.* ad ligna sub terra putrescentia, locis arenosis in Guinea. — Fungus 3-4 cm. long., vegetus molli-pulposus, siccus contrahitur nec in aqua, quam colore rubicundo tingit, maceratus reviviscit, colore brunneo vertice fusco; stipes omnino contiguus, 12 mm. cr.

2. **Stylobates morchelliformis** Fr. Epicr. p. 370, Mont. Fl. Chil. VII, 1974
p. 346, t. VII, f. 1, *Cantharellus morchellocephalus* Mont. Cent. I, n. 55. — Pileo carnoso, capitato, anfractuoso-reticulato, umbrino; lamellis pallidioribus ad marginem anastomosantibus, dein bifurcis, tandem simplicibus in stipitem teretem, glabrum, levem, fuscescentem decurrentibus, sat angustis.

*Hab.* in herbidis umbrosis hortorum in Chile (Bertero). — Stipes solidus 5 cm. longus, sursum incrassatus; pileus udus 2 cm. lat

*Subsect. 2.* **Tenaces.**

**MARASMIUS** Fr. Epicr. p. 372 (Etym. *maraino* exaresco). — Fungi lenti, aridi, marcescentes (nec putrescentes), irrigati reviviscentes. Hymenophorum cum stipite contiguum, sed heterogeneum, in tramam descendens; velum nullum, excepta prima specie. Stipes cartilagineus vel corneus. Lamellæ lentæ, subdistantes, acie acuta integerrima.

Nova incipit Agaricinorum lentorum series, per *Collybias, Mollibus* connexa. Ut aliæ plantæ possunt exsiccati in herbariis servari. Marasmii genus admodum naturale, licet notis biologicis præcipue distinguatur. Species in Europa haud numerosæ, sed in terris calidioribus maxime luxuriant. Multæ pollent odore et sapore peculiari (omnes Allii odore huc pertinere videntur, nulla vero species farinæ recentis). Species plurimæ, ob notas mancas inter dubiæ sectionis rectius forte referendæ erant; tamen suis locis inserere conati sumus, licet sæpe dubitantes. Qui ergo sua specimina determinare cupit, patienter et latissime quærat in sectionibus pluribus.

I. Collybia Fr. Syst. Orb. Veg. I. p. 73. Pileus carnoso-lentus, demum subcoriaceus, sulcatus corrugisve, margine primo involuto; stipes subcartilagineus, mycelio floccoso, paucissimis nullo manifesto.

A. Scortei. Stipes solidus v. e medullato-farcto cavus, intus fibrosus, extus villo detersili cutem cartilagineam obtegente; lamellæ secedenti-liberæ.

*) Stipite basi lanato strigosove.

1. **Marasmius subannulatus** Trog. n. 3496, Fr. Hym. Eur. p. 465. — 1975
Pileo subcarnoso-coriaceo, tenui, plano, subdepresso, levi, lutescente; stipite fibroso, mox cavo, basi niveo-tomentoso, medio annulo obliquo incompleto cincto; lamellis adnatis, distantibus, junioribus rubellis, demum brunneis; sporis ferrugineo-luteis.

*Hab.* in Helvetia gregarius. — Inodorus. Stipes 2-6 cm. longus, 6 mm. crassus, utrinque incrassatus; pileus 2-6 cm. latus, carne alba.

2. **Marasmius urens** Fr. Epicr. p. 373, Hym. Eur. p. 465, Gill. C. 1976
F. cum icone, Berk. Outl. t. 14, f. 3, Gonn. et Rabenh. t. 8, f. 1, Bull. t. 528, f. 1. Cfr. Fries Linn. 1830, p. 715, *A. tomentellus* Schum. Fl. Dan. t. 2018, f. 1 (var. minor), *A. retipes* Lasch Linn. III, n. 145. — Acer; pileo e carnoso, coriaceo, convexo-explanato, glabro, levi, demum corrugi rivulosove; stipite fibroso, solido, rigido, pallescente, floccis albis ubique farinoso basique albovilloso; lamellis liberis, postice conjunctis, e pallido subluteoque brunnescentibus, demum remotis, distantibus, firmis; sporis 3-4 ∽ $2^1/_2$-3.

*Hab.* in silvis Europæ passim. — Subcæspitosus. Stipes 10-14 cm. longus, 6 mm. crassus, subventricosus, intus fibris crispis farctus, extus indumento secedente subreticulatus, basi haud strigoso-peronatus; pileus 3-6 cm. latus, disco sat compactus, nitidulus, vulgo gilvo-pallescens. Lecta fuit in calidariis Britanniæ forma pileo adulto atro et sapore acerrimo (B. et Br. A. N. H. n. 1889).

3. **Marasmius peronatus** Fr. Epicr. p. 373, Hym. Eur. p. 465, Pat. 1977
tab. 411, Berk. Outl. t. 14, f. 4, Bolt. t. 58, Sowerb. t. 37, — *B.* basi lanato-peronatus: *A. lanatus* Schum. *A. calceolatus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 138, Fl. Dan. t. 2018, f. 2. — Acer; pileo coriaceo-membranaceo, convexo-plano, obtuso, opaco, demum lacunoso, margine striato; stipite fibroso-farcto, villoso-corticato, e flavo subrufescente, basi peronato-strigoso; lamellis adnexo-secedentibus, subtenuibus, confertiusculis, e pallido rufescentibus; sporis ovoideis, 6-8 ∽ 3-5.

*Hab.* inter folia decidua sparsus, sed frequens in Europa. — Stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus, demum cavus et compressus, cuticula villosa trita secedente, tomento ad basim luteo albove; pileus 2-6 cm. latus, junior quoque flaccidus, pallide testaceo-rufescens, adultus alutaceus; lamellæ primo albidæ, ligneo-pallidæ v.

luteo carneoloque vibrantes. Boltonii et Sowerb. icones hunc fungum optime sistunt; haud paullum recedunt Berk. Outl. t. 14, f. 4 et Gonn. et Rab. t. 8, f. 4 (pileo fere coccineo). — Var. **rugulosus** Schulz. et Bres. in Hedw. 1885 pag. 141, Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1879, pag. 502 (sub *Collybia*): extus sordide-cinnamomeus, in sicco expallens, inde stipite fere albido; pileo ochraceo, submembranaceo, mox irregulariter expanso sinuato et repando 4,5–5 cm. et ultra lato, lento, præcipue ad marginem valde veniformi-corrugato, sub lente innato-fibrilloso, nec nitido; lamellis mox liberis, distantibus, linearibus 4 mm. lat., acie albidis; stipite subcontiguo æquali, recto, stricto, tenaci, nec cartilagineo, farcto 3,5–5 mm. crass., 5–5,5 cm. l., normaliter ad basim obscuriori, interdum subfloccoso-tomentoso; sporis niveis oblongo-ovatis ad basim partim attenuatis et lateraliter curvatis inæquilateralibus, 8-9 $\mu$. longis; carne albida, odore subaromatico et sapore grato subdulci. In dumetis, minute cæspitosus, in Slavonia, post densas pluvias julio.

4. **Marasmius sulciceps** Berk. Dec. of Fung. n. 156. — Pileo membranaceo, depresso, umbilicato, rufo-pallescente, e centro sulcato; stipite compresso, cartilagineo, velutino-pruinoso, basi substrigoso; lamellis ventricosis, secedenti-liberis rufis; sporis ferrugineo-ochraceis, oblique ovatis subapiculatis. 1978

   *Hab.* in ligno vetusto, Hautane Ceylon (Gardner). — Facies exacte parvi speciminis *M. peronati* sed sporæ fere *Cortinarii*. — An ergo hujus loci?

5. **Marasmius porreus** Fr. Epicr. p. 374, Hym. Eur. p. 466, Pat. tab. 220, Berk. Outl. p. 219, *A. alliaceus* Sow. t. 81, *A. peronatus* var. 3, With. Arr. IV, p. 213, Bull. t. 158? — Graveolens; pileo coriaceo-membranaceo, convexo-explanato, striato, flaccido, disco concolore levi; stipite e farcto cavo, tenaci, exsucco, utrinque incrassato, rubro-fusco, pubescente; lamellis secedenti-liberis, distantibus, firmis, e flavido pallescentibus; sporis limoniformibus, 6 = 4. 1979

   *Hab.* inter folia decidua in silvis Europæ. — Odor alliaceus, sed non ita fortis ac reliquorum et fungi exsiccati fugax. Stipes 5–8 cm. longus, 4–6 mm. crassus, apice dilutior, basi non nisi rarius villosus; pileus $1\frac{1}{4}$–$2\frac{1}{2}$ cm. latus, opacus, sordide lutescens, exsiccatus pallens; lamellæ late lineares, demum coriaceæ. H. l. *A. croceus* $\gamma$. Pers. Myc. Eur. 3, p. 130, sed nec hujus nec ullius alii Marasmii major est cum *Myc. crocata* affinitas, quam cum *M. galopoda*.

6. **Marasmius mulleus** Fr. Epicr. p. 374, Hym. Eur. p. 466, *Ag. peronatus* Lasch l. c. n. 143, Vaill. Par. p. 63, n. 16, *A. erythropus phæopus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 133 (spec. imperfectum). — Mitis; pileo carnoso-coriaceo, tenui, planiusculo, obtuso, demum depresso, levi; stipite fibroso, e cavo compresso, basim versus fusiformi-radicato badio, cingulo purpurascenti-tomentoso; lamellis secedenti-liberis, confertis, subtenuibus, citrinis. 1980

*Hab.* ad truncos Aceris, Syringæ etc. subcæspitosus, in Europa. — Odore et sapore a *porreo* mox distinctus; stipitis (sursum pallidi, 3-4 cm. longi, 4 mm. crassi) basis leviter tumet et strigosa fit, sed radix acuminata glabra; pileus 1-2½ cm. latus, brunneo-flavidus, in ochroleucum transiens.

7. **Marasmius fœniculaceus** Fr. Epicr. p. 374, Hym. Eur. pag. 466, Guill. Champ. Fr. t. I, f. 5, *A. tomentellus* Lasch l. c. n. 143, β. — Mitis; pileo carnosulo, lento, e convexo-umbonato plano-depresso, leviusculo; stipite fibroso, e farcto cavo, glabro, basi præmorsa rufo-hirta; lamellis adnexis, latis, crassis, distantibus, albidis. 1981

*Hab.* ad vias in graminosis silvaticis raro in Europa. — Odore et sapore miti totaque indole *M. oreadi* proximus, ut egregius Lasch jam observavit. Præcedente minor; stipes subæqualis v. utrinque leviter incrassatus, basi solidus; pileus 2-4 cm. latus, pallescenti-albus. Condimentarius.

8. **Marasmius incarnatus** Quél. Ench. p. 143. — Albo-carneus; pileo connexo-depresso, flexuoso; stipite basi albo-lanato; lamellis confertis, adnatis, incarnato-roseis. 1982

*Hab.* in Gallia or. — An huc, observante Quélet, *Cantharellus Houghtoni* Phill.?

9. **Marasmius oreadoides** Passer. Parm., Fr. Hym. Eur. p. 467. — Inodorus; pileo carnosulo, e conico-convexo demum explanato, glabro, e testaceo expallente; stipite exquisite fistuloso, basi leviter incrassato, præmorso, albo-villoso; lamellis liberis, distantibus, latis, albis. 1983

*Hab.* locis herbidis, sterilibus cæspitosus, in Europa et in Africa australi (Mac Owan). — Stipes albus, nitidus, demum tortus et interdum compressus. *Mar. oreadi* omnino similis (forma africana) sed minor, et ob stipitem basi præmorsum, albo-villosum huc potissimum referenda (Kalchbr.).

10. **Marasmius rivulosus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 38. — Pileo campanulato, tenui, pallido, usque ad umbonem sulcato; stipite 1984

cinereo pulverulento albo-farcto; lamellis angustis, arcuatis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 5 cm. latus, carneo-albus; stipes 6 cm. longus, crassitie 2 mm. superans, intus rubro-brunneus; lamellæ carneæ.

11. **Marasmius hemibaphus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. 1985
— Pileo convexo umbonato, sulcato, fulvo; stipite rigido, flexuoso, striato nec torto; lamellis latiusculis, interstitiis venosis.

*Hab.* ad truncos emortuos etc. Ceylon (THWAITES). — Pileus $1^1/_4$-3 cm. latus, multo dilutior quam in *M. florideo* sed præsertim differens stipitis fabrica, 5 cm. longi, 2 mm. crassi.

12. **Marasmius cæspitosus** Peck 26 Rep. pag. 65. — Pileo carnoso, 1986
convexo, levi, brunneo, lilacino tincto, margine tenui excedente; stipite subæquali, plerumque apice compresso, farcto vel cavo, pruinoso; lamellis confertis, liberis, inter se ad stipitem subconnexis, antice angustis, albis.

*Hab.* ad radices Betulæ in silvis, Richmondville Amer. bor. — Cæspitosus; $2^1/_2$-5 cm. altus; pileus 13-21 mm. latus. Sæpe pileus irregularis stipesque excentricus.

13. **Marasmius umbonatus** Peck 25 Rep. p. 80. — Pileo tenui, tena- 1987
ci, expanso, umbonato, glabro, levi vel substriato, alutaceo, margine primitus incurvo; stipite æquali, solido, velutino-tomentoso, sursum fulvo, deorsum pallidiore; lamellis angustis, subdistantibus, attingentibus, venoso-connexis, plerumque antice ramosis, albis.

*Hab.* ad terram sub coniferis, North Elba Amer. bor. — Gregarius; statura $2^1/_2$-4 cm. metiens; pileus 13-19 mm. latus; stipes 1 mm. crassus.

14. **Marasmius fibrosipes** B. et C. Cub. Fungi n. 89, in Journ. Linn. 1988
Soc. vol. X. — Pileo depresso, subcoriaceo, tenui, glabro, rufo marginem versus inflexum albido; stipite crassiusculo, fibroso-squamoso, solido, albo fusco-tincto; lamellis confertis, angustis, liberis, postice rotundatis remotis; sporis albis.

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 4 mm. crassus.

15. **Marasmius badius** B. et C. Cub. Fungi n. 92, in Journ. Linn. 1989
Soc. vol. X. — Pileo convexo, striato, glabro, margine incurvo; stipite pruinoso glabrescente; lamellis ventricosis, distantibus, leviter adnatis, crassis, postice rotundatis, interstitiis levibus.

*Hab.* supra cortices inter muscos Cubæ in America centr. (C.

Wright). — Pileus 12-18 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus, sursum deorsumque incrassatus.

16. **Marasmius sericipes** B. et C. Cub. Fungi n. 96, in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo convexo, tenui, rugoso; stipite crassiusculo, sericeo glabrescente; lamellis distantibus, angustis, adnatis, interstitiis levibus. 1990

*Hab.* ad truncos emortuos in silvis in Cubæ America centr. (C. Wright). — Exsiccatione vinoso-rufus. Pileus 18 mm. latus; stipes 2½-3 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Affinis *M. rhyssophyllo.*

17. **Marasmius rhyssophyllus** Mont. in Berk. Cub. Fungi n. 97, in Journ. Linn. Soc. X, p. 36. — Pileo ex adpresso fibroso, glabro, pallide flavo; stipite concolore, glabro basi strigoso; lamellis distantibus, interstitiis trabeculatis flavis. 1991

*Hab.* ad ramos languidos vel emortuos in silvis densis Cubæ Amer. centr. (Wright), Guianæ Amer. merid., Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus. Albus v. pallide luteus.

18. **Marasmius inæqualis** B. et C. Cub. Fungi n. 114, in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo convexo, albo, plicato; stipite elongato, sursum pellucido albo, deorsum opaco, nitido, luteo-pallido, basi strigoso, subtiliter furfuraceo; lamellis paucis, crassis, obtusis, albis. 1992

*Hab.* ad truncos emortuos Cubæ Amer. centr. (C. Wright).

19. **Marasmius hinnuleus** B. et C. Cub. Fungi n. 115, in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Helvolus; pileo nitido, glabro, subconico, sulcato; stipite pellucido, basi strigosa affixo glabro; lamellis crassis, distantibus, adnexis. 1993

*Hab.* ad folia emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, magis pellucidus quam in affinibus immediatis.

20. **Marasmius rubricosus** Mont. Guy. n. 304, et Syll. Crypt. n. 429. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo-hemisphærico, rubricoso, centro umbonato, margine primo involuto tenuissime plicato-striatulo; stipite longo etiam striatulo, torto, glabro, badio nitido, basi radiatim fibroso-strigosa affixo; lamellis confertis, tridymis, attenuatis, primitus pallidis, siccitate umbrinis, secedenti-liberis. 1994

*Hab.* ad ramulos, folia et quisquilia in silvis, Cayenna Amer. merid. et ad ligna emortua Resaca, Rio Purus Brasiliæ (Traill). — Pileus 1 cm. lat.; stipes 6 cm. long., ½ mm. cr.

21. **Marasmius luteus** Mont. Cent. VI, p. 32, Ann. Scienc. Nat. ser. 4, V, p. 364. — Solitarius, luteus; pileo carnoso-membranaceo, he- 1995

misphærico, levi; stipite elato, solido, subæquali, basi piloso-floccoso, concolori, sursum nudo, dilutiori; lamellis tridymis, convexis haud attingentibus, pallidis.

*Hab.* inter folia, Matto Grosso Brasiliæ (Weddell).

22. **Marasmius pellucidus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 35, 1996
— Pileo planiusculo pellucido; stipite æquali, brunneo, subtiliter pulverulento; lamellis distantibus, angustis, albis, liberis; interstitiis levibus.

*Hab.* ad ramulos emortuos etc. Ceylon (Thwaites). — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, tenuis, convexus. Cum *M. crispato* conferendus, sed adspectu pellucido et lamellis differentibus distinctus.

23. **Marasmius crispatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 35. 1997
— Pileo e campanulato convexo-plano, obtuso, subcarnoso, sulcato-striato, rufo-fusco, centro saturatiore; stipitibus fasciculatis, e strato piloso oriundis, farctis, pallidis, apice dilatatis; lamellis pallidioribus, arcuatis, breviter adnatis.

*Hab.* supra folia emortua, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 6-8 cm. latus, crenatus, castaneo-brunneus, subradiatus; stipes 8 cm. v. ultra longus, 4 mm. crassus, sursum pallidus. Admodum varians; plura exsiccata specimina umbilicata multoque magis crispata.

24. **Marasmius luteolus** B. et C. N. Pac. exp. n. 71. — Pileo hemi- 2098
sphærico, demum umbilicato, luteo; stipite glabro, floccis fulvis affixo; lamellis pallido-luteis, ramosis, distantibus, adnexis.

*Hab.* ad folia emortua Palmarum in insulis Bonin. — Affinis *M. petalino.*

25. **Marasmius petalinus** B. et C. N. Pac. exp. n. 70. — Albus; pi- 2099
leo hemisphærico, expanso, membranaceo striato; stipite hygrophano, basi striguloso, e strato corticioideo oriundo; lamellis paucis veniformibus adnexis.

*Hab.* ad virgulta emortua et cortices in insulis Bonin.

26. **Marasmius luteo-fuscus** B. et C. N. Pac. exp. n. 72. — Pileo 2000
hemisphærico, umbilicato, sulcato, rugoso, helvolo; stipite basi tomentoso, sursum glabro, hygrophano; lamellis subdistantibus, adnatis, flavo-albis.

*Hab.* in montibus in insulis Bonin.

**) Stipite basi nudo, e fibris tortis sæpe contexto.

27. **Marasmius cepaceus** Fr. Epicr. pag. 375, Hym. Eur. pag. 467, 2001
Obs. I, p. 29 e Mich. t. 78, f. 5, quæ fons. — Graveolens; pileo

carnoso, lento, tenui, ex hemisphærico explanato, obtuso, levi; stipite solido, levi, lutescente, basi incrassata nudo; lamellis adnexo-secedentibus, albis.

*Hab.* in arvis Italiæ et Germaniæ. — Pileus lutescens. Allii odore pollet, sed sq. videtur proximus. Caveas, ne e speciebus alliodoris omnium sectionum hujus generis peculiarem sectionem fingas; licet odor similis sit, nulla affinitate propius inter se conjunguntur. Condimentarius.

28. **Marasmius oreades** Fr. Epicr. p. 375, Sverig. ätl. Svamp. t. 31, Hym. Eur. p. 467, Bern. Ch. Roch. t. 43, f. 2, Kickx p. 210, Bolt. t. 151, Grev. t. 323, Vittad. t. 10, f. 1, Krombh. t. 43, f. 11-16, Fl. Bat. t. 830, Gonn. et Rab. t. 8, f. 3, *A. caryophylleus* Schaeff. t. 77, *A. pseudomouceron* Bull. t. 144, 528, f. 2, *A. pratensis* Sowerb. t. 247. — Subfragrans; pileo carnoso, lento, e convexo plano, subumbonato, glabro, expallente; stipite solido, æquali, ubique cute villoso-contexta corticato, pallido, basi nudo; lamellis liberis, latis, distantibus, albo-pallidis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 7-9 ≃ 4-6. 2002

*Hab.* in campis et versuris per annum ubique, circinatim v. seriatim nascens in Europa, ad terram siccam pr. Minussinsk in Sibiria et ad Sarawak, Bornei et in Carol. media, Amer. bor. — Odor debilis, sed gratus, sicci fortior; pileus 1-6 cm. latus e rufescente expallens, udus margine striatus; stipes 2-8 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Ceteris mollior, lamellis sat agaricinis. Condimentum æstumatum.

29. **Marasmius Queletii** Schulz. in Hedw. 1885, n. IV., *Ag. oreades* Bolt. var. *albidus* Schulz. Verhandl. zool.-bot. Gesellsch. 1878, p. 429. — Pileo e pulvinato semigloboso convexo et subumbonato-expanso, 2,3-3,5 cm. lato, medio carnoso, ad marginem tenui; margine secundum dorsum lamellarum sinuato, nec striato; lamellis liberis, postice ventricosis, plerumque 6 mm. latis, antice cuspidatis distantibus; stipite farcto, tenaci, glabro, contiguo, ubique 2-3,5 mm. crasso aut deorsum attenuato, basi radiculoso, radiculis 2 cm. et ultra longis, mycelio byssino, dilute cinereo; sporis ellipsoideis inæquilateralibus, 9-12 ≃ 4-6. 2003

*Hab.* in pratis in Slavonia, Sept. Oct. gregarius, sæpe in segmentum circuli dispositus. Odor et sapor bonus fungorum.

30. **Marasmius globularis** Fries in Quélet p. 197, t. 23, f. 6, Hym. Eur. p. 467. — Pileo carnosulo, e globoso-campanulato, umbonato, pellucido-striato, hygrophano, versicolore; stipite fistuloso, pulve- 2004

rulento, albo, basi fuscescente; lamellis liberis, distantibus, ventricosis, aquose albis, demum obscuratis.

*Hab.* inter folia putrescentia in silvis montanis Juræ, cæspitosus. — Edulis, odore *M. oreadis*; pileus lacteus, nitidus, in roseum vergens, demum fuligineo-violaceus.

31. **Marasmius plancus** Fr. Epicr. p. 375, Hym. Eur. p. 468, Oudem. Bat. n. 64, Paul. t. 103, f. 5, 6. — Mitis; pileo carnoso-lento, plano-depresso, obtuso, levi, expallente; stipite cavo, mox compresso, villo albo corticato, basi subattenuata nudo; lamellis secedenti-liberis, distantibus, linearibus, obscurioribus. 2005

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — *M. oreadi* affinis; stipes tenax, tortilis, sursum comprimendo præcipue incrassatus, pallidus nec albus; pileus latior, $2^1/_2$ cm., subrepandus, rufescens; lamellæ ligneo-brunneæ.

32. **Marasmius anomalus** Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p. 76. — Pileo tenui, convexo, glabro, griseo-rufo; stipite æquali, cavo, glabro vel leniter pruinoso, pallido, basi rufo-brunneo; lamellis confertis, paucis, postice rotundatis, liberis, albis vel pallidis. 2006

*Hab.* ad truncos inter folia in silvis Catskill et Miami Valley Ohio Amer. bor., julio. — Fungus 2,5-5 cm. altus; pileus 1,2-4 cm. latus; stipes 5-7 cm. longus, 2,5 mm. crassus. *Marasmio planco* similis.

33. **Marasmius pyramidalis** (Scop.) Fr. Epicr. pag. 375, Hym. Eur. p. 468, *Agaricus pyramidalis* Scop. p. 433, *A. nigricans* Lasch in sched. et icon. miss., Vaill. Par. p. 59, n. 54. — Mitis; pileo carnoso-coriaceo, e conico convexo, umbonato, glabro, nitido; stipite farcto, tenaci, sursum attenuato, flocculoso, pallido, basi subradicato; lamellis arcuato-adnexis, latis, crassis, albidis, subrufescentibus. 2007

*Hab.* locis silvaticis præruptis, inter Polytricha etc. raro, in Europa. — Affinis *M. fœniculaceo* et *oreadi*. Stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, fibroso-striatus, albidus, tritus obscurior et pileo subconcolor, forte medullato-fistulosus; pileus primo mollis, campanulatus, 9 mm. $2^1/_2$ cm. latus, atro-fuscus v. fuligineus, dein expansus, umbonatus, expallens (disco mox rufescente).

34. **Marasmius scorteus** Fr. Hym. Eur. 468. — Mitis; pileo carnosulo, lento, e convexo explanato, obtuso, exstrio, demum ruguloso, pallescente; stipite obsolete fistuloso, æquali, tenaci, albo-fuscescente, apice subtiliter pruinoso; lamellis rotundato-liberis, latis, distantibus, albis. 2008

*Hab.* in silva humosa Dalbyensi ad Lund. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. vix crassus, non floccosus, exsiccatione contortus et fuscescens, primo obtutu solidus; pileus 10-12 mm. latus, sæpe albidus. Habitus *M. oreadis* diminuti. — Num var. major sit Batsch f. 10) et Secr. n. 760, non liquet

35. **Marasmius semipellucidus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 36. — Pileo campanulato, sulcato, spadiceo; stipite sursum pellucido, deorsum opaco, toto striato; lamellis albis. 2009

*Hab.* ad truncos emortuos Ceylon (Thwaites). — Pileus 2-4 mm. latus; stipes $1^1/_4$ cm. longus. Differt ab aliis speciebus, cum quibus commutari potest, stipitis apice pallido pellucidoque.

36. **Marasmius subaurantiacus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 36. — Cæspitosus; pileo convexo, subcarnoso, subtiliter tomentoso, nitide ochraceo, hic illic aurantiaco tincto; stipite albo fibrilloso; lamellis adnexis, interstitiis venosis. 2010

*Hab.* ad lignum emortuum Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus; caro ad centrum crassa; stipes 18 mm. longus, $1-1^1/_2$ mm. crassus, 10-plurifasciculatus; lamellæ modice latæ. Habitus *M. consocii* B.

37. **Marasmius florideus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. — Pileo plano, subumbonato, sulcato, atro-rubro; stipite concolori, striato, torto; lamellis latiusculis, distantibus, ochraceis. 2011

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus $1^1/_4$-4 cm. latus, margine inflexo; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 2 mm. crassus, fortiter tortus; lamellæ distinctæ; interstitia venosa.

38. **Marasmius tenebrarum** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. — Pileo convexo umbilicato, tenui, radiato-striato, pallide rufo, glabro; stipite glabro, solido, crassiusculo, albido; lamellis confertis, angustis, adnatis, pallide fuscis. 2012

*Hab.* ad ramulos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus; stipes 8 mm. longus, cartilagineus. Exsiccatione rufus.

39. **Marasmius hepaticus** Berk. Dec. of Fung. n. 102. — Cæspitosus; pileo, hemisphærico, glaberrimo stipiteque supra subæquali deorsum incrassato, glabro, fibroso-cartilagineo hepaticis; lamellis subliberis distantibus, postice attenuatis, fulvis. 2013

*Hab.* inter Filices emortuas etc. in terra Van Diemen Australiæ (R. Gunn. Esq.). — Pileus 18 mm. latus, subcarnosus; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus. Eximia species nonnihil *M. erythropodem* simulans sed a quacumque descripta specie distinctissima.

40. **Marasmius pilopus** Kalchb. in Grevillea VIII, p. 153, tab. 143, f. 13. — Pileo coriaceo-membranaceo, subdiaphano, convexo, obtuso vel centro depresso, vix 2,5 cm. lato, toto radiatim striato, gilvo-pallescenti; stipite e farcto-cavo, 2,5-5 cm. longo, 2,5 cm. et ultra crasso, basi bulbilloso, toto tomento pulveraceo, fulvo-ochraceo, dense vestito; lamellis adnatis postice latissimis, ambitum versus summopere angustatis, distantibus, ramosis, acie integris, siccando carneo-rufis, pileo obscurioribus; sporis ovatis, minutis, 2,5 ≃ 1,5 2014

*Hab.* in lignis, Richmond River, N. South Wales Australiæ (Mueller).

41. **Marasmius spongiosus** B. et C. Dec. Fungi n. 208. — Pileo plano, albido-fusco, centro obscuriori, obtuso; stipite furfuraceo-pulverulento, basi incrassato, spongioso, fulvo-villoso; lamellis latis, albidis, subconfertis, leniter adnatis. 2015

*Hab.* ad terram inter folia dejecta, West Albany et Center Amer. fœder. (Peck), et South Carolina. — Pileus 1-1,3 cm. latus; stipes 3,5 cm. longus.

42. **Marasmius rufo-striatulus** Mont. Cent. VII, p. 32, Ann. Scienc. Nat. ser. 4, V, p. 364. — Pileo carnosulo-membranaceo, planiusculo, albo, disco levi striisque rufulis radiantibus marginemque attingentibus; stipite solido, gracili, puberulo, rufescente; lamellis tridymis, confertis, angustissimis, a stipite discretis, albis. 2016

*Hab.* in silvis ad folia dejecta, Matto-Grosso Brasiliæ (Weddell).

43. **Marasmius rufo-punctatus** Mont. Cent. VII, p. 31, Ann. Scienc. Nat. ser. 4, V, p. 363. — Gregarius, albidus; pileo e convexo explanato, centro depresso, flocculis rufis scabro; stipite levi, solido, erecto vel ascendente; lamellis tridymis, convexis, majoribus adnato-subdecurrentibus, concavis. 2017

*Hab.* ad truncos humidos in silvis, Matto-Grosso Brasiliæ (Weddell).

44. **Marasmius sumatrensis** Lév. Ann. Sc. Nat. oct. 1844 (*Agar.*), p. 170. — Pileo membranaceo, coriaceo, orbiculari, nudo, dichotome sulcato; lamellis distantibus, latis, adnatis, fusco-nigricantibus; stipite gracili, pleno, cylindrico, æquali, tomentoso-ferrugineo. 2018

*Hab.* in insula Sumatræ (Korthals).

45. **Marasmius? Moritzianus** Lév. Champ. Mus. p. 114. — Pileo membranaceo, discoideo, radiato, nudo, fusco; lamellis obscure plumbeis, distantibus, postice acute adnatis; stipite gracili, nudo, pileo dilutiori. 2019

*Hab.* in insula Java (Zollinger). — Pileus latus 2-3 cm.: affinis *M. sumatrensi.*

46. **Marasmius mauritianus** Lév. Champ. exot. p. 168 (*Agar.*). — 2020
Glaber pallide flavus; pileo coriaceo subcarnoso, convexo, depresso sulcato; lamellis crassis distantibus, ramosis, acute adnatis latus; stipite pleno fibroso, sursum dilatato, deorsum fuscescente.

*Hab.* ad truncos in insula Mauritii. — Pileus 4-8 mm.; stipes cum pileo 2-3 cm. altus.

47. **Marasmius alliiodorus** (Mont.) Fr. Epicr. p. 384, Mont. Fl. Chil. 2021
VII, p. 349, *Cantharellus alliiodorus* Mont. Prodr. J. Fern. n. 12. — Graveolens, pallidus; pileo membranaceo, convexo, subumbilicato, exstrio, glabro; stipite subfistuloso glabro; lamellis subdecurrentibus, dichotomis, anastomosantibusque pliciformibus.

*Hab.* ad ligna putrida locis humidis, Juan Fernandez in Oceania (Bertero).

48. **Marasmius aleurocephalus** Berk. Chall. Exp. III, p. 42. — Pi- 2022
leo convexo, aleuriato, (h. e. subfarinoso), rugoso-plicato, fulvo; stipite compresso, brunneo, basi incrassato.

*Hab.* in insula Aru prope Papuasiam. — Pileus 6 mm. latus; stipes 12 mm. longus.

49. **Marasmius purpureus** B. et C. Cub. Fungi n. 135, in Journ. Linn. 2023
Soc. X. — Pileo e convexo plano, tenui, sulcato, tomentoso purpureo; stipite excentrico brevissimo, solido, sursum incrassato, albido; lamellis latis, distantibus, adnexis, purpureis, interstitiis levibus.

*Hab.* ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18 mm. latus; stipes 2-4 mm. longus.

50. **Marasmius cremoriceps** B. et C. N. Pac. exp. n. 68. — Pileo um- 2024
bilicato, candido, glabro; stipite cartilagineo sursum rufescente; lamellis decurrentibus cremoricoloribus.

*Hab.* inter folia emortua atque gramina in Japonia. — Similis *Clitocybæ phyllophilæ.*

51. **Marasmius Hookeri** Berk. Dec. n. 391, Hook. Journ. 1852, p. 136, 2025
t. VI. — Pileo amplo, hemisphærico, viridi, e disco centrali orbiculari umbilicato, profundissime et latissime sulcato; stipite elongato, fistuloso, deorsum incrassato, fulvo; lamellis distantibus, paucis, pallido-flavis, postice rotundatis, adnexis.

*Hab.* in silvis inter muscos in montibus Khasya Indiæ, 1700 m. alt. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 15 cm. long., basi 10 mm. cr., apice 4 mm. cr. *M. prasio* affinis.

B. TERGINI. Stipes radicans, definite tubulosus, haud fibrosus, manifeste cartilagineus. Lamellæ secedenti-liberæ. Pileus quam priorum tenuior, hygrophanus, nunc levis, nunc margine striatus.

*) Stipite deorsum lanato, sursum glabro.

52. **Marasmius prasiosmus** Fr. Epicr. p. 370, Hym. Eur. p. 468, *A. alliaceus* Scop. p. 454, Bull. t. 524, f. 1, Secr. n. 831, excl. syn. *A. porreus* Fl. Dan. t. 2020, f. 2. — Graveolens; pileo submembranaceo, lento, e campanulato-convexo explanato, obtuso, rugulose; stipite fistuloso, sursum pallido, glabrato, deorsum incrassato, e pallido rufo fuscove, subtomentoso; lamellis adnexis, subconfertis, primitus albis. 2026

*Hab.* ad folia in quercetis in Europa. — Licet junior *Myc. crocatam* referat, certissime nulla exstat affinitas, insignis vero cum *M. porreo*. Odor alliaceus, fortis, persistens. Habitus *M. tergini* nec *M. peronati*. Pileus 2-4 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 2 mm. crassus, tenax, basi dilatata incurva, foliis adhærens; pileus albicans, disco sæpe obscuratus.

53. **Marasmius varicosus** Fr. Epicr. p. 376, Hym. Eur. p. 469, Icon. t. 174, f. 1. — Inodorus; pileo carnosulo, lento, e campanulato plano, subumbonato, siccitate obscurato; stipite fistuloso, tenui, glabro, rubiginoso, succo atro-sanguineo referto, basi fulvo-tomentoso; lamellis secedenti-liberis, confertissimis, angustissimis, siccitate umbrino-fuscis. 2027

*Hab.* locis humidis muscosis in Suecia. — Valde singularis, certe Marasmius, licet lamellæ confertæ; cum *Myc. hæmatopoda* non comparandus. Pileus 1¼ cm. latus v. parum ultra; lamellæ fusco-purpureæ contra omnem normam siccitate obscuriores; stipes nunc (inter muscos altiores) 8 cm. longus, ad medium tomento e rubiginoso nigricante tectus; nunc 2½ cm. tantum, totus glaber, nigrescens (siccitate non pruinatus).

54. **Marasmius cornicolor** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 36. — Fasciculatus; pileo convexo umbilicato, opaco, subcoriaceo, glabro; stipite rufo, sursum glabro, deorsum albo-tomentoso; lamellis angustis, lividis, margine pallidioribus, crenatis, ventricosis, confertis, subremotis. 2028

*Hab.* ad truncos emortuos, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Affinis *M. varicoso* Fr.

55. **Marasmius fusco-purpureus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 377, Hym. Eur. p. 469, Britz. Mar. f. 3, Berk. Outl. p. 219, *Agaricus* Pers. Ic. et 2029

descr. t. 4, f. 1-3, Myc. Eur. 3, p. 137, Weinm. p. 96. — Inodorus; pileo carnosulo, convexo-plano, subumbilicato, expallente; stipite fistuloso, glabro, exsucco, atro-purpureo, basi rubiginoso-strigoso; lamellis annulato-adnexis, demum liberis, distantibus, rufescentibus.

*Hab.* inter folia Fagi, nunc minor cæspitosus, nunc major simplex. Stipes nunc $2^1/_2$, nunc 8 cm. longus, 2-4 mm. crassus, primitus pallidus; pileus 1-$2^1/_2$ cm. latus, atro-purpureus, siccus alutaceus; sporæ 8-10 ≃ 4.

56. **Marasmius cohortalis** Berk. F. Glaz. p. 754. — Cæspitosus; pileo ochroleuco, radiato-striato, glabro; stipite rufo, subtiliter pruinato, e mycelio amplo corticioideo oriundo; lamellis adnexis, interstitiis venosis. 2030

*Hab.* inter folia in Brasilia. — Quoad habitum *M. fusco-purpureo* similis. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 5 cm. longus, $^1/_4$ mm. crassus.

57. **Marasmius terginus** Fr. Epicr. p. 377, Hym. Eur. p. 469, Ic. fung. t. 174, f. 4, Berk. et Br. n. 1361, *A. Stephensii* Berk. Outl. p. 220. — Inodorus; pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, nitido, albicante; stipite fistuloso, sursum glabro, nitido, pallido, deorsum rubente, albo-villoso, radicante; lamellis secedenti-liberis, subconfertis, angustis, pallidis; sporis subellipsoideis circiter 7-9 ≃ 4. 2031

*Hab.* inter folia decidua. — Pileus 1-3 cm. latus, tenax, demum etiam depressus, varians incarnato- et lutescenti-albus; stipes 5-8 cm. longus, 1 mm. crassus.

58. **Marasmius putillus** Fr. Epicr. p. 377, Hym. Eur. p. 470, Karsten Fènn. n. 323. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, expallente, margine striato; stipite fistuloso, glabro, curto, rufescente, basi præmorsa albo-villoso; lamellis emarginato-liberis, confertis, rufis, acie dilutioribus, integerrimis; sporis ellipsoideis, hyalinis, circiter 9 ≃ 4. 2032

*Hab.* in Europa in pineto-montanis locis siccis ad acus Pini copiose, sed non alibi. — Gregarius, pusillus, serotinus, pileo rufo-cinnamomeo, sicco rufescenti-alutaceo; stipes pileo dilutior, donec hic pluviis hiemalibus expalluit. in habitum Batsch f. 9, i. e. *Collybiæ myosuræ.*

59. **Marasmius carpathicus** Kalchbr. Enum. II, n. 1201, t. 2, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 470, *Ag. collinus* Lumn. Pos. 1179. — Pileo carnosulo, e convexo plano, subumbonato, viscidulo, fuscescente, hygrophano, margine striatulo; stipite levi, superne nudo, pallido, ce- 2033

terum badio-fuscescente, basi radicante albo, villoso; lamellis rotundato-adnexis, subdistantibus, pallidis.

*Hab.* per totam Carpathorum catenam frequens. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus et ultra; lamellæ exsiccatæ pileo obscuriores. Odor debilis, sapor mitis.

60. **Marasmius elongatipes** Peck 27 Rep. p. 66. — Pileo tenui, convexo, glabro, margine exquisite striato, fulvo-rubro; stipite procero, stricto, æquali, cavo, pruinoso-tomentoso, radiato, brunneo vel alutaceo,apice albo; lamellis haud confertis, adnexis, albis. 2034

*Hab.* inter folia deiecta in silvis, Savannah et Bethlehem Amer. bor. — Statura 5-13 cm. adæquans; pileus 8-13 mm. latus; stipes 1 mm. crassus. Hujus speciei stipes procerus, strictus, gracilis characterem acutum sistit.

61. **Marasmius semihirtipes** Peck 25 Rep. p. 79. — Pileo tenui, tenaci, subplano v. depresso, glabro, plerumque ad marginem striato, hygrophano, udo testaceo-brunneo, sicco alutaceo, disco plerumque obscuriore; stipite æquali, levi vel subtiliter striato, cavo, sursum glabro, basim versus velutino-tomentoso, rubescenti brunneo; lamellis subdistantibus, attingentibus, subtiliter venoso-connexis, acie subcrenulatis, albis. 2035

*Hab.* ad terram inter ramulos et folia deiecta, West-point Amer. bor. — Gregarius, inodorus, $2^1/_2$-5 cm. altus; pileus 13-19 mm. latus; stipes 1 mm. crassus.

62. **Marasmius bombycirrhizus** B. et Cooke in Grevillea. — Pileo membranaceo, convexulo, pallido, margine striato; stipite fistuloso, albido, superne glabro, inferne elongato radicato, albo-floccoso; lamellis adnatis, albis. 2036

*Hab.* ad conos deiectos Magnoliæ glandifloræ, Gainesville Floridæ Americæ bor. — Pileus 6-8 mm. latus; stipes 5-8 cm. longus, cuius dimidia pars inferior radicata atque fibrillis gossypinis obtecta.

63. **Marasmius semisquarrosus** B. et Cooke Rav. Fung. Amer. n. 106, et in Grevillea. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, albido, margine striato; stipite cavo, badio-fusco supra glabro, substriato, infra floccoso-squarroso, leniter incrassato; lamellis adnexis, subconfertis, albidis. 2037

*Hab.* inter folia deiecta, Gainesville Floridæ Amer. fœder. — Pileus 12-18 mm. latus; stipes 5-8 cm. longus.

64. **Marasmius dealbatus** B. et C. Cub. Fungi n. 107 in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo convexo, candido, opaco, umbonato; stipite cartila- 2038

gineo, pruinoso, sursum dilatato, insititio; lamellis confertis venosis.

*Hab.* supra fragmenta herbarum, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 6 mm. latus; colore corii capreoli; stipes 12 mm. longus, haud rigidus ut in *Rotulis*.

65. **Marasmius brasiliensis** B. et Mont. Cent. VI, n. 67, Syll. Crypt. n. 425. — Subcæspitosus; pileo tenui, convexo umbilicato, margine rugoso, striato, lobulato stipiteque deorsum fulvo-pruinato, fistuloso, sursum nudo, nigricante-fuscis; lamellis subdistantibus, tetradymis, acute decurrentibus, medio ventricosis, antice attenuato-rotundatis, pileo concoloribus. 2039

*Hab.* ad ramulos deiectos circa Bahiam Brasiliæ (Blanchet).

66. **Marasmius congregatus** Mont. Guy. n. 307. — Subfascicularis; pileo membranaceo, convexo-hemisphærico, tandem expanso, tenuissime plicato-venuloso, albo-fuscescente; stipite fistuloso, levi, basi fulvo-lanato; lamellis paucis, angustissimis, inæqualibus, pallidis, interruptis, utrinque acutis vix attingentibus. 2040

*Hab.* in ligno putrido, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 2-2½ cm. lat.; stipes 5-6 cm. long., 1 mm. cr. *M. tergino* subaffinis.

67. **Marasmius striatipes** Peck Rep. of the Bot. 1872, p. 76. — Pileo convexo, levi, glabro, pallide alutaceo; stipite æquali vel leniter basi incrassato, firmo, cavo, evidenter striato, pruinoso-tomentoso, albido, mycelio copioso, albo; lamellis latiusculis, subdistantibus, postice rotundatis, adnatis, albis. 2041

*Hab.* ad terram inter folia in silvis Greig Americæ borealis, sept. — Totus fungus 5-10 cm. altus, pileus 5 cm. latus; stipes 5-7,5 mm. crassus.

68. **Marasmius Korthalsii** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 30, *A. tenuipes* Lév. in Ann. Scienc. Nat. 1844, II, p. 170, non Lév. l. c. 1846, p. 114. — Pileo membranaceo, e convexo plano, obtuso, striato, velutino, fulvo; stipite fistuloso, setaceo, glabro, fusco; tuberculo albo, villoso innato; lamellis adnatis, distantibus, alternis brevioribus, pallidis. 2042

*Hab.* ad ramenta in insula Nikobar (Kamphövener). — *M. xerophyllus* pileo reticulato rugoso, stipite velutino lamellisque ramosis a præsente distinctissimus est.

69. **Marasmius hypochroides** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 35. — Pileo e campanulato subplano, rugoso, sulcato, castaneo; 2043

stipite flexuoso, glabro, cavo, basi subincrassato; lamellis ventricosis, undulatis, ochraceis, subliberis.

*Hab.* ad substantias varias corruptas, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus, leviter umbonatus, tenuissimus; stipes 8 cm. longus, 2 mm. crassus, fistulosus, fibrosus; lamellæ distantes, 4 mm. latæ; interstitia venosa. In speciminibus explanatis, lamellæ minus ventricosæ.

70. **Marasmius ochraceus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 34. 2044
— Pileo convexo, obtuso, subcarnoso, levi, glabro, subfulvo; stipite subæquali cavo, deorsum pubescente, concolori; lamellis latis, ventricosis, affixis, pallidis.

*Hab.* ad lignum collapsum Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 6-8 cm. latus; caro modice crassa, rubro-brunneo picta; stipes 10 cm. vel ultra longus, glaber, basi tomentosa excepta; lamellæ 6-8 mm. latæ, postice rotundatæ. Exsiccatione colorem profunde umbrinum sumit.

71. **Marasmius nummularius** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, 2045
p. 33. — Fulvus; pileo convexo umbonato, subtiliter pulverulento; stipite e strato membranaceo fulvo oriundo, hispidulo, cavo; lamellis citrinis, postice rotundatis, liberis.

*Hab.* ad folia emortua, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 1 cm. latus; caro tenuis, alba; stipes 3 cm. longus, sursum pallidus; lamellæ ventricosæ. Affinis *M. confertо* valdeque eum simulat peculiari mycelio.

72. **Marasmius confertus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc, XIV, p. 34. 2046
— Congregatus; pileo e subcampanulato plano depressove, submembranaceo, fulvo-fusco, levi; stipitibus concoloribus, cavis, politis, e basi communi membranacea pilosa oriundis; lamellis concoloribus, ventricosis, liberis; sporis subglobosis, 6 μ. diam.

*Hab.* inter vegetabilia emortua, Ceylon (Thwaites), N. South Wales, Queensland. — Pileus 18 mm. latus, tenuis; stipes 2½-5 cm. long., 1½ mm. crass., sursum pallidior; lamellæ circiter 2 mm. latæ.

73. **Marasmius calvus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 34. — 2047
Pileo e campanulato plano, margine umbrino, sulcato, picto, centro pallido calvo; stipite albido fistuloso; lamellis liberis pallidis; sporis albis.

*Hab.* ad trunculos emortuos, Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. ad 4 cm. latus, eleganter lineatus; stipes 3-5 cm. longus, 1½-2 mm. crassus; lamellæ plerumque arcuatæ angustæque, modo ventricosæ; interstitia levia; mycelium floccoso-fibrosum.

74. **Marasmius radians** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 37. — 2048
Pileo infundibuliformi, albicante, glabro, levi; stipite sursum dilatato, e strato tenui albo oriundo, basi fibris radiantibus strigosis ornato; lamellis ochraceis, angustis, decurrentibus.

*Hab.* ad ramos et caules emortuos plantarum herbacearum, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus; stipes 18-25 mm. longus, circiter 2 mm. crassus.

75. **Marasmius Muelleri** Berk. Austral. Fung. n. 244. — Cæspitosus; 2049
pileo umbilicato, rugoso-sulcato, subtiliter tomentoso, fulvo; lamellis distantibus, latiusculis, ventricosis, lignicoloribus, adnatis, margine integris; stipite tenui, basi dilatato, pulverulento-tomentoso.

*Hab.* ad Herbert's Creek Australiæ (E. M. Bowman). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus.

**). Stipite (saltem sicco) ubique pruinato-velutino.

76. **Marasmius Wynnei** Berk. Outl. p. 220, t. 19, f. 3, Fr. Hym. 2050
Eur. p. 470, Cooke p. 224, Gonn. et Rabenh. VIII-IX, t. 8, f. 2. — Inodorus; pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, lilacino, demum fuscescente; stipite furfuraceo, concolore; lamellis adnexis, crassis, distantibus, nitidis, lilacinis.

*Hab.* inter folia decidua Angliæ, cæspitosus. — Pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 3 mm. crassus, e mycelio albo surgens. — Var. **auroricolor** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 34: roseus, siccus purpurascens, cæspitosus; pileo campanulato, demum depresso undulato, tenui; stipite deorsum attenuato, glabro, fistuloso; lamellis latis acute adnatis. Inter substantias vegetabiles emortuas, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$- 4 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus; lamellæ 4 mm. latæ; interstitia venosa.

77. **Marasmius erythropus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 378, Hym. Eur. p. 470. 2051
Icon. t. 174, f. 2, Britz. Mar. f. 5, Berk. Outl. p. 220, *Ag. erythropus* Pers. Syn. p. 367. — *B.* stipite decumbente, tortuoso: Alb. et Schw. p. 529, sed *A. repens* Bull. certe alienus. — Inodorus; pileo carnosulo, e convexo-plano obtuso, levi, pallescente, dein rugoso; stipite fistuloso, striato, glabro, atro-rubente, siccitate subpruinoso, basi albo-strigoso; lamellis secedente-liberis, latis, laxis, venoso-connexis, integerrimis, albidis; sporis 8-10 = 4-6.

*Hab.* in fagetis inter folia, ad truncos in Europa et Cincinnati Amer. bor. — Stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus, firmus, teres, apice pallidior, dein unicolor, subcompressus, intus villosus; pileus

$1^1/_2$–$2^1/_2$ cm. latus, ex humiditate aeris colore varius. Lamellæ non confertæ et Marasmii generis, quo certissime differunt simillimæ *Collyb. confluens* et *C. acervata* (lamellis confertissimis).

78. **Marasmius dispar** Batsch f. 210 (*Agar.*), Secr. n. 825, Fr. Hym. Eur. p. 471. — Pileo subumbonato, flaccido, albicante, margine striato; stipite fusco-purpureo, pruinoso, basi intusque albo-villoso; lamellis subliberis, confertis, linearibus. 2052

*Hab.* in silvaticis mixtis Europæ. — Priori forte aptius subjungendus quum vulgo confundantur; ceterum licet obvia, dubia forma, *M. archyropo* v. *tergino* forte propior et quum stipes ubique lanatus occurrat, pro *Coll. hariolorum* facile sumeretur, sed icon Bull. recedit. — *M. dispar* Mont. in Fr. Epicr. p. 382 ad *Collybiam* relatus.

79. **Marasmius nisus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 143, f. 6. — Pileo convexo, subcampanulato, sordide ochraceo-fulvo; stipite brunneo-atro, sursum pallidiore; lamellis subconfertis, pallide flavo-carneis; sporis $8 \simeq 4$; odore et sapore nullo speciali; stipitis carne violaceo-brunnea. 2053

*Hab.* in silvis pr. Wöllenburg in Bavaria australi.

80. **Marasmius velutipes** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 93. — Pileo umbilicato, tenui, striato, ochraceo-fusco v. fusco; stipite striato, velutino, pallido v. basi ferrugineo; lamellis angustis, confertis, adnexis. 2054

*Hab.* ad folia in paludibus exsiccatis in Carolina Am. bor. (Curtis). — Pileus 12-20 mm. latus; stipes 3,5–5 cm. longus, 2 mm. cr. — Affinis *M. archyropo* et *M. spongioso*. — In speciminibus americanis a cl. Peck examinatis numquam adest umbilicus; an ergo var.?

81. **Marasmius archyropus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 378. Hym. Eur. p. 471, Britz. Mar. f. 7, Berk. Outl. p. 220, Gonn. et Rab. t. 8, f. 6, *Agar.* Pers. Myc. Eur. 3, p. 135, t. 25, f. 4. — Inodorus; pileo carnosulo, e convexo plano depressove, glabro, pallescente; stipite e farcto cavo, rigido, stricto, sub pruina tomentosa, alba, corticante, pallide rufescente, basi similari; lamellis adnexis, secedentibus, confertis, linearibus, pallidis; sporis $8–10 \simeq 3–4$. 2055

*Hab.* inter folia Quercus, raro, in Europa et Carol. inf. et media Amer. fœder. — Fasciculato-cæspitosus, habitu *M. prasiosmi* et cum *M. tergino* analogus. Indumentum stipitis fere *M. oreadis*. Pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, alutaceus; stipes 11-14 cm. longus, 2–3 mm. crassus.

82. **Marasmius torquescens** Quélet p. 198, t. 22, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 471. — Pileo membranaceo, tenui, convexo-plano, rugoso-striato, pallido, disco fulvo; stipite subfiliformi, subtiliter velutino, brunneo, apice glabro, albido; lamellis liberis, tenuibus, ventricosis, distantibus, albis rubentibusve. 2056

*Hab.* inter turiones arborum in silvis humidis Europæ. — Stipes siccitate tortus, sulcatus.

83. **Marasmius impudicus** Fr. Epicr. p. 377, Hym. Eur. p. 471, Quél. in Ass. Fr. 1885, f. 10. — Fœtens; pileo carnosulo, lento, convexo-plano depressoque, margine demum striato plicatoque, expallente; stipite fistuloso, æquali, purpurascente, siccitate ubique albovelutino, basi nuda radicato; lamellis subliberis, ventricosis, ex incarnato albidis. 2057

*Hab.* ad et juxta truncos Pini Smolandiæ, Uplandiæ, Galliæ orientalis Britanniæ. — Odor ad typum *M. fœtentis* et *perforantis*, sed gravissimus. Stipes facile compressus, 5 cm. longus, 2 mm. crassus, varians rufus, rufo-fuscus et violascens; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, badio-rufus, expallens, margine membranaceo pallidiore.

84. **Marasmius saxatilis** Fr. Hym. Eur. p. 471, *A. calopodis* forma altera Fr. S. M. I, p. 130. — Inodorus; pileo submembranaceo, glabro, disco depresso levi, margine plano striato stipiteque fistuloso, levi, glabro, apice pruinoso rubentibus; lamellis obtuse adnatis, subdistantibus, albidis. 2058

*Hab.* sub saxis maiorum silvarum in Suecia. — Stipes 4 cm. longus, vix 2 mm. crassus, strictus, firmus, æqualis, basi flocculosus nec insititius; pileus $1^1/_4$ unc. latus, haud umbilicatus; lamellæ 2 mm. latæ, siccæ crispatæ, nec liberæ nec decurrentes. Facies *M. calopodis*.

85. **Marasmius resinosus** Peck 26 Rep. p. 77. — Pileo tenui, convexo, minute tomentosulo, griseo vel fulvo; stipite gracili, firmo, æquali, griseo, minute tomentosulo; lamellis arcuato-decurrentibus, subdistantibus, angustis, utroque fine attenuatis, albidis, acie discoloribus; interstitiis rugoso-reticulatis. 2059

*Hab.* ad terram in rupibus umbrosis, Albany in Cœmeterio rurali Amer. bor. — Subcæspitosus; statura $2^1/_2$-5 cm. metiens; pileus 8-13 mm. latus; stipes 1 mm. crassus; lamellarum peculiari adspectu notabilis. Videtur affinis *M. clavæformi*.

86. **Marasmius Cucurbitula** Mont. Syll. Cryptog. n. 443, p. 141. — Cæspitosus; pileo carnosulo-membranaceo convexo-campanulato, centro umbonato, margine strangulato revoluto, e carneo lutescen- 2060

te, sicco badio-fusco; stipite cartilagineo rigido, concolori, fistuloso, apice basique incrassato, glabro; lamellis confertis, inæqualibus, angustis, attenuato-adnexis, acie obtusis, pallidis.

*Hab.* in ligno terra defosso, aprili-julio, Columbus Amer. bor. (Sullivant). Plures fungi stipitibus connatis juncti. — Pileus cucurbitulam exacte referens, 4-6 cm. latus, $2^1/_2$ cm. altus; stipes pro ratione sat longus, 5-8 cm. long., 2-3 mm. medio, 5-7 mm. præsertim basim versus metiens, siccitate striatus contortusque. Ab omnibus *Collybiæ dryophilæ* formis umbone pilei et lamellis angustissimis distinctissimus.

87. **Marasmius coracipes** B. et C. Cub. Fungi n. 93, in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo convexo, tenui, levi, pallide fusco; stipite subexcentrico, pileo concolore, crassiusculo, sulcato, glabro; lamellis confertis, angustis, inæqualibus, adnexis, pallide rufis. 2061

*Hab.* in silvis Cubæ. Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus; stipes 4 cm. longus.

88. **Marasmius viridi-fuscus** B. et C. Cub. Fungi n. 103 in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo tenui, plano, radiato-striato, pallide viridi; stipite tenui, glabro, sursum incrassato deorsum atro-fusco; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, viridibus. 2062

*Hab.* ad ramulos emortuos in montibus Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus, stipes 12 mm. longus.

89. **Marasmius floriceps** B. et C. Cub. Fungi n. 127 in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo e conico plano, umbonato, sulcato, glabro, læte rubro-fusco; stipite torto, cavo, deorsum fusco, nitido, glabro; lamellis paucis, latis, albis. 2063

*Hab.* in ligno carioso, Cuba, Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus. Affinis *M. atro rubenti* et *M. hæmatocephalo* sed stipite multo crassiore.

90. **Marasmius rugatus** Mont. Guy. n. 301. — Cantharelliformis, holophæus; pileo carnosulo, convexo, obtuse umbonato, margine involuto; stipite fistuloso, striato-sulcato, sursum in pileum dilatato, basi rhizomorphea radicante; lamellis crassis, pliciformibus, inæqualibus, in stipitem subdecurrentibus. 2064

*Hab.* gregarius ad ligna putrida, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pusillus, 3-12 mm. altus; pileus 3 mm. lat.; stipes $^1/_2$-$^3/_4$ mm. cr. An *Collybiæ* species?

91. **Marasmius holophæus** Mont. Guy. n. 303. — Unicolor, bruneus; pileo membranaceo, convexo mox explanato, ad marginem usque involutum radiatim striato; stipite glabro, nudo, fistuloso 2065

æquali, basi decumbente; lamellis subdistantibus, angustis, utroque fine attenuatis, a stipite subremotis.

*Hab.* in foliis delapsis, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 1-3 cm. lat.; stipes 2-3 cm. long., 1 mm. cr.

92. **Marasmius plectophyllus** Mont. Fung. Guy. n. 305, t. 11, f. 2. 2066
— Gregarius; pileo membranaceo, convexo-hemispærico mox explanato, e centro depresso ad marginem usque striatulo, ex albo-rubello ad griseo-vinosum colore vario; stipite valido, fistuloso, apice incrassato, basi subbulbosa farinosa affixo; lamellis tridymis angustis, longioribus adnexis, reticulatim conjunctis, subdædaloideis concoloribus; sporis exiguis, globosis, albis.

*Hab.* ad ramos et folia in silvis jugi Montabo, Cayenna Amer. merid. (Leprieur) et Panure Brasiliæ (Spruce). — Pileus 3-4 cm. lat.; stipes 2-3 cm. long. $1^1/_2$-2 mm. cr.

93. **Marasmius actinopus** Mont. F. Guy. n. 306. — Erumpens, 2067
gregarius; pileo minuto e carnoso membranaceo convexo centro umbonato, margine striatulo (in sicco) involuto e rubro fusco; stipite gracili, longo, fistuloso, siccitate compresso, fuligineo, glaberrimo, basi floccosa radiante instructo; lamellis pallidis, lineari-attenuatis.

*Hab.* e ramulis erumpens, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus vix 2 mm. lat.; stipes 3 cm. long., setaceus. Affinis *M. fulvicipiti*.

94. **Marasmius papillatus** Peck Rep. of the Bot. 1872, p. 76. — 2068
Pileo submembranaceo, convexo, dein expanso, minute umbonato vel papillato, margine obsolete striato, sordide albo v. griseo, subinde rubido tincto; stipite gracili, firmo cavo, pileo concolori, pruinoso, profunde radicato; lamellis angustis, confertis, adnatis, dente leniter decurrenti, albis v. flavidis.

*Hab.* ad truncos effossos in silvis Greig et Sandlake Americæ borealis. — Totus fungus 2,5-5 cm. altus, pileus 1-2,5 cm. latus, stipes 1,2 cm. crassus.

95. **Marasmius fagineus** Morg. Miam. p. 192. — Pileo carnoso, con- 2069
vexo dein plano vel depresso, demum sæpe repando, rugoso-striato; stipite brevi, cavo, pubescenti, sursum incrassato, basi plerumque tuberculoso; lamellis brevi-adnatis, sæpe crispatis, pallide rufis, confertis.

*Hab.* ad terram ramosque Miami Valley Amer. bor. — Pileus rufo-pallidus vel alutaceus, 2-3,5 cm. latus; stipes concolor, 1-2 cm. longus; lamellæ pallidiores.

C. CALOPODES. Stipes curtus, arrhizus, insititius, tuberculo floccoso basi sæpe instructus. Pileus e convexo-involuto planus depressusque; in hoc statu lamellæ, typice adnatæ, subdecurrentes. Ad stipulas, ramos etc. gregarii, aridi.

* Stipite sursum glaberrimo, nitido, basi simplici.

96. **Marasmius scorodonius** Fr. Epicr. p. 379, Hym. Eur. p. 472, Sverig. ätl. Svamp. t. 32, Berk. Outl. p. 220, Kickx p. 210, Sv. Bot. t. 173? Schaeff. t. 99 (optime), Paul. t. 122 bis. f. 2, 3, Lenz f. 17. — Graveolens; pileo carnosulo, lento, levi, mox plano, ruguloso crispatoque; stipite corneo, fistuloso, æquali, ubique glaberrimo, nitido, rufo; lamellis adnatis, crispis, albidis. 2070

*Hab.* ad stipulas camporum et ericetorum Europæ saltem borealis, in silvis prope Kanygino Sibiriæ Asiaticæ et in pasturis Carol. inf. Amer. bor. — Ob fortem et grate alliaceum odorem in cibariis ut condimentum maxime et jam antiquitus æstumatus (*A. Apicii*). Pileus 1-2 cm. latus junior levis, rufus, mox albicans; stipes 2-3 cm. longus, fere 2 mm. crassus; sporæ 6-10 = 3-4.

97. **Marasmius calopus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 379, Hym. Eur. p. 472, Cfr. Monogr. II, p. 223, Quél. t. 13, f. 5, *Agaricus calopus*, Pers. Syn. p. 373 (ipsi e Myc. Eur. ignotus), Fr. Obs. 1, p. 151, Fr. S. M. l. c., Weinm. l. c., Bull. t. 550, f. 1. — Inodorus; pileo carnosulo, lento, convexo-plano depressove, levi, demum rugoso; stipite fistuloso, æquali, glabro, arrhizo, nitido, badio-rufo; lamellis emarginato-adnexis, tenuibus, albis. 2071

*Hab.* ad stipulas, radices graminum etc. raro in Europa et ad ramos, caules inter folia deieta in silvis, Ticonderoga Amer. bor. — *M. scorodonio* fere minor sed stipes longior (Alb. et Schw. p. 189), ceterum simillimus. Non potest esse *A. calopus* Secr., qui *A. scorodonio* Ejusd. (*M. perforanti*) affinis, sed *M. scorodonius* et *M. perforans* a nullo autopta comparari possunt, ergo nec *A. calopus* Secr. cum Pers.

98. **Marasmius Vaillantii** Fr. Epicr. p. 380, Hym. Eur. p. 472, Berk. Outl. p. 221, Kickx p. 211, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 136, c. syn. Secr. n. 800, Vaill. t. 11, f. 21-23, Buxb. IV, t. 36, f. 2, (ic. opt.). — Inodorus; pileo submembranaceo, lento, mox explanato, depresso, plicato-rugoso, albicante; stipite farcto, glabro, spadiceo, apice incrassato pallidiore; lamellis latis, subdecurrentibus, crassis, distantibus, albis. 2072

*Hab.* ad stipulas in calidario in horto Bot. Regents Park Britanniæ et in ligno emortuo in Carol. infer. et media. — Pileus

10-15 mm. latus, stipes 2½ cm. longus. Prioribus tenuior et pileus plicatus, ut Rotularum. Valde insignis.

99. **Marasmius inoderma** Berk. Dec. n. 301 in Hook. Journ. (1851), p. 15. — Cæspitosus; pileo subirregulari, excentrico, fibrilloso-sericeo; stipite nigrescente, glabrescente; lamellis latiusculis, breviter adnatis, interstitiis levibus. 2073

*Hab.* circa Parà Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat.; stipes 1,2-2,5 cm. long., 1 mm. cr. Affinis *M. Vaillantii* et *M. alliodoro*.

100. **Marasmius arecarius** Loureir. Chochinq. Willd. 2, p. 692, Fr. S. M. p. 140, Epicr. p. 380, Nov. Symb. p. 30. — Inodorus, albus; pileo submembranaceo, lento, deplanato, glabro, ruguloso; stipite farcto, brevi, æquali, nudo, basi simplici fuscescente; lamellis adnatis, crassis, distantibus, alternis dimidiatis. 2074

*Hab.* ad caudices Arecæ in Cochichina. — Adest forma descriptioni datæ optime congrua, habitu *M. candidi* sed pileo stipiteque nitidis mox distincta. — Var. **tenellus** Fr. l. c.: stipite tenello, fuscescente. In insula S. Crucis.

101. **Marasmius parvulus** Lév. Champ. exot. p. 168 (*Agaricus*). — Pileo membranaceo, nudo, levi, fuscescente fulvo; lamellis distantibus rotundato-adnatis stipiteque pleno fibroso nudo concoloribus, basi nigricante. 2075

*Hab.* Java ad truncos (Korthals). — Pileus 4-6 mm. latus. An *Marasmio arecario* affinis? Fr.

102. **Marasmius fuscatus** Lev. Champ. exot. p. 169 (*Agar.*). — Badio-fuscus; pileo carnosulo, depresso, striato, undulato; lamellis distantibus acute adnatis; stipite farcto, pruinato, deorsum attenuato. 2076

*Hab.* ad truncos in insula Java. — Affinis *M. Vaillantii*. Pileus 6-8 mm. lat.

103. **Marasmius hyperellus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 30. — Pileo tenuissimo, membranaceo, plano, umbilicato, dense sulcato albido; stipite fistuloso, filiformi, glabro, fusco; lamellis subdecurrentibus, distantibus, tenellis, albidis. 2077

*Hab.* ad stipulas (sine loco speciali nec icone). — Affinis *M. Vaillantii* at minor. Pileus pellucidus, admodum tenuis at aridus, orbicularis, circ. 1,5 cm. latus, siccus rugulosus; stipes insititius, basi orbiculari cinctus, 3-4 cm. longus, æqualis.

104. **Marasmius præacutus** Ellis Bull. Torr. 1876, p. 76. — Pileo membranaceo, convexo margineque primo incurvo, dein plane expanso subumbilicato et subtiliter sulcato-striato, albo, medio 2078

rufo tincto; stipite e farcto cavo, rufo-brunneo, basi albido; lamellis confertis, plus minus ramosis, nonnullis brevioribus, adnatis, haud decurrentibus, albis, angustiusculis.

*Hab.* ad truncos emortuis in primis Citri et Alni, Newfield et Mechaniville Amer. bor. — *M. Vaillantii* proximus. — Pileus 6-7 mm. latus; stipes 2,5 cm. circ. longus. Fungus minutissime, sub lente, pulverulentus.

105. **Marasmius angulatus** (Pers.) Berk. et Br. n. 1018, Fr. Hym. Eur. p. 473, Pat. Tab. 412, *Agaricus angulatus* Pers. Myc. Eur. 3. p. 155, t. 26, t. 3, 4, Quèl. p. 200, Michel. t. 74, f. 4 (varietas albida). — Pileo submembranaceo, ex hemisphærico explanato, demum plicato-angulato, fuscescenti-albido; stipite tenui, rufescenti griseo, utrinque incrassato; lamellis distantibus, albidis. 2079

*Hab.* ad radices plantarum in Europa. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus et ultra, basi pilosus. Teste Berkeley et Patouillard distincta species. Basidia eximie clavata; sporæ ovoideæ $5 \simeq 2$.

106. **Marasmius Kirchneri** Thüm. exs. n. 909, Fr. Hym. Eur. p. 473. — Pileo carnosulo, sæpe umbonato, pallide fusco-albido; stipite filiformi, glabro, brunneo; lamellis subdecurrentibus, distantibus, albido-fuscis. 2080

*Hab.* in pinetis Ossegg Bohemiæ sept. (Thümen). — Statura *M. scorodonii*, stipite 2-4 cm. longo.

107. **Marasmius languidus** (Lasch.) Fr. Epicr. p. 379, Hym. Eur. p. 473, Britz. Mar. f. 11, *Agaricus languidus* Lasch, Linn. l. c. n. 157, Batt. t. 27, f. O (rudis). — Inodorus, albido-pallens; pileo carnosulo, convexo, gibbo umbilicatove, flocculoso, rugoso-sulcato; stipite farcto, sursum incrassato, pallido, nudo, deorsum fuscescente; lamellis ex adnato decurrentibus, distantibus, angustis, venoso-connexis. 2081

*Hab.* ad stipulas etc. in pratis et dumetis raro, sed suis locis gregarius, copiosus, versiformis in Europa et ad caules herbaceos emortuos, Tyre, Seucca county, Amer. bor. — Facies Agarici sed admodum tenax, aridus, elasticus. Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes vix $2^1/_2$ cm. longus, 1-2 mm. crassus, nunc totus attenuatus, nunc basi villoso-incrassatus; sporæ $6 \simeq 4$. Color albidus in carneum flavidumque simul vergit. Myc. Eur. 3, t. 26, f. 6, s. *A. grossulus* Pers. est var. stipite brevi pallido, lamellis decurrentibus.

108. **Marasmius direptus** Berk. Chall. Exped. III, p. 42. — Pusillus, albidus, rugosissimus; pileo primum horizontali demum reflexo; stipite centrali direpto; lamellis paucis, adnatis, crassiusculis, acie obtusis. 2082

*Hab.* in ins. Aru pr. Papuasiam-Circiter 3 mm. latus.

109. **Marasmius semiustus** B. et C. Cub. Fungi n. 102 in Journ. Linn. Soc. X. — Albus, exsiccatus rufus; pileo excentrico, e convexo plano rugoso sulcatove glabro; stipite brevi, compresso, glabro; lamellis distantibus attingentibus, interstitiis hic illic rugosis. 2083

*Hab.* ad lignum putre Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 8-12 mm. latus, stipes 6 mm. longus.

110. **Marasmius stylobates** B. et C. Cub. Fungi n. 109 in Journ. Linn. Soc. X. — Albus; pileo tenui, glabro, e convexo plano marginem versus inflexum sulcato; stipite e basi orbiculari oriundo glabro, cavo; lamellis latis, distantibus, liberis. 2084

*Hab.* ad lignum corruptum Cubæ Amer. cent. (C. WRIGHT). — Pileus circiter 4 mm. latus, stipes $1^1/_4$ cm. longus. Sæpe bini stipites ex eodem disco oriuntur. Affinis *M. coilobasi* B.

111. **Marasmius obliquus** B. et C. Cub. Fungi n. 136 in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo flabelliformi, glaberrimo, polito, margine involuto; stipite obliquo, brevissimo, cylindrico; lamellis distantibus, adnato-decurrentibus, siccis fuscis, interstitiis levibus. 2085

*Hab.* in ligno emortuo ad rupes Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 18 mm. latus, stipes 2 mm. longus.

112. **Marasmius tageticolor** Berk. in Hook. Journ. (1856) 136, Dec. of Fungi n. 518. — Pileo membranaceo, umbonato, puniceo spadiceove, radiis luteis picto, margine late dentato; stipite tenui, pallide umbrino, opaco; lamellis paucis, ventricosis, postice attenuato-liberis, luteis, interstitiis latissimis, levibus. 2086

*Hab.* ad ramulos stipulasque emortuas, Panurè, Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5-20 mm. circ. latus, stipes 2,5-4 cm. longus.

113. **Marasmius Weddellianus** Mont. Cent. VII, p. 31, Ann. Scienc. Nat. ser. 4, V, p. 363. — Totus candidus; pileo membranaceo, convexo, centro umbilicato-depresso indeque radiatim ad marginem usque striato; stipite gracili, erecto, fistuloso; lamellis didymis, minoribus brevissimis semiorbicularibus, majoribus latissimis stipiti adnatis, margine inferiore recto oblique ascendente. 2087

*Hab.* inter folia dejecta silvarum Minas Geraes Brasiliæ (WEDDELL).

114. **Marasmius chrysochætes** B. et C. Cub. Fungi n. 120, Journ. Linn. Soc. X. — Pileo albo, convexo, sulcato, umbilicato, circa umbonem depresso; stipite gracili, elongato, insititio, glaberrimo, fulvo; lamellis paucis, candidis, latiusculis, collariatis. 2088

*Hab.* ad folia emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. vel ultra longus.

115. **Marasmius acicularis** B. et C. N. Pac. exp. n. 80. — Pileo hemisphærico, umbilicato, sulcato, rufo-luteo; stipite glaberrimo, flavo, insititio; lamellis paucis, flavis, adnatis. 2089

*Hab.* ad ligna putrida in insulis Bonin.

116. **Marasmius chondripus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. — Pileo e campanulato depresso umbilicato; stipite elongato cartilagineo; lamellis adnatis. 2090

*Hab.* ad truncos emortuos Ceylon (THWAITES). — Pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, umbrinus; stipes 2 cm. et ultra longus, $^1/_4$ mm. crassus, pileo pallidior, siccus pellucidus; lamellæ subdistantes.

117. **Marasmius subcinereus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 37. — Pallide cinereus; pileo convexo umbilicato, usque ad umbilicum striato, tenuissimo; stipite sursum incrassato, insititio, intus (apice excepto) saturatiore, farcto; lamellis arcuatis, breviter decurrentibus, interstitiis venosis. 2091

*Hab.* ad truncos emortuos Ceylon (THWAITES). — Pileus 10 mm. latus; stipes 18 mm. longus, $1^1/_2$ mm. superne crassus; lamellæ subdistantes; interstitia reticulata. — Var. **subcitrinus** B. et Br. l. c.: pileo pallide citrino sulcato leviter umbilicato; stipite deorsum rufescente. Ibidem.

118. **Marasmius prasinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 38. — Pileo viridi depresso subcarnoso sulcato glaberrimo; stipite pallido; lamellis angustis, ochraceis, decurrentibus. 2092

*Hab.* ad ramos emortuos Ceylon (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus, delicate griseo-viridis, margine irregulari; carne alba; stipes 4 cm. longus, $1^1/_2$ mm. crassus; lamellæ arcuatæ.

119. **Marasmius purpurascens** B. et C. Cub. Fungi n. 105 in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo tenui, infundibuliformi, subtiliter tomentoso, striatulo, pallide purpureo, sicco albido; stipite glabro lamellisque confertis, angustis, decurrentibus, concoloribus. 2093

*Hab.* ad truncos in silvis umbrosis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 18 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus. Affinis *M. inodermati* et *M. clavato* B.

120. **Marasmius hæmatodes** Berk. Dec. n. 390, Hook. Journ. 1852, p. 136. — Pileo cum lamellis ex hemisphærico turbinato, umbilicato, sulcato, purpureo; stipite brevi, glabro, solido, insititio, obscuriore; lamellis paucis adnatis sæpe triquetris. 2094

*Hab.* in silvis pineis Sikkim Indiæ, 3500 m. alt. — Pileus 12-13 mm. lat.; stipes 2,5 cm. long., vix 2 mm. cr. Affinis *M. hæmatopodi* et *M. rameali.*

**) Stipite velutino pruinatove, basi subtuberculosa.

121. **Marasmius fœtidus** (Sow.) Fr. Epicr. p. 380, Hym. Eur. p. 473, Bern. Roch. t. 43, f. 4, Berk. Outl. pag. 221, *Agaricus fœtidus* Sowerb. t. 21. *A. venosus* Pers. — Fœtens; pileo submembranaceo, lento, e convexo expanso umbilicatoque, striato-plicato, sicco expallente, subpruinoso; stipite fistuloso, velutino-pruinoso, spadiceo, basi flocculosa insititio; lamellis annulato-adnexis, distantibus, rufescenti-flavescentibus. 2095

*Hab.* ad ramos putrescentes Europæ, raro. — Stipes 1-2½ cm. longus v. infra; pileus 10-12 mm. latus, pellucidus, fulvo-badius v. rufescens. Hic et reliqui plicati a *Rotulis* differunt mycelio haud rhizomorphoideo, margine pilei primo subinvoluto.

122. **Marasmius inodorus** Pat. Tab. anal. fung. tab. 523. — Pileo membranaceo, convexo, dein expanso 1-2 cm. lato, brunneo-rufo, adpresso-tomentello, margine leviter striato; lamellis adnatis, inæqualibus, albidis; stipite rigido, exili, 1-2 cm. long., fistuloso, æquali, atro-rufo, sursum pallidiore, albido-pruinoso; sporis ovoideo-apiculatis, 5 μ. longis. 2096

*Hab.* ad truncos arborum, bois de Verrières pr. Paris Galliæ. — Affinis *M. fœtido* sed inodorus.

123. **Marasmius xerophyllus** Berk. Descr. of Fungi Isl. Pacif. n. 3, tab. XIV. — Pileo campanulato, flavo-brunneo, coriaceo-membranaceo, reticulato-rugoso, umbilicato, flavo-fusco; stipite æquali, compresso, subtilissime velutino; lamellis paucis, griseis, leniter adnatis, interstitiis reticulatis. 2097

*Hab.* in silvis New Guinea, augusto. — Habitus *Marasmii fœtidi;* pileus 1,5 cm. latus; stipes 2 cm. circ. longus, 1 mm. crassus, pileo concolor.

124. **Marasmius mitiusculus** Berk. Hook. Lond. Journ. ii. (1843) 631, Notices of some Brazilian Fungi, n. 5. — Pileo plano-umbilicato, albido, rugoso; stipite gracili, cinereo-velutino, supra incrassato, glabrescente, rufo; lamellis pallidis, acute decurrentibus, interstitiis plerumque levibus. 2098

*Hab.* supra radiculas, Minas Brasiliæ (Gardner). — *Marasmio fœtido* proximus; pileus circ. 0,5 cm. latus; stipes 1,8 cm. longus, 8 mm. crassus.

125. **Marasmius rugulosus** B. et C. Cub. Fung. n. 99 in Journ. Linn. Soc. X. — Pileo hemisphærico, multisulcato, glabro, subfusco, umbone obscuriore depresso; stipite atro-fusco sparse pubescente; lamellis adnatis, ventricosis, albidis. 2099

*Hab.* ad ramos et folia Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Nobilis *M. fœtido* affinis.

126. **Marasmius xerotoides** Post in Fr. Monogr. II, pag. 231, Fr. Hym. Eur. p. 473, Ic. t. 174, f. 3. — Pileo submembranaceo, e convexo expanso, umbilicato, striato, udo umbrino, sicco fusco-griseo, subundulato; stipite farcto, velutino, basi incrassato, strigoso; lamellis late adnatis, paucis, ex albido cinerescentibus. 2100

*Hab.* ad terram arenosam sterilem in Europa. — Stipes 6-15 mm. altus; pilei margo primo arcte involutus ut in *M. languido*, cui certe affinis.

127. **Marasmius lagopinus** Post in Fr. Hym. Eur. p. 474. — Pileo carnosulo, e convexo plano, levi, glabro, pallido; stipite curto, ad medium floccis albidis squamuloso, apice levi, pallido; lamellis adnatis, subventricosis, pallidis. 2101

*Hab.* ad truncos decorticatos Abietis prope Upsaliam in Suecia. — E rimulis truncorum absque mycelio distincto erumpit; stipes $2^1/_2$ cm. haud superans, vix 2 mm. crassus; pileus vix $2^1/_2$ cm. latus.

128. **Marasmius amadelphus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 380, Hym. Eur. p. 474, Britz. Mar. f. 9, Berk. Outl. p. 221, *Agaricus amadelphus* Bull. t. 550, f. 3. — Inodorus; pileo carnoso-membranaceo, lento, obtuso, e convexo plano depressoque, discoideo, subpruinoso, margine demum striato; stipite farcto, curto, pallido, deorsum spadiceo, subfarinaceo; lamellis late adnatis, distantibus, latis, pallidis. 2102

*Hab.* ad ramos etc. catervatim, sq. rarior. Varietas in Scirpo Holoschœno indicatur in Seynes Montp. p. 138. — Pileus 6-8 mm. latus, gilvus, pallescens, disco obscurior, interdum albicans; stipes curtus, circiter 12 mm. æquans, 2 mm. vix crassus; sporæ 10-14 = 6-8; lamellæ, ex Secr., albo-lutescentes, in siccis rufescentes visæ. In var. *insigni*, ad ramulos abiegnos a Fries lecta, lamellæ valde distantes, subvenoso-tumidæ, demum secedentes, pallide umbrinæ. Interdum basis in orbem dilatata: *A. mollipes* Pers. Myc. Eur. 3, p. 125.

129. **Marasmius ramealis** (Bull.) Fr. Epicr. p. 381, Hym. Eur. p. 474, Pat. Tab. 123, Berk. Outl. p. 221, Kickx p. 211, *Agaricus ra-* 2103

*mealis* Bull. t. 336, Mich. t. 74, f. 7, (hic v. affinis). — Inodorus; pileo carnosulo, plano depressove, obtuso, exstrio, ruguloso, opaco; stipite farcto, brevi, farinaceo, albo, deorsum rufescente; lamellis adnatis, subdistantibus, angustis, albis.

*Hab.* ad ramulos etc. denso agmine, vulgatissimus in Europa et Amer. fœder. — Pileus 4-9 mm. latus, albus, disco subrufescens; stipes 12-18 mm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ postice connexæ, in hoc genere sat confertæ; sporæ ovatæ, apiculatæ, 10 ≃ 3-4. — *A. platypus* Nees Syst. f. 188 hujus infans, basi in orbem dilatata. Cfr. Secr. l. c. var. C., Pers. Myc. Eur. 3, p. 124.

130. **Marasmius burmensis** Cooke in Grevillea. — Albidus; pileo membranaceo, plano depressove, obtuso, exstrio; stipite farcto, brevi, tenui, albo, glabro; lamellis paucis, distantibus, adnatis, angustissimis, venosis, albis. 2104

*Hab.* ad sarmenta Moulmein Birmaniæ (Rev. C. Parish). — *Marasmio rameali* similis.

131. **Marasmius salignus** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 135. — Pileo submembranaceo, convexo vel plano, sine striis, sicco, glabro aut subpruinoso, albido; stipite brevi, gracili, farcto, rufo-brunneo, leniter furfuraceo vel pruinoso; lamellis angustiusculis, adnatis, subdistantibus, albidis, quandoque postice geminatis, raro ramosis; sporis ovatis vel subellipticis, utrinque punctulatis, 6-7 ≃ 4. 2105

*Hab.* ad truncos Bethlehem Pensylvaniæ Amer. bor., septemb. — *Marasmio rameali* affinis; fungus 1,5-2,5 cm. altus, pileus 0,5-1,3 cm. latus, stipes vix 1 mm. crassus.

132. **Marasmius opacus** B. et C. Hook. Journ. 1849, p. 99, Dec. of Fungi n. 206. — Gracilis; pileo convexo, ruguloso, opaco, pulverulento, albido; stipite insititio, elongato, pulverulento-subfurfuraceo, pallido; lamellis ventricosis, distantibus, adnexis. 2106

*Hab.* ad folia ramosque in Carolina meridionali Amer. bor et New South Wales Austral. — Pileus 5 mm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus, 2 mm. circ. crassus. *Marasmio rameali* affinis.

133. **Marasmius dichrous** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 27. – Pileo subtiliter tomentoso subvelutino, fusco; stipite furfuraceo basi subdilatato; lamellis liberatis, ventricosis. 2107

*Hab.* in ligno putri in Carolina inf. — Pileus 2,5 cm. lat., connexus; stipes 2,5-4 cm. longus; sporæ albæ. Affinis *M. rameali* sed major et obscurius coloratus.

134. **Marasmius stypinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 40. — 2108

Pileo hemisphærico pallido stipiteque brevi insititio floccoso-velutinis; lamellis paucis, distantibus, breviter adnatis.

*Hab.* ad virgulta emortua Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 6 mm. latus, alutaceus; stipes 6 mm. longus; lamellæ arcuatæ. Habitus exacte *Naucoriæ aridæ* et *sipariæ* et proximus *M. rameali* et *amadelpho*.

135. **Marasmius candidus** (Bolt.) Fr. Epicr. p. 381, Hym. Eur. p. 474, 2109
Bern. Roch. t. 43, f. 7, *Agaricus candidus* Bolt. t. 39, f. D. (ex ipso «mycelio floccoso stipulas ambit, margo pilei incurvus» etc., hinc non e Rotulis), Schrad. Spicil. p. 126, *A. ramealis* var. Pers. Weinm. p. 100, *A. albus* Secr. n. 801. — Albus; pileo submembranaceo, ex hemisphærico plano depressoque, pellucido, nudo, demum sulcato-ruguloso; stipite farcto, tenui, incurvo, subtiliter pruinoso, basi floccoso demumque fuscescente; lamellis adnexis, ventricosis, distantibus.

*Hab.* ad stipulas, ramos, acus Pini etc. in Europa et ad folia deiecta et radices Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 3–4 mm. latus; stipes 3 mm. longus. *M. rameali* longe tenuior, sed tenax et persistens; statura varia, tamen semper pusilla.

136. **Marasmius synodicus** Kunze in Fr. Ecl. 1, n. 2, Epicr. p. 381. 2110
— Albidus; pileo submembranaceo plano ruguloso subsericeo; stipite obsolete fistuloso, filiformi, arrhizo, æquali, pubescente, pallido; lamellis late adnatis, distantibus, subvenosis, albidis.

*Hab.* ad stipulas Surinami. — Habitus *M. ramealis* at longe tenuior.

137. **Marasmius bermudensis** Berk. Chall. II, p. 2. — Pileo convexo, 2111
pulverulento, albido, subsulcato, margine inflexo; stipite brevi sursum pellucido, deorsum pulverulento; lamellis distantibus breviter adnatis; interstitiis levibus.

*Hab.* ad lignum emortuum Coffeæ, Paynter's Vale Bermuda. — Pileus 2 mm. latus; stipes 6-12 mm. longus; lamellæ siccæ pallide alutaceæ, acie candidæ.

138. **Marasmius petiolorum** B. et C. Cub. Fungi n. 111 in Journ. 2112
Linn. Soc. v. X. — Gregarius; pileo e convexo subplano, subpellucido, striato, pruinoso; stipite pellucido, pruinoso, insititio; lamellis paucis, adnatis, latis, candidis.

*Hab.* ad petiolos et nervos foliorum, emortuorum Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 1 mm. latus, stipes 6 mm. longus.

139. **Marasmius tomentellus** B. et C. Cub. Fungi n. 131 in Journ. 2113
Linn. Soc. vol. X. — Pileo convexo, sulcato, fulvo; stipite com-

muni, repente, nigro, albo-pubescente; stipitibus fertilibus, brevibus, pubescentibus; lamellis paucis pileo concoloribus.

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2 mm. latus; stipites fertiles 4 mm. longi. Stipes communis magis elongatus.

140. **Marasmius cucullatus** Ellis Bull. Torr. Cl. 1876, p. 76. — Pileo tenui, campanulato, margine sulcato-striato; stipite gracili, basi tomento albido consperso, ceterum pallide stramineo; lamellis circ. 12, minoribus alternis, adnatis, pileo pallidioribus. 2114

*Hab.* ad ramos emortuos Vaccinii corymbosi, Newfield Amer. bor. — Pileus circ. 3 cm. latus, stipes 0,5-1 cm. longus.

141. **Marasmius Olneyi** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 94. — Pileo convexo, glabro, rufescente, striato; stipite albo, subtiliter pulverulento-tomentoso insititio; lamellis liberis, collariatis, albis. 2115

*Hab.* in ramis emortuis Rhode Island Amer. bor. (OLNEY). — Pileus 8-9 mm. lat., stipes 3,5-4 cm. longus.

II. MYCENA. Stipes corneus, fistulosus, sed passim medullatus, tenax, aridus, mycelio rhizomorpheo corticato nec floccoso. Pileus submembranaceus, e campanulato expansus, margine primitus recto adpresso.

A. CHORDALES. Stipes rigidus, radicans v. basi dilatata adnatus. Pileus campanulatus v. convexus. Typus Mycenæ manifestus.

142. **Marasmius alliaceus** (Jacq.) Fr. Epicr. p. 383, Hym. Eur. p. 475, Britz. Mar. f. 16, Berk. Outl. p. 223, *Agaricus alliaceus* Jacq. Austr. t. 82, Fr. S. M. I, p. 140, Fl. t. Dan. 1251, Mich. Gen. t. 78, f. 4, ex qua mutuata Paul. t. 122, f. 1. — Graveolens; pileo submembranaceo, e campanulato expanso, subumbonato, e levi sulcato, expallente; stipite corneo, procero, rigido, velutino-pruinato, atro, basi radicata nuda; lamellis liberis, fuscescenti-albis. 2116

*Hab.* in silvis montanis et alpinis, inter folia et ad ligna putrida Europæ et Carol. inf. et mediæ Amer. bor. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes primitus corneus, basi non villosus; sporæ 10-12 = 8. Nil rubentis in tota planta, sed pileus junior sæpe lacteus. Hic est primarius et nobilissimus inter *Marasm. alliiodoros,* quem numquam vidit, qui cum *M. porreo* comparat. — ***M. schœnopus** Kalchbr. Hung. t. XXV, Britz. Mar. t. 19 (ex err. 16): pileo convexo-hemisphærico, pallide griseo; stipite procero, nigricante, basi radiculoso; sporis 8-19 = 5-6. In Hungaria.

143. **Marasmius nigripes** Schwein. Carol. n. 678, Fries Epicr. p. 383. — Inodorus; pileo membranaceo, campanulato, umbonato, striato, 2117

pellucido, albo; stipite corneo, mediocri, subbulboso, nigro, farina detersili pruinato; lamellis adnatis, latiusculis, albo-pallescentibus.

*Hab.* locis silvaticis in America boreali. — *M. alliaceo*, observante jam inventore, affinis, sed præter notas datas stipes 3,5-4 cm. modo longus, qui in priori sæpe 15-18 cm. long.

144. **Marasmius molyoides** Fr. Epicr. p. 382, Hym. Eur. p. 475, Lucand. Suit. t. 11, *Ag. clavatus* Schum. Saell. 2, p. 277, Fr. S. M. I, p. 161. — Subgraveolens; pileo submembranaceo, convexo-explanato, levi, expallente; stipite fistuloso, procero, tenaci, glabro, nigro-fusco; lamellis liberis, confertis, ventricosis, albis. 2118

*Hab.* inter folia faginea, perraro in Europa. — Junior odorem debilem alliaceum spargit, adultus inodorus; stipes junior pallidior, æqualis, dein (ex Schum.) basi clavatus; pileus e livido alutaceus, primo obtusus, dein subumbonatus, $2^1/_2$ cm. latus.

145. **Marasmius siccus** Schwein. Carol. n. 677, Fries Epicr. p. 382. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, ruguloso, roseo-pallido; stipite corneo, filiformi, longo, glabro, nitidulo, aterrimo; lamellis venosis, distantibus, albis. 2119

*Hab.* in America boreali inter folia decidua. — Pileus expansus $1^1/_2$ cm. latus tenax; lamellæ venosæ, fere *Cantharelli*.

146. **Marasmius campanulatus** Peck 23 Rep. p. 126. — Pileo membranaceo, convexo vel campanulato, sicco, glabro, radiato-sulcato, ochraceo-rubro, disco nonnihil obscuriore; stipite valido, glabro, nitido, nigrescenti-brunneo, cavo; lamellis paucis, distantibus, latis, versus stipitem angustatis, liberis vel leviter adnexis, albidis. 2120

*Hab.* ad folia emortua etc. in silvis Amer. bor. — Altitudo $2^1/_2$-5 cm.; pilei latitudo 6-13 mm. Affinis *M. sicco* sed lamellarum natura stipiteque pallidiori differt.

147. **Marasmius chordalis** Fr. Epicr. p. 383, Monogr. II, pag. 227, Hym. Eur. p. 475, Bresad. Trid. t. 41, f. 1. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, e striato plicato-sulcato; stipite medulloso, radicato, procero, stricto, velutino, spadiceo-nigro; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, albis. 2121

*Hab.* locis graminosis Europæ, frequens decus silvarum circa Upsaliam, in Ostrogothia, Tirolia etc. — Stipes 10-20 cm. longus, chordæ instar tenax, strictus et exacte æqualis (1 mm. crassus), cute cornea, torta, a medulla alba subtiliter fistulosa discreta; pileus 8-13 mm. latus, demum umbilicatus, e fusco-livido alutaceus, cuticula circa marginem inflexa; lamellæ primo sat molles; basidia clavata 40 × 4-6; cystidia fusoidea; sporæ fusoideæ 8-10 × 6. Simil-

limum in Carpathis legit Kalchbrenner, sed lamellis liberis recedentem, quare speciem distinctam fingit Fries.

148. **Marasmius caulicinalis** (With.) Fr. Epicr. p. 383, Monogr. II. p. 227, Hym. Eur, p. 476, Bresad. Trid. t. 41, f. 2, *Agaricus* With. Sow. t. 163 (quoad habitum), Swartz in Vet. Ak. Handl. 1809, p. 82 (cum descr. egregia), Secr. n. 838 e syn. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, glabro, e levi striato-sulcato; stipite medullato-fistuloso, flocculoso, badio, sursum attenuato, pallidiore, farinoso; lamellis adnato-decurrentibus, reticulato-connexis, flavis. 2122

*Hab.* inter gramina ad stipulas sub Pinubus raro in Europa. — Præcedenti subaffinis, sed habitus et statura exacte *Omph. Campanellæ* et *O. tricolori* forte æque affinis; stipes rigido-lentus, subinsititius, 5 cm. longus; pileus demum explanatus, $1^1/_4$ cm. latus, e luteo-ferrugineo ochraceus; basidia clavata 25-30 ≃ 5-7; sporæ ovatæ 5-6 ≃ 2-3. Omnino alienus est *A. caulicinalis* Bull. Cfr. *Collybiam stipitariam*, cujus lamellæ liberæ et Agarici veri indolis, ceterum aridum et lentum ut Marasmii.

149. **Marasmius sarmentosus** Berk. Dec. of Fungi n. 103. — Pileo hemisphærico, subspadiceo, primum umbonato, dense sericeo, margine involuto, demum expanso; stipite villo depresso vestito, demum glabrescente, eximie sarmentoso. 2123

*Hab.* ad folia ramosque emortuos, Jamaica (Purdie). — Pileus 1-2,5 mm. latus, brunneus; stipes basi incrassatus, 20-22 cm. longus, gracilis. *M. dispari* et *M. chordali* proximus.

150. **Marasmius schizopus** Secr. n. 700, Fr. Epicr. p. 384, Hym. Eur. p. 476. — Pileo submembranaceo, e convexo conico-umbonatoque explanato, subnitido, margine striato, squamuloso-coronato; stipite corneo, medulloso, atro, farina grisea squamuloso, apice striato incrassato; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, tenuibus, albo-lutescentibus. 2124

*Hab.* ad muscos putrescentes in sphagnetis Europæ. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus, ab apice demum fissus; pileus 15-18 mm. latus, lacteus primo rufescens; lamellæ denticulo decurrentes. Num h. l.? Affinis dicitur *M. androsaceo, epiphyllo* etc. sed non insititius.

151. **Marasmius torquatus** Fr. Epicr. p. 382, Fr. S. M. I, pag. 153, Hym. Eur. p. 476, *A. nematopus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 266, ob naturam siccam. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, plicato-sulcato; stipite fistuloso, glabro, nitido, albicante, basi tuber- 2125

culosa, dilatata, obscuriore adnato; lamellis crassis, distantibus, venoso-connexis, albis, postice collariato-junctis.

*Hab.* ad stipulas et folia in Europa. — Valde nobilis, colore vulgo albo recedens. — *B. carneipes:* stipite rufescenti-violaceo, basi fusco: Secr. n. 956.

152. **Marasmius fulviceps** Berk. Dec. of Fung. n. 157, Hook. Journ. VI, 490, VIII, 136. — Subcæspitosus; pileo convexo-plano, levi, fulvo-ferrugineo; stipite elongato, subglabro, fulvo; basi fulvo-strigosa; lamellis emarginatis, albis. 2126

*Hab.* ad ligna putrida, folia, truncos etc. Hautane Range Ceylon (Gardner) et Panurê Brasiliæ (Spruce). — Pileus $1^1/_2$ cm. et ultra latus; stipes 5-8 cm. longus. Affinis *M. ferrugineo* Berk. sed multo magis *M. pyrocephalo*, a quo lamellis numerosioribus, marginatis, stipite glabro et tomento basis fulvo strigosæ differt.

153. **Marasmius depressus** Lév. Ann. cl. Sc. Nat. fév. 1846, p. 114 (sub *Agarico*). — Minor; pileo membranaceo, depresso, sulcato, tomentosulo, fusco; lamellis latis, adnatis, postice rotundatis, concoloribus; stipite curvato, cylindrico, nudo, pallido, basi crassiusculo, albo-tomentoso. 2127

*Hab.* ad ramos deiectos Tjikoya Javæ (Zollinger). — Pileus circiter 4 mm. latus; stipes 9 mm. longus.

154. **Marasmius proximus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 37. — Pileo convexo, helvolo, sicco rufo, subtomentoso; stipite brevi, fusco, hirtello; lamellis distantibus, adnatis, interstitiis levibus. 2128

*Hab.* ad truncos emortuos etc. Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus; stipes 6 mm. longus, haud 1 mm. crassus. Similis *M. mutabili*.

155. **Marasmius mutabilis** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 37. — Pileo depresso, e pallido rufo; stipite brunneo, e basi orbiculari floccosa oriundo; lamellis decurrentibus, interstitiis venosis. 2129

*Hab.* ad truncos emortuos Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus, infundibuliformis; stipes $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. longus et ultra. Affinis *Cantharello rabido* sed in hoc venæ obtusæ stipesque contextu longe differenti, siccus pellucidus, nec opacus.

156. **Marasmius glabrescens** B. et C. N. Pac. exp. n. 77. — Pileo convexulo depresso, flavo, primum furfuraceo-squamoso, demum glabro; stipite pallidiore pulverulento-fibrilloso, glabrescente; lamellis distantibus, venoso-connexis, adnexis flavis. 2130

*Hab.* in rupibus umbrosis in insulis Bonin.

157. **Marasmius macrorrhizus** Mont. Syll. Crypt. n. 444. — Pileo mem- 2131

branaceo e convexo planiusculo, rubricoso, e centro levi ad marginem patentem striatulo; stipite carneo-cartilagineo, procero, fistuloso, longissime radicato, velutino-pruinato, rubro-spadiceo; lamellis distantibus, undulatis, albis, attenuato-adnexis.

*Hab.* ad lignum putridum fere consumptum, Columbus Amer. bor. (SULLIVANT). — Pileus 1½ cm. lat.; stipes 1 cm. long.; radix 3-4 cm. longa, fibrillosa, lignum penetrans.

158. **Marasmius Sullivantii** Mont. Syll. Crypt. n. 446. — Pileo carnosulo membranaceo e convexo miniato-crocato, centro subumbilicato levi, margine striatulo; stipite cartilagineo, fistuloso, æquali, umbrino, siccitate sub pruina nitidulo, basi vix albo-striguloso; lamellis liberis, albis, acie crassis; sporis albis, sphæricis, 10 μ. diam. 2132

*Hab.* ad terram inter muscos, Columbus Amer. fœder. (SULLIVANT). — Pileus 2 cm. latus; stipes rigidus, apice contorto-striatus, basi leviusculus, vix mycelio residuo fibrillosus, deorsum magis fuscescens; lamellæ di-tridymæ, crassiusculæ, albæ aut pallidæ, rotundato-appressæ, 1½ mm. latæ, antice attenuatæ.

159. **Marasmius putredinis** B. et C. Cub. Fungi n. 98 in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo plano, tenui, glabro, helvolo vel griseo; stipite concolore, solido, æquali, glabro; lamellis angustis, adnatis, albis; sporis albis. 2133

*Hab.* ad lignum emarcidum in nemoribus Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 1¼-2½ cm. latus; stipes 18 mm. longus, 1 mm. crassus.

160. **Marasmius subglobosus** B. et C. Cub. Fungi n. 99 in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo hemisphærico v. subgloboso, flavo; stipite glabro, basi dilatato, sulcato lamellisque latis, adnatis, concoloribus. 2134

*Hab.* ad ramulos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 3 mm. latus, stipes 6 mm. longus.

161. **Marasmius albo-fuscus** B. et C. Cub. Fungi n. 101 in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo plano, umbonato, tenui, striato, reticulato, albo, centro fusco; stipite solido, glabro, sursum leviter incrassato; lamellis paucis, distantibus, latis, adnato-decurrentibus, interstitiis trabeculatis. 2135

*Hab.* ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, gracilis.

162. **Marasmius personatus** B. et C. Cub. Fungi n. 119 Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pallide fulvus; pileo depresso, striato; stipite gla- 2136

brescente, basi strigosa orbiculari affixo, opaco, rigido, sicco sulcato; lamellis confertis, adnexis.

*Hab.* supra folia emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 6 mm. latus, stipes 4 cm. longus.

163. **Marasmius hypophæus** B. et C. Cub. Fungi n. 129 in Journ. 2137
Linn. Soc. vol. X. — Pileo tenui subgloboso demum plicato-sulcato, sanguineo-rufo; stipite umbrino, rigido, opaco, striato; lamellis paucis, crassis, attingentibus, phæis, basi orbiculari byssoideo-rugosa.

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus, 18 mm. altus.

164. **Marasmius phæus** B. et C. Cub. Fungi n. 130 in Journ. Linn. 2138
Soc. vol. X. — Phæus; pileo tenui sphærico; stipite opaco fusco, basi spongiosa affixa, sursum subpellucido atro; lamellis paucis pileo concoloribus.

*Hab.* supra cortices emortuos Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus, stipes 12-20 mm. longus.

165. **Marasmius niveus** Mont. Guy. n. 314. — Pileo membranaceo, 2139
campanulato-expanso, tandem applanato, niveo, a centro striato stipiteque longiusculo cinereo-fuscescente levi, basi fibroso-radiato affixo glaberrimis; lamellis tetradymis, angustissime lanceolatis, haud attingentibus, pileo concoloribus.

*Hab.* ad lignum, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 3-4 cm. longus, 1 mm. cr.

166. **Marasmius gamophyllus** Mont. Guy. n. 312. — Epiphyllus; pi- 2140
leo convexo demum applanato, radiato-striato, cum stipite longo gracili pleno, æquali, albo-velutino, basi fibrilloso-radicato concoloribus fuliginosis; lamellis angustis, ochraceo-pallidis, adnexis, connato-reticulatis.

*Hab.* ad folia Guyana Amer. merid. — Pileus 4 mm. lat.; stipes 2-3 cm. long. filiformis. Species, quoad lamellas, *M. faveolari* affinis.

167. **Marasmius traganus** B. et Cooke Fungi Bras. n. 103. — Albus, 2141
pusillus; pileo rugoso-caperato, membranaceo, umbonato; stipite filiformi, e basi orbiculari tomentosa oriundo; lamellis paucis, latis decurrentibus.

*Hab.* ad ramulos emortuos, Rio Jurua Brasiliæ (Traill). — Pileus 6 mm. latus, stipes 12 mm. longus.

168. **Marasmius aruensis** Berk. Challeng. exp. n. 147. — Pileo centro 2142
depresso fulvo, subtiliter pulverulento; stipite gracili, e basi crassiuscula oriundo e fulvo brunneo; lamellis fulvis.

*Hab.* in ins. Aru ad Papuasiam. — Pileus 12-25 mm. latus; stipes ab 8 mm. ad 4 cm. longus.

169. **Marasmius hæmatocephalus** Mont. Syll. Crypt. n. 351, Cent. I, n. 62, Cuba p. 418, t. 17. f. 4, Fr. Epicr. p. 382. — Pileo convexo plicato, membranaceo, crenato, initio campanulato rubro-sanguineo; stipite corneo, setiformi, levi, umbrino, basi dilatata pallida affixo; lamellis attenuato-adnexis paucis pallescentibus. 2143

*Hab.* ad folia delapsa et ligna in Brasilia, Guyana, Cuba, Ceylon, Surinam, Amer. bor., Australia alibique (Aug. de Saint-Hilaire, Leprieur, Ramon de la Sagra). — Pileus ludit brunnescente-rufus.

170. **Marasmius ferrugineus** Berk. Lond. Journ. Bot. vol. II, p. 630, et VIII, p. 136, Notices on some Braz. Fungi n. 4. — Pileo membranaceo, convexo, plicato, croceo-ferrugineo; stipite gracili, torto, cinereo-fusco, glabro, nitidiusculo, basi orbiculari minute piloso; lamellis pallidis, interstitiis venosis, postice attenuatis. 2144

*Hab.* ad folia emortua, ramulos etc. Cuba (C. Wright), Panuré Brasiliæ (Spruce), Rio Purus (Traill), ad corticem Minas (Gardner), Guyana River Amazon, Texas, Amer. bor. et Victoria Australiæ. — *M. hæmatocephalo* Mont. et *M. atro-rubenti* Berk. affinis.

171. **Marasmius guyanensis** Mont. Guy. n. 310, t. 11, f. 5. — Pileo hemisphærico, mox expanso, membranaceo, tenuissimo, umbrino, radiatim plicatulo, margine lamellis prosilientibus denticulato; stipite capillari, striatulo, basi floccosa insititio, ceterum glaberrimo; lamellis 8-12 angustissimis, convexulis, utrinque attenuatis, pallidis, stipitem haud attingentibus. 2145

*Hab.* ad folia putrida in silvis, Cayenna Amer. merid. et Cuba Amer. centr. (Leprieur). — Affinis *M. hæmatocephalo.*

172. **Marasmius brevipes** Berk. et Rav. B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 29. — Pileo convexo, estriato, atro-sanguineo; stipite brevi, filiformi, aterrimo, nitido, e mycelio repente similari enato; lamellis paucis, adnatis, rufis, ventricosis. 2146

*Hab.* in ramis emortuis quercinis, Santee Canal Carol. inf. (Ravenel). — Pileus 2-4 mm. diam; stipes 2-4 mm. long. Affinis *M. hæmatocephalo.*

173. **Marasmius meloniformis** Berk. Fl. Tasm. II, p. 249. — Minutus; pileo hemisphærico, spadiceo, umbilicato, profunde sulcato, farinaceo; stipite setiformi, nitido; lamellis albidis. 2147

*Hab.* in foliis Eucalypti et in ramis in Tasmania (Archer). — *M. hæmatocephalo* affinis.

174. **Marasmius alutaceus** Berk. et C. N. Pac. exp. n. 81. — Sordide alutaceus; pileo inflato campanulato, cute demum plicato-rugosa; stipite subtiliter pulverulento; lamellis paucis ventricosis. 2148

*Hab.* Hong-Kong in Sina. — Affinis *M. hæmatocephalo.*

175. **Marasmius rigidus** Mont. Syll. Crypt. n. 447. — Pileo carnosulo, convexo, umbilicato, margine striato purpurascente, sicco rigido helvelloideo-deflexo et obscure castaneo, levi; stipite cartilagineo, badio, fistuloso, undique pallido-villosulo, basi incrassato floccoso-spongioso; lamellis lanceolatis, angustis, confertis, pallidis, subdecurrentibus; sporis albis, globosis, hyalinis. 2149

*Hab.* ad folia quercina dejecta et lignum, Columbus Amer. bor. (Sullivant). — Stipes 5 cm. long., 1-2 mm. cr.; pileus 2 cm. lat., 6-10 mm. altus. *M. castaneo* et *spongioso* subaffinis.

B. Rotulæ. Stipes filiformis, flaccidus, basi insititius. Pileus mox planiusculus v. umbilicatus. Epiphylli, a vulgari Mycenæ typo deflectentes.

*) Stipite glaberrimo, nitido.

176. **Marasmius Rotula** (Scop.) Fr. Epicr. p. 385, Hym. Eur. p. 477, Berk. Outl. t. 14, f. 7, Gonn. et Rab. t. 8, f. 8, *Agaricus Rotula* Scop. Carn. p. 456, Sowerb. t. 95, Bull. t. 64, 569, f. 3, Fl. Dan. t. 1134, Mich. f. 74, f. 5. — Pileo membranaceo, convexulo, umbilicato, plicato; stipite corneo, fistuloso, nitido, glaberrimo, nigricante; lamellis paucis, latis, distantibus, in collarium liberum postice conjunctis, pallescenti-albis. 2150

*Hab.* ad truncos et folia in Europa, in terra et ligno emortuo, Gracemere Queensland (O' Shanesy) et Africa austr. (Mac Owan). — Mycelium rhizomorphoideum, sæpe sarmentaceum; pileus 2-6 mm. latus, albidus, unicolor vel disco obscurior; stipes 2-3 cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Longe minus a ceteris distat, quam vulgo fingitur; collarii vestigia in his adsunt. — Var. **microcephalus**: pileo duplo minore. Ad ramulos, truncos, ramenta dejecta, a Selva Treviso in Ital. boreali.

177. **Marasmius capillaris** Morg. Myc. Miami p. 194. — Pileo membranaceo, convexo, umbilicato, sulcato; stipite capillari, longissimo, glabro, nitente, nigro, apice pallido; lamellis adnatis, collario libero, æqualibus, numerosis, haud distantibus, pallidis. 2151

*Hab.* in terra ad folia truncosque Miami Valley Ohio Amer. bor. — Pileus 2-5 mm. latus, stipes 5-7 cm. longus. Inter *M. Rotulam* et *M. graminum* medius.

178. **Marasmius glebigenus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 31. — Pileo te- 2152

nerrimo, membranaceo, e campanulato convexo umbilicatoque raro et profunde pauciplicato, albido; stipite gracillimo, glabro, fusconigro, bulbillo gleboso innato; lamellis paucis, æqualibus, liberis.

*Hab.* ad terram, quam (singulare in hoc genere!) conglobat, ad Morningstar, in ins. S. Crucis (Oersted). — *Rotulam* satis refert, fascicularis, tenellus, sed aridus et stipites fere capillares, tenaces, 5-7 cm. longi, margine quasi crenatus, 4-6 mm. latus, primo campanulatus, dein expansus et umbilicatus, omnino ad typum *M. Rotulæ*. Lamellæ valde distantes omnes æquales et postice collario destitutæ.

179. **Marasmius umbonifer** B. et C. N. Pac. exp. n. 78. — Pileo ex campanulato hemisphærico, fortiter umbonato, albido, centro brunneo; lamellis paucis, collariatis, albidis. 2153

*Hab.* in rupibus umbrosis in insulis Bonin. — Affinis *M. Rotulæ* et *M. Guyanensi.*

180. **Marasmius rotalis** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 40. — Pileo hemisphærico umbilicato, quandoque umbonato, sulcato, pulverulento, umbrino; stipite setiformi, nigro, nitido, insititio. 2154

*Hab.* ad folia emortua in Europa Ceylon (Thwaites) ad ramulos Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 2 mm. latus, circiter 12 sulcis profundis abruptus; stipes $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. longus. Est *M. Rotula* var. *fuscus* in fungis Cubensibus. *M. Flosculus* B., quamvis pileo similis, stipitem habet diversum.

181. **Marasmius limosus** Boud. et Quél. Quelq esp. (1877) p. 323, t. V, f. 9. — Pileo campanulato-hemisphærico, 2-3 mm. lat., umbilicato, plicato, membranaceo, mox languescente, pellucido, albido; lamellis latis subseptenis, collariato-connexis, albidis; stipite capillari, corneo, fuscello, 10-15 mm. longo; sporis ellipsoideis, apiculatis, 10 $\mu$. longis. 2155

*Hab.* in Juncis Caricibusque in silvis pr. Paris Galliæ (Boudier).

182. **Marasmius graminum** (Lib.) Berk. Outl. t. 14, f. 8, Fr. Hym. Eur. p. 477, Gill. C. F. cum icon., Bern. Roch. t. 143, f. 7, Pat. Tab. 325, *Ag. graminum* Libert exs. 119. — Pileo membranaceo, e convexo plano, umbonato, sulcis paucis exarato, albido-rufescente; stipite capillari, tenaci, glabro, nitido, atro vel apice pallido; lamellis collario libero instar *M. Rotulæ* adnatis, æqualibus (6-8), valde distantibus, albidis. 2156

*Hab.* ad folia emarcida graminum in Europa, Aiken Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 3-6 mm. latus. *M. Rotulæ* affinis sed te-

nuior. Sporæ obovato-apiculatæ, 5-6 μ. long.; cystidia obovata, apice fusco-muriculata.

183. **Marasmius bambusinus** Fries Ecl. I, n. 3, Epicr. p. 385, N. Symb. p. 31. *M. stipulicola* Ces. in Rabenh. H. M. n. 1402. — Pileo membranaceo, tenerrimo, convexo-plicato, rufescente; stipite capillari, glabro, fuscescente; lamellis adnatis, paucis, æqualibus, venosis, albis. 2157

*Hab.* ad folia Bambusæ in Brasilia. — Lamellis et substantia sicca perquam distinctus est a Mycenis insititiis.

184. **Marasmius hygrometricus** Brig. F. Neap. p. 87, t. XII, f. 4-7 (*Agar.*) *Marasmius Oleæ* Quél. 14 Suppl. p. 7, tab. XII, fig. 14. — Pileo convexo, 3-5 mm. lato, tenui, pulverulento, dein punctulato, striato, flavo, umbilico rugoso et brunneo; stipite capillari, flexuoso, nitente, farinaceo, apice flavido, velo furfuraceo albido, caducissimo; lamellis adnatis e flavo albidis; sporis pruniformibus, elongatis, 8-9 μ. longis, aculeolatis. 2158

*Hab.* ad folia emortua Oleæ europææ et Myrti in Italia, Gallia, Dalmatia, autumno. — *M. graminum* affinior videtur quam *M. androsaceo*, cui fuit subjunctus.

185. **Marasmius pusio** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 28. — Pusillus; pileo membranaceo, fusco-purpureo, striatulo; stipite gracili, subtiliter tomentoso, opaco; lamellis adnatis, crebris, ventricosis, albidis. 2159

*Hab.* in cortice arborum in Carolina inf., æst. et aut. (Ravenel). — Pileus vix 2 mm. latus; stipes 16-20 mm. longus, subpulverulentus. Accedit ad *M. graminum*, sed non vere affinis.

186. **Marasmius Berkeleyi** Sacc. et Cub. *M. parvulus* B. et C., N. Pac. exp. n. 73, nec Lév. — Pileo convexo striato, delicato, pulverulento, albo; stipite capillari, sericeo, deorsum purpurascente; lamellis ventricosis, liberis. 2160

*Hab.* ad terram, Hong-Kong. — Similis *M. pusio* B. et C.

187. **Marasmius faveolaris** Fr. Epicr. p. 385, Hym. Eur. p. 477, Mont. Ann. Sc. nat. 1836, n. 51. — Pileo membranaceo, convexo-plano, sulcato, disco depresso obscuriore; stipite corneo, fistuloso, glaberrimo, subulato, deorsum badio; lamellis latis, annulari-adnatis, in alveolos dense anastomosantibus, pallescentibus. 2161

*Hab.* ad stipulas, folia in Ardennis. — Præcedenti affinis, sed hymenii configuratio ad typum generis Favoli valde singularis; pileus 8 mm. latus, pallescens, siccus fulvellus, disco subumbrino.

188. **Marasmius androsaceus** (Linn.) Fr. Epicr. p. 385, Hym. Eur. 2162

p. 477, *Agaricus* Linn. Succ. n. 1193, Fl. Dan. t. 1551, f. 1, Bolt. t. 32, Sowerb. t. 94, (e loco, habitus vero *M. perforantis*) Bull. t. 569, f. 2, Bocc. Mus. t. 104. — Pileo membranaceo, convexulo, subumbilicato, striato, glabro; stipite corneo, fistuloso, glaberrimo, nigro; lamellis stipiti adnatis, distinctis, simplicibus, albidis; sporis ovoideo-ellipsoideis vel ovoideo-oblongatis, hyalinis, 6-9 ≃ 3.

*Hab.* ad folia decidua copiose, rarius ad cortices, Quercus, Juniperi, Pini silvestris, Fagi, Rubi, Oleæ europææ in Europa et Amer. fœder. — Pileus 3-12 mm. latus; stipes 2-5 cm. longus, siccitate contortus et sulcatus ut in sq., a quo lamellarum insertione et situ conferto admodum recedit. Duplex forma: altera foliorum annuorum pileo albidiore, demum plicato, in qua mycelium rhizomorphoideum sæpe intra folii substantiam serpens cernitur; altera foliorum perennium pileo leviore fuscescente, in qua mycelium variis locis extra basim stipitis in «*Rh. setiformem*» exseritur. Hic in montosis et Europa boreali vulgatior.

189. **Marasmius Bulliardi** Quél. Quelq. esp. (1877) p. 323, Bull. t. 569, f. 3. — Pileo membranaceo, tenui, campanulato-cylindraceo, 5 mm. lat., striato-plicato, umbilicato, isabellino v. fuscello; lamellis in collarium circa stipitem conjunctis, albidis; stipite filiformi, corneo, spadiceo, longo, 5 cm., stipitellos pileolatos hinc inde emittente; sporis 10 μ. longis, obovatis. 2163

*Hab.* in foliis emortuis in silvis prope Parisios Galliæ. — Lamellæ 10-12.

190. **Marasmius tenuipes** Lèv. Champ. Mus. p. 114 (*Agar.*). — Gregarius; pileo membranaceo, convexo, sulcato, glabro, albo; lamellis distantibus, adnatis, concoloribus, stipite gracili, nudo, sursum dilutiori. 2164

*Hab.*. ad truncos Madagascar (Perville), ad stipulas Mirador Mexico (Liebmann). — Ex Fr. N. Symb. p. 31 non diversus a *M. simili* Berk. et Curt. in Sill. Journ. 1850, nobis non visus. *M. androsaceo* affinis.

191. **Marasmius pallipes** Speg. Fungi Guar. Pug. I, p. 18. — Gregarius, erectus, rigidulus; pileo primo hemisphærico-globoso, dein applanato hemisphærico 2-3,5 mm. diam., medio umbilicato, margine incurvo et subgrosse sulcato-impresso, integro tenui, membranaceo-tenacello, sordide albo (in sicco pallide rufescente) centro vix fuscescente, glaberrimo; lamellis paucis pliciformibus et subcrassiusculis, pileo concoloribus, antice attenuatis, postice truncato-adnatis; stipite longiusculo, gracili 3-4 cm. long., 2 mm. cr. 2165

erecto, rigidulo, terete v. (in sicco) compresso, sordide albo-fulvescente v. pallescenti-fusco, levi, glabro, subsericeo-nitido (in sicco), subflexuoso atque laxe torto, basi non v. vix subincrassatulo et subatro, insititio.

*Hab.* ad ramulos et caules humi fusos putrescentes in silvis pr. Guarapi, mart. 1880. — Species pulchella inter *M. androsaceum* et *M. glabellum* fere medium at ab utroque notis perplurimis recedens.

192. **Marasmius Karlii** Rabh. Fungi eur. 506, Winter, Die Pilze p. 515 (sine diagnosi!). — Inter *M. androsaceum* et *M. rotulam* medius. 2166

*Hab.* ad truncos vetustos putrescentes pineos in Germania.

193. **Marasmius Brusinæ** Schulz. in Hedw. 1886, p. 9. — Mycelio byssaceo, albo, late et profunde extenso, acus pini, folia, ramulos et ramenta conjungente; pileo membranaceo, conico numquam dilatato, infra 2,5-3 cm. lato, circa 1,2-1,5 cm. alto, fumoso-cinereo, subnitente, sub lente perbreviter innato-fibrilloso, ceterum glabro, levi, in adultis ab medio versus marginem rugoso, tandem marcescente nec putrescente; lamellis denticulo decurrente adnatis, subventricosis, usque 6 mm. latis, antice rotundatis, distantibus, albis; stipite fistuloso, excepta basi laterali curvata, erecto, stricto, 7,5-8,5 cm. longo, 2-2,5 mm. crasso, infra parum incrassato, apice albo, deorsum fuscescente, levi, glabro, ad basim albo-tomentoso; sine odore, sapore subraphaneo; sporis ellipsoideis 8 $\mu$. longis. 2167

*Hab.* sparsim initio octobris in silva apud Vinkovce Slavoniæ inter acus et folia putrescentia.

194. **Marasmius Parishii** Cooke in Grev. X, p. 122. — Fulvus; pileo convexo, sulcato; stipite rigido, erecto, nitido, nigrescente, supra attenuato; lamellis paucis (6-8) angustis, distantibus, pallidis. 2168

*Hab.* ad plantas herbaceas, petiolos Palmarum etc. in Birmania. — A *Marasmio androsaceo* stipite crassiori rigidoque, pileo tenuiori et lamellis parum numerosis differt. Pileus 4-8 mm. latus, brunneus; stipes 2,5-5 cm. longus, sursum sensim attenuatus, castaneus, dein nigrescens; lamellæ margine subcrenulatæ.

195. **Marasmius Schulzeri** Quél. in Hedw. 1885, p. 140, *Ag. androsaceus* P. var. *truncicola* Schulz. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 503. — Totus sordide-albidus, excepto stipite, plus minusve rubro-fusco vel badio; pileo membranaceo, tenaci, nec striato sed in vetustis diverse flexo, ex acute-conico campanulato, numquam explanato, semper ad marginem inflexo, umbonato, 4-10 mm. 2169

long.; lamellis in prima infantia confertis strictis, deinde distantioribus et flexuosis, lentis, linearibus, postice adnexis, 1-1,5 mm. latis; stipite farcto, filiformi nonnumquam parum compresso aut longitudinaliter sulcato, 0,5-1 mm. crassus, 1,2-2 cm. long. in iuventute, præsertim deorsum flocculis albidis evanescentibus vestito, demum subglabro.

*Hab.* ad truncos Carpini in Slavonia, nov., gregarius. — Flaccescens sed persistens, sine odore et sapore. Sporæ oblongo-obovatæ 6-8 $\mu$. longæ.

196. **Marasmius tener** B. et C. N. Pac. exp. n. 83. — Ex albo sic- 2170
citate umbrinus; pileo hemisphærico, striato, subtiliter pulverulento; stipite demum glabro, nitido, non insititio, basi parvula floccosa affixo; lamellis latiusculis adnatis.

*Hab.* ad ramulos emortuos in insulis Bonin et in ligno putri Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et in Carol. inf. Amer. fœder. — Affinis *M. androsaceo.*

197. **Marasmius splachnoides** Fr. Epicr. p. 384, Hym. Eur. p. 478, 2171
Fl. Dan. t. 1678, f. 1, S. M. I, p. 137, Secr. n. 746, excl. syn. — Inodorus; pileo submembranaceo, e convexo expanso umbilicatoque, glabro, striato; stipite corneo, fistuloso, glabro, nitido, rubro («fuscescente»); lamellis subdecurrentibus, confertis, simplicibus anastomosantibusque, albis.

*Hab.* in Europa, et Somerset East (Mac Owan) supra folia, acus Pini etc., basi simplici insititius. — Statura et habitus *M. perforantis* sed colore lamellisque differt. Ex Secr. stipes apice albidus, ceterum rufescens; affert quoque var. statura *M. candidi*, stipite deorsum pruinato violaceo-fusco.

198. **Marasmius capillipes** Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 162. — Gracil- 2172
limus etsi rigidulus, e cinnamomeo rufescens, nitidulus; pileo ex hemisphærico expanso, vix $1\frac{1}{2}$ mm. diam., tenui membranaceo, levi, glabro; lamellis paucis, distantibus pliciformibus (interdum obsoletis), albidis; stipite capillari, nitido, rufescente, 20 mm. longo, tortuoso, basi leniter incrassato, insiticio, sursum attenuato pallidiore; sporis ovoideo-oblongis, basi subapiculatis, $4 \simeq 2$, hyalinis.

*Hab.* in foliis dejectis Piri communis, Selva Treviso in Ital. bor. — Sub microscopio pilei superficies asperula conspicitur ex glandulis (macroconidiis?) crebris, ovoideis, muriculatis, ferrugineis, deorsum hyalino-attenuato-stipitatis, totis $15\text{-}18 \simeq 7$. Habitu *M. Hudsonii*, *M. Buxi* et forte *M. epiphyllo* similis; a quibus glabritie, colore et forte macroconidiis dignoscitur.

199. **Marasmius sclerophorus** Lév. Ann. Sc. Nat. oct. 1844, p. 170 (*Agar.*). — Pileo membranaceo substriato, fulvo; lamellis crassis bifidis, ferrugineis, acute adnatis; stipite filiformi, nudo, nigricante, sclerotio cinereo insidente. 2173

*Hab.* Javæ (Korthals). — Est *Agaricus sclerophorus* Korth. herb. Stipes 18 mm. longus; pileus 9 mm. latus.

200. **Marasmius exustus** Berk. et Curt. N. Pac. exp. n. 79, Proc. Am. Ac. vol. 4, p. 120. — Pusillus; pileo hemisphærico, umbilicato, sulcato, brunneo-albo, siccitate fusco; stipite brevi, capillari, insititio, atro-fusco; lamellis paucis. 2174

*Hab.* ad folia emortua et fragmenta plantarum herbacearum in insulis Bonin. — Fere proximus *M. umbonifero.*

201. **Marasmius acicola** Berk. et Curt. N. Pac. exp. n. 82. — Pileo e convexo subdepresso, glabro, striato, brunneolo; stipite insititio, glaberrimo, rufo; lamellis angustis, breviter adnatis, albis. 2175

*Hab.* supra folia emortua Pini in Japonia. — Proximus Collybiis.

202. **Marasmius minutus** Peck 27 Rep. p. 97. — Pileo membranaceo, convexo, glabro, striato-sulcato, rubescenti-brunneo; stipite capillari, glabro, nitido, atro-brunneo; lamellis distantibus, subvenosis, inæqualibus, plerumque ramosis, candidis. 2176

*Hab.* ad folia dejecta in silvis et paludosis, ad montes Catskill et Sandlake Amer. bor. — Vix $2^1/_2$ cm. altus; pileus 2-4 mm. latus. Minutissimus, detectu facilis. Pilei color ad vinoso-testaceum accedit.

203. **Marasmius straminipes** Peck 26 Rep. p. 66. — Pileo membranaceo, hemisphærico vel convexo, glabro, striato, albido; stipite corneo, glabro, nitido, filiformi, insititio, pallide stramineo; lamellis distantibus, inæqualibus, adnexis, albis. 2177

*Hab.* ad folia dejecta Pini rigidæ, Center Amer. bor. — Statura $2^1/_2$–5 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$–8 cm. latus; stipes pallide luteus in statu sicco pallidus atque basi plerumque brunneo tinctus.

204. **Marasmius glabellus** Peck 26 Rep. p. 66. — Pileo membranaceo e convexo expanso, distanter striato, sæpe disco aspero, obscure ochraceo; stipite corneo, æquali, glabro, cavo, nitido, rubescenti brunneo vel castaneo, apice albo, basi mycelio incrassato; lamellis latis, distantibus, inæqualibus, liberis, ventricosis, albidis, margine supero atque interstitiis venosis. 2178

*Hab.* ad folia dejecta in silvis, Worcester et Croghan Amer. bor. — Statura $2^1/_2$–5 cm. adæquans; pileus 13-21 mm. latus;

stipes 1 mm. crassus. Pilei color ad *M. campanulati* accedit, sed vulgo pallidior atque brunneo pictus. — f. **minor** Sacc. Mich. II, p. 239. A typo recedit statura paullo minore lamellisque pallidioribus; basidiis oblongo-clavatis, 15-20 ≃ 4-5, monosporis (?); sporis sphæricis, 4-5 μ. diam., 1-guttulatis, hyalinis. In ramentis, foliis etc. dejectis, Selva Treviso. — Icon Floræ danicæ tab. 1551, fig. I, *Marasmii androsacei* melius speciem præsentem sistit quam verum *M. androsaceum* Fr.

205. **Marasmius coracicolor** B. et C. Cub. Fungi n. 94, Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo tenui, lento, rugoso-sulcato, depresso vel umbilicato, rufo; stipite rufescente, glabro, sulcato; lamellis confertis, pileo concoloribus, attingentibus; sporis minutis, reniformibus, (acervatis visis) griseis. 2179

*Hab.* ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, cartilagineus.

206. **Marasmius atro-viridis** B. et C. Cub. Fungi n. 100, Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo depresso, tenui, glabro, atro-cæruleo-viridi; stipite sursum dilatato, glabro; lamellis confertis, adnexis, latis, concoloribus. 2180

*Hab.* in ligno emarcido in silvis densis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus, stipes 12 mm. longus.

207. **Marasmius cyathiformis** B. et C. Journ. Linn. Soc. vol. X. — Cæspitosus; pileo cyathiformi, glabro; stipite sursum dilatato; lamellis distantibus, decurrentibus. 2181

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18-25 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 1 mm. crassus. Exsiccatus distincte brunneus.

208. **Marasmius tortipes** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 298, XIV, 39. — Pileo ex albo plumbeo, puberulo, campanulato, umbilicato, sulcato; stipite elongato, torto, subdiaphano, glabro, basi membrana e matrice oriunda vestito; lamellis cum pileo concoloribus. 2182

*Hab.* in ligno emarcido Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et ad ramulos emortuos Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes 8 cm. longus, 2 mm. crassus. Nobilis mycelio abundanti ligni superficiem obtegente notabilis.

209. **Marasmius tessellatus** Mont. Guy. n. 312, bis. — Albus; pileo membranaceo, convexo dein expanso, centro profunde umbilicato, radiato-striatulo, reticulato-tessellato; stipite brevi, sursum dilatato deorsum attenuato, insititio, solido; lamellis confertis, tri-tetrady- 2183

mis, angustissimis, utrinque attenuatis, venis crebris, transversalibus, conjunctis.

*Hab.* ad ligna denudata in silvis, Cayenna America merid. (Leprieur). — Pileus 2-5 cm. lat.; stipes $1^1/_2$-$3^1/_2$ cm. long., 1-2 mm. cr.

210. **Marasmius stenophyllus** Mont. Guy. n. 313. — Pileo membranaceo, tenerrimo, convexo-plano, pallido, levi, sicco radiato-venoso; stipite brevi, basi insititio, fusco, apice pallescente, glabro, opaco; lamellis, paucis, initio angustissimis subramosis aut marginem versus reticulatis. 2184

*Hab.* ad cortices, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 5-7 mm. lat.; stipes 8-15 mm. long., $^1/_2$-1 mm. cr.; lamellæ fere cantharelloideæ.

211. **Marasmius decurrens** Mont. Guy. n. 320. — Pileo membranaceo e convexo applanato, tandem umbilicato, subumbelliformi, pallido, striato; stipite corneo, setiformi, farcto, umbrino, basi dilatata fulva affixo; lamellis distantibus, semilanceolatis, longe decurrentibus, pallidis. 2185

*Hab.* ad cortices et folia, Cayenna America merid. (Leprieur) et ad ramulos emortuos Panurè, Brasiliæ (Spruce). — Pileus 5-9 mm. lat.; stipes 1-$1^1/_2$ cm. long. *M. languido* subaffinis.

212. **Marasmius sphærodermus** Speg. Fung. Arg. I, p. 163. — Perpusillus, sparsus vel laxe gregarius, cartilagineus, udus tenacellus, siccus fragilis; stipite filiformi, oculo nudo atro-rufescente, lente inspecto basi incrassato, atro-purpureo, sursum fulvo-melleo, minutissime longitudinaliter striato, toto levi fistuloso (?); pileo sicco ruguloso-contracto, udo hemisphærico, centro umbonato, fusco-rufescente, umbone pallidiore, granuloso, sub lente ubique glandulis subglobosis purpureo-rufescentibus, hyalino-pedicellatis, undique verruculoso-muricatis vestito; lamellis paucis, veniformibus vix perspicuis et prominulis, ceraceo-candidis; sporis ellipsoideis vel elliptico-elongatis, rectis v. curvulis, non v. 2-guttulatis, 2-3 $\simeq$ $^1/_2$-$^2/_3$. 2183

*Hab.* ad ramulos dejectos Salicis Humboldtianæ secus Rio de la Plata et El Ferro Canil del Norte. — Totus fungus 3-6 mm. altus; stipes basi 90-120 $\mu$. apice 70-80 $\mu$. crassus; pileus 300 $\mu$. diam. tenui-membranaceus. — Var. **major** Speg. F. Arg.: pileo convexo-explanato, superne undulato, margine integro v. repando, rufescenti-fulvo glanduloso-papilloso, 3-6 mm. diam.; lamellis candidissimis, pliciformibus, quandoque basi subfurcatis; stipite setiformi, flexili, atro-fuligineo, basi subincrassato, 0,6-1,5 cm. long., levissimo; basidiis ovato-clavatis, cystidiis clavato-fusiformibus im-

mixtis 25-35 ≃ 8-10. In culmis foliisque dejectis putrescentibus Eryngii agavifolii en la Boca del Riachuelo.

213. **Marasmius calobates** Kalchbr. in Grevillea IV, p. 71, t. 143, f. 16. — Pileo membranaceo, 12-25 mm. lato, leviter umbilicato, plicato (in siccis), ferrugineo-fuscescente; stipite corneo, fistuloso, capillari, nigricante, pro ratione longissimo 4-6 mm., ad basim insititiam glaberrimo; lamellis paucis, latiusculis, pileo pallidioribus. 2187

*Hab.* Rockhampton in Queensland Australiæ in foliis putridis Bougainvilleæ (Thozet et de Müller).

214. **Marasmius trichopus** Pass. et Beltr. F. sic. nov. 1. — Gracillimus, castaneo-fuscus (in sicco); pileo convexo 1,2 mm. diam., margine pallidiore involuto; lamellis crassiusculis, acie truncata, parum distantibus, adnatis; stipite longissimo, glabro, tenui, æquali insititio, in sicco compresso et contorto, fusco, apice pallidiore. 2188

*Hab.* ad folia putrescentia Ceratoniæ Siliquæ, Monostalla Palermo Siciliæ, septemb.

215. **Marasmius rhabarbarinus** Berk. in Hook. Journ. (1856) 135, Berk. Dec. of Fungi n. 517. — Pileo convexo, membranaceo subinde reticulato rhabarbarino; stipite elongato, filiformi, glabro, obscuriori, basi strigosa adfixo, hymenio pallido; lamellis paucis pallidis, subvenosis. 2189

*Hab.* supra folia emortua Panuré Brasiliæ (Spruce), ad ramos Rio Purus (Traill). — Pileus 1 cm. vel ultra latus; stipes circ. 2,5 cm. longus, 5 mm. crassus.

216. **Marasmius helvolus** Berk. in Hook. Journ. (1856) 136, Dec. of Fungi n. 519. — Pileo campanulato, helvolo, sublevi, margine undulato; stipite fusco insititio, basi non strigosa; lamellis paucis, ventricosis, adnexis, hymenio pallido. 2190

*Hab.* ad truncos Cubæ Amer. centr. (C. Wright), ad folia emortua, ad fluvium Amazonum (Spruce). — Pileus 1,3 cm. latus, stipes 2,5 cm. et ultra longus. *M. rhabarbarino* proximus, a quo colore stipitis, basi non strigosa differt. — Var. **brunneolus** Berk.: pileo lamellisque brunneolis. Ad truncos Ceylon Indiæ.

217. **Marasmius pirinus** Ellis Bull. Torr. Cl. 1881, p. 64, N. Am. Fungi n. 401. — Pileo membranaceo, hemisphærico, subinde leniter umbilicato, sulcato-striato, primo pallido, dein castaneo; stipite filiformi, striato, brunneo, sursum pallido; sporis obovatis, 4-4,3 μ. longis. 2191

*Hab.* ad folia emortua Piri humi jacentia, in America boreali — Minutus circ. 6-7 mm. altus.

218. **Marasmius flammans** Berk. in Hook. Journ. (1856) 136, Dec. of Fungi n. 520. — Pileo membranaceo, aurantio-fulvo, e centro lineis pallidioribus picto; lamellis ochraceis, angustis, postice attenuatis attingentibus; stipite filiformi, pallide fusco, levi. 2192

*Hab.* ad folia emortua Panuré Brasiliæ (Spruce).

219. **Marasmius hædinus** Berk. in Hook. Journ. (1856) 135, Dec. of Fungi n. 515. — Pileo campanulato, albo, opaco, centro umbilicato venoso-rugoso, margine crenato; stipite pallide umbrino strigoso-affixo; lamellis paucis angustis, interstitiis latissimis ut plurimum levibus. 2193

*Hab.* supra folia emortua, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 0,5 cm. circ. crassus. Pulcherrima species.

220. **Marasmius ardosiaceus** Mont. Cent. VII, p. 31. — Pusillus, gregarius; pileo e conico hemisphærico, disco levi, margine radiato-striato ardosiaco, pube velutina vestito; stipite filiformi, solido, glabro; lamellis didymis, convexis, liberis, pallidis. 2194

*Hab.* ad folia dejecta Mapiri in Bolivia (Weddell).

221. **Marasmius? pruinosus** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 32. — Candidus; pileo membranaceo, campanulato-cucullato, obtuso, farinoso nutante; stipite filiformi, æquali, glabro; lamellis.... 2195

*Hab.* ad ligna putrida ad Naranjo, Costa Rica (Oersted). — Dubia species, cujus nulla adsunt specimina, modo icon, in qua lamellæ haud distincte expositæ sunt. In schedula persistens dicitur, ceterum *Mycenæ capillari* similis, at stipes brevior firmiorque et «pileo farinoso» manifeste differt.

222. **Marasmius pruinatus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 96. — Pileo campanulato, sulcato, pruinato, rugoso; stipite setiformi, nitido, cinereo; lamellis paucis, interstitiis levibus. 2196

*Hab.* inter gramina New England Amer. bor. (Sprague). — Pileus 12-14 mm. lat., stipes 5 cm. long.

223. **Marasmius trichorrhizus** Speg. Fungi Guar. Pug. I. n. 19. — Mycelio rhizomorphoideo, gracili, setæ equinæ crassitudine v. vix ultra, rigidulo, glabro, atro, subnitente substrigose ramoso laxissime latissimeque expanso 20-50 cm. long. et lat., ad corticem ac præcipue in ejusdem rimas repente, hinc inde ramulos fertiles (seu stipites) paucos, breviusculos 1-2 cm. long. 0,15-0,18 mm. crass. erectos emittente; pileo hemisphærico 0,5-1 mm. diam., glabro, obscure testaceo v. rufescente; lamellis paucis, stricte pliciformibus, pileo concoloribus; stipite rigido, erecto v. subflexuoso (in sicco), 2197

atro subnitente glabro, levissimo, ad basim non v. minute leniterque annulato-incrassatulo.

*Hab.* ad corticem truncorum putrescentium in silva virginea Caà-Guazù Brasiliæ. — Species ab omnibus adhuc cognitis forma magnitudineque mycelii inconsueti distinctissima; specimina senescentia ac nonnihil obliterata, iterum inquirenda; an novum genus?

224. **Marasmius Flosculus** Berk. Descr. of Fungi Isl. Pacif. n. 4, tab. XIV. — Solitarius vel subfasciculatus; pileo convexo, membranaceo, regulariter plicato-striato, interstitiis convexis, centro depresso, ruguloso, umbrino, pulverulento-opaco vel subvelutino; stipite rufo, sursum pallidiori, gracili, glaberrimo, basi floccosa vel fibrillosa; lamellis latiusculis, adnexis, fuscis, margine pallidioribus, apice furcatis. 2198

*Hab.* in silvis New Ireland Oceaniæ, julio. — Pileus 3 mm. vel ultra latus, stipes vix 1,3 cm. longus.

225. **Marasmius lignyodes** Berk. Austral. Fungi n. 246. — Pileo convexo, granulato, sulcato; stipite nitido, nigerrimo, striato; lamellis latis, ventricosis, umbrinis. 2199

*Hab.* ad folia Eucalypti in Australia. — *Marasmio Rotulæ* proximus.

226. **Marasmius Eucalypti** Berk. Fl. Tasm. II, p. 249. — Pileo conico, umbone operculiformi terminato v. obtuso, brunneolo, sericeo; stipite setiformi, compresso, nitente; lamellis ventricosis albis, interstitiis venosis. 2200

*Hab.* in fructibus ramisque Eucalypti in Tasmania (Archer). Pileus 12-18 mm. diam.

227. **Marasmius rhodocephalus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 31. — Pileo membranaceo, convexo-plano, sulcato, persistenter roseo-rubro, margine integro; stipite setiformi, glabro, nitido, fusco-pallido, basi simplici insititio; lamellis adnatis, æqualibus, paucis, valde distantibus, pallidis. 2201

*Hab.* ad ramos radicesque emortuas ad Mirador regni Mexicani (Liebman). — Colore pilei elegantissimo roseo rubro persistente (nec expallente, nec in siccis obscurato) præcipue dignoscitur. Stipes 2-3 cm. altus, omnino setæ forma et substantia, fuscescens, sed micore argenteo vibrans; basis primo albido-villosa, mox nuda, haud dilatata; pileus 4-6 mm. latus, secus lamellas profunde sulcatus, ceterum levis et glaber; lamellæ venis haud connexæ, sed postice junctæ. *M. pyrrhocephalus* Berk. mycelio albo et stipite piloso longius recedit.

228. **Marasmius Umbraculum** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 36. — Pileo convexo-plano obtuso, leviter umbonato, profunde sulcato, rufo; stipite rigido, pallidiore, levi, glabro; lamellis distantibus citrinis, postice rotundatis, remotis. 2202

*Hab.* ad folia emortua Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, haud 1 mm. crassus; interstitia lamellarum levia vel venosa.

229. **Marasmius equicrinis** Müll. in Berk. Austr. Fung. II, 245 et Grev. VIII. — Albido-fulvescens, minimus; pileo membranaceo, convexo, obtuso, 1-2 mm. lato; stipite 1 cm. et ultra longo, setaceo, rigido, atro, nitido, e mycelio atro, equi crinis simili, assurgente; lamellis paucis, distantibus, pileo pallidioribus. 2203

*Hab.* ad ramos Dabrymple Creck (Lieut. Armitage); Richmond River (Mrs. Armitage) Australiæ. — Singularis species mycelio copioso criniformi distincta.

230. **Marasmius polycladus** Mont. Guy. n. 308. — Erumpens; pileo membranaceo, hemisphærico, umbilicato, centro mammillato, glabro, e fusco purpureo, plicato-striato; stipite corneo, spadiceo-nigro nitido, fistuloso, ramosissimo glaberrimoque; lamellis fuscis, simplicibus, convexis, adnatis. 2204

*Hab.* ad ramos arborum, quos silvula stipitum prolifero-ramosorum ambit, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 4-8 mm. lat.; stipes ¼ mm. cr. *M. sarmentoso* analogus.

231. **Marasmius longipes** Mont. Guy. n. 309. — Validus; pileo membranaceo, convexo-campanulato, centro levi depresso, margine dense striato, vaccino, nudo; stipite corneo, longo, striatulo, torto, intus cavo, basi dilatata tuberculoso, apice dilatato, sicco fragili, madido elastico; lamellis tetradymis obscurioribus, flexuoso-undulatis, angustis, longioribus subdecurrentibus; sporis sphæricis, vix 3,5 μ. d. 2205

*Hab.* in foliis putridis, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 2-3 cm. lat.; stipes 5-7 mm. long., ½ mm. cr.

232. **Marasmius multiceps** B. et C. Cub. Fungi n. 132 Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo candido, hemisphærico, umbilicato, sulcato transverse rugoso; stipite communi, repente, prolifero, nigro, rigido; stipitibus fertilibus verticalibus; lamellis candidis, collariatis, paucis, ventricosis. 2106

*Hab.* ad caudices emortuos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Affinitate cum *M. polyclado* Mont. gaudet sed colore et stipitum fertilium adhæsione distat. Pileus 6 mm. latus; stipes 1¼-2½ cm. longus. Vulgo stipes multo magis elongatus.

233. **Marasmius hippiochætes** Berk. in Hook. Journ. (1856) 139. — Pileo convexo, sulcato, coccineo; lamellis pallidis adnatis; stipite longissimo, nigrescente nitido, apice pallido, hic illic noduloso prolifero. 2207

*Hab.* ad ligna, caules etc., Rio Uanpis Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2-3 mm. lat.; stipes 10-12 cm. long. *M. hæmatocephalo* et et *polyclado* proximus.

234. **Marasmius populiformis** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 140, t. V, f. 2. — Stipite communi longo setiformi, aureo, sursum racemoso; pileis convexis fuseis paucisulcatis; lamellis 5-6 concoloribus. 2208

*Hab.* ad ramos emortuos, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus vix 1 mm. lat.; stipes 10 cm. long. *M. cupressiformi* affinis.

235. **Marasmius cupressiformis** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 140, t. V, f. 3. — Stipite communi longo setiformi nigrescente, sursum prolifero-racemoso, ramulis divaricatis; pileis candidis, sulcatis, umbilicatis; lamellis paucis, concoloribus, collariatis. 2209

*Hab.* supra folia emortua ad Panurè Brasiliæ (Spruce). — Stipes 8-9 cm. long.; ramuli pileiferi 4 mm. long.

236. **Marasmius coilobasis** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 141. — Totus albus; pileo convexo, membranaceo; stipite e disco orbiculari, centro depresso oriundo, glabro; lamellis angustis, linearibus; interstitiis venosis. 2210

*Hab.* ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat., stipes 2-3 cm. long., vix 1 mm. cr.

237. **Marasmius cladophyllus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 138. — Pileo convexo, hepatico, rugosiusculo; stipite filiformi, glabro, fusco, basi strigosa affixo; lamellis, ventricosis latiusculis, ochraceis ramoso-reticulatis. 2211

*Hab.* ad folia emortua, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 6-7 mm. lat.; stipes 7-8 cm. long.

238. **Marasmius bellus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 139. — Pileo planiusculo, pallido, reticulato, rugoso; stipite elongato gracili glabro, e mycelio contexto oriundo; lamellis tenuibus distantibus; interstitiis reticulatis. 2221

*Hab.* ad Rio Negro Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 0,5 mm. cr., atro-brunneus.

239. **Marasmius pœcilus** Berk. in Hook. Kew. Misc. vol. 8, p. 137. — Pileo campanulato, fulvo; stipite umbrino, insititio, setiformi; lamellis flavis, ventricosis, adnexis; interstitiis levibus, fulvis. 2213

*Hab.* ad folia emortua, Cuba Amer. centr. (C. Wright), Panu-

ré Brasiliæ (Spruce). — Stipes 3,5-4 cm. long., setiformis; pileus 8-9 mm. lat.

240. **Marasmius pulcherripes** Peck 24 Rep. p. 77, t. 4, fig. 19-22. — 2214
Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, distanter striato, sicco, glabro, dilute castaneo vel vinoso rubro; stipite valido, glabro nitidoque, brunnescenti nigro, apice pallide rubro; lamellis paucis, distantibus, adscendentibus, liberis.

*Hab.* ad ramulos et folia acerosa inter muscos in silvis, Garrisons Amer. bor. — Statura $2^1/_2$-4 cm. adæquans; pileus 4-8 mm. longus, stipes haud 2 mm. crassus.

241. **Marasmius rufescens** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 41. 2215
— Totus rufescens; pileo suborbiculari, glabro; stipite brevi, cylindrico, glabro; lamellis paucis, interstitiis reticulatis.

*Hab.* Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18-25 mm. latus; stipes 2-3 mm. longus.

242. **Marasmius corticigena** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 40. 2216
— Pusillus; pileo convexo, sulcato. pulverulento; stipite fusco; lamellis paucis, cinnamomeis, adnatis.

*Hab.* supra corticem Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 mm. latus; stipes 4 mm. longus, $^1/_2$ mm. crassus; lamellæ latæ, 10 circiter, pileo nitidiores. Habitus *Mycenæ corticolæ*.

243. **Marasmius proletarius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 296, 2217
XIV, p. 40. — Gregarius, albus; pileo convexo, leviter sulcato, margine primum rotundato inflexo; stipite pallido, rigido, opaco; lamellis planis vel demum ventricosis, latiusculis, attingentibus.

*Hab.* ad folia emortua Ceylon (Thwaites) et ad ramos emortuos Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 2 mm. latus; stipes 12-18 mm. latus, setiformis. Quandoque e stipitis basi pili tomentosi oriuntur. Species genuina, denso pileorum agmine silvulas efformans, *Rotularum* greges inchoat atque ad multas europæas species accedit ut ad *M. epiphyllum* magis quam lætius coloratas species quæ circa Cubam abundant.

244. **Marasmius bicolor** Sacc. et Cub. *M. dichrous* B. et C. N. Pac. 2218
exp. n. 74, nec B. et C. Cent. N. Am. Fungi. — Pusillus; pileo convexo, albo, glabro; stipite brevi, deorsum rufescente, capillari; lamellis paucis decurrenti-adnexis; interstitiis levibus albis.

*Hab.* ad truncos emortuos in insulis Bonin.

245. **Marasmius rufo-pallidus** Kalchbr. in Grevillea IV, p. 71, t. 143, 2219
f. 14. — Pileo membranaceo, convexulo, late umbonato; umbone linea circulari terminato, striatulo, glabro, pallide rufescente; sti-

pite filiformi, glabro, pallido, basi mycelio albido affixo; lamellis stipitem attingentibus, subconfertis, pallidis.

*Hab.* in terra pr. truncos Gracemere Queensland (O'Shanesy).

246. **Marasmius Curreyi** B. et Br. Ann. N. H. n. 1794. — Pileo subplano, sulcato pallide rufo, radiatulo, striis pallidioribus, umbone fulvo; stipite glaberrimo, nitido, atro, apice albo; lamellis paucis, subventricosis, carneis, collarium formantibus, interstitiis venosis vel penitus levibus. 2220

*Hab.* ad folia graminum, Fineshade Britanniæ.

247. **Marasmius coniatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 35. — Pileo campanulato, fulvo, sulcato, particulis pulverulentis obsito; stipite setaceo glaberrimo; lamellis distantibus, adnexis. 2221

*Hab.* supra folia emortua Ceylon (Thwaites). — Pileus 6 mm. latus; stipes concolor, siccus striatus et tortus e strato albo uniformi supra folia oriundus, sed potius luteus si sabuli particulis affixus.

248. **Marasmius filipes** Peck 24 Rep. p. 77, t. 4, fig. 27-29. — Pileo membranaceo, convexo, distanter obscure radiato-striato, subumbilicato, albo; stipite glabro, elongato, filiformi, flexuoso, insititio, albido, plerumque basi brunnescente; lamellis paucis, distantibus, adnexis, albis. 2222

*Hab.* ad folia dejecta Coniferarum, ex. gr. Abies balsamea, Indian Lake Amer. bor. — Gregarius $2^1/_2$-4 cm. altus; pileus circiter 2 mm. latus; stipes setula suina paulo crassior. Species notabilis, gracilis, delicata. Lamellæ circiter 6, inter quas nonnullæ breviores.

249. **Marasmius aciculiformis** B. et C. Cub. Fungi n. 121, Journ. Linn. Soc. vol. X. — Gregarius; pileo convexo, fulvo, vix sulcato; stipite setiformi, rigido, glaberrimo, nitido, subfulvo; lamellis paucis, albidis. 2223

*Hab.* ad virgulta in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright), Gracemere Queenslandiæ in ligno putrido (O'Shanesy). — Pileus 4 mm. latus, stipes 4 cm. longus. Stipites dense cæspitosi pro hac specie characteristici sunt.

250. **Marasmius Thwaitesii** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. — Pileo cylindrico, fusco, sulcato, processibus conicis echinato; stipite setaceo, concolori. 2224

*Hab.* ad caules herbaceos, emortuos, Ceylon (Thwaites) et ad ramulos putridos in silvis montis Boschberg, prope Somerset East,

Promont. Bonæ Spei (P. Mac Owan). — Pileus 3 mm. altus, 2 mm. latus, brunneus, siccus magis rufescens.

251. **Marasmius subvenosus** Peck 23 Rep. p. 125, t. 6, fig. 15-21. — 2225
Pileo membranaceo, sicco, convexo, subumbilicato, radiato-sulcato, glabro, albo vel lutescenti; stipite valido, glabro, nitido, brunneo, sursum pallidiori, cavo.

*Hab.* ad caules herbaceos emortuos, folia, Center Amer. bor. — Altitudo 17-25 mm.; pilei latitudo 4-8 mm. Stricte affinis *M. epiphyllo,* a quo stipite glabro differt.

252. **Marasmius eximius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 38. — 2226
Fulvus; pileo profunde umbilicato, margine lobato; stipite fusco, fissili; lamellis longe decurrentibus, interstitiis venosis.

*Hab.* ad ramulos emortuos, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 cm. latus; stipes $1^1/_4$ cm. longus, sursum dilatatus.

253. **Marasmius actinophorus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 33. 2227
— Pusillus; pileo convexo, umbilicato, spadiceo, radiato-picto, sicco rugoso; stipite setaceo, pallido; lamellis albis.

*Hab.* ad ramos emortuos, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 mm. latus; stipes 12 mm. longus, $^1/_2$ mm. crassus, tortus.

254. **Marasmius rhizophilus** (Brig.) Fr. Monogr. II, p. 331, Hym. Eur. 2228
p. 480, *Agaricus rhizophilus* Brigant. t. 15, f. 3-5. — Spadiceo-lutescens; pileo carnoso-membranaceo, arido, e convexo plano, centro rarius depresso; stipite filiformi, firmo, æquali, tortuoso; lamellis liberis, subdistantibus, inæqualibus.

*Hab.* ad radices emortuas pr. Neapolin. — Pileus 10-13 mm. latus, margine irregulari.

**) Stipite velutino pilosove.

255. **Marasmius perforans** Fr. Epicr. p. 385, Hym. Eur. p. 478, Britz. 2229
Mar. f. 14, Berk. Outl. p. 223, Kickx p. 212, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 138, Weinm. p. 102, Hoffm. Nomencl. t. 4, f. 2, *A. androsaceus* Schaeff. t. 239, Pers. Syn. p. 468, Moug. exs. n. 677, *A. Abietis* Batsch f. 10, Secr. n. 832, excl. syn. — Fœtens; pileo submembranaceo, planiusculo, exstrio, ruguloso, glabro; stipite fistuloso, æquali, velutino, badio-nigro, basi insititio; lamellis adnatis, simplicibus, confertiusculis, albidis, plurimis dimidiatis.

*Hab.* ad folia Abietis, per annum copiosissime in Europa et Amer. fœder. — Facies Calopodum. Pileus 8-12 mm. latus, non umbilicatus, pallescenti-albus; stipes 2-3 cm. longus; sporæ 6-8 ≥ 2-3. Odor fœtidus nec Allii.

256. **Marasmius sordescens** B. et C. N. Pac. exp. n. 76. — Pileo depresso, striato, ex albo umbrino; stipite insititio, subtiliter velutino, fusco; lamellis adnexis pileo concoloribus. 2230

*Hab.* ad truncos emortuos et folia in insulis Bonin. — Habitus *M. perforantis.*

257. **Marasmius insititius** Fr. Epicr. p. 386, Hym. Eur. p. 478, Berk. Outl. p. 223, t. 14, f. 6 (varietas albipes), Quél. p. 202, *A. calopus* Secr. n. 745, excl. syn. — Inodorus; pileo membranaceo, lento, convexo-plano, subumbilicato, impolito, demum plicato-sulcato; stipite corneo, fistuloso, floccoso-furfuraceo, rufo-fuscescente, deorsum in basim simplicem insititiam attenuato; lamellis late adnatis indeque antice attenuatis, distantibus, simplicibus, inæqualibus, pallescenti-albis. 2231

*Hab.* ad folia dejecta Quercus etc. raro in Europa et Carol. super. Amer. bor. — Statura *M. Vaillantii;* stipes curtus, 2-3 cm. longus; pileus $^1/_2$-$1^1/_4$ cm. latus, albescens.

258. **Marasmius sclerotipes** Bres. F. Trid. p. 12, t. XI, f. 1, *Collybia cirrhata* auct. recent. non Fries. — Pileo membranaceo, convexo, margine inflexo, dein plano, umbilicato, ruguloso-striato, candido, umbilico flavido, subflocculoso, 6-8 mm. lato; lamellis distantibus, adnatis, albis, acie fimbriata; stipite filiformi sub lente pruinato pallide-rufescen, apici albido, basi sclerotio rufescenti adnato, æquali 12-18 mm. longo, $^1/_2$-1 mm. crasso. 2232

*Hab.* in pratis uliginosis ad vicum Tezzolas, Val di Sole agri Tridentini, æstate. — Lectus statim flavescit. *Collybiis tuberosis* analogus; *Marasmio insitilio* simillimus.

259. **Marasmius Hudsonii** (Pers.) Fr. Epicr. p. 386, Hym. Eur. p. 478, Berk. Outl. p. 223, *Agaricus Hudsoni* Pers. Syn. p. 390, Trog in Bot. Zeit. 1832, p. 523 (descr. opt.), *A. pilosus* Huds., Sowerb. t. 164. — Inodorus; pileo membranaceo, hemisphærico, ruguloso stipiteque corneo, filiformi, atro-purpureo pilis sparsis purpureis obsessis; lamellis adnexis, angustis, simplicibus, albis, alternis dimidiatis; sporis fusiformibus, nucleo centrali præditis, 10 $\mu$. long. 2233

*Hab.* ad folia Ilicis copiose in Europa. — Pileus dilute fusco-rufescens, 6 mm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus.

260. **Marasmius trichophorus** Zippel et Lév. Ann. d. Sc. Nat. oct. 1844, p. 171 (*Agar.*), — Albus; pileo membranaceo pellucido, e convexo deplanato, setis longis obsito; stipite filiformi, nudo; lamellis tenuibus, acute adnatis. 2234

*Hab.* supra corticem Javæ. — Stipes 18 mm. longus. Affinis *M. Hudsonii.*

261. **Marasmius Buxi** Fr. in Quélet Jur. p. 201, t. 13, f. 6, Hym. Eur. p. 479, Pat. t. 327. — Pileo tenui, convexo-plano, sulcato, sub lente squamuloso, pallide fulvo-rufescente, centro obscuriore; stipite setaceo-filiformi, purpureo-nigro, inferne pilosello, sursum levi, glabro; lamellis paucis (5), distantibus, albis. 2235

*Hab.* supra folia emortua Buxi in Europa. — Affinis *M. Hudsonii*, sed minor et tenuior; sporæ minutæ obovatæ $4 \simeq 2$; basidia clavata; cystidia sursum acuta sed apice capitellata.

262. **Marasmius epichloë** Fr. Hym. Eur. p. 479, *M. gramineus* Léveill. — Pileo tenui, plano-convexo, subpapillato, exstrio, albido, centro badio-fusco; stipite badio, opaco, sulcato-striato, striis setulosis, basi pallidiore; lamellis rotundatis, subconfertis, postice latioribus. 2236

*Hab.* in culmis siccis graminum et in aculeis Robiniæ in Europa. — Affinis dicitur *M. saccharino*, sed lamellæ minus distantes et sejunctæ.

263. **Marasmius saccharinus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 386, Hym. Eur. p. 479, Berk. p. 224, Quél. p. 202, *Agaricus* Batsch f. 83 (anceps, sed descr. clara), *A. retifolius* Lasch n. 161, Secr. n. 964, B. e syn. Batsch. — Pileo membranaceo, convexo, subpapillato, glabro, sulcato plicatoque; stipite tenuissimo, e flocculoso glabrato, oblique insititio, rubello; lamellis late adnatis, angustis, crassis, valde distantibus, reticulato-conjunctis, albidis. 2237

*Hab.* ad folia, stipulas in Europa et Africæ austr. (Mac Owan). — Stipes filiformis v. sursum attenuatus, apice pallens, inferne sæpe rufo-fuscus; pileus omnino albus, quam reliquorum magis in formam Mycenæ abiens. Caute separes a *M. faveolari.* — *A. umbelliformis* Scop. brevi tempore vigens est *Mycena.*

264. **Marasmius recubans** Quél. Ench. p. 146, *M. saccharinus* Quél. Jura p. 224, t. XIII, f. 7 (nec Batsch). — Pileo sulcato, hemisphærico lamellisque latis, niveis; stipite capillari, debili, villoso, fusco, sursum glabrescente, pallidiore. 2238

*Hab.* in foliis dejectis in Gallia orient.

265. **Marasmius epiphyllus** Fr. Epicr. p. 386, Hym. Eur. p. 479, Pat. t. 219, Berk. Outl. p. 224, Kickx p. 212, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 139 cum syn. (excl. Bull. e Pers. recepto, nec *A. epiphyllus* Pers. ut collectivus huc stricte citandus), Tratt. Austr. f. 22, Fl. Dan. t. 1194, f. 1, Sowerb. t. 93, Weinm. p. 102. — *B.* rugis paucis vagis lamellarum loco: Batt. t. 28, f. D. Batsch f. 84 (infans). 2239

Occurrit etiam subtus omnino levis, quale *Helotium melanopus* Pers. Ic. et descr. t. 9, f. 7. — Pileo membranaceo, planiusculo, demum umbilicato, glabro, plicato-rugoso; stipite subcorneo, fistuloso, subtiliter velutino, deorsum spadiceo, insititio; lamellis adnatis, paucis, distantibus, integris, venosis, albis.

*Hab.* ad folia (præcipue petiolos), stipulas etc. in Europa, pr. Minussinsk Sibiriæ Asiaticæ et in Amer. fœder. — Pileus 3–11 mm. latus; stipes $1^1/_2$–5 cm. longus; sporæ cylindraceo-oblongæ 6–7 ∽ 2; basidia brevissima; cystidia elongata. Tenellus, sed admodum lentus, reviviscens, pileo lacteo.

266. **Marasmius alphitodes** Berk. et Curt. N. Pac. n. 75. — Pusillus, albus; pileo demum plano stipiteque brevi farinosis; lamellis paucis; interstitiis levibus. 2240

*Hab.* ad folia emortua plurimarum specierum Zingiberis in insulis Bonin.

267. **Marasmius hirtellus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. — Pileo convexo sulcato, demum subumbilicato; stipite setiformi, striato, torto, hispido; lamellis confertis, adnexis, ochraceis. 2241

*Hab.* ad plantas herbaceas emortuas, Ceylon (Thwaites), ad folia, Rio Purus Brasiliæ (Traill). — Pileus 8–10 mm. latus; stipes e tenui membrana floccis paucis oriundus, $2^1/_2$ cm. vel ultra longus.

268. **Marasmius subcoracinus** Berk. et Curt. Cub. Fungi n. 91 in Journ. Linn. Soc. X. – Pileo plano, rugoso, coriaceo, helvolo; stipite subvelutino, glabrescente, fusco; lamellis distantibus, adnatis, fuscis. 2242

*Hab.* ad virgulta in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright).

269. **Marasmius cubensis** B. et C. Cub. Fungi n. 106 in Journ. Linn. Soc. X. — Albidus; pileo plano, umbonato, tenui, sulcato, rugoso; stipite tenui, insititio, pulverulento; lamellis tenuibus distantibus, interstitiis trabeculatis, adnexis. 2243

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18 mm. latus; stipes tenuis $2^1/_2$ cm. longus.

270. **Marasmius tenerrimus** B. et C. Cub. Fungi n. 110 in Journ. Linn. Soc. X. — Albidus; pileo e convexo plano, subpellucido, centro depresso, tenerrimo, tomentoso; stipite solido, pallide fusco, pubescente; lamellis latis, adnatis, pileo concoloribus. 2244

*Hab.* ad ramulos putrescentes in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes eadem cum pilei diametro magnitudine gaudens, setiformis.

271. **Marasmius atro-rubens** Berk. Lond. Journ. Bot. I. p. 188. — Pi- 2245

leo membranaceo, convexo, regulariter radiato-venoso, atro-rubente; lamellis confertiusculis, cultratis, pallidis; stipite gracillimo, umbrino, velutino.

*Hab.* ad truncos emortuos et folia in silvis Peradenya Ceylon (THWAITES), Cuba (C. WRIGHT), River Amazon, Guyana, Panuré Brasiliæ (SPRUCE), Surimam. — Pileus 9-10 mm. diam.

272. **Marasmius rubellus** Mont. Guy. n. 311, t. 11, f. 6. — Gregarius; pileo membranaceo, convexo, umbilicato, tandem explanato, rubente, floccoso-sericello, margine exsiccatione vix striatulo; stipite insititio, spongioso-farcto, fuscescente, pilis albis fasciculatis villoso; lamellis tridymis postice latioribus, antice attenuatis, stipite dente adnatis concoloribusque. 2246

*Hab.* in foliis dejectis silv. umbr. Cayennæ, imprimis ad radices Montabo, Amer. merid. (LEPRIEUR). — Pileus 6-15 mm. lat.; stipes 1½-3 cm. long., vix 1 mm. cr.; sporæ minutissimæ. Affinis *M. saccharino*.

273. **Marasmius leucocephalus** Mont. Syll. Crypt. n. 445. — Subgregarius; pileo membranaceo, e convexo plano tandem umbilicato, margine levi, sicco striato, candido; stipite cartilagineo, e farcto cavo, floccoso-velutino, apice albo, basi insititia furfuraceo; lamellis tetradymis, ventricosis, attenuato-decurrentibus. 2247

*Hab.* ad stipites dejectos, Columbus Amer. bor. — Pileus 6-15 mm. lat.; stipes 2-3 cm. long., 1 mm. cr.; sporæ globosæ hyalinæ, 3 μ. d. *M similli* Berk. affinis dicitur.

274. **Marasmius inflexus** Mont. Fl. Chil., VII, p. 349, t. 7, f. 5, Syll. Crypt. n. 423. — Pileo membranaceo, convexo-conico vel ovoideo-campanulato, rugoso-badio, margine striato-inflexo; stipite corneo, farcto, atro, striato, opaco, tenuissime velutino; lamellis liberis, inæqualibus, longioribus, ventricosis seu utrinque acuminatis, pileo subconcoloribus, pallidioribus. 2248

*Hab.* ad ramos dejectos in Chile (GAY).

275. **Marasmius castaneus** Mont. Guy., n. 302, et Syll. Crypt. n. 426. — Pileo membranaceo, campanulato subumbilicato, margine involuto, plicato-striato, castaneo; stipite filiformi, striato, fistuloso, pilis albis brevibus patulis hirto, basi flocculosa insititio; lamellis umbrinis paucis (subduodenis) utrinque attenuatis, hymenio fusco-punctato. 2249

*Hab.* in foliis dejectis, Cayenna Amer. merid. (LEPRIEUR). — Pileus 3-4 mm. lat.; stipes 3-4 cm. long., ½ mm. cr.; pili patuli alti 100 μ. longi.

276. **Marasmius minutissimus** Peck 27 Rep. p. 97, tab. 2, fig. 27 et 28, nec Müll. — Minutissimus; pileo convexo v. expanso, pubescenti, albo, plerumque nutante; stipite capillari, glabro vel subtiliter villoso, nigrescenti-brunneo, apice pellucido albo; lamellis paucis, veniformibus, vix excedentibus. 2250

*Hab.* ad folia dejecta in silvis Forestburgh Amer. bor. — Statura 2-6 mm. metiens, pileus vix aciculæ capite latior. Species minima, pilei pubescentia notabilis. Jove udo glandulari pubescenti conspicitur, pilorum acie guttata. In iuventute stipes sæpe prope et ad basim albus; lamellæ ad 3-4 veniformes prominentias reductæ.

277. **Marasmius obscuratus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 38. — Pusillus; pileo convexo, plano, fumoso; stipite setiformi, pellucido, basim versus pulveraceo; lamellis ochraceis decurrenti-adnatis. 2251

*Hab.* ad folia emortua, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 mm. diam. haud superans, obscure ochraceus; stipes circiter 10 mm. longus.

278. **Marasmius polygrammus** Mont. Guy., n. 321. — Unicolor; pileo membranaceo, campanulato, radiatim multistriato, glaberrimo, margine expanso, sicco ferrugineo; stipite æquali, rufo-velutino, glabrescente, fistuloso; lamellis angustissimis, adnexis, haud anastomosantibus, albis. 2252

*Hab.* in silvis Cayenna Amer. merid., ad ramulos Lake Irpixy Rio Trombetas Brasiliæ (Traill). — Pileus 1-1½ cm. lat.; stipes 3 cm. long., vix 1 mm. cr.

279. **Marasmius inustus** Berk. et Br. Cub. Fungi n. 384 in Journ. Linn. Soc. XIV, p. 39. — Pileo primum convexo, demum explanato irregulari, glabro, albido, hic illic cinereo; stipite brevi, pruinoso; lamellis paucis, interstitiis non reticulatis. 2253

*Hab.* ad plantas herbaceas emortuas Ceylon (Thwaites). — Circiter 12 mm. altus.

280. **Marasmius bulbipes** Mont. Fl. Chil. VII, p. 350. — Pusillus; pileo membranaceo, convexo subumbilicato, margine subinvoluto demum expanso, striatulo, fulvo; stipite tenuissimo, pallidiori, e floccoso glabrato, basi bulbosa radiatim floccoso; lamellis utrinque attenuatis, concoloribus, stipitem subattingentibus; sporis e globoso oblongis. 2254

*Hab.* in ligno apud Valdiviam (Gay).

281. **Marasmius aleurites** B. et Cooke F. Bras. n. 102. — Pusillus, dealbatus; pileo demum reflexo, albo stipiteque opacis albo-pulverulentis; lamellis angustis, undulatis, crassiusculis, obtusis. 2255

*Hab.* ad ramulos emortuos, Obydos Brasiliæ (TRAILL). — Circiter 3 mm. latus; stipes brevissimus, demum vere resupinatus. Habitu cum *M. nidulo* B. et C. et *M. ignobili* convenit, sed diversissimus.

282. **Marasmius semisparsus** Berk. Chall. Exp. I, p. 3. — Umbrinus; pileo depresso griseo-pulverulento, margine nudo sulcato; stipite subtiliter tomentoso, basi leviter spongioso; lamellis distantibus adnato-decurrentibus. 2256

*Hab.* in petiolo folii emortui, Bermuda. — Pileus circiter 4 mm. latus; stipes 12 mm. longus, siccus tortus et compressus.

283. **Marasmius primulinus** Berk. Chall. Exp. III, n. 91 in Journ. Linn. XVI, p. 38. — Pileo e convexo explanato, primulino, demum umbilicato, pulverulento; margine striato; stipite brevi, gracili, furfuraceo; lamellis crassiusculis, concoloribus. 2257

*Hab.* ad Paramatta, New South Wales Austral. — Pileus 1¼ cm. latus, stipes æque longus.

284. **Marasmius galericula** Ces. Myc. Born. p. 3. — Subfuniculatus, lignicola; stipite 8 cm. metiente, filiformi, corneo, rigido, brunneo, flexuoso (nec torto), levi, vix pulverulento v. pruinato, sed opaco; pileo campanulato, 2½ cm. diam., colore in sicco lurido, adspectu *Mycenarum rigipedum*, senio deformato; lamellis, quatenus judicium ferre licet, latis pallidis..... 2258

*Hab.* ad Paradenya in H. Botanico, Ceylon (O. BECCARI). — Ex stipitis indole de *Marasmio* suspicare licet.

285. **Marasmius De-Tonianus** Sacc. et Cub. *) *Marasmius minutissimus* Müll. et Kalchbr. Grev. t. 143, f. 12. — Pileo vix seminum Sinapis magnitudine, subgloboso, fuscescenti; stipite capillari, insititio, 4 mm. alto, ad apicem albo-pulverulento, ceterum glabro, nigricanti; lamellis paucis, ob minutiem fungilli vix observandis. 2259

*Hab.* in ramulis, Richmond River N. S. Wales Australiæ (MÜLLER).

286. **Marasmius subsupinus** Berk. Fl. Tasm. II, p. 249. — Pusillus; pileo convexo, rugosiusculo, furfuraceo, postice adhærente; stipite brevi farinaceo; lamellis paucis, rigidis, planis. 2260

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (ARCHER).

---

*) Exstantibus *M. minutissimo* Peck et *M. Müllari* Berk., speciem libenter dicamus egregio Doct. J. B. DE TONI, qui in præordinando hoc genere vastissimo accurate et patienter operam dedit deque illustratione generis *Geasteris* benemeritus est.

287. **Marasmius rhyticeps** Kalchb. in Grevillea IV, p. 71, t. 143, f. 14. 2261
— Pileo membranaceo, hemisphærico, mox expanso, rugoso-plicato, centro leviter, papillato, glabro, 5 cm. lato, fusco-rufescente; stipite corneo, capillari, velutino, 2,5-4 cm. longo, basi insititia albo-tomentoso, rufo-fusco vel sursum pallescente; lamellis 8-12, latiusculis, ventricosis, distantibus, stipitem attingentibus, albis.

*Hab.* in sarmentis Passiflorarum Rockhampton Queensland (Thozet). — Sec. Kalchbrenner forte huc spectat *Agaricus mniatopodius* Müller.

288. **Marasmius littoralis** Quèl. et Le Bret. Champ. Norm. pag. 21, t. III, f. 11 et in Bern. Roch. p. 201, t. XLIII, f. 5. — Pileo membranaceo, 1,5 cm. lato, convexo, plano, umbilicato, costato, denticulato, albido dein flavido; stipite fistuloso, corneo, nitente, æneo, apice albido, basi incrassato pilisque hirsuto; lamellis distantibus, ventricosis, rotundatis, liberis, ex albo flavidis; sporis ovoideo-lanceolatis, 15-20 $\mu$ diam., albis. 2262

*Hab.* in arenosis ad caules herbaceos, La Rochelle Galliæ (G. Bernard).

289. **Marasmius leoninus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 135, Dec. of Fungi n. 516. — Pileo campanulato, e centro striato rugoso, fulvello; stipite gracili, pallide umbrino; lamellis latis, distantibus, adnatis; interstitiis rugosis. 2263

*Hab.* ad folia emortua, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2,5 cm. et ultra latus, margine plus minus denticulatus; stipes 3,5-5 cm. longus, 1,2 cm. crassus, velutinus, parce striatus.

290. **Marasmius filaris** Kalchbr. et M. Ow. Grev. IX, p. 135. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, umbilicato, papillato, 3-4 mm. lato, fuscescente, sulcato; stipite insititio, filiformi, pro ratione altissimo, 6-7 cm., e flocculoso glabrato, pileo obscuriore rufo-fusco, apice pallido; lamellis adnatis, distantibus, angustis, albis. 2264

*Hab.* in foliis putridis, ad radices fruticum, montis Boschberg (Mac Ow.). — Circa papillam apicalem depressus et sæpe insuper annulo prominente ornatus.

291. **Marasmius Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 140. — Mycelio albo, fibrillariæformi, ramosissimo; pileo extra verticem membranaceo, tenaci, e semiglobato subumbonato mox explanato, margine deflexo, passim medio parum impresso, 1-2,6 cm. lato, albido, glabro, marcescente subruguloso et fuscidulo; lamellis subdistantibus, postice rotundatis, stipitem tangentibus, usque 4 mm. latis, antice acuminatis, concoloribus, marcescentibus, crispulis; stipite 2265

fistuloso, valde tenaci, raro cylindrico 3 mm. crasso, plerumque e basi 1-2 mm. crasso sursum incrassato, 1-2,7 cm. longo, primitus apice albido, deorsum fusco, mox toto nigro-fusco et pruinato; carne albida, sine odore, sapore bono; sporis ellipsoideis, 6 = 4.

*Hab.* gregatim et subcæspitosim ad folia et ramenta putrida in silva Vidor Slavoniæ.

292. **Marasmius viticola** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 95. — Pileo depresso, subcoriaceo, tenui, sulcato-striato, rufo; stipite brevi, insititio, fusco, pruinoso-furfuraceo; lamellis pallidis distantibus; interstitiis levibus. 2266

*Hab.* in sarmentis Vitis Alabama (Peters) et Worcester (Peck) Amer. bor. — Pileus 1,8-2 cm. latus; stipes 2,5 cm. long.

293. **Marasmius micropilus** Reichardt Novara Exped. Bot. p. 144. — Stipite corneo e fusco nigrescente, procero, 6-10 cm. alto, gracili, striato, toto pruinoso velutinoque, cavo; pileo perexiguo, 8-10 mm. lato, fusco, in sicco pallescente, convexo, campanulato, expanso, umbonato, submembranaceo, e centro levi radiatim sulcato, margine acuto, crenato; lamellis liberis albis, inæqualibus, didymis; sporis albis, levibus, ellipsoideis, mammillatis, 5-6 $\mu$. long. 2267

*Hab.* in ligno putri Auckland Novæ Zelandiæ (Hochstetter).

294. **Marasmius hispidulus** Berk. Challeng. Exp. 74-75, p. 233. — Pileo e convexo explanato, fulvo, hispido; stipite gracili, deorsum albo-furfuraceo, sursum primitus subtiliter velutino, brunneo; lamellis ventricosis adnatis. 2268

*Hab.* in insulis Admirality Mar. Pacif. — Pileus 5-8 mm. latus, stipes 1-1,5 circ. cm. longus.

295. **Marasmius versatilis** (Brig.) Fr. Mon. II, p. 332, Hym. Eur. p. 480, *Agaricus versatilis* Brig. t. 20, f. 5, 6. — Pileo membranaceo, e subconico demum plano, leviter striato, fuscescente, disco obtuso, obscuriore, margine pallidiore; stipite e basi incrassata cæruleo-villosa attenuato, elongato, tenuissimo, fulvo. 2269

*Hab.* inter folia semiputrida in Europa. — Ob stipitis 4 cm. longi tenuitatem pileus versatilis.

296. **Marasmius Palmarum** (Brig.) Fr. Monogr. II, p. 331, Hym. Eur. p. 480, *Agaricus Palmarum* Briganti t. 14, f. 1-3. — Spadiceus; pileo subcarnoso, arido, e convexo plano, obtuse umbonato, centro obscuriore; stipite tenui, hinc inde cicatricato; lamellis liberis, aridis, integris alternisve dimidiatis. 2270

*Hab.* in textu fibroso in squamis emarcidis ad foliorum basim Phœnicis dactyliferæ exstantibus, pr. Napoli Italiæ.

297. **Marasmius pulchellus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 138. — Pileo campanulato, sublevi ; stipite rufo, pulverulento; lamellis confertis, angustis adnatis. 2271

*Hab.* supra folia emortua Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 12 mm. lat., stipes 2-5 cm, long. Affinis *M. insititio.*

298. **Marasmius omphalodes** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 138. — Pileo plano umbilicato, albido, centro umbrino, primum squamuloso dein glabrescente; stipite elongato subtiliter furfuraceo-tomentoso; lamellis angustis, decurrentibus. 2272

*Hab.* ad fragmenta emortuorum vegetabilium, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1-2,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 1-2 mm. cr.

299. **Marasmius obscurus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 139. — Pileo convexo demum plano e brunneolo griseo-subluteo ; stipite subrufo, tenui, sursum pulverulento; lamellis paucis, lato-adnatis, albidis. 2273

*Hab.* ad folia emortua, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2 mm. lat., stipes 8-12 mm. long.

300. **Marasmius dilatatus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 138. — Pileo campanulato plano-depresso; stipite fusco, subpulverulento, sursum dilatato; lamellis angustis numerosis, decurrenti-adnexis, subremotis. 2274

*Hab.* ad ramos emortuos, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 8-12 mm. lat.; stipes 2,5 cm. long., 0,5 mm. cr.

301. **Marasmius caatingensis** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 137. — Albescens; pileo e convexo plano-depresso striato-picto; stipite subfusco, sursum pulverulento, flocculoso; lamellis angustis, decurrenti-adnexis. 2275

*Hab.* ad terram circa Rio Uaupés Brasiliæ (Spruce). — Pileus 6-18 mm. lat,; stipes 2,5-4 cm. long., 0,5 mm. cr. *M. brasiliensi* affinis.

302. **Marasmius nivosus** Berk. Hook. Journ. (1856) p. 139. — Niveus; pileo umbilicato, sulcato; stipite brevi, adscendenti, pulverulento-tomentoso; lamellis paucis, decurrenti-adnatis, obtusis. 2276

*Hab.* ad ramulos emortuos etc. Peradenya Ceylon (Thwaites), ad truncos, filices etc. Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 4 mm. lat., stipes 8-9 mm. long., vix 1 mm. cr. *M. epileuco* affinis.

303. **Marasmius epileucus** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 139. — Candidus; pileo umbilicato, tomentoso; stipite brevi, farinoso, e strato ceraceo-fibroso oriundo; lamellis paucis, adnato-decurrentibus. 2277

*Hab.* in truncis emortuis, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2 mm. lat.; stipes 3-4 mm. long., 0,5 mm. cr.

III. Apus. Pileus sessilis, resupinatus.

304. **Marasmius spodoleucus** Berk. Outl. p. 224, Fr. Hym. Eur. p. 480. 2278
— Pileo resupinato, conchato, pulverulento subfurfuraceove, cinereo, margine demum libero; lamellis paucis, albis, interstitiis levibus; sporis minutissimis, $2 \simeq 1^1/_2$.

*Hab.* ad ramos emortuos Ulmi in Europa. — Lamellæ angustæ, acie integræ, ad basim evanescentes.

305. **Marasmius Broomei** Berk. et Br. Ann. N. H. n. 1795. — Se- 2279
miresupinatus, pallide brunneus, striatus, demum ater, hymenio candido; lamellis distantibus, venosis, interstitiis glabris.

*Hab.* ad ramulos emortuos, Batheaston Britanniæ.

306. **Marasmius ignobilis** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 40. 2280
Albidus; pileo dimidiato conchiformi, hædino, brevissime stipitato, demum resupinato; lamellis ventricosis, interstitiis venosis.

*Hab.* in ligno emortuo in regione meridionali insulæ Ceylon (Thwaites) et ad ramulos, Rio Purus Brasiliæ (Truill). — Pileus circiter 12 mm. latus; lamellæ numerosæ. — Var. **major** reniformis vel orbicularis, stipite e bulbillo spongioso oriundo, lamellis breviter adnatis. Pileus 18-25 mm. latus, glaber; stipes 12 mm. longus; lamellæ distantes, sed satis numerosæ. Stipes altitudine magis evolutus quam in forma typica pileusque non resupinatus. — Cum forma typica.

307. **Marasmius confusus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 40. 2281
— Pileis confertis, albidis, resupinatis, subtiliter tomentosis; lamellis latis crispatis.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites).

308. **Marasmius epochnous** B. et C. Journ. Linn. Soc. p. 41. — Can- 2282
didus; pileo resupinato, tomentoso; stipite brevissimo e strato arachnoideo oriundo; lamellis crassiusculis.

*Hab.* ad trunculos emortuos in regione meridionali insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 2 mm. latus; lamellæ distantes haud numerosæ. Nonnihil *M. merulinum* et *spaniophyllum* mentitur, sed ab utroque lamellis numerosioribus recedit.

309. **Marasmius galeatus** B. et C. N. Pac. exp. n. 69. — Candidus; 2283
pileo resupinato e pezizæformi galeato, glaberrimo; lamellis e puncto centrali radiantibus.

*Hab.* ad caules emortuos in Japonia. — Pileus consistentia quasi corii capreoli.

310. **Marasmius spaniophyllus** Berk. in Hook. Lond. Journ. (1843) p. 631, Notices of some Brazilian Fungi n. 7. — Membranaceus; pileo reniformi, brunneo, glabro; stipite brevissimo, laterali, pulverulento, concolori; lamellis 3–6, ventricosis, luteo-pallidis, interstitiis levibus. 2284

*Hab.* ad ramulos emortuos, Natividade Goyaz Brasiliæ (Traill, Gardner). — *Marasmio merulino* Mont. affinis at colore pilei distinctus. Pileus 5–7 mm. latus.

311. **Marasmius merulinus** B. et C. *Agaricus merulius* Bert.! Mont. in Ann. d. Sc. Nat. sér. 2, vol. III, p. 448 (non vidi). 2285

*Hab.* ad truncos in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright), Juan Fernandez, Alabama. — A *M. spaniophyllo* differt colore pilei albo.

312. **Marasmius emergens** Berk. in Cooke F. Austr. p. 11 (sine diagnosi). 2286

*Hab.* ad ligna in Tasmania. — *M. spaniophyllo* Berk. proximus.

313. **Marasmius nidulus** B. et C. Cub. Fungi n. 134 in Journ. Linn. Soc. — Pileo resupinato, primum pezizæformi, demum uno latere libero, pruinoso-floccoso albo; stipite brevissimo, pruinoso v. nullo; lamellis paucis, crassis, ventricosis; interstitiis levibus. 2287

*Hab.* ad ramulos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 2–6 mm. latus.

314. **Marasmius arachnoideus** B. et C. Cub. Fungi n. 137 in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Albus; pileo resupinato, adnato; stipite brevissimo demum obliterato, e mycelio arachnoideo oriundo; lamellis paucis. 2288

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ (C. Wright) et Sarawak Bornei ad Monocotylæ ignotæ petiolum emarcidum (Beccari). — Pileus 2 mm. crassus.

315. **Marasmius concolor** B. et C. Cub. Fungi n. 138 in Journ. Linn. Soc. X, p. 299. — Helvolus; pileo galeæformi irregulari, lobato, pulverulento; stipite nullo; lamellis latis, concoloribus. 2289

*Hab.* ad ramulos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et Ceylon (Thwaites). — Pileus 2–4 mm. latus.

316. **Marasmius hæmatodes** B. et C. Cub. Fungi n. 139, Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo glabro, sanguineo-jecorino, galeæformi, rigido; stipite nullo; lamellis venosis, crassis, concoloribus. 2290

*Hab.* ad ramos emortuos Cubæ Amer. centr. (Wright). — Pileus 2 mm. latus.

317. **Marasmius Exocarpi** Berk. Austral. Fungi n. 247. — Totus resupinatus, albus; lamellis paucissimis, interstitiis latis levibus. 2291

*Hab.* ad truncos Exocarpi latifolii, Queensland et Rockhampton Australiæ.

318. **Marasmius affixus** Berk. (sub *Agarico*) in Hook. Lond. Journ. Bot. VII, p. 573, Fl. Tasm. p. 248. — Pileo hemisphærico demum resupinato, albido stipiteque brevi farinaceo-tomentosis; lamellis paucis, adnatis, ochraceis; interstitiis levibus. 2292

*Hab.* in ligno putri ad Thelephoram sebaceam vel affinem in Tasmania. — Pileus 2-5 μ. diam.; affinis *M. epileuco* Berk.

319. **Marasmius Sabali** Berk. Chall. II, p. 2. — Pileo reniformi, tomentoso, demum resupinato; stipite brevissimo; lamellis distantibus adnatis, postice rotundatis, crassiusculis, integerrimis; interstitiis venosis; sporis subglobosis, uno latere excavatis, 8 μ. long. 2293

*Hab.* ad petiolos Sabali, Palmetto in insula Bermuda ad Amer. bor. — Pileus recens probabiliter albus; sed totus fungus siccus roseo-bubalinus, mox resupinatus, postremo sulcatus.

Species minus notæ.

320 **Marasmius fulvus** Mont. in Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 136 (non descriptus). 2294

*Hab.* ad Panuré Brasiliæ (Spruce), in Guyana (Leprieur). — Ex Grevillea excerptas habeo schedulas: *Marasmius subulatus* (t. 129, f. 10-15). Ad caules Filicum denso agmine, et *M. aratus* (t. 129, f. 16-20). Ad caules Filicum. Sed nunc diagnosis nulla adest.

**HELIOMYCES** Lév. Champ. exot. pag. 177 in Ann. Sc. Nat. 1844, Forq. Champ. sup. p. 130 (Etym. *helios* sol et *myces*). — Pileus membranaceus, coriaceo-tremellosus, radiato-sulcatus. Lamellæ similares, acie acutæ. Stipes sublignosus, cylindraceus, centralis. — Ab affini gen. *Marasmio* substantia subgelatinosa differt, at, observante cl. Fr. et Berk. species nonnullæ ancipites.

1. **Heliomyces elegans** Lév. Champ. exot. p. 177 et Voy. Bon. t. 136, f. 5, Pay. Crypt. p. 117, f. 548. — Cæspitosus; pileo orbiculari membranaceo, cinerescente, velutino, demum denudato; lamellis distantibus, inæqualibus, acie acutis, rufescentibus; stipite gracili, nudo, striato, pallescente nitido, basi crassiori. 2295

*Hab.* ad vegetabilia dejecta, in insula Pulo-Pinang (Gaudichaud). — Stipes 12 cm. altus, pileus 2-3 cm. latus.

2. **Heliomyces pauciradiatus** Ces. Myc. Born. p. 3. — Proximus *H.* 2296

*eleganti* Lév.; stipite 5-8 cm. longo, tenui, compressiusculo, æquali, torto striatoque, glabro; pileo diametro 4 cm. metiente, expanso; lamellis 5-6, æquilongis, filiformibus, vix conspicuis.

*Hab.* ad Sarawak Bornei Malesiæ in M. Mattang (Beccari). — Foliorum et stipitum marcescentium videtur incola. Totus concolor, ex ochraceo fuscescens.

3. **Heliomyces pityropus** Lév. Champ. exot. p. 178. — Pileo membranaceo, nudo, ruguloso, sulcato, pallido; lamellis inæqualibus, reticulato-connexis, acute adnatis, rufescentibus; stipite gracili, fusco, furfure albo, demum deciduo obtecto. 2297

*Hab.* ad vegetabilia dejecta Javæ et Sumatræ. — Pileus subtus reticulatus stipiteque albo-pulvereo distinctus.

4. **Heliomyces Berteroi** Lév. Champ. exot. p. 177. — Pileo discoideo, radiato, nudo, umbilicato, sulcato, ferrugineo; lamellis tenuibus, distantibus, acute adnatis, pallidioribus; stipite gracili subliginoso, nudo, cylindrico, ferrugineo-purpurascente. 2298

*Hab.* ad cortices arborum in Porto-Rico. — Statura 4 cm. alt.

5. **Heliomyces decolorans** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 97. — Albus, exsiccatione rufus; pileo glabro, rugoso, sulcato; stipite rigido nitido; lamellis latis decurrentibus. 2299

*Hab.* in ligno putri Alabama Amer. bor. (Peters). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long.

6. **Heliomyces Caryotæ** Berk. Dec. n. 159, et Fung. of Ceyl. n. 395. — Fasciculatus, albido-luteus; pileo convexo, crenato, sulcato, umbilicato; stipite fistuloso, subglabro; lamellis latis, ventricosis, adnexis. 2300

*Hab.* ad truncos emortuos et ad flores dejectos Caryotæ, Peradenya Ceylon (Gardner). — Pileus $2^1/_4$ cm. latus, profunde plicato-sulcatus, centro pulverulentus; stipes 8 cm. longus, $1^1/_2$ mm. crassus, rigidus; lamellæ 4 mm, ultra latæ ad circiter sexdecim. Color in fungo recenti, pallide stramineus, in sicco in obscure rubro-brunneum transiens.

7. **Heliomyces Leveilleanus** Berk. Dec. of Fung. 158. — Fasciculatus, insititius; pileo e convexo campanulato, umbonato, sulcato, castaneo; lamellis paucis, subconcoloribus, adnexis; interstitiis sublevibus; stipite subfusco, fistuloso, glabro. 2301

*Hab.* in lignis putrescentibus Hautane Ceylon (Gardner). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat. — Inter *Helyomycetem* et *Marasmium* fere medius.

8. **Heliomyces Sprucei** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 134, Dec. Fung. 2302

n. 514. — Pileo umbilicato, umbrino, radiis pallidis antice furfuraceis picto; stipite brevi sursum dilatato fibrilloso, pallido; lamellis decurrentibus, distantibus, pileo concoloribus, interstitiis levibus.

*Hab.* ad ramulos, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1,8-2 cm. latus; stipes 1,8-2 cm. long., vix 1 mm. cr. — Ab *H. elegante* lamellis copiosioribus, obscurioribus totoque habitu differt.

9. **Heliomyces? brevipes** Mont. Cent. VI, n. 7 et Syll. Crypt. n. 448. 2303
— Pileo explanato, latissimo, superne floccoso-rugoso cum stipite brevi cylindrico lamellisque tenuissimis, angustissimis, confertis, integris, albis.

*Hab.* in ligno emortuo, Tahiti Polynesiæ (J. Lépine). — Pileus 6 cm. latus; stipes 2 cm. long., 3 mm. cr.

10. **Heliomyces? Plumierii** Lév. Champ. exot. pag. 178, *Fungus crenatus* tenuissimus niveus Plum. Foug. p. 144, t. CLXVII, f. C. 2304
— Pileo expanso, tenui, 4-5 cm. lato, striato, albo, margine crenato-dentato; lamellis tenuibus, serrulatis; stipite cylindrico, 9-10 cm. longo, 4-5 mm. cr., basi bulbilloso.

*Hab.* in insulis Antillis (Plumier).

**LENTINUS** Fr. Ep. I, p. 387, Nov. Symb. p. 32 (Etym. *lentus* ob consistentiam). — Pileus carnoso-coriaceus, lentus v. in carnosis adultus induratus, persistens. Hymenophorum cum stipite vel basi pilei sessilis contiguum. Lamellæ cum hymenophoro concretæ, tenues, inæquales, membranaceæ, acie serrata vel lacero-dentata vel (in lignosis) integerrima.

Sporæ subrotundæ, leves, albæ. Fungi lignatiles, rarius terrestres, polymorphi, nostri subirregulares, in terris calidioribus numerosissimi, polos versus numero decrescentes minusque indurati.

Genus admodum naturale vastissimum, in terris calidioribus multo magis diffusum. Plures species tropicæ omnino lignosæ, lamellis tenuibus, æqualibus, integerrimis sub nom. *Scleroma* Fr. generice essent distinguendæ: hoc vero impossibile videtur usquedum specimina fere omnia attente observentur et comparentur. Fungi epixyli in diversis terris magis varii quam geogenii.

E situ in cryptis duæ oriuntur deformationes omnium facile specierum, a veris Agaricis non quidem alienæ, sed inter lignosas frequentiores, nempe: I. stipite elongato, curvato (ut lucem attingat), pileo deminuto, vulgo tubæformi s. *A. tubæformis* Auctt. et II. stipite cornuto, sæpe ramoso, prorsus acephalo, quæ locis omnino tenebrosis, ut in canalibus ligneis, truncis cavis etc., oritur. Quales sunt *Clavaria thermalis* Dec., *Ramaria ce-*

*ratodes* Holmsk. Cfr. Fr. S. M. I, p. 176 sub *A. lepideo*, cujus monstrositates præcipue apud nos vulgatæ, sed ad definitam speciem vix referendæ. Inter veteres auctores acutus *Battarra* juxta typos tales lusus pinxit.

A. Mesopodes. Pileus subinteger, stipite distincto.

I. Criniti. Pileo crinito strigosove (Exotici, tropici — *L. hispidosus* Scop. in altera tribu cum his analogus).

1. **Lentinus nigripes** Fr. Epicr. p. 187, Berk. Exot. Fungi p. 378. 2305
— Pileo coriaceo, infundibuliformi, subinvoluto, fibris densis circinatis secedentibus vestito; stipite elongato, lignoso, flexuoso, nigro, apice pallido furfuraceo; lamellis confertis, angustis, fuscescentibus.

*Hab.* in tropicis regionibus ins. Mauritii, Brasilia, Guyana. — Cervino-ferrugineus; stipes 5 cm. long., 4 mm. cr., adultus, glabratus, rugosus; pileus 5 cm. latus.

2. **Lentinus Berterii** Fr. El. p. 46, Epicr. p. 388. — Pileo coriaceo, 2306
profunde umbilicato involutoque, setis persistentibus, rectis dense strigoso; stipite brevi, levi, furfuraceo, pallido; lamellis confertis cervino-pallidis.

*Hab.* in India (herb. Sprengel). — Stipes firmus, 4 mm. circiter crassus, incurvus, apice dilatatus, e villo brevi adpresso furfuraceus; lamellæ confertæ, angustæ, serratæ, æquales; pileus tenuis, profunde umbilicatus, margine involutus; unde in junioribus hymenium plane absconditur, admodum strigosus.

3. **Lentinus Schweinitzii** Fr. El. p. 46, Epicr. p. 288, *Ag. denticulatus* Schwein. Car. n. 603. — Pileo coriaceo, subgloboso depresso, piloso-squamoso setosoque, fusco-lutescente; lamellis arcuatis, serratis, lutescentibus; stipite brevi, subsquamoso, arcuato. 2307

*Hab.* in lateribus truncorum putridorum Americæ borealis. — Stipes durus, sublignosus, pileo concolor, apice dilutior; pileus 12 mm. latus, squamulis e pilis conflatis arcte adpressis; lamellæ elegantissime serratæ.

4. **Lentinus Lecomtei** Fr. Ep. pag. 368, *Ag. crinitus* Schw. Carol. 2308
n. 794, *Pleurotus macrosporus* Mont. Cent. I, p. 65. — Cervinus; pileo coriaceo infundibuliformi reflexo stipiteque æquali crinitis; lamellis serratis, confertissimis, pallidis.

*Hab.* ad ligna emortua, truncos etc., Peradenya Ceylon (Thwaites), in silvis ad Promont, Bonæ Spei (P. Mac Owan), in Pensylvania, Carolina Amer. bor., Cuba Queensland (Thozet), New En-

gland (Guilfoyle). — Subinde stipes excentricus, brevior subochraceus.

5. **Lentinus Hookerianus** Berk. Hook. Kew Journ. 1851, p. 44, Dec. n. 322. — Pileo infundibuliformi, cinnamomeo-gilvo, strigoso-setoso; stipite irregulari, subr udi, strigoso-velutino, obscuriore; lamellis angustissimis, decurrentibus, pallide luteis. 2309

*Hab.* ad ligna emortua Darjeeling Indiæ (Hooker) et Damboul Ceylon (Thwaites). — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 3,5-5 cm. altus, 12-13 mm. crassus. Hinc *L. Lecomtei,* illinc *velutino* subaffinis.

6. **Lentinus nepalensis** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 131, Dec. n. 405. — Pileo infundibuliformi, spongioso-velutino, setis subfasciculatis hispido; stipite longo gracili, dense setoso, parcius spongioso-tomentoso; lamellis distantibus, integerrimis, pallidis, glabris, basi cum stipite setoso confluentibus. 2310

*Hab.* ad caudices Cubæ Amer. centr. (C. Wright), in Nepal orientali ad alt. 3000 m. (Hooker). — Stipes 7,5 cm. longus, 3 mm. crassus, piloso-hispidus, non vere velutinus; lamellæ integræ; pileus 6-7 cm. latus. *L. Hookeriano* propinquus.

7. **Lentinus strigosus** Fr. Epicr. p. 388, Schwein. Carol. n. 800. — Cervino-rutilus; pileo inæquali subdepresso stipiteque excentrico strigoso-hirsutis; lamellis decurrentibus, palfidis. 2311

*Hab.* ad truncos Liriodendri in Carol. Amer. fœder., in ligno emortuo Cubæ (C. Wright), Guyanæ Ceylon (Thwaites). — Præcedentibus maxime affinis, sed stipite villoso pilisque pilei brevioribus confertioribus, margine inflexo tantum strigosis lamellisque latioribus irregularibus laceris diversus; color sicci cinereo-cervinus; solitarius, variat magnitudine ab 1 ad 5 cm. — Var. **tenuipes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 43: pileo zonato strigoso; stipite tenui. In insula Ceylon.

8. **Lentinus fulvus** Berk. Ann. Nat. Hist. vol. X. — Pileo profunde infundibuliformi, sulcato-striato, subzonato, badio; tomento brevifasciculato fulvo, subhispido versus marginem densiori vestito, immixtis setis longioribus rectis; lamellis cinereis, distantibus integerrimis omnibus una desinentibus; stipite hispido-tomentoso subæquali. 2312

*Hab.* in Australia Felici (Müller). — Pileus 4-4,5 cm. latus; stipes 3,5-4 cm. long., 4 mm. cr. *L. strigoso,* magis vero *L. fasciato* affinis.

9. **Lentinus zonifer** Berk. et B. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 43. — Pileo orbiculari umbilicato, fulvo, zonato stipiteque hispidis; lamellis angustis integris. 2313

*Hab.* ad ligna emortua in regionibus calidioribus insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 5-8 cm. latus, sæpe lobatus; stipes 3 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Affinis *L. strigoso* Fr. sed lamellis angustioribus et plurimis notis ad *L. velutinum* accedens.

10. **Lentinus Zeyheri** Berk. Uitenh. n. 13, *L. capronatus* Berk. l. c. nec Fr. Ep. 389. — Pileo umbilicato-infundibuliformi, 2,5 cm. lat., saturate castaneo-brunneo, fasciculato-strigoso, squamoso vel fere nudo; stipite æquali 1,8-2 cm. long., 4 mm. cr., basi leniter incrassato, fasciculato-strigosulo, intus albo, dein cavo; lamellis angustis decurrentibus, subinde reticulato-anastomosantibus. 2314

*Hab.* in lignis putridis Uitenhage (Zeyher), in silvis Boschberg et P. Natal Africæ (Mac Owan). — *L. strigoso* affinis.

11. **Lentinus fusco-purpureus** Kalchbr. in Grevillea. — Pileo coriaceo, infundibuliformi, margine reflexo, strigoso-hirsuto, fusco-purpureo; stipite elato, subæquali, dense setuloso, pileo subconcolori; lamellis vix confertis, parce anastomosantibus, pileo pallidioribus. 2315

*Hab.* ad Richmond River Australiæ (Müller). — Pileus 5-6 cm. lat., 7=10 altus. Affinis *L. Zeyheri*, sed distinctus.

12. **Lentinus villosus** Kl. in Linnæa 1833, p. 479, Fr. Epicr. p. 388, Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 141. — Pileo brunneo, coriaceo, hemisphærico, umbilicato, fibroso-setoso; stipite solido, firmo, centrali, fusco-fibrilloso; lamellis distantibus, postice anastomosantibus, albis. 2316

*Hab.* ad ligna putrescentia vel emortua Cubæ (C. Wright), in Andis ad Minas (Gardner), Panuré (Spruce), Brasilia (Traill), ad fl. Amazon, in insula Mauritii, St. Domingo. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 6-8 mm. cr.

13. **Lentinus fasciatus** Berk. Hook. Journ. (1840) p. 148. — Pileo tenui, coriaceo, cyathiformi, margine involuto, pallide ochraceo-fulvo, fasciculato-hispido, pilis brevibus rectis nec crispis nec squarrosis; lamellis obconico-decurrentibus, pallide ligneis, margine integerrimo plus minus fusco, distantibus, latiusculis, breviorbus intermixtis, basibus velutinis indeque fasciatis; stipite e massa spongiosa prodeunte, in pileum abeunte, velutino-hispido, fulvo, intus albo. 2317

*Hab.* in terra Van-Diemen, Paramatta et Rockhampton Australiæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes 6-7 cm. long., 6-7 mm. cr.

14. **Lentinus pyramidatus** B. et C. N. Pac. exp. n. 84. — Pileo umbilicato fibroso, fibris in fasciculos pyramidatos stipatis, margine involuto cirrosis; stipite sursum tomentoso deorsum furfuraceo; lamellis incisis, omnibus una desinentibus. 2318

*Hab.* ad caudices Nicaragua. — Affinis *L. villoso.*

15. **Lentinus nicaraguensis** B. et C. N. Pac. exp. n. 85. — Pileo umbilicato, strigoso, strigis cirrosis subfasciculatis cervinis; stipite farinoso-tomentoso, deorsum modo pilei strigoso; lamellis postice anastomosantibus. 2319

*Hab.* ad caudices Nicaragua Amer. centr. — Fere affinis *L. pyramidato.*

16. **Lentinus stuppeus** Kl. Linnæa 1833, p. 480, Fr. Ep. p. 388. — Pileo coriaceo, badio, involuto, umbilicato, fibroso-setoso. hispido; stipite fistuloso, gracili, æquali, subvilloso, apice nigro-punctato; lamellis subconfertis, pallidis, basi discretis. 2320

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. Wright), in insula Mauritii. — Pileus 5 cm. lat., stipes vix 2 mm. cr. *L. villoso* peraffinis.

17. **Lentinus cirrosus** Fries Afz. F. Guin. t. X, f. 21, Epicr. n. 388. — Pileo coriaceo, tenui, involuto, umbilicato, fibrillis laxis cirrosis dense fibrilloso; stipite fistuloso, velutino, deorsum clavato, radicato; lamellis dichotomis, distantibus, pallidis. 2321

*Hab.* ad terram glareosam in Guinea. — Nullæ lamellæ dimidiatæ.

18. **Lentinus capronatus** Fr. Epicr. p. 388, *Ag. strigosus* Pers. in Freyc. Voy. t. 2, f. 3. — Pileo coriaceo, infundibuliformi, obconico, margine involuto stipiteque centrali villoso-hirtis, spadiceis; lamellis angustis, æqualibus, obscurioribus. 2322

*Hab.* in insula Rawak. — Parvus, regularis, subzonatus, lamellis denticulatis.

19. **Lentinus melanophyllus** Lév. Champ. Exot. p. 175. — Pileo carnoso-lento, obconico infundibuliformi, margine involuto sulcato stipiteque lignoso brevi subexcentrico villoso-hirtis, fulvis; lamellis inæqualibus, decurrentibus, acie acutis et fusco-fuligineis. 2323

*Hab.* ad truncos, Sumatra. — *L. capronato* affinis, lamellarum colore pileique margine sulcato diversus.

20. **Lentinus fumigatus** Lév. Champ. Mus. p. 117. — Gregarius; pileo convexo depresso, pilis fusco-nigricantibus rigidis subfasciculatis vestito; lamellis confertis polydynamis subdecurrentibus acie dentatis, dilutioribus; stipite lignoso cylindrico, hirsuto, fusco, demum denudato nigro. 2324

*Hab.* ad truncos in Guyana gallica (Leschenault). — Stipes 2-4 cm. longus, pileus 6 cm. latus. — *L. capronato* affinis.

21. **Lentinus dealbatus** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 133. — Pileo coriaceo, profunde umbilicato, regulari lanato-strigoso, azono candi- 2325

cante, margine reflexo revolutoque, stipite curto, lanato, fuscescente; lamellis longe decurrentibus, confertis, simplicibus, subviolaceis.

*Hab.* ad truncos putridos prope Kelmseldth Australiæ occid. — *L. fasciato* et *capronato* proximus.

22. **Lentinus crinitus** (L.) Fr. Nov. Symb. pag. 34, S. M. I, p. 175, 2326
*Agar. crinitus* L. Sp. Plant. II, p. 1644, *Pocillaria* etc. Brown's Jam. t. 15, f. 1. — Pileo infundibuliformi, villoso, purpureo; lamellis æqualibus, dentatis; stipite filiformi, levi.

*Hab.* in lignis putridis in Guyana, in Jamaica (Brown, Aublet). — Stipes 6 mm. cr.; pileus turbinatus, marginibus replicatis, undique pilis tenuissimis ascendentibus; lamellæ tenuissimæ.

23. **Lentinus Swartzii** Berk. Braz. Fungi p. 4, *Lentinus crinitus* 2327
Fr. Epicr. p. 389, Berk. Fung. Herb. Brit. Mus. n. 2, nec Linn. nec Fr. S. M. *Ag. essequebcensis* Mey. Ess. p. 301. — Pileo subcoriaceo, infundibuliformi, piloso-tomentoso stipiteque tenerrimo glabro levi subochraceis; lamellis æqualibus, denticulatis, pallidioribus.

*Hab.* ad ligna emortua in Brasilia, Jamaica, Surinam.

24. **Lentinus crassipes** Berk. Hook. Lond. Journ. II, (1843) p. 12. — 2328
Pileo infundibuliformi, ochraceo-cervino, centro nigro-squamoso, versus marginem filis densis cervinis circinatis vestito; stipite brevi, crasso, badio, minute squamuloso; lamellis pallido-albis, confertis, decurrentibus, postice anastomosantibus, denticulatis.

*Hab.* prope Minas Geraes Brasiliæ (Gardner). — Pileus 3,5-4 cm. lat.; stipes 18-20 mm. long., 12-13 mm. cr. — A *L. crinito* et *tenero* stipite brevi crasso distinctus.

25. **Lentinus chætoloma** Fr. Nov. Sym. Myc. p. 34. — Pileo coria- 2329
ceo-membranaceo, infundibuliformi, a centro glabrato radiante, fulvo-ferrugineo, margine levi setoso-ciliato; stipite solido æquali leproso, brunneo; lamellis decurrentibus simplicibus æqualibus, confertis, integerrimis, pallidis.

*Hab.* ad ligna putrida ad San Jose in Costa Rica (Œrsted). — *L. tenero* proximus.

26. **Lentinus tener** Klotzsch in Fr. Ep. p. 389. — Pileo membrana- 2330
ceo, lento, obconico-infundibuliformi, badio-fusco, fibris secedentibus pallidioribus adsperso; stipite gracillimo, levi, fuscescente; lamellis angustis, denticulatis, pallidis.

*Hab.* ad ligna corrupta vel emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright), ad fl. Amazon, Rio Negro (Gardner, Spruce), Mauritius, St. Domingo, Carol. inf. Amer. bor. — *L. crinito* affinis. —

Var. **sciophyllus** Fr. Nov. Symb. p. 37: lamellis obconicis, confertissimis, integerrimis, fuscis. In silvis Hawai.

27. **Lentinus abnormis** Berk. Challeng. exp. n. 197. — Gregarius v. cæspitosus; pileo tenui, infundibuliformi, hispidulo; margine tenui, lobato; stipitibus elongatis, luteis, furfuraceis, e basi orbiculari confluentibus, sursum dilatatis; lamellis angustissimis, decurrentibus, integris. 2331

*Hab.* in Malamon ex ins. Philippinis. — Pilei $2^1/_2$–5 cm. lati; stipes 8 cm. longus, 2–4 mm. crass.; basis orbicularis 6 mm. lat.

28. **Lentinus blepharodes** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo umbilicato depresso, hispido, margine ciliato, pilis evanescentibus radiato-striato; stipite velutino; lamellis distantibus, integris, subcarneis, interstitiis venosis vel levibus. 2332

*Hab.* ad caudices emarcidos Cubæ (C. Wright) in Andis Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, brunneus; stipes 5–10 cm. altus.

29. **Lentinus siparius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Aurantiacus; pileo profunde umbilicato, lanato, pilis fasciculatis erectis rigidis intermixtis; stipite cylindrico, velutino; lamellis integris. 2333

*Hab.* ad ligna emortua et truncos Cubæ (C. Wright), Gainesville Floridæ Amer. bor. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, pallidus, siccitate contractus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, basi subincrassatus, fulvus. Pileus non striatus.

30. **Lentinus sparsibarbis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo depresso, pilis fasciculatis fulvis ornato; stipite cylindrico velutino; lamellis tenuibus, flaccidis, integris. 2334

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 3 cm. latus. Pilorum fasciculi ad centrum irregulares atque depressi.

31. **Lentinus subcervinus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo profunde umbilicato, pallide cervino, circinato, stuppeo; stipite furfuraceo-squamuloso; lamellis pallidis, dentatis, distantibus, glandulosis. 2335

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ (C. Wright). — Siccitate durus et contractus. Affinis *L. prærigido*. Lamellæ ut in *L. villoso*; pileus circiter 5 cm. latus.

32. **Lentinus Sullivantii** Mont. Syll. n. 457. — Maximus, helvolus vel fulvo-lutescens; pileo coriaceo, amplo, subinfundibuliformi, fibris fasciculatis erectis obtecto, margine repando reflexo subnudo; stipite solido, lignoso, crasso, flexuoso, apice crassescente, pilis brevibus densissimis hirto; lamellis polydymis, decurrentibus, pro ratione angustis, pileo stipitique concoloribus, acie integris. 2336

*Hab.* ad truncos putridos in silvis circa Columbum, provinciæ Ohio in Amer. bor. (SULLIVANT). — Fungus splendidus, unicolor, tubæformis, fulvus. Pileus coriaceus, 18-24 cm. diam., siccus corrugatus; stipes 22 ad 24 cm. longus, 3 cm. crassus; lamellæ 4-5 mm. ad summum latæ, longiores in stipitem longe decurrentes, concolores. Cum nullo *Lentino* comparandus. Species vere gigantea.

33. **Lentinus zonatus** Lév. Champ. exot. p. 176. — Pileo carnoso-lento, infundibuliformi, zonato fulvo, pilis fasciculatis versus marginem densioribus hispido; lamellis inæqualibus, acie integris croceis, sed colore ludentibus, definite decurrentibus; stipite brevi hirto, pileo concolori. 2337

*Hab.* ad truncos (loco ignoto, sed exstero). — Stipes 2 cm. longus; pileus 4 cm. latus.

34. **Lentinus ciliatus** Lév. Champ. exot. p. 175. — Pileo coriaceo-lento, infundibuliformi, concentrice sulcato, tomentoso-hirto, fusco, margine acuto dense ciliato; lamellis angustissimis, confertissimis, æqualibus, decurrentibus, acie integris, fusco-ludentibus postice stipiteque elongato cylindrico ligneo velutinis. 2338

*Hab.* in Moluccis insulis. — Stipes 8 cm. long. Pulchra species.

35. **Lentinus setiger** Lév. Champ. exot. p. 176, Bonite t. 136. f. 4. — Pileo submembranaceo, carnoso-lento infundibuliformi, margine involuto stipiteque gracili cylindrico basi incrassato cinnamomeis, velutinis, setis longis immixtis; lamellis inæqualibus, definite decurrentibus, pallidioribus. 2339

*Hab.* in insula Luçon ad truncos circa Manillam. — Affinis *L. velutino* sed setis hinc inde longioribus diversus. — Adest forma borneensis, a cl. BECCARI lecta, exacte media inter speciem Leveillei, quam refert setis, aptius dicerem strigis, marginem pilei obsidentibus, et *L. velutinum*, stipite setis omnino carentem et tantummodo molliter velutinum. Ces. Born. p. 3.

36. **Lentinus chætophorus** Lév. Champ. exot. p. 177. — Pileo carnoso-lento, infundibuliformi, rufo, fasciculis pilorum sparsis obsito, margine incurvo, setoso; lamellis distantibus, inæqualibus, acie integris, ligneis, decurrentibus; stipite brevi, strigoso, pileo concolori. 2340

*Hab.* ad truncos in insula Java. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 2 cm. longus basi crassior.

37. **Lentinus fastuosus** K. et M. Ow. in Grevillea. — Pileo coriaceo, late infundibuliformi vel urceolato, margine involuto, velutino-villoso setulosoque, saturate fusco-purpureo; stipite solido, lento, gracili, villoso, subconcolore; lamellis decurrentibus, angustis, subcon- 2341

fertis, acie integris, basi et ad marginem anastomosantibus, purpurascentes.

*Hab.* in ligno fabrefacto udo, sub tegmine stramineo casulæ cujusdam pr. Somers. East Africæ austr. (Mac Owan). — Pileus 4-7 cm. latus; stipes 6-9 cm. longus, 4-5 mm. crassus, sursum incrassatus. Villi vel potius setæ molles, haud inordinate strigosæ vel fasciculatæ sed strictæ, comtæ, nitidulæ.

38. **Lentinus cælopus** Lév. Champ. Mus. p. 116. — Pileo carnoso-lento, infundibuliformi, fusco, pilis penicillatis hirto, margine tenui inflexo; lamellis polydynamis, acie integris, decurrentibus, rufescentibus, postice velutinis; stipite elongato, cavo, velutino, pileo concolori, basi incrassato. 2342

*Hab.* in humo truncorum in America boreali (Lesueur). — Pileus 4-5 cm. latus.

39. **Lentinus echinopus** Lév. Champ. Mus. p. 118. — Pileo coriaceo-lento, infundibuliformi, fusco, pilis erectis penicillatis versus marginem inflexum striatum obtecto; lamellis polydynamis distinctis, acie integris, cervino-rutilis; stipite pleno, cylindrico, subæquali, pilis rigidis horizontalibus vestito. 2343

*Hab.* ad truncos in insula Java (Zollinger). — Pileus 3-4 cm. latus.

40. **Lentinus Schnyderi** Speg. Fung. Arg. I, p. 164. — Subcæspitosus; stipite solido, firmo, duro, basi subnodoso-lignoso, griseo-atro, sæpe hinc inde tomento pruinoso atro-nitente obtecto, sursum glabro, fuscescente, quandoque griseo-roseo, striatulo; pileo infundibuliformi, coriaceo-lento primo e fulvo griseo centro saturatius colorato, dein cinereo e centro radiatim squamuloso-maculato, marginem versus piloso-lanoso, strigose hirsuto, margine integro, acuto, revoluto; lamellis longe decurrentibus, angustis ex albido fulvis, acie acute minutissime dentato-crenulata; sporis levibus, ellipticoelongatis vel elongato-subcylindraceis, utrinque rotundatis, rectis vel curvulis, non vel 1-2-guttulatis, hyalinis, 7-9 ≈ 2,5-3. 2344

*Hab.* ad basim truncorum Salicis Humboldtianæ, Rio de la Plata Amer. merid. — Fungus 4-5 cm. altus; stipes 3 cm. altus, 4-6 mm. crassus; pileus 3-5 cm. latus, 1-2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. lat.

41. **Lentinus Wrightii** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 300. — Pileo depresso circinato fulvo, pilis adpressis, lineato-virgato; stipite albido, undulato, fibrilloso, farinaceo nec squamuloso; lamellis pallidis integris. 2345

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT).

42. **Lentinus Leprieurii** Mont. Guy., n. 324, Syll. Crypt. n. 452. — 2346
Parvulus; pileo papyraceo-coriaceo convexo, centro umbilicato fusco, pilis fasciculatis brevissimis deciduis toto obtecto; stipite farcto villoso lamellisque angustissimis, integris, dimidiatisque albo-pruinosis, concoloribus, in stipitem breviter decurrentibus.

*Hab.* in ligno ad carbonem adusto in silvis guyanensibus Amer. merid. (LEPRIEUR) et in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 1,2 cm. alt.; stipes 1 mm. long., 1 cm. cr. *Lentino velutino* proxima hæc species differt statura, habitatione aliisque characteribus. A *L. fulvo* pileo margine haud striato distinguenda.

43. **Lentinus tephroleucus** Mont. in Miq. Fung. Surin. Tidjschr. etc., 2347
Deel. IV, Bladj. 203, Syll. Crypt. n. 453. — Pusillus; pileo coriaceo, tenui, infundibuliformi, pervio, margine revoluto stipiteque gracillimo, fragili, cavo griseo-villosis, villo caduco vel secedente; lamellis subconfertis, angustis, pallidis, lineatim decurrentibus, inæqualibus, acie tenui integris.

*Hab.* in ramis arborum, Surinam Amer. merid. (FOCKE Hb. MIQUEL.).

44. **Lentinus calvescens** Berk. Dec. n. 536. — Pileo ex umbilicato 2348
subinfundibuliformi, pallido, primum villoso, demum calvescente, margine lobato; stipite brevi nudo; lamellis subdistantibus, longe decurrentibus, latiusculis, acie tenui subintegra.

*Hab.* in truncis putridis, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 7-8 cm. lat.; stipes 1,2-2,5 cm. long., 4 mm. cr.

II. LEPIDEI: pileo squamoso. Plus minus manifeste velati. — In nullo sequentium adest velum.

45. **Lentinus tigrinus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 389, Hym. Eur. p. 481, Berk. 2349
Outl. p. 224, Pat. tab. 406, *Agaricus* Bull. t. 70, Sowerb. t. 68, Fr. S. M. I, p. 176 cum syn. Weinm. p. 281, Lasch in Linn. III, pag. 395, Batt. t. 12, f. B-D. *B.* totus squamulis nigricans, Batt. l. c. p. 36. — Pileo carnoso-coriaceo, tenui, orbiculari, umbilicato, albido, squamis innatis, pilosis, nigricantibus; stipite tenui, exstrio, squamuloso, apice subvelato; lamellis attenuato-decurrentibus, perangustis, albo-lutescentibus; sporis subsphæroideis, $6^1/_2 \simeq 3$.

*Hab.* in Europa australi usque in Scaniam ad ligna quercina, ad truncos vetustos Carol. inf., Tyre, New Jersey (PECK), Texas (C. WRIGHT), Ohio, Santee River Amer. bor., et in Australia. — Pileus

4-6 cm. latus, stipes 2-6 cm. longus. Vulgo adest cortina fugax, sed prope Knästorp Scaniæ legit N. O. Ahnfelt annulo perfecto, integro, reflexo.

46. **Lentinus Dunalii** (DC.) Fr. Epicr. p. 390, Hym. Eur. p. 481, Berk. Outl. p. 225, t. 15, f. 2, Seyn. Montp. p. 137, *Agaricus* Dec. Fl. fr. 5, p. 47 (Specimina adsunt Monspessulana a Dunalio ipso lecta), Fr. S. M. l. c. St. Amans Ag. t. 12, Batt. t. 12, A. — Pileo carnoso-coriaceo, tenui, umbilicato, difformi, pallido, squamis adpressis, secedentibus, maculiformibus; stipite brevi, subsericeo; lamellis decurrentibus, confertis, pallidis. 2350

*Hab.* cum præcedente, cui valde affinis, ad Salices et Populos in Europa. — Pileus 5 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 6 mm. crassus. Squamis secedentibus pileus levis. Velum vix manifestum.

47. **Lentinus lepideus** Fr. Epicr. p. 390, Hym. Eur. p. 481, Britz. Lent. fig. 1, Berk. Outl. p. 225. Quèl. p. 243, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 175, cum syn. Weinm. p. 282, Lasch l. c. p. 396, Schaeff. t. 29, 30, Alb. et Schw. n. 666, Buxb. C. IV, t. 25. — Pileo carnoso-compacto, lento, e convexo depresso, inæquali, ochraceo-pallido, in squamas obscuriores, maculiformes diffracto; stipite valido, radicato, tomentoso-squamoso; lamellis sinuato-decurrentibus, latis, laceris, transverse striatis, albidis; sporis ovoideis 10-14 ≈ 6. 2351

*Hab.* ad ligna Pini in Europa boreali et alpina, in trunco insuper Betulæ putrido pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ et in Carol. inf. Amer. bor. — Speciosus, amplus, pileo 5-10 cm. lato, firmus, valde difformis, subexcentricus, odore sat grato, sæpe dealbatus. Velum mox evanescens. Sow. t. 382 hujus est monstrum.

48. **Lentinus contiguus** Fr. Hym. Eur. p. 481. — Pileo tenuiore plano-depresso stipiteque tenuiore levibus. 2352

*Hab.* cum priore, cujus subspecies, in Europa. — Totus lacteus.

49. **Lentinus gallicus** Quèl. 13 suppl. p. 4, tab. VIII, fig. 10. — Pileo convexo, regulari, 5-8 cm. lato, margine incurvato tenui, pruina fugaci tecto, albo, dein nitido violaceo-fulvo, punctulato v. maculato; carne elastica, alba demum lutea, dulci, odore melleo; stipite subsuberoso, radicante, sursum sulcato, pubescente, albo-flavido squarroso, dein excoriato; lamellis decurrentibus, subtiliter denticulatis, albis; sporis ellipsoideo-cylindraceis, 10-12 $\mu$. longis, hyalinis. 2353

*Hab.* cæspitose ad truncos pineos Bordeaux et in Vogesis Galliæ. — *L. lepideo* et *degeneri* affinis.

50. **Lentinus sitaneus** Fr. Epicr. p. 390, Hym. Eur. p. 482, *A. lepi-* 2354

*deus cinereus* Weinm. p. 282. — Pileo carnoso-compacto, elastico, convexo, inæquali, cinereo, fibrilloso-squamoso; stipite firmo, curvato, fibrilloso; lamellis longe decurrentibus, angustis, dentatis, levibus, basi anastomosantibus.

*Hab.* ad truncos Tiliæ in Europa boreali. — A *Coll. silanea*, cum qua fuit confusus, differt substantia, statura curta robusta, pileo compacto, lamellis dentatis. Nec cum *Pleur. corticato* confundi potest.

51. **Lentinus degener** Kalchbr. in Fr. Hym. Eur. p. 482, Lucand Suit. à Bull. t. 198, *Cantharellus variabilis* Schulz. mscr. — Pileo compacto, ex hemisphærico expanso, ochraceo, squamulis fulvo-rufescentibus variegato; stipite obeso, squamoso, subfurfuraceo, basi nigricante; lamellis decurrentibus, perangustis, anastomosantibus, pallide ochraceis. 2355

*Hab.* ad truncos populneos Hungariæ australis et pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ. — Præcedenti maxime affinis, forte subspecies colore modo diversa; stipes variat centralis et excentricus, immo lateralis, æqualis et obconicus, apice subreticulatus; pileus variat furfuraceo-granulatus; lamellæ primo subvenosæ, fractæ umbrino-cinnamomeæ. Odor gratus.

52. **Lentinus contortus** Fr. Syn. Lent. pag. 7, Epicr. pag. 389, Hym. Eur. p. 482, *A. trichæus* Secr. n. 1002 sat congruit, sed de lamellis dentatis non fit mentio, Batt. t. XI, f. A (velo distincte annulato). — Pileo carnoso-coriaceo, orbiculari, umbilicato, fulvo-rufescente, floccis obscurioribus squamoso; stipite torto, subsulcato, furfuraceo-squamuloso, flavo-fuscescente; lamellis attenuato-decurrentibus, confertis, dentatis, flavescentibus. 2356

*Hab.* ad truncos Europæ australis. — Variat indumento stipitis ut *L. tigrinus*.

53. **Lentinus Queletii** Schulz. in Hedw. 1885. p. 141. — Pileo carnoso, primitus regulari margine inflexo umbrino, deinde fornicato-explanato, tandem interdum medio plane-depresso, margine difformi sinuoso, fisso, repando, 5-7 cm. lato, depallente, dilute luteo-fuscescente, fere albido, sæpe ab centro versus marginem virgato, sed non striato, vertice squarroso-squamoso; squamis grandibus, subimbricatis, furvescentibus; lamellis subconfertis, margine inæqualiter laceris, dilute ochraceis, expallentibus, 1 cm. et ultra latis, postice acuminatis subdecurrentibus; stipite ramoso, plerumque excentrico contiguo, e cylindrico obconico, farcto; pileo concolori, squamulis minimis umbrinis depallentibus et secedentibus ornato, primitus 2357

vix 0,5, tandem apice 1-3 cm. crasso, 2,5-7 cm. et ultra longo; velo ad stipitem accumulationem floccosam subannuliformem diu visibilem formante; carne alba, valde compacta tenaci; odore debili suavi, sapore nullo; sporis dilutissime alutaceis, oblongis, deorsum vix conspicue attenuatis, utrinque rotundatis, 7-8 = 3.

*Hab.* in hortis ad palos quercinos in Slavonia. Cæspitosus.

54. **Lentinus exasperatus** B. et Br. F. Brisb. II, p. 55, t. X, f. 1-1.ª — Pileo explanato, umbonato, velato, verrucis rigidis exasperato, ferrugineo-pulverulento; stipite deorsum incrassato; lamellis liberis hic illic erosis. 2358

*Hab.* prope Brisbane Australiæ (F. M. Bailey). — Pileus 12-13 mm. lat.; stipes 10 mm. longus, 6 mm. crassus. *L. duro* subaffinis.

55. **Lentinus miserculus** Kalchbr. in Grev. — Pusillus; pileo coriaceo, rigido, convexo vel leviter modo umbilicato, concentrice rugoso tuberculatove, margine crenato-plicato, glabro, ferrugineo; stipite curto, tenui, pubescente, subconcolori; lamellis adnatis, ventricosis, acie subserratis pallidis. 2359

*Hab.* Somerset East (Mac Owan). — Pileus 1 cent. latus; stipes $^1/_2$-$1^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus. Nonnunquam testudineo-squamosus.

56. **Lentinus inquinans** Berk. Dec. n. 407, t. VII, f. 1. — Pileo infundibuliformi, spadiceo-velutino, postice glabrescente, verrucis, fuscis, primum polygonis hic illic aspero, margine involuto; stipite duro subvelutino, glabrescente; lamellis distantibus, furcatis integerrimis, setosis. 2360

*Hab.* in lignis emortuis, quibus fortiter adhæret, in Nepal orient. et Sikkim Indiæ (Hooker) et pr. Rangoon Pegu (Kurz). — Pileus 10-12 cm. lat.; stipes 3-5 cm. longus, 8-10 mm. cr. Pileo eximie verrucoso manusque observatoris brunneo fœdante prædistincta species.

57. **Lentinus subnudus** Berk. Dec. of Fung. n. 161. Hook. Lond. Journ. 1847, p. 492. — Pileo subinfundibuliformi, furfuraceo-squamoso, glabrescente virgato; stipite gracili, rigido, deorsum nigrescente; lamellis latiusculis, subintegris, vix echinulatis, decurrentibus, distantiusculis. 2361

*Hab.* ad truncos dejectos, Point de Galle Ceylon (Gardner) et prope Adelaide Australiæ. — Pileus 5 cm. latus, stipes 2-5 cm. longus.

58. **Lentinus giganteus** Berk. Dec. of Fung. n. 162. — Maximus; pileo convexo, umbrino; squamulis depressis saturatioribus macu- 2362

lato, centro crasso, margine primo involuto, tenui, sulcato, pallido; stipite sursum valde incrassato, subvelutino, solido, radicante; lamellis arcuatis, subdistantibus integris longe decurrentibus.

*Hab.* ad terram Ceylon (Gardner, Thwaites). — Pileus 20 cm. latus, stipes 7 cm. altus. *L. descendenti* affinis.

59. **Lentinus sulcatus** Berk. Dec. n. 77. — Parvus; pileo primum 2363
subconico, demum hemisphærico, carnosulo, diffracto, squamuloso sericeo, virgato, rufescente, margine sulcato; stipite centrali, brevi, solido, subconcolori, furfuraceo; lamellis distantibus latiusculis, subcrassis, postice emarginatis, pallidis.

*Hab.* in lignis durioribus siccitate fissis, Ohio Amer. bor. (Lea). — Pileus 18-20 cm. lat.; stipes 18-20 mm. long., 3 mm. crass. *Lent. scleropodi* affinis.

60. **Lentinus maculatus** Berk. Dec. of Fung. n. 163, t. XIX, f. 2. — Al- 2364
bidus; pileo depresso, medio maculato-squamoso, margine tenui repando sulcato; stipite glabro; lamellis albis decurrentibus.

*Hab.* ad terram Hautane Ceylon (Gardner). — Pileus 8-9 cm. latus, stipites connati, solidi, 5 cm. longi, 13 mm. et ultra crassi; lamellæ potius angustæ, arcuatæ, tenues, laceratæ, acie integræ. Habitus *Lactarii piperati*; affinis *L. descendenti*, at, auctoris opinione, ab omnibus speciebus descriptis diversus.

61. **Lentinus Spegazzinii** Sacc. et Cub. *Lentinus eximius* Speg. nec 2365
B. et Br. — Pileo carnoso-lento, hemisphærico-subapplanato, orbiculari, 8-9 cm., margine udo recto, integro, sicco intus involuto fissoque, candido, centrum versus grosse reticulato-rimuloso, frustulis prominentibus, crassis subsquamæformibus, ubique glabro, in sicco tamen friabiliore, farinaceo-pulveraceo; stipite tereti 5 × 1 cm. basi incrassatulo, arcte matrici adnato, toto subæquali, sub pileo abrupte anulatim contractulo, extus candido farinaceo-scabridulo, non v. vix minute longitudinaliter rimuloso, intus farcto, lignoso pallidissimeque fuscescente; lamellis distantiusculis, membranaceo-ceraceis, tenacellis, angustissimis, linearibus (in parte latiore vix 1 mm. lat.), antice breviter attenuato-acutatis, deorsum longius attenuatis, acutissimis, a stipite remotis ac circa eum areolam, levem, albam relinquentibus, acie integerrima; anulo parum manifesto, crassiusculo, membranaceo-subcoriaceo, stipiti innato, ex ejusdem apice descendente ac prima iuventute margine pilei connexo; carne pilei ab hymenophoro subdiscreta, tenuibus subæquali 3 mm. crass. ex albo-fuscescenti compactissima, fusibili, coriaceo-lenta; sporis non visis.

*Hab.* in trunco Salicis Humboldtianæ prope Barracas del Sur in Argentina Amer. merid. (J. Ambrosetti). — Species perpulchra ab omnibus cognitis, etiam nonnihil a genere recedens; exemplaria imperfecta, hinc ulterius inquirenda.

62. **Lentinus Monardianus** Dur. et Mont. Cent. V, n. 83, et Fl. Alg., ined. Atl., t. 20, f. 2. — Fasciculatus, lignosus; pileo suberoso, crasso, orbiculari, convexo, margine tenuescente, involuto, squamuloso-tessellato, alutaceo; stipite concolori, basi incrassato-bulboso, squamis reflexis fuscescentibus tigrino; lamellis tridymis, angustis, pallescenti-cinnamomeis, decurrentibus, acie denticulatis. 2366

*Hab.* ad trabes in nosocomio militari urbis Alger (Monard). — Individua terna stipitibus deorsum coalita simulque basi lignosa obconica lignum cariosum intrantia; stipes centralis, 5-6 cm. longus, superne 5-7 mm. cr. basi subbulbosa, 2 cm. diametro superans, interdum curvatus; pileus suberosus, orbicularis, convexus, in junioribus subglobosus, diam. 25 mm. metiens, ut in *L. velutino* involutus, glaber, vix lineolis obscurioribus subreticulatus, areolis irregularibus.

63. **Lentinus chrysopeplus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo convexo, dense furfuraceo-velutino, marginem versus subsquamuloso, luteo; stipite concolore furfuraceo-squamuloso; lamellis albis, integris; sporis albis. 2367

*Hab.* ad caudices in Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 4 mm. crassus; lamellæ distantes, subdecurrentes.

64. **Lentinus squarrosulus** Mont. Nilgh., n. 138, Syll. Crypt. n. 450. — Cæspitosus, unicolor; pileo membranaceo, coriaceo, tenui, infundibuliformi albido, squamis raris acutis recurvis adsperso, margine involuto; stipite solido, lignoso, furfuroso-glabrescente; lamellis tenuissimis, confertissimis, dichotomis, decurrentibus, integerrimis, concoloribus. 2368

*Hab.* ad truncos emortuos in montibus Nilgheriensibus (Perrottet).

65. **Lentinus strigellus** Berk. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo infundibuliformi, squamis minutis obsito, margine ciliato; stipite brevi, hispidulo. 2369

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ (C. Wright), et Peruviæ. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. longus, 8 mm. crassus.

66. **Lentinus radicans** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 44. — Pileo lato, infundibuliformi vel depresso, subcinereo, postice adpres- 2370

so-squamoso, antice sulcato-striato, furfuraceo; stipite radicante, sursum dilatato, reticulato-tomentoso; lamellis decurrentibus.

*Hab.* ad ligna emortua Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 11-12 cm. latus; stipes 8-9 cm. altus, 8 mm. crassus. Plerumque sabuli particulis obsitus.

67. **Lentinus manipularis** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 43. 2371
— Fascicularis; pileo orbiculari, umbilicato, albo stipiteque curvo totis furfuraceo-squamosis; lamellis tenuibus, acie denticulatis.

*Hab.* ad ligna emortua Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 2-4 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2-3 mm. crassus; lamellæ breviter decurrentes.

68. **Lentinus ochraceo-fuscus** Mey. Esseq. p. 301, Fr. Epicr. p. 391. 2472
— Pileo convexo, ochraceo, fusco-squamato; lamellis pallidioribus; stipite gracili glabro.

*Hab.* in terra humida Surinam. — Nimis imperfecte descriptus.

69. **Lentinus subtilis** Berk. Challeng. exp. n. 52. — Albus; pileo um- 2373
bilicato, squamulis minutis setiformibus aspero, margine ciliato; stipite albo-velutino, basi leviter incrassato; lamellis crassiusculis, subdistantibus, integris, decurrentibus.

*Hab.* ad ligna emortua. — Pileus 18 mm. latus; stipes 12 mm. longus, basi 2 mm. crassus, ad medium $1^1/_2$. — Affinis *A. Ravenelii* Berk.

70. **Lentinus Ravenelii** B. et. C. Kew Gard. Misc. I. p. 100, et Berk. 2374
Dec. n. 210. — Pileo tenui, umbilicato, subtiliter punctato-squamoso; stipite curvo tenui, furfuraceo-squamoso; lamellis tenuibus, dente-decurrentibus, margine laceratis.

*Hab.* Santee River (RAVENEL), Carol. inf. (CURTIS), Alabama (BEAUMONT). — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes $1^1/_2$-4 cm. longus, 2 mm. crassus. *L. tigrino* affinis sed multo tenuior.

71. **Lentinus Curreyanus** Sacc. et Cub. *Lentinus cæspitosus* Curr. 2375
Ind. Fungi p. 120, t. 19, f. 4-5, nec. Berk. — Dense cæspitosus; pileo infundibuliformi, squamis subconcentricis ornato; stipite versus basim attenuato; lamellis substipitatis, decurrentibus, (siccis) brunneis.

*Hab.* in Pegu (KURZ). — Fungus vegetus albus, siccus fulvescens.

72. **Lentinus cretaceus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42. — 2376
Pileo orbiculari, profunde umbilicato, albo striatulo, subtiliter tomentoso, postice parce squarroso-squamoso; stipite tenui, demum sulcato-striato; lamellis integris, decurrentibus, pallidis.

*Hab.* in Ceylon (THWAITES). — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes 12-18 mm. longus, 2 mm. crassus, primum albus squamoso-tomentosus, demum striatus.

73. **Lentinus multiformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42. — 2377
Pileo orbiculari v. flabellato, umbilicato, depresso v. infundibuliformi, pallido, squarroso v. depresso, squamoso, lobato; stipite palparce squamoso; lamellis candidis, dentatis.

*Hab.* ad Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus circiter 8 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $^1/_2$ mm. crassus. Affinis *L. submembranaceo* et *cretaceo*, sed multo maior.

74. **Lentinus cæspitosus** Berk. Dec. n. 120. — Eximie cæspitosus; 2378
pileo plano, alutaceo, floccis brunneis secedentibus sparsis, adpressis, squamoso, margine incurvo; stipite elongato, striato, griseo-albo, fibrilloso; lamellis integris, albis, longe decurrentibus.

*Hab.* in lignis dejectis, putridis in Mexico (LIEBMAN) et Waynesville, Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus 3,5-7 cm. latus, stipes 7 cm. alt. Cæspites ex 30-40 individuis constantes. — *L. sitaneo* proximus. Fr. in N. Symb. p. 39 ad genus *Panum* trahit.

75. **Lentinus descendens** Fr. Afzel. Guin. t. X, f. 22, Epicr. p. 290. 2379
— Pileo sublignoso, infundibuliformi, alutaceo, squamis minutis maculiformibus, versus marginem rarioribus, adsperso, margine tenui, revoluto, fissili; stipite solido, durissimo, radicato, cuticula tenuissima, flocculosa, detersili vestito; lamellis, tenuissimis, repetito dichotomis, integerrimis, fulventibus.

*Hab.* ad terram glareosam, quam mycelium in radicem tuberosam aut fusiformem conglobat, in Guinea. Pileus 10-15 cm. lat.

76. **Lentinus eximius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 44, nec 2380
Speg. — Pileo subinfundibuliformi, brunneo subtiliter lineato squamulosoque; lamellis brunneis, omnibus una desinentibus, acie denticulatis.

*Hab.* ad ligna emortua Ceylon (THWAITES). — Pileus 13 cm. latus; stipes 18 mm. longus, 6 mm. crassus. — Affinis *L. polychroo* Lév.

77. **Lentinus prærigidus** Berk. Dec. n. 406, Tab. VIII, fig. 1. — Fa- 2381
sciculatus; pileo excentrico, umbilicato, rigido, squamuloso, antice setoso, margine repando; stipite brevi, purpuraceo, basi nigricante; lamellis latiusculis, distantibus, subintegris.

*Hab.* in ligno emortuo, Soane River, Behar Indiæ (HOOKER). Stipes 6-12 mm. crassus, non radicans. *L. Sajor Caju* habitu similis.

78. **Lentinus rigidulus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 301. — Pileo 2382
profunde umbilicato, (sicco rigido), centro piloso-squamuloso, adpresso, lineato, margine circinato, piloso; stipite brevi, furfuraceo, squamuloso, albido; lamellis distantibus, dentatis, pallidis, eglandulosis; sporis albis.

*Hab.* ad caudices in campis patentibus Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 4 cm. latus; stipes 12 mm. longus, sursum incrassatus. Affinis *L. prærigido.*

79. **Lentinus Nicotiana** Berk. Dec. n. 535, t. V, f. 7. — Pileo um- 2383
bilicato, tabacino, squamis pallidis contextis variegato; stipite adscendente, pallido, rigido-squamoso; lamellis lilacinis, decurrentibus, basi furfuraceis.

*Hab.* ad truncos delapsos Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 5 cm. lat.

III. Pulverulenti: pileo villosulo v. pulverulento.

80. **Lentinus leontopodius** Schulz. ex Kalchbr. in litt. Fr. Hym. Eur. 2384
p. 482. — Pileo carnoso-coriaceo, tenaci, irregulari, subtiliter tomentoso, alutaceo-argillaceo, disco depresso, margine deflexo lobulato; stipite crasso, lignoso, impolito, pulverulento, dilute castaneo, deorsum nigricante; lamellis decurrentibus, venoso-connexis, ad latera rugosis, acie serratis.

*Hab.* in Salicibus vetustis, decorticatis Slavoniæ et Britanniæ. — Amplus, speciosus, sapore gratus. Pileus passim tomentoso-cinnamomeus.

81. **Lentinus hornotinus** Fr. Epicr. p. 391, Hym. Eur. p. 483, Britz. 2385
Lent. f. 3. Cfr. *A. planus* Secr. n. 1059. — Pileo carnoso, compacto, difformi, villoso-pulverulento, cinereo; stipite ramoso-cæspitoso, inæquali, lignescente, tomentoso lamellisque lineatim decurrentibus, confertis, denticulatis, albis.

*Hab.* ad truncos Europæ mediæ et australis. Adsunt fragmenta in Tauria a Stevenio lecta. Species videtur insignis. Sporæ 10-12 = 3. In hunc exacte cadit descriptio *A. ramosi* Lour. Cochin. II, p. 692.

82. **Lentinus pulverulentus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 391, Hym. Eur. p. 483, 2386
Britz. Lent. f. 4, *Agaricus* Scop. Carn. p. 434. — Pileo carnoso-lento, convexo, luteo stipiteque valido, elongato, æquali, rigido pulvere albo farinaceis; lamellis denticulatis, albis.

*Hab.* in truncis Europæ australis cæspitosus. Sq. videtur admodum affinis.

83. **Lentinus resinaceus** (Trog.) Fr. Epicr. p. 391, Hym. Eur. p. 485, 2387
*Agaricus* Trog in Flora 1832, p. 525 — Pileo subcarnoso, lento, excentrico, villoso-subgummoso, ochraceo-cinnamomeo; stipite inæquali, tomentoso; lamellis confertis, serratis, candidis.

*Hab.* ad truncos Helvetiæ subcæspitosus. E villo quasi glanduloso glutine sicco tenaci, subresinaceo obductus.

84. **Lentinus adhærens** (A. et S.) Fr. Epicr. p. 391, Hym. Eur. p. 483, 2388
Britz. Lent. f. 2, *Ag.* Alb. et Schw. p. 186, Fr. S. M. I, p. 96, *A. adhæsivus* With. — Pileo subcarnoso, lento, irregulari, lacunoso, subpulverulento, sordide pallido stipiteque subcavo, radicato, concolore glutinoso-laccatis; lamellis lineatim decurrentibus, tenuissimis, laceris, albis.

*Hab.* in pinetis Europæ orientalis ab autumno in ver persistens. Minor, inæqualis, sapore demum adstringente. Pileus 2-4 cm. latus, e convexo-subumbonato depressus et infundibuliformis.

85. **Lentinus adhæsus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 144, f. 8. — Pileo 2389
convexo, luteo-rufo; stipite sursum flavido, deorsum brunneo-rufo, subæquali, radicante; lamellis crassis, albidis, pallide luteo-rubentibus; sporis 6-S = 4-5.

*Hab.* in truncorum basi in silvis pr. Augsburg Bavariæ.

86. **Lentinus alopecinus** Fr. Epicr. p. 392, Nov. Symb. p. 35. — Pi- 2390
leo papyraceo-coriaceo, infundibuliformi, tomentoso, denso, superficiali, secedente, glabro, fulvo; stipite brevi, villoso; lamellis longe, obconico-decurrentibus, pallidis, inæqualibus.

*Hab.* ut videtur, ad terram in India orientali. Analogus cum *L. tenero, exili* etc. lamellarumque acie non lacera sed inæquali.

87. **Lentinus velutinus** Fr. Linn. 1830, p. 510, Epicr. p. 392, Speg. 2391
Guar. I, p. II, Mont. Cub. p. 416. — Pallide cinnamomeus; pileo coriaceo, tenui, infundibuliformi, margine reflexo stipiteque solido, procero, gracili, tenaci, radicato siccis velutinis; lamellis obconico-decurrentibus, confertis, tenuibus, angustis, paucis dimidiatis.

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright), Minas Geraes Brasiliæ (Gardner), Guyana, Demerara. — Pileus, sec. Speg., 5-6 cm. lat.; stipes 4 cm. long., 3-5 mm. cr.

88. **Lentinus omphalomorphus** Mont. et Bert. Cent. I, n. 59, Mont. 2392
Syll. n. 449, *Lentinus furfurosus* Fr. Epicr. I, p. 400. — Pileo subcarnoso-lento, plano, profunde umbilicato, furfuraceo, squamuloso, ochraceo-fulvo; stipite solido, brevi, radicato, fusco-ferrugineo, apice pallidiori; lamellis obconico-decurrentibus, integerrimis, flavidis, paucis dimidiatis.

*Hab.* ad viarum margines locis herbidis et ad muros, Rancagua, Chile; (Bertero). Mycelium terram in radicem incrassatam fuscam induratam conglobat. Totus 5 cm. altus; stipes 2,5 cm. alt.

89. **Lentinus inconspicuus** Berk. Dec. of Fung. n. 164. — Subcæspitosus, albidus; pileo coriaceo, centro valde depresso, virgato; margine involuto, furfuraceo-squamoso; stipite brevi, ligneo, furfuraceo, glabrescente; lamellis tenuibus, decurrentibus, postice leviter anastomosantibus, levibus, denticulatis. 2393

*Hab.* ad ligna, Talagalla, Ceylon. — Pileus 3½ cm. latus, subinfundibuliformis, subglaber; stipes 18 mm. longus, 4 mm. crassus. Differt a *L. omphalomorpho* lamellis denticulatis, minime dichotomis; aliis notis Chilensi speciei similis.

90. **Lentinus Kurzianus** Berk. et Curr. Ind. Fungi p. 120, tab. 20, fig. II. — Pileo lento, infundibuliformi, furfuraceo-squamuloso, fusco stipite; brevi, fusco-ferrugineo ad basim nigricante; lamellis profunde decurrentibus, læte rubiginosis. 2394

*Hab.* Jomah range Pegu (Kurz). — Affinis *L. omphalomorpho.*

91. **Lentinus radicatus** Cooke in Grevillea XIV, p. 118. — Pileo infundibuliformi, carnoso, rigido, pallido-ochraceo, brevissime velutino, levi 10-12 cm. diam.; stipite deorsum incrassato, concolore velutinoque, solido, 8 cm. long., 12-18 mm. cr. radicato; lamellis linearibus, angustis vix 2 mm. lat., decurrentibus, confertis, postice lineatis. 2395

*Hab.* ad terram Shickland River, Nova Guinea.

92. **Lentinus polychrous** Lév. Champ. exot. p. 175. — Pileo carnoso, coriaceo, infundibuliformi, tenuissime tomentoso, fulvo lamellis; inæqualibus, decurrentibus, acie integris, ludentibus, demum nigricantibus, minoribus, denticulatis, ferrugineis; stipite lignoso, subtomentoso, basi peltato-dilatato. 2396

*Hab.* ad truncos in insul. Java et Sumatra. — Species variante luce versicolor, pulchra.

93. **Lentinus fallax** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 22. — Pileo subhemisphærico-infundibuliformi, 7-8 cm. diam., submembranaceo, coriaceo-rigidulo, canescenti-fulvo, centro fuscescente et minute adpresse subsquamuloso-furfuraceo, ceterum pruinuloso, velutino, ambitu longe, subconferteque, (sed subobsolete) striato, puberulo-hispidulo, margine undulato integro vel hinc inde fisso, dense hispidulo, ciliolato; lamellis polymacriis, laxe confertis, mediocribus, 1,5 mm. lat. ligneo, v. fulvescenti-albidis, membranaceo-rigidulis, acie integerrimis, utrinque attenuatis, breviter ac regulariter in 2397

stipitem decurrentibus; stipite erecto, recto, subtereti, 3-35 cm. longo, 5-6 mm. cr. dense velutino-hispidulo, fulvescenti-cinnamomeo, basi æquicrasso, longe nodoseque innato-radicato.

*Hab.* ad truncos dejectos putrescentes in silvis subvirgineis prope Guarapi Brasiliæ (Balansa).

94. **Lentinus Cyathus** B. et Br. F. Brisb. I, p. 399. — Pileo infundibuliformi, lento, tenui, ochraceo, lineis velutinis, brunneis, e centro radiantibus, marginem versus rarioribus ornato; lamellis brunneo-ochraceis, tenuibus, confertis, simplicibus, subdecurrentibus, (siccis), undulatis; stipite solido æquali, pallido, tomentoso, inter folia mycelio albo copioso radicante. 2398

*Hab.* pr. Brisbane Australiæ. — Affinis *L. descendenti*. Pileus 10 cm. latus, stipes 14 mm. crassus; totus fungus 15 cm. altus.

95. **Lentinus hygrometricus** Berk. Challeng, 74-75, p. 234. — Pileo infundibuliformi, subtiliter tomentoso lineato, margine exsiccato, lobato, inflexo; stipite gracili, sursum dilatato, furfuraceo, glabrescente; lamellis angustissimis decurrentibus. 2399

*Hab.* in ligno emortuo dealbato in insula indica Admirality. — Pileus 18-20 mm. lat.; stipes 2,5 cm. longus, 2 mm. cr.

96. **Lentinus estriatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 44. — Pileo excentrico, rigido, fulvo-velutino, margine incurvo; stipite brevi, subtiliter squamuloso velutinoque; lamellis brunneis, decurrentibus, denticulatis. 2400

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 1 cm. crassus, curvus. Stricte affinis *L. eximio* sed pileo longe differt.

97. **Lentinus similis** B. et. Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 43. — Pileo infundibuliformi sulcato-striato, usque ad umbilicum velutino, margine ciliato; stipite flexuoso, duro, spongioso-floccoso; lamellis omnibus una decurrentibus integris. 2401

*Hab.* in ligno emortuo in regionibus centralibus insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 6 cm. latus, regulariter et exquisite sulcatus, cinereus. Adest varietas vel status stipite breviori et multo minus velutinus.

98. **Lentinus compressus** B. et Cooke, Fungi Bras. n. 121. — Albus; pileo flabelliformi, radiato-lineato stipiteque brevi sursum canaliculato-compresso velutinis; lamellis tenuibus decurrentibus, laciniatis. 2402

*Hab.* in ligno emortuo, Teffè Brasiliæ (Traill). — Pileus 4 cm. latus; stipes 18 mm. longus, 6 mm. sursum crassus.

99. **Lentinus vellereus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 331. — Albus, siccus fulvus; pileo infundibuliformi velutino, margine involuto; stipite brevi, cylindrico, fibrilloso, solido; lamellis distantibus, latis, integris, decurrentibus; sporis albis. 2403

*Hab.* ad caudices Cubæ Amer. central. (C. Wright). — Pileus 15 cm. latus, plerumque excentricus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus.

100. **Lentinus Veræ-Crucis** Berk. Journ. Linn. Soc. X, p. 331. — Pileo tenui, flabelliformi, farinaceo-tomentoso, albo; stipite brevi, cylindrico; lamellis distantibus, integris, latiusculis. 2404

*Hab.* ad ramos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et Veræ Crucis. — Pileus $2^1/_2$–4 cm. latus; stipes 4 mm. longus, farinaceus.

101. **Lentinus lobatus** B. et Br. Jour. Linn. Soc. XIV, p. 44. — Pileo ex infundibuliformi, multilobato, umbrinello, antice glabro, postice stipiteque velutinis, margine inflexo; lamellis pallidis, tenuibus. 2405

*Hab.* ad ligna emortua, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5–6 cm. latus; stipes 6 mm. longus, 4 mm. crassus.

102. **Lentinus revelatus** Berk. Dec. of Fung. n. 160. — Confluenti-cæspitosus; pileo depresso, crassiusculo e velutino glabrato, ochraceo; stipite elongato, extus spongioso; lamellis angustis, decurrentibus, integris. 2406

*Hab.* ad ligna corrupta vel emortua, Promont. Galle, Ceylon (Gardner). — Pileus inæqualis, 6 cm. latus, flexuosus, subtiliter pulverulentus, haud virgatus; margo subinvolutus, non tamen in fungo juvenili; pilei infundibuliformes, ut stipites connati, 6 cm. longi, fere 6 mm. crassi, subæquales, duri rigidique; lamellæ confertæ, integræ, postice subanastomosantes. Species admodum notabilis. Affinis *L. connato* Berk, sed differt deciduitate tomenti velutini pileum obtegentis.

103. **Lentinus badius** Berk. Lond. Journ. 1842, p. 145, Dec. n. 3, et 159. — Pileo infundibuliformi, tenui, lento, membranaceo, creberrime sulcato, badio, velutino-pulverulento, demum glabrescente; stipite duro, attenuato, transversim squamoso tomentoso lamellisque, latis, furcatis, integerrimis, decurrentibus, abrupte desinentibus, ligneo-pallidis. 2407

*Hab.* ad ligna in insulis Philippinis et Ceylon. — Pileus amœne umbrinus, striatus, 8–11 cm. lat.; stipes tomentellus v. glabratus, 2,5 cm. long., 6 mm. cr.

104. **Lentinus infundibuliformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42. — Pileo eximie infundibuliformi, expanso, lobato, crenato, pallide ochraceo, marginem versus saturatiore, minutissime scabro; stipite elato, solido, squarroso, sursum brunneo; lamellis angustissimis, acie integris. 2408

*Hab.* in regione centrali insulæ Ceylon (THWAITES). — Pileus 13 cm. latus; stipes 8 cm. longus, fere 1 mm. crassus, deorsum pallidus; lamellæ numerosæ. Nonnihil refert *L. connatum*. Varietas exacte analoga *L. multiformi*.

105. **Lentinus cartilagineus** Berk. Decad. of Fung. n. 167. — Cæspitoso-gregarius, e communi basi enascens; pileo albido subsericeo; stipitibus validis, contortis, strato crasso, cartilagineo-viscoso, in velum universale producto tectis, intus spongiosis; lamellis integris, liberis, pallidis. 2409

*Hab.* e profunditate 1,30 m. sub terra erumpens in valle Thermitum Ceylon (GARDNER). — Pileus 5 cm. latus; stipes 20–26 cm. longus. Forte novi generis typus.

106. **Lentinus Fockei** Miq. Fijd. Wetensch. Amsterd. 1852, p. 188, t. XI, f. 1. — Pileo papyraceo-lento rigido, infundibuliformi, pervio, æquali, irregulariter lobato, partim revoluto, levi, obsolete striolato (flavescenti-alutaceo) glabro vel ad lentem tenerrime pubero; stipite brevissimo, glabro, levi cavo; lamellis longe decurrentibus, inæqualibus, simplicibus vel, raro dichotomis, undulatis, subconcoloribus, acie acutis, integerrimis vel obsolete denticulatis. 2410

*Hab.* pr. Onoribo Surinam, martio (FOCKE). — Pileus 3,5-5 cm. long.; stipes 4-6 mm. long. Inter sectiones: « pileo inæq. lobato glabro » et « pileo velutino » fere intermedia species, adspectu glabra. Proximus *L. exili*, sed velutinus.

IV. COCHLEATI: pileo glabro, inæquali, lobatoque.

107. **Lentinus auricolor** (Brig.) Fr. Monogr. II, p. 331, Hym. Eur. p. 483, *Agaricus* Brigant. t. 13, f. 1–3. — Subcæspitosus, croceus; pileo carnoso-lento, obliquo, glabro, sericeo-nitente; stipite fibroso-lignoso, subexcentrico, undulato, distorto; lamellis decurrentibus, latiusculis, denticulatis, utrinque æqualiter attenuatis. 2411

*Hab.* ad truncos Ulmorum et Populorum Neapoli Ital. merid. — Pileus primitus convexo-deflexus, dein planiusculus tandemque infundibuliformis, saturatior. Videtur *Lent. vulpino* affinis ejusque more sporis pulverulentus; sed, teste cl. Comes, est forma *Pleuroti olearii*.

108. **Lentinus suffrutescens** (Brot.) Fr. Epicr. p. 393, Hym. Eur. p. 484, Fl. Batav. t. 948, *Agaricus* Brot. Lus. p. 466, Fr. S. M. I, p. 177. Hujus facile status deformis: Schaeff. t. 248, 249. — Pileo carnoso-lento, e convexo infundibuliformi, inæquali, levi, glabro, ferruginascente; stipite elongato, subramoso, lignescente; lamellis crenato-laceris, pallidioribus, lutescentibus. 2412

*Hab.* ad ligna, præcipue fabrefacta, sæpe deformis in cellis, in Europa

109. **Lentinus jugis** Fr. Epicr. p. 393, Hym. Eur. p. 484, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 177, *A. odorus* Vill. Delph. 2, p. 1015, *A. compressus* Scop. Carn. p. 458. — Albus; pileo carnoso-lento, irregulari, lobato, glabro, subviscoso; stipite brevi, irregulari, squamoso; lamellis subdistantibus, dentatis. 2413

*Hab.* in Europæ australis silvis subalpinis, v. c. Tyroliæ, ubi in truncis Laricis (v. Heufler). Fragrans, inter *A. lepideum* et sqq. quasi medius, sat tenuis, demum crispato-lobatus.

110. **Lentinus umbellatus** Fr. Syn. Lent. p. 10, Monogr. II, p. 234, Hym. Eur. p. 484. — Pileo carnoso-coriaceo, tenaci, umbilicato, pervio, glabro, lutescenti-cinereo; stipite ramoso, subfarcto, sulcato lamellisque decurrentibus, confertis, inæqualibus, angustissimis albidis. 2414

*Hab.* ad truncos Populi nigræ ad Krageholm Scaniæ (Ljungstedt). Connato-cæspitosus, rigescens, lamellis integerrimis vel demum denticulatis. Variat regularis et irregularis. Si non varietas, certe affinis Mich. t. 79, f. 3.

111. **Lentinus cochleatus** Fr. Syn. Lent. p. 11, Hym. Eur. p. 484, Pat. Tab. 126, Berk. Outl. p. 226, t. 19, f. 4, Quél. p. 203, Price f. 125, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 177, c. syn., Weinm. p. 283, Sow. t. 168, *A. cochleatus et dentatus* Pers., Alb. et Schw. n. 640, 668. — Annuus, tenax, flaccidus; pileo carnoso-lento, irregulari, sublobato contortove stipiteque solido, firmo, sulcato glabris, rufescentibus; lamellis confertis, serratis, carneo-albis; sporis sphæroideis vel ellipsoideo-sphæroideis, uniguttulatis, hyalinis, 4-6 $\mu$. diam. 2415

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum et ad terram in Europa et Amer. fœder. Maxime versiformis, cæspitosus, imbricatus, concrescens. Stipes 2-8 cm. longus, centralis, excentricus v. lateralis, sursum carneus, deorsum fusco-rufescens; pileus 2½-6 cm. latus, expallens, non pervius, licet sæpe infundibuliformis. Odor aniseus debilis v. nullus. (Bolt. t. 8 mala, vix citanda. *A. dentatus* Secr.

n. 1085 pusio. *A. cochleatus* Secr. 817 non hujus generis est, sed potissimum varietas odora *Pleuroti craspedii*). — Var. **occidentalis** Fr. Nov. Symb. Myc. Mant. pag. 227: pileo submembranaceo lamellisque integerrimis a typo diversa. In insula S. Thomæ Afr. occidentalis

112. **Lentinus umbilicatus** Peck 28 Rep. p. 51, t. 1, fig. 15-19. — 2416
Pileo carnoso, tenui, lento, glabro, profunde umbilicato, hygrophano, udo brunneo-alutaceo, sicco pallidiore; stipite gracili, curto, glabro, subplano, valido, farcto vel cavo, centrali aut excentrico, pileo concolore; lamellis confertis, adnatis vel decurrentibus, acie serratis, albidis.

*Hab.* ad terram et caudices vetustos, Lake Pleasant, Amer. bor. — Statura circiter 2½ cm. metiens; pileus 13-25 mm. latus; stipes 2 mm. crassus. *L. cochleato* proximus cui colore contextuque similis, sed minor, stipite graciliori nec sulcato. Habitu gregarius. Forma stipite excentrico ad caudices putrescentes crescit atque stipitem plus minus incurvum habet.

113. **Lentinus friabilis** Fr. Syn. Lent. p. 12 cum descr. Monogr. II, 2417
p. 236, Hym. Eur. p. 485, *A. tubæformis* Schwein. Carol. n. 799, Batt. t. 21, B (simplex). — Cæspitosus, carnoso-fibrosus, fragilis, pallescens; pileis tenuibus, subdimidiatis, umbilicato-perviis, in stipitem subcavum, contortum, compressum porrectis; lamellis confertis, angustis, serratis.

*Hab.* ad truncos Fagi v. c. in Näset ad Odensjö Smolandiæ, nec non in Italia, Carolina et Cuba. — Inodorus, mollis, ramosus, udus carneo-alutaceus, siccus alutaceo-lutescens. Lamellæ fusciculo-carneæ, acie albicantes.

114. **Lentinus omphalodes** Fr. Monogr. II, p. 235, Hym. Eur. p. 485, 2418
Icon. t. 175, f. 1. — Solitarius; pileo submembranaceo, lento, primitus profunde umbilicato, e livido-stramineo pallescente, limbo e convexo explanato, repando; stipite centrali, tenui, tenaci, glabro, lacunis elongatis scrobiculato; lamellis decurrentibus, arcuatis, albo-pallescentibus, crenulatis.

*Hab.* ad terram in pinetis Europæ. — Semper simplex, tam copiose lectus, ut non possit non distingui. Stipes 2-3 mm. modo crassus; pileus fere pervius et sæpe lobatus.

115. **Lentinus Curtisii** Sacc. et Cub. *L. omphalodes* Berk. et Curt. 2419
North Am. Fungi n. 101. — Pileo infundibuliformi, tenui; stipite gracili, sursum incrassato, basi fibrilloso spongiosoque; lamellis integris, angustis, decurrentibus.

*Hab.* in Pennsylvania Amer. bor. (Michener). — Pileus 12-13 mm. lat.; stipes 12-28 mm. long. 2 mm. cr. A *L. omphalode* Friesii videtur satis diversus.

116. **Lentinus bisus** Quél. in Bres. F. Trid. p. 12, tab. XII, et p. 26. — Pileo carnoso-lento, e convexo explanato, profunde umbilicato, irregulari, excentrico, margine lobato, in adultis substriato, udo, griseo-livido, umbilico fusco, 2-4 cm. lato; lamellis subdistantibus, postice variantibus, emarginatis aut sinuato-decurrentibus, ex albo-subgriseis, acie dentata; stipite tenaci, e farcto subcavo, fusco aut fusco-ferrugineo, longitudinaliter sulcato, torto, 3-4 cm. longo 3-4 mm. crasso, excentrico; sporis subglobosis, aculeolatis, 4-5 u. d., hyalinis; carne lenta, fusca, odore et sapore nullis. 2420

*Hab.* inter Muscos vel ad frustula lignea in agro Tridentino. *L. omphalodi* subaffinis.

117. **Lentinus Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 141, *L. divisus* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1878, p. 436. — Gregarius aut subcæspitosus; pileo carnosulo, margine subabrupto, tenui e subhemisphærico, mox irregulari, infundibuliformi, profunde sinuato, repando, 5-13 cm. alto, 12-13 cm. lato, glabro, levi, dilute fumoso-fuscescenti; lamellis distantibus, remissis, utrinque attenuatis, 5-11 mm. latis, spurie decurrentibus; stipite farcto, valde tenaci, tuberculoso-inæquali, adscendenti, obconico, basi 7-9 mm., supra 18-27 mm. crasso, 6-7 cm. longo, e rubescenti fuscescente-albido, subradicato; sporis albidis, coacervatis, dilute violascenti-nigrellis, subcylindraceis, curvulis, 8-10 $\mu$. longis. 2421

*Hab.* ad truncos putres Piri Mali, Vinkovce Slavoniæ, iul. et aug. — Caro alba in stipite valde, in pileo minus lenta; odor ingratus, sapor non malus.

118. **Lentinus Micheneri** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 31. — Pileo sinuato, sublobato, umbilicato, glabro, ochraceo; stipite brevi, incurvo, spongioso-velutino, fusco-umbrino; lamellis latiusculis, laceratis, crassis, breviter decurrentibus. 2422

*Hab.* in lignis dejectis in Pennsylvania (Michener). — Pileus 5 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 4 mm. cr. Ob lamellas ad *L. cochleatum* accedit.

119. **Lentinus bonariensis** Speg. Argent. Pug. III, n. 14. — Fungis 5-7 cæspitosis, basi numquam confluentibus; pileo infundibuliformi, coriaceo-tenaci, sublignoso, fuscescente, marginem versus intensius et sordide colorato, estrio, levi v. (in sicco) irregulariter rugu- 2423

loso, margine integro v. varius hinc inde lobato-fisso, acutiusculo, intus valde revoluto; lamellis cartilagineo-membranaceis, utrinque acutis, sordide melleis v. rubro-fuligineis, acie acuta lobata, hinc inde grosse et acutissime irregulariter laciniato-dentata; sporis non visis; stipite elongato, fusiformi, deorsum longe attenuato, tenacissime matrici adnato, solido, lignoso, fusco-fuligineo vel vivide fulvescente, basim versus adpresse ac dense tomentoso-velutino et obscurius colorato, medio (in part. incr.) levi v. rugoso vel squamuloso, superne ob lamellarum ultimam decurrentiam striato-subcostulato.

*Hab.* in trabe putrescente in cloaca prope locum dictum los Corrales Argentinæ Amer. merid. (G. Guevara). — Pileus et stipes intus albi ab hymenophoro discreti, 8-12 cm. lat. Totus fungus mm. 20-25 cm. alt.; stipes 15-20 cm. long., 1,5-2 cm. crass. (in part. centr.) v. 0,6-1 cm. (ad. bas.); lamellæ 1-1,5 cent. lat. Species distinctissima magnitudine, tenacitate lamellisque grosse dentatis ab omnibus descriptis longe recedens.

120. **Lentinus brevipes** Cooke in Grevillea 1885, p. 12. — Pileo 2424
carnoso-coriaceo, tenui, infundibuliformi, pallido, fusco-maculato, glabrescente, margine sublobato undulatove, striatulo; stipite brevi, deorsum attenuato, ochroleuco, subvelutino vel subsquamoso; lamellis decurrentibus, furcatis, latiusculis, vix confertis, interstitiis subtomentosis; pallidis.

*Hab.* in lignis Perak Malaccæ. Stipes 7-8 cm. lat.; stipes 2,5 cm. longus 12-20 mm. cr.

121. **Lentinus detonsus** Fries Nov. Symb. Myc. p. 38. — Pileo car- 2425
noso-coriaceo, subexcentrico, inæquali, plano-depresso, glabro, alutaceo-fuscescente, margine repando involuto; stipite inæquali, pallido, sursum fibroso, strigoso; lamellis rotundato-sinuatis, confertis, sublaceris, albidis.

*Hab.* in truncis in Costa Rica. (Oersted).

122. **Lentinus Woodii** Kalchbr. in Grevillea. — Pileo coriaceo-lento, 2426
subexcentrico vel prorsus laterali, irregulari, lobato, leviter striolato, glabro, albo-flavente; stipite solido, curto, deorsum incrassato, nudo, subtoruloso; lamellis longissime decurrentibus, confertis, angustis, strictis, acie integris, concoloribus.

*Hab.* in P. Natal, Inanda (Wood). — Proximus *L. Flori* Meyer sed stipes non villosus nec lamellæ undulatæ.

123. **Lentinus Flos** Mey. Ess. p. 301 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 177, 2427
Epicr. p. 393. — Pileo carnoso-lento, depresso, subinfundibuliformi,

inæquali, levi, glabro, ferruginascente; stipite elongato, subramoso, lignescente; lamellis crenato-laceris, pallidioribus, lutescentibus.

*Hab.* ad ligna in Surinam. — Nisi *Panus* videtur *Lentinus*.

124. **Lentinus hæmatopus** Berk. in Peck 25 Rep. p. 80. — Pileo 2428
glabro expanso vel centro depresso, margine lobato, pallide luteo vel ochraceo; stipite curto, firmo, excentrico, glabro, cruento vel castaneo; lamellis decurrentibus, sæpe antice undatis, distincte dentatis, albis; sporis ellipsoideis, 1-2-nucleatis, 6 μ. longis.

*Hab.* ad truncos prostratos Aceris Pensylvanici in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 2½ cm. metiens; pileus 5 cm. latus. Species rara pileo glabro stipiteque curto rubro vel castaneo recognitu facilis.

125. **Lentinus submembranaceus** Berk. in Hook. Journ. II. (1843) 2429
n. 15. — Albidus; pileo excentrico, suborbiculari, demum subdepresso, lobato-fisso, glabro, margine submembranaceo; stipite deorsum subæquali, cartilagineo-corticato, rimosulo; lamellis latiusculis decurrentibus.

*Hab.* ad arbores emortuas, Minas Brasiliæ (Gardner). — Pileus 3-10 cm. latus; stipes 4-5 cm. long., 2-10 mm. cr. — *L. albido* analogus.

126. **Lentinus percomis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42. — 2430
Pileo ochraceo, profunde umbilicato, glabro, sulcato-striato; stipite brevi, subtiliter piloso-squamuloso lamellisque latis, integris, ochroleucis.

*Hab.* in Ceylon (Thwaites). — Pileus 8-9 cm. latus, versus marginem plerumque lobatum obscurior; stipes 2½ cm. longus, 1 cm. crassus. Vere distincta species.

V. Cornucopioides: pileo glabro regulari.

127. **Lentinus princeps** Elench. p. 46, Epicr. p. 392, N. Symb. p. 2431
36. — Pileo lignoso-rigido, infundibuliformi, regulari, levi glabrato stipiteque lignoso-solido, valido, levi, primitus floccoso-leproso, albido-alutaceis; lamellis decurrentibus, confertissimis, æqualibus, simplicibus, pallidis.

*Hab.* in Guinea ad terram nudam (Afzelius). — Plures gregarii e mycelio communi tuberoso ex terra conglobata oriundo. — Affinis *L. descendenti*, sed certissime differt. Pileus 7-8 cm. lat., disco compactus; stipes 3-4 cm. long.

128. **Lentinus Sajor-Caju** Fr. Epicr. p. 393, S. M. I, p. 174, Nov. 2432
Symb. p. 37, Rumph. t. 56, f. 1. — Pileo subcoriaceo tenui, con-

vexo, umbilicato, æquali, glabro, substriato, demum fisso; stipite brevi, glabro; lamellis decurrentibus, tenuibus, æqualibus, pallidis.

*Hab.* in insulis Moluccis et Nikobar ad terram. — Stipes e basi peltata ascendens, 6–10 mm. longus, 2–4 mm. cr.; pileus 2,5–7 cm. latus, gilvo-pallescens, fulvescens, cinerescens etc.

129. **Lentinus albidus** Berk. in Hook. Journ. II. (1843) n. 14. — Albidus, cæspitosus; pileis excentricis, tenuibus, subelongatis, depressiusculis, glabris; lamellis integerrimis, acute decurrentibus; stipitibus gracilibus, deorsum attenuatis, albo-pruinatis, glabris. 2433

*Hab.* ad Citrum in Brasilia (Gardner). — Pileus 3,5–5 cm. latus; stipes 4 cm. long, 4 mm. cr. *L. fribili* et *L. Sajor-Caju* affinis.

130. **Lentinus javanicus** Lèv. Champ. Mus. p. 118. — Pileo submembranaceo, convexo, demum infundibuliformi, nudo, levi, margine tenui, erecto; lamellis polydynamis, confertissimis, angustis, acie integris, utrinque acutis, decurrentibus, cervino-rutilis; stipite longo, gracili, ligneso, subæquali, pilis rigidis, densis, fulvis, demum deciduis hirto. 2434

*Hab.* ad truncos Tjikoya in Java (Zollinger). — Pileus latus 4–6 cm. *L. connato* affinis.

131. **Lentinus Murrayi** K. et M. Ow. in Grevillea. — Pileo carnoso-coriaceo, tenui, primum fragili demum rigido, profunde infundibuliformi, margine inflexo, subobliquo, levi, glabro, dilute cervino, in fundo fere umbrino; stipite solido, brevissimo, subæquali, nudo; lamellis in conum inversum longe decurrentibus, sublinearibus, vix anastomosantibus, acie integris, pallidis, siccitate rufescentibus; carne alba, odore subanisato. 2435

*Hab.* ad c. B. Spei, East-London (A. E. Murray). — Pileus 8–14 cm. latus; stipes 1–1½ cm. longus, 5 mm. crassus. *Lentino Sajor-Caju* proximus; differt tamen pileo haud striato aut fisso et vere infundibuliformi, nec modo umbilicato.

132. **Lentinus nicobarensis** Reichardt Novara Exp. Bot. p. 143, tab. XXIII, fig. 1. — Stipite brevi, solido, duro, nigrescente, fusco-striato; pileo infundibuliformi, regulari, rigido, papyraceo, e fusco pallescente, levi, glabro, sub lente radiato, striatulo, margine reflexo, crenulato; lamellis fuscis, densissimis, lineatim longissime decurrentibus, inæqualibus, polydymis, angustissimis, vix 0,7 mm. latis, acie acuta crenulato-laceris; sporis levibus, ellipticis, fuscescentibus, 4–5 $\mu$. longis. 2436

*Hab.* in truncis putridis Nikobar. — Stipes 2,5 cm. long., 4 mm. cr. *Lentino Sajor Caju* et *L. exilii* affinis.

133. **Lentinus flaccidus** Fr. Nov. Symb. Mant. n. 3, p. 226. — Pileo 2437
submembranaceo, flaccido, profunde umbilicato, subinfundibuliformi, levi, glabro, pallescente, margine reflexo, integro; stipite curto adscendente, subexcentrico; lamellis obconico-decurrentibus, inæqualibus, distantibus, subintegerrimis.

*Hab.* ad truncos in insula S. Thomæ Afr. occ. (Krebs). Habitus *L. Sajor-Caju* sed lamellis valde inæqualibus et distantibus abunde diversus.

134. **Lentinus proximus** B. et C. Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pi- 2438
leo e convexo plano glabro excentrico; stipite curvo furfuraceo; lamellis adnatis, dentatis vel adnato-decurrentibus, siccitate vix secedentibus.

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Vere proximus *L. cubensi*, sed lamellæ non ita secedentes.

135. **Lentinus pergameneus** Lév. Champ. Mus. p. 117. — Cæspitosus; 2439
pileo membranaceo, infundibuliformi, carnoso-lento, convexo, depresso, nudo, albo, margine tenui, flaccido, undato; lamellis confertis, angustis, polydynamis, acie integris, subdecurrentibus, pallide fulvis; stipite nudo, pleno, dilutiori.

*Hab.* ad truncos in Indiis (herb. de Cand.), Malacca et Australia. Stipes 2-3 cm. long., 2 mm. cr.; pileus 2-4 cm. Cæspes ex 10-20 individuis formatus. *Lentino Sajor-Caju* maxime affinis.

136. **Lentinus leucochrous** Lév. Champ. exot. p. 174, Voy. Bon. t. 2440
140, f. 1, *L. pergameneus* var. Fr. Nov. Symb. p. 37. — Cæspitosus, albus; pileo membranaceo-coriaceo, infundibuliformi, nudo, margine brevi, reflexo; lamellis confertis, decurrentibus, acie integris; stipite nudo, basi bulbilloso.

*Hab.* ad truncos pæninsul. ind. Pulo-Pinang (Gaudichaud) ad Teffé Brasiliæ (Traill), Sarawak Bornei (Beccari).

137. **Lentinus cladopus** Lév. Champ. exot. p. 174, Voy. Bon. p. 172. 2441
— Albus; pileo membranaceo-lento, infundibuliformi; lamellis tenuibus, confertis, inæqualibus, decurrentibus, acie acutis; stipite æquali, nudo, ramoso.

*Hab.* in pæninsul. indica Singapour (Gaudichaud). — Ex Fr. est forma *L. pergamenei.*

138. **Lentinus umbrinus** Reichardt Novara-Exped. Bot. 143, tab. 2442
XXII, fig. 3. — Stipite solido, firmo, glabro, nigrescente, umbrino-variegato; pileo infundibuliformi, regulari v. subexcentrico, co-

riaceo-lento, umbrino, striis radiantibus, saturatioribus, notato, levi, glabro, margine acuto, revoluto, irregulariter crenulato; lamellis longe decurrentibus, tridymis, latis, densis, acie acuta, denticulatis; sporis albis, subglobosis, levibus, 5-6 $\mu$.

*Hab.* in truncis putridis Papeiti in insula Tahiti. — Stipes 2,5 cm. long., 3-5 mm. cr.; pileus 5-7 cm. latus. Affinis *L. cornucopioidi* et *L. scleropodi*.

139. **Lentinus Beccarianus** Ces. Myc. Bon. p. 3. — *L. cladopodi* et *L. cornucopioidi* affinis; a primo colore pilei fuscescenti, immo badio in fungo adultiore (saltem in sicco), neque albo stipiteque fibrilloso, excoriato, nec glabro, etsi subinde e basi ramoso, differt; ab altero iterum stipite nec glabro neque sulcato lamellisque angustis confertissimis, neque latis distantibusve. 2443

*Hab.* in stipitibus, Sarawak Bornei (Beccari).

140. **Lentinus coadunatus** Hook. fil. in Berk. Dec. n. 323. — Cæspitosus; pileo infundibuliformi, sicco tenui, albo, opaco, glabro; stipitibus basi coadunatis, furfuraceis, æqualibus, cavis; lamellis angustis, tenuibus, utrinque attenuatis, decurrentibus. 2444

*Hab.* in lignis emortuis Darjeeling Indiæ (Hooker). — Pileus 6-10 cm. latus; stipes 2,5-3 cm. altus, 6-7 mm. crass. *L. leucochroo* et *cladopodi* affinis.

141. **Lentinus hapalus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, n. 420. — Albus, tener, glaber, nitidus, infundibuliformis; stipite glabro, sicco lineato; lamellis decurrentibus. 2445

*Hab.* ad terram, Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus, estrius; stipes 12-18 mm. longus. Affinis *L. cladopodi* et *leucochroo*, sed stipes magnopere differt,

142. **Lentinus cornucopioides** Kl. in Linnæa 1835, p. 123, Fr. Epicr. p. 392. — Pileo carnoso-lento, infundibuliformi, irregulari, albo-fuscescente, stipiteque firmo, sulcato glabris; lamellis longe decurrentibus, integris, latis, pallidis. 2446

*Hab.* cæspitosus ad ligna in Brasilia.

143. **Lentinus parvulus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 30. — Cæspitosus; pileo submembranaceo, infundibuliformi, glabro, margine revoluto; stipite gracili, lanuginoso; lamellis angustis, dichotomis, decurrentibus, albis. 2447

*Hab.* in ligno dejecto in Pennsylvania (Michener). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat.; stipes 2,5 cm. longus; sporæ albæ.

144. **Lentinus Miquelii** Lév. Champ. exot. p. 173. — Cæspitosus; pileo carnosulo-lento, infundibuliformi, pervio, glaberrimo, albo; 2448

lamellis inæqualibus, decurrentibus, flavo-croceis, acie acutis; stipite elongato, nudo, albo, subæquali.

*Hab.* ad truncos, Surinam. — Fungus 5-6 cm. altus.

145. **Lentinus leviceps** Kalchb. in Grevillea. — Pileo carnoso-coriaceo, convexo-plano depressove, levi, glabro, albo-flavo; stipite solido, deorsum attenuato, basi squamoso; lamellis decurrentibus, crassis, distantibus, acie subintegris. 2449

*Hab.* in Australia (Müller).

146. **Lentinus inocephalus** Lév. Champ. exot. p. 173, et in Voy. Bonid. — Pileo membranaceo-lento, infundibuliformi, nudo, fibroso-radiato, albo, margine inflexo; lamellis decurrentibus, confertis, inæqualibus, cervinis, acie acutis; stipite gracili, nudo, pileo concolori. 2450

*Hab.* ad truncos in pæninsul. ind. Singapour. — Fungus 3-5 cm. altus.

147. **Lentinus gymnocephalus** Lév, Champ. exot. p. 173. — Pileo carnoso-lento, nudo, fuscescente, margine inflexo; lamellis inæqualibus confertis, postice sinuato-adnatis, acie integris, ligneo-pallescentibus; stipite sublignoso, nudo, albo. 2451

*Hab.* ad truncos, in insula Java. — Pileus 3-4 cm. lat.; stipes 3 cm. longus.

148. **Lentinus dactyliophorus** Lév. Champ. exot. p. 174, Voy. Bon. p. 168, t. 136, f. 2. — Pileo membranaceo-coriaceo, infundibuliformi, nudo, levi rufo, margine inflexo; lamellis inæqualibus, confertissimis, pallide cinnamomeis, acute decurrentibus; stipite brevi, lignoso, annulato, albicante. 2452

*Hab.* ad truncos pæninsul. ind. Singapour (Gaudichaud), Sarawak Bornei (Beccari).

149. **Lentinus stenophyllus** Berk. Dec. of Fung. n. 165, tab. XVII, XVIII, fig. 1, Hook. Lond. Journ. 1847, p. 495. — Connato-prolifer; pileo infundibuliformi, subfusco, centro maculato, margine involuto; stipite crasso, ligneo, sursum in pileum dilatato, sordide floccoso-pruinuloso; lamellis pallidis, descendentibus, postice ex indumento stipitis subtectis, integris, augustissimis. 2453

*Hab.* ad terram locis patentibus (Gardner), Peradenya Ceylon (Thwaites). — Latis cæspitibus crescens. Pileus 12 cm. latus, stipes 7 cm. longus. — *L. principi* proximus.

150. **Lentinus velatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 42. — Pileo depresso, subcinereo, glabro, fragmentis veli candidi sparso; margine involuto appendiculato; stipite sursum dilatato solido, basi 2454

cinerescente glabro, sursum albido squarroso-squamoso; lamellis angustissimis albis.

*Hab.* ad Peradenya Ceylon (THWAITES). — Cæspitosus. Pileus 3 cm. latus; stipes 5 cm. longus, sursum $1^1/_2$ cm. crassus; lamellæ decurrentes. Similis *L. stenophyllo.*

151. **Lentinus patulus** Lév, Champ. Mus. p. 119. — Pileo carnoso- 2455
lento, infundibuliformi, nudo, levi, fibroso, rimoso, ochroleuco; lamellis distantibus crassis, polydynamis, plane decurrentibus, fulvis; stipite brevissimo, nudo.

*Hab.* ad truncos, Guadalupa (LHERMINIER). — Pileus 6-10 cm. latus.

152. **Lentinus catervarius** Berk. et Br. F. Brisb. II, p. 55. — Cæ- 2456
spitosus, aureus; pileo convexo, explanato glabro; stipite cylindrico, crasso, subæquali; lamellis angustis, decurrentibus, hic illic erosis.

*Hab.* ad Brisbane Australiæ (M. F. BAILEY). — Pileus 8,5 cm. latus. Pileus 3,5-5 altus, 10-12 mm. crassus.

153. **Lentinus hepaticus** Berk. Dec. n. 324. — Pileo convexo-expla- 2457
nato, udo glabro, hepatico; stipite brevi æquali, solido, obscuro intus substantiaque pilei pallide rubris; lamellis confertis, integris, postice rotundatis, albis, demum hic illinc incarnatis.

*Hab.* in truncis Darjeeling Indiæ, 2500 m. alt. (HOOKER). — Pileus 7,5 cm. latus; stipes 2.5-4 cm. altus, 6-9 mm. crassus. *Lent. resinaceo* colore similis.

154. **Lentinus Guilfoylei** Berk. et Müll. Austral. Fung. 248, p. 384. — 2458
Pileo umbrino, profunde umbilicato, glabro, cuticula cartilaginea, margine sulcato; stipite curvato, concolori, striato; lamellis decurrentibus, e sulco prope basim continuatis.

*Hab.* in Australia (MÜLLER). — Pileus 6-7 cm. latus; stipes 5 cm. altus, 8-9 mm. crassus.

155. **Lentinus lateritius** Berk. Austral. Fung. n. 249, p. 384. — Pi- 2459
leo convexo, lateritio, glaberrimo, margine involuto; stipite concolori, rigido, subæquali; lamellis albis, erosis, adnexis.

*Hab.* in Australia (MÜLLER). — Pileus 2-5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 8-9 mm. crassus.

156. **Lentinus molliceps** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 38. — Pileo mem- 2460
branaceo, molli, convexo, umbilicato stipiteque lignoso gracili glabris, pallidis; lamellis striato-decurrentibus, integerrimis æqualibus, mollibus, albidis.

*Hab.* in insula Nikobar minori (KAMPHOEVENER). — *L. sclero-*

*podi* affinis. — Stipes 2,5 cm. longus; pileus tenuissimus 12-13 mm. latus.

157. **Lentinus obnubilus** Berk. Dec. of Fung. n. 166, tab. XIX, f. 3. 2461
— Pileo carnoso-lento, tenui, infundibuliformi, regulari, glabro, fusco, concentrice obnubilato, margine tenui, arcuato, involuto; stipite firmo, solido, sursum griseo-fusco, velutino-pulverulento, deorsum attenuato, radicante; lamellis albis, integris, subdistantibus, decurrentibus.

*Hab.* ad terram locis umbrosis, Ceylon (Gardner). — Pileus 12 cm. latus; stipes 12 cm. altus, 18-20 mm. crassus. *L. scleropodi* affinis.

158. **Lentinus scleropus** Pers. in Freyc. Voy. t. 2, f. 3, Fr. Ep. p. 2462
392. — Pileo coriaceo-membranaceo, infundibuliformi, æquali, glabro pallescente, margine crenulato; stipite solido, brevi, durissimo; lamellis decurrentibus, postice furcatis, inæqualibus, denticulatis, rufescentibus.

*Hab.* in Brasilia.

159. **Lentinus paraguayensis** Speg. Fung. Guar. Pug. I, p. 13. — 2463
Pileo hemisphærico-applanato, 10-18 cm. diam., excentrice ac profundiuscule depresso-subinfundibuliformi, membranaceo-coriaceo, rigidulo, sordide albescente, in sicco pallide subfulvescente, lineis exilissimis, vix saturatioribus, subobsoletis, radiantibus, laxis ac irregulariter interruptis virgatim notato, levissimo, glaberrimo, tactu velutino, opaco, ambitu inflexulo, postice usque ad medium fisso crasse irregulariterque crenato, margine strictissimo, 0,5-1 mm. lat., acuto, subreflexo, velutino-puberulo; lamellis confertis, polymacriis, albidis, in sicco pallide testaceis, utrinque attenuatis, postice in stipitem decurrentibus; stipite excentrico, incurvo-adscendente, tereti, mediocri, 3 cm. longo, 4-7 mm. crasso, sublignoso, glabro, levi, extus pileo concolori, intus farcto, sordide albo, non vel vix incrassatulo ac modice noduloso-adnato.

*Hab.* ad truncos emortuos putrescentes in silvis subvirgineis prope Guarapi Bras. — *L. scleropodi* peraffinis, sed lamellis integris postice non furcatis, ut videtur, satis recedens.

160. **Lentinus Tuber-regium** Fr. Ep. p. 392, S. M. I, p. 174. Nov. 2464
Symb. p. 36, Rumph. Amb. t. 57, f. 4. — Pileo subcoriaceo, tenui, infundibuliformi, æquali, ambitu reflexo, dein undulato, fissili, squamoso-maculato e pallido fusco; stipite æquali, elongato, initio velutino, dein glabro; lamellis decurrentibus, tenuibus, confertis, æqualibus, e pallido fulventibus.

*Hab.* in insulis Moluccis ad terram, quam mycelio conglobat. — Pileus 7-10 cm. latus.

161. **Lentinus irregularis** Berk. Curr. Ind. Fungi pag. 121, tab. 19, fig. 14, 15. — Pileo (sicco) nigricante, fragili, infundibuliformi glabro; lamellis cinnamomeis, irregularibus, hinc per totum stipitem decurrentibus, illinc annulatim abruptis. 2465

*Hab.* in pinetis, Karen county Pegu (Kurz). — *L. fimbriato* nonnullis notis affinis, ceterum diversus.

162. **Lentinus glabratus** Mont. Cuba p. 424 et Syll. Crypt. n. 454. — Unicolor, pallidus; pileo carnoso-coriaceo, rigido, hemisphærico umbilicato, glabro, concentrice ruguloso, margine demisso subinvoluto, pilis fulvis hirto; stipite excentrico, brevi, solido, glabro, basi attenuata scutatim affixo; lamellis subconfertis, decurrentibus, polydymis, angustis, venoso-connexis, acie dentato-laceris, utrinque pulverulentis, concoloribus. 2466

*Hab.* ad ligna et cortices in Cuba (Ramon de la Sagra).

163. **Lentinus zelandicus** Sacc. et Cub. *Scleroma pygmæum* Berk. in Hook. Fl. N. Zeal. p. 176. — Parvus; pileo umbilicato, tenui, glabro, striatulo; stipite gracili, pulverulento, radicante; lamellis subdistantibus, longe decurrentibus, interstitiis levibus. 2467

*Hab.* in lignis dejectis in silvis Tehawera Nov. Zelandiæ (Colenso). — Pileus 25 mm. lat.; stipes 25-50 mm. altus.

164. **Lentinus pygmæus** Berk. Challeng. exp. n. 51. — Pileo convexo glaberrimo, margine involuto; stipite subæquali, furfuraceo-squamuloso; lamellis integerrimis, liberis vel leviter adnexis, annulo primum arachnoideo lamellas tegente. 2468

*Hab.* ad ligna emortua ad Bahiam Brasiliæ. — Pileus 8 mm. lat.; stipes 18 mm. long., 1 mm. crass. Singularis et humilis species.

165. **Lentinus Tricholoma** Berk. et Cooke F. Bras. n. 124. — Albus; pileo orbiculari, umbilicato, glabro, margine ciliato; stipite gracili, glabrescente; lamellis angustis, arcuatis, parce dentatis, decurrentibus. 2469

*Hab.* ad ligna emortua, pr. Rio Jurua Brasiliæ (Traill). — Pileus 8 mm. latus; stipes centralis, e subsquamoso glaberrimus. Habitus exacte *Polypori Tricholomatis* M.

166. **Lentinus cubensis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 330. — Pileo convexo, carnoso, glabro, marginem versus sæpe guttato; stipite curvo, cylindrico, furfuraceo-fibrilloso vel subsquamuloso, excentrico; lamellis flaccidis, adnatis, dentatis, siccitate e stipite secedentibus. 2470

*Hab.* ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus $2^1/_2$–4 cm. latus; stipes 18-25 mm. longus, 4 mm. crassus, striatus. Senectute atque humiditate fuscescit.

167. **Lentinus fulvaster** Berk. et Cooke F. Bras. n. 119. — Pileo orbiculari, albo, sicco fulvescente, umbilicato, glabro; stipite gracili, glabro, concolori; lamellis angustis, dentatis. 2471

*Hab.* in ligno emortuo, Resaca, Rio Purus Brasiliæ (TRAILL). — Pileus 18 $\mu$. diam.; stipes 5 cm. longus, circiter 2 mm. crassus. Magnitudine maxime varius, stipite plerumque subcapillari.

168. **Lentinus exilis** Kl. in Berk. Exot. Fungi n. 5, p. 397 et Fr. Epicr. p. 393. — Pileo papyraceo, rigido, profunde umbilicato v. infundibuliformi regulari, levi (sub lente radiato-striato) margine incurvo stipiteque brevissimo glabris fulvescentibus; lamellis longissime lineatim decurrentibus, confertis, subæqualibus, fulvis, minutissime dentatis et echinulato-glandulosis. 2472

*Hab.* ad ligna putrescentia in insula Mauritii et in silvis Ceylon, Cuba, Malanipa, Australia. — Stipes 12–20 mm. long., 4-6 mm. cr., subinde abrupte terminatus veluti si annuli vestigium adfuerit; pileus 7-8 cm. lat.; lamellæ non laceræ.

169. **Lentinus Robinsonii** Mont. Syll. Crypt. n. 458. — Pileo tenuissimo, carnoso, initio tubiformi tandem cyathiformi, margine involuto, sicco rufo-vaccino fragilissimo, levi, glaberrimo; stipite centrali farcto, basi incrassato, floccoso, pallidiori; lamellis confertissimis, linearibus, longissime decurrentibus, integris, concoloribus. 2473

*Hab.* in solo humoso silvarum, Columbus Amer. fœder. (SULLIVANT). — Pileus carnoso-membranaceus, forsan junior et dum vivit alutaceus, 5 cm. latus, 2-3 cm. altus, siccus rufus vaccinusve et fragilissimus; stipes fibroso-carnosus, e farcto cavus, 5 cm. longus, 3-4 mm. medio crassus; lamellæ polydymæ, vix 1 mm. latæ, pallidæ, *L. exili* Klotzsch proxima species; differt autem ab eodem stipite brevi, glabro, lamellarum colore, etc.

170. **Lentinus fuligineus** B. et C. Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo infundibuliformi, fuligineo, glabro; stipite basi incrassato, striato, glabro; lamellis angustis, integris, rigidis; mycelio membranaceo expanso. 2474

*Hab.* ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 4-6 mm. crassus. Mycelium externe membranaceum, intus lignoso-fibrosum. Affinis *L. exili.*

171. **Lentinus glandulosus** Ces. Myc. Born. p. 3. — Pileo e chartaceo 2475

coriaceo, eximie infundibuliformi, fere 5 cm. lato, rufulo, glaberrimo, azono; stipite 12 mm. longo, tenui lamellisque inæqualibus, acie integra, ad latera glandulis conspersis, concoloribus.

*Hab.* Sarawak Bornei (O. Beccari). — Ad singulum specimen idque senio paullisper defiguratum. An *L. exilis* Fr. ep. 393?

172. **Lentinus pallidus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 32. — Cæ 2476
spitosus; pileo convexo, glabro, margine repando, sordide luteo-albo; stipite fibroso-squamoso, deorsum furfuraceo; lamellis decurrentibus, crassiusculis.

*Hab.* in lignis putridis in Carolina inf. (Ravenel). — Cæspitosus basi connatus; pileus 7-10 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 6-7 mm. cr.; sporæ albæ. — Affinis *L. tepideo*, sed glaber.

173. **Lentinus Mancinianus** Sacc. et Cub. *Lentinus pallidus* B. et C. 2477
North Am. Fungi n. 104, nec B. et C. Cent. — Pileo convexo-plano, margine fortiter inflexo; stipite sursum glabro, deorsum furfuraceo; lamellis decurrentibus, margine laciniatis.

*Hab.* in Carolina inf. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 5 mm. crassus. Homonyma species, etsi ipsissimorum auctorum diversa videtur, quia cæspitosa et (multo major. — Optimo collaboratori prof. V. Mancini dicata species.

B. Pleurotι. Dimidiati, sessiles v. stipite sublaterali instructi.

174. **Lentinus hispidosus** Fr. Epicr. p. 389, Hym. Eur. p. 485, Kal- 2478
chbr. Ic. ined. *Ag. coriaceus* Scop. Carn. II, p. 446, *Lentinus centiceps* Schulz. — Cæspitosus; pileis tenuibus, demum coriaceis, subdimidiatis, lobis circumscriptis late infundibuliformibus, squamis hispidis, e carneo-rufescente ferrugineis tectis, margine lacero proliferoque; stipitibus concrescentibus, glabris, sæpe lacunosis canaliculatisve, pallidioribus; lamellis decurrentibus, serrulatis, concoloribus.

*Hab.* ad truncos et radices Quercuum in Europa australi prope Grosswardein Hungariæ (Schulzer). — Species maxime singularis. Plures cæspites in unum vastissimum confluunt. Analogus, sed non affinis Lentinis crinitis.

175. **Lentinus scoticus** Berk. et Br. Ann. N. H. n. 1423, Fr. Hym. 2479
Eur. p. 485. — Pileo umbilicato quandoque infundibuliformi, demum explanato, subreniformi, pallido, hygrophano; stipite cylindrico, obscuriore, pulverulento, e mycelio fibrilloso brunneo orto; lamellis decurrentibus, denticulatis, pallidis.

*Hab.* ad Betulas, Ulicem etc. Scotiæ. — Serotinus, inodorus,

pileo 1-4 cm. lato; stipes, si adest, variat a 4 mm. usque ad plura cm. Præcipue singularis mycelio ramoso, fibrilloso quandoque loriformi.

176. **Lentinus fimbriatus** Currey in Transact. Linn. Soc. XXIV, p. 152, t. 25, f. 2, Stev. Hym. Brit. II, p. 157, Fr. Hym. Eur. p. 485. — Pileo tenui, subcoriaceo, depresso, fulvo, squamis floccosis obscurioribus variegato, margine involuto substrigoso; stipite laterali squamuloso; lamellis adnatis, irregulariter serratis, pallide fuscis. 2480

*Hab.* ad ligna locis aquosis in Anglia lectus. — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes 3-6 mm. longus. Analogus cum tribu Lepideorum; etiam in hoc juniore observatur collarium tenue, fimbriatum, album.

177. **Lentinus Novæ-Zelandiæ** Berk. Fl. New. Zeal. p. 176. — Minor, subimbricatus; pileo flabelliformi, tenui, rufo-badio, postice velutino; lamellis angustis, tenuibus, pileo concoloribus. 2481

*Hab.* in ligno putri in Nova Zelandia (Colenso). — Affinis *Lentino castoreo*. Pileus 25-30 mm. long.

178. **Lentinus ursinus** Fr. Epicr. p. 395, Hym. Eur. p. 486, Bres. Trid. t. 66, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 185. — Sessilis, imbricatus; pileis carnoso-lentis, aurito-adscendentibus, levibus, brunneo-rufis, adultis postice fusco-tomentosis, margine glabro integro; lamellis latis, laceris, albidis; sporis sphæroideis, asperulis, uniguttulatis, hyalinis, 4 $\mu$. diam. 2482

*Hab.* ad truncos cariosos Fagi in Europa et Pensylvania Amer. bor. — Pileus 7 cm. latus, sat crassus, primo glaber, expallens. Inodorus. Hic et *L. castoreus*, *vulpinus* et *auricula* auriformes.

179. **Lentinus hyracinus** Kalchbr. in Grevillea. — Pileo carnoso-lento, sessili, semiorbiculari, basi (substipitiformi) angustato, 2 cm. longo latoque, levi, postice ruguloso, subtomentoso, antice glabro, umbrino; lamellis adnatis, confertis, angustis vel latiusculis, dentatis, creberrime anastomosantibus, pileo pallidioribus. 2483

*Hab.* Somerset East (Mac Owan), Richmond River Australiæ (Müller). — Inter *Lent. ursinum* et *L. castoreum* medius, a priore lamellis angustis, dentatis, nec laceris, a posteriore pileo haud elongato vel margine involuto distinctus.

180. **Lentinus Martianoffianus** Kalchbr. Sziber. Gomb. p. 11. — Pileo laterali, subsessili, membranaceo, coriaceo, pertenui, lobato, in disco verruculoso, ad limbum lineato-costato, molliter velutino, rufo-alutaceo; lamellis perangustis, confertissimis, dentatis, pallidis, exsiccando rufescentibus; carne alba. 2484

*Hab.* in trunco Populi balsamiferæ prope Minussinsk Sibiriæ asiaticæ. — A *Lent. castoreo* differre videtur. «Speciem distinctam censeo, sed specimen nimis mancum» Kalchbrenner.

181. **Lentinus castoreus** Fr. Epicr. p. 395, Hym. Eur. p. 486, Icon. t. 175, f. 3, *A. lacerophyllus* Secr. n. 1084 et *L. ursinus* Weimn. p. 284, h. l. videntur. — Subsessilis, imbricatus; pileis e subresupinato elongatis, lingulatis, glabris, subrugosis, e rufo alutaceis, margine involuto integro; lamellis confertissimis, angustis, dentatis, rufescentibus; sporis subsphæroideis, hyalinis, 3-4 $\mu$. diam. 2485

*Hab.* ad ligna pinea passim in Europa, ad caudices emarcidos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et Pensylvaniæ Amer. bor. — Pileus variat levis et costato-rugosus formaque versatili *L. cochleatum* in memeriam revocat. — Var. **hirneoloides** B. et Br. Journ. Linn. Soc. vol. X: pallide fuscus; pileo tenui; lamellis pallidioribus. — Var. **pusillus** l. c.: pileo tenuiore glabrescente.

182. **Lentinus vulpinus** Fr. Syn. Lent. p. 12 cum descr. Monogr. II, p. 238, Hym. Eur. p. 486, Icon. t. 176, f. 1, Berk. Outl. p. 226, Sowerb. t. 351 (haud bona, sed judicium Friesii eam hujus esse loci confirmat Berkeley), *A. dubius* Pers. M. Eur. 3, p. 23 ad spec. gallica. — Sessilis, imbricato-multiplex; pileis carnoso-lentis, conchatis, postice connatis, longitudinaliter costato-corrugatis floccoso-scropusisque, alutaceis, margine incurvo integro; lamellis latis, laceris, albis; sporis subglobularibus, $1^1/_2$–2 $\mu$. diam. 2486

*Hab.* ad truncos vetustos e. g. Ulmi in Europa, Cincinnati Amer. fœder., Ohio (Lea), Portville (Peck), Tweed River Australiæ (Guilfoyle). — Pileus $2^1/_2$–5 cm. longus.

183. **Lentinus Auricula** Fr. Monogr. II, p. 237, Hym. Eur. p. 486, Icon. t. 175, f. 2. — Albus, cæspitoso-imbricatus; pileo carnoso-coriaceo, sessili, dimidiato, adscendente, glabro, demum cucullato-revoluto; lamellis ad basim decurrentibus, linearibus, dense crenulato-serratis. 2487

*Hab.* ad arborum truncos vietos Upsaliæ in Suecia. — Habitus *Pleur. porrigentis*, sed dignoscitur vegetatione cæspitosa, pileo haud resupinato, quare lamellæ in punctum excentricum haud concurrentes et præcipue lamellis crenulatis. Inodorus. — Var. **robustus** Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 69 (*Hemicybe*): simplex; pileo ochraceo-alutaceo (in sicco), margine involuto, costato-rugoso; carne basim versus ad 1 cm. cr., margine vix 1 mm. cr.; lamellis 3 mm. lat.; sporis sphæroideis, 3 $\mu$. diam. Ad truncos Piri, Pojo Fenniæ (Hisinger).

184. **Lentinus suavissimus** Fr. Syn. Lent. p. 13 cum descr. Monogr. II, p. 236, Hym. Eur. p. 486. — Subsessilis, albus; pileo carnoso-lento, tenui, peltato, levi, glabro; lamellis dentatis, ad basim decurrentibus ibique anastomosantibus. 2488

*Hab.* ad ramos exsiccatos Salicis auritæ in silvis uliginosis Smolandiæ. — Solitarius, subinteger, siccus lutescens, haud pulverulentus, odore gratissimo e longinquo perceptibilis.

185. **Lentinus flabelliformis** (Bolt.) Fr. Epicr. p. 395, Hym. Eur. p. 487, Cooke p. 243, *Agaricus* Bolt. t. 157, Fr. S. M. l. c. — Subsessilis; pileo tenui, lento, reniformi, plano, glabro, cervino, margine crenato-fimbriato; lamellis latis, laceris, pallidis. 2489

*Hab.* ad truncos in Europa. — Pileus 5-8 cm. latus, stipes 4-6 cm. longus. *L. suavissimo* longe tenuior, demum crispus; præcipue var. **herbarum** Fr. l. c. pusilla, pileo membranaceo, pallescente, in caulibus Epilobii ad Foglesang Scaniæ lecta.

186. **Lentinus hepatotrichus** Berk. Fl. Tasm. pag. 249, tab. CLXXXI, fig. 9. — Pileo ungulato, hepatico, antice glabrescente postice strigoso; lamellis latis pallidis, margine crenato-dentatis; sporis albidis, ellipticis. 2490

*Hab.* in corticibus fibrosis Eucalypti robustæ (*Gum-tree*), bank of Oven Rivulet Tasmaniæ (Archer).

187. **Lentinus Decaisneanus** Lév. Champ. Mus, p. 120. — Cæspitosus; pileo carnoso-lento, subflabelliformi, basi depresso ferrugineo, subtomentoso, azono, in stipitem brevem tomentosum producto; lamellis polydynamis, tenuissimis, confertissimis, decurrentibus, cervino-rutilis ludentibus, postice reticulato-anastomosantibus, villo obtectis. 2491

*Hab.* ad truncos Bombay Indiæ (Polydore Roux). — Pileus latus 10-20 cm.; lamellæ 10-12 cm. longæ.

188. **Lentinus striatulus** Lév. Champ. Mus. p. 120. — Pileo membranaceo coriaceo-lento semi-infundibuliformi, nudo, e basi ad marginem inflexum tenuissime striato, ochroleuco; lamellis tenuibus, utrinque acutis, acie erosis, distantibus, polydynamis, decurrentibus; stipite crasso, lignoso, brevi, pallescente. 2492

*Hab.* ad truncos in Guyana gallica (Leschenault). — Pileus 4-7 latus. Affinis *Lent. Tanghiniæ*.

189. **Lentinus Tanghiniæ** Lév. Champ. Mus. p. 119. — Pileo carnoso-lento, dimidiato, semiinfundibuliformi, nudo, fulvo, margine tenui hinc inde fisso; lamellis utrinque acutis, polydynamis, acie integris, decurrentibus, cervino-rutilis; stipite excentrico, crasso, lignoso, nudo, fulvo, nigricante. 2493

*Hab.* ad truncos Tanghiniæ in Madagascar (Pervillé).

190. **Lentinus Guilleminianus** (Lév.) Mont. Cent. VII, p. 32, *Lenzites Guilleminiana* Lév. Champ. Mus. n. 41 (1846). — Pileo coriaceo- suberoso, lento, vaccino, reniformi, tandem semiinfundibuliformi, concentrice zonato, postice rugoso-striato fuligineo; stipite laterali, valido, lignoso, ascendente; lamellis polydymis, latis, undulatis, subdistantibus (nunquam dichotomis), crassis, acie acutis, longe decurrentibus, postice dentatis et reticulato-anastomosantibus, pileo concoloribus. 2494

*Hab.* ad truncos in Brasilia: legit cl. Guillemin, dein ad naturam viva specimina pinxit retulitque ex eadem regione cel. Weddell. — Pileus 14 cm. diam. maj., 6 cm. diam. minor; stipes 2-3 cm. long., 10-12 mm. cr.

191. **Lentinus punctaticeps** B. et Br. F. Brisb. II, p. 55, t. X, f. 2-7. — Pileo laterali, punctato-hispido; stipite cum lamellis decurrentibus, luteis, acie acutis hic illic erosis. 2495

*Hab.* ad Brisbane Australiæ (F. M. Bailey).

192. **Lentinus reniformis** Mey. Esseq. pag. 302 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 396, S. M. I, p. 191. — Pileo tenui, reniformi, sulcato, glabro, lacteo, margine crenato; stipite laterali, brevi, striato basi incrassato rubro; lamellis tenuibus, inæqualibus, pellucidis. 2496

*Hab.* in truncis Surinam. — Fragilis dicitur, sed forte ob siccitatem.

193. **Lentinus subdulcis** Berk. Dec. n. 325. — Albus suaveolens; pileo imbricato, multiplici lobato, estriato, glabro, margine incurvo; stipite spurio vel obsoleto; lamellis latiusculis subdistantibus. 2497

*Hab.* in lignis emortuis Darjeeling Indiæ (Hooker). — Pileus 7,5 cm. latus. Affinis *L. Djamor*.

194. **Lentinus Djamor** Fr. S. M. I, p. 185, Epicr. p. 395, Rumph. Amb. XI, t. 56, f. 2. — Subsessilis, imbricatus; pileis carnoso-lentis, subreniformibus, planis, punctatis, e rubente albicantibus, margine fisso; lamellis latis, laceris, albidis. 2498

*Hab.* in truncis Amboinæ.

195. **Lentinus pelliculosus** Schw. Carol. n. 808 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 395. — Sessilis; pileo lento, reniformi, tenuissimo, undique margineque setoso-strigoso fusco-cervino; lamellis latis, laceris, pallidis. 2499

*Hab.* ad truncos putridos Carolinæ et Ohio Amer. bor. — Gregarius, imbricatus, minor, lentus, membranaceus, intime tamen crinitis affinis. Pileus pilis maxime densis, ut pellis animalis strigosus, margine nudo involuto; lamellæ latæ, laceræ.

196. **Lentinus Chama** Bosc in Mag. Naturf. Fr. Ber. 1811, p. 83, Fr. Epicr. p. 394. — Subsessilis, albus; pileo carnoso-compacto, lento, integro, glabro, concavo; lamellis serratis, sordide albis, latis. 2500

*Hab.* ad truncos Quercus Carolinæ Amer. bor. — Caro albissima mollis, sicca lenta; pileus sæpe 15 cm. latus, 8 cm. crassus; lamellæ nonnullæ crispæ.

197. **Lentinus furcatus** B. et Cooke Austr. Fungi n. 120. — Albus; pileo reniformi-flabellato, glabro, sicco radiato-subrugoso, margine inflexo; stipite brevi, hirto; lamellis tenuibus, celluloso-furcatis, dentatis, decurrentibus. 2501

*Hab.* ad ligna emortua, Rio Solimoes Brasiliæ (Traill). — Pileus 5-6 cm. latus; stipes lateralis, vix $1^1/_4$ cm. longus, 4 mm. crassus.

198. **Lentinus pectinatus** Schw. Carol. n. 814 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 396. — Pileo semiorbiculari, plano, tenuissimo, pallido; lamellis confertissimis, albis; stipite tenaci, radicato. 2502

*Hab.* frequens ad latera truncorum putridorum Carolinæ. — Prope *L. reniformem* locandus. Dimidiatus, stipite brevi in truncos penetrans; lamellæ pectinatim ordinatæ, albæ aut pallescentes.

199. **Lentinus conchatus** Mont. Cent. VII, p. 33. — Gregarius, sæpe confluescens; pileo sessili, coriaceo-lento, glabro, e triangulari conchato, convexo, albicante, margine zona ferruginea insigni; lamellis simplicibus, didymis, rectis, brunneis. 2503

*Hab.* ad ligna humida prope Rio de Janeiro Brasiliæ julio (Weddell). — Superne visus *Stereum lobatum* imitatur.

C. Resupinati: pileo resupinato (Cfr. *Panus*).

200. **Lentinus tenuissimus** Schw. Carol. n. 813 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 396. — Resupinatus, membranaceus, persistens, vertice porrecto villoso stipitatus, cervinus, primo integer, dein conchiformis, margine levi; lamellis ramosis pallidis. 2504

*Hab.* in ramis Salicum in Carolina Amer. bor., per epidermidem erumpens. — *Pano ringenti* affinis, et forte ad hoc genus transferendus.

201. **Lentinus proboscideus** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 38. — Pileo lento, vertice proboscideo-porrecto, stipitato, lateraliter producto, levi, glabro; lamellis e puncto excentrico radiantibus, confertis, inæqualibus, lacero-dentatis, albis. 2505

*Hab.* ad Costa Rica Oersted).

202. **Lentinus Pulvinulus** Berk. Fl. Tasm. p. 250, tab. CLXXXI, fig. 10. 2506

– Resupinatus vel vertice affixus, pulvinatus; pileo pallido glabro, margine sulcato; lamellis latis, ochroleucis, integris.

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — Pileus 8-20 mm. diam.

Species incertæ sedis.

203. **Lentinus humescens** Lèveill. in Ann. scienc. nat. 1848, II, Fr. Hym. Eur. p. 487 (ex err. *tumescens*). — Niveus; pileo convexo carnoso-lento, levi, demum rimuloso; stipite pleno, cylindrico, tenaci, nudo, deorsum incrassato; lamellis inæqualibus, distantibus, acie integris, acutis, rotundato-adnatis, secedentibus. 2507

*Hab.* ad ligna foco destinata Rentilly (Seine et Marne) Galliæ. — Pileus 4 cm. lat.; sporæ albæ. In herbario diutissime humescens mansit.

204. **Lentinus cryptarum** Fuckel Symb. Myc. p. 15, Fr. Hym. Eur. p. 487. — Pileis?; stipitibus repetito-ramosis, carneo-coriaceis, siccis durissimis, apice arcuatis, atro-fuscis, olivaceo-pruinosis; lamellis unilateralibus, paucis, dentatis, apice arcuatis, fuscis; sporis globosis, flavis, cum stipitello sporæ diam. æquante, crasso deciduis, 8 $\mu$. diam. 2508

*Hab.* ad ligna putrida in fodina ad Dillenburg Germaniæ. — Totus fungus 8-20 cm. altus; lamellæ usque ad 2 $^1/_2$ cm. longæ, 2-8 mm. latæ. Forma e loco abscondito personata.

Species quarum diagnoses nobis desiderantur.

205. **Lentinus verrucosus** Kickx Champ. Mexic. 4, t. I, f. 1-2. — In Mexico. 2509

206. **Lentinus Wilkesii** B. et Curt. Sillim. Journ. 1851, I, p. 93. — In insulis Feej. 2510

207. **Lentinus bracatus** Lév. in Zoll. Syst. Verz. p. 17. — In Archipelago Indico. 2511

208. **Lentinus Schomburgkii** Berk. Linn. Tr. vol. XX. 2512

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT), in Guyana Britannica et in Rio Mauhes Brasiliæ (TRAILL). — *Var.* lamellis glanduloso-punctatis, latius serratis. In ins. S. Domingo.

209. **Lentinus Levcillei** Berk. Tr. Linn. Soc. XV, tab. 9, fig. 5. 2513

*Hab.* in Surinam, Amer. merid. Camiguin.

210. **Lentinus holopogonius** Berk. in Herb. et Cooke F. Austr. p. 12. 2514

*Hab.* Queensland Australiæ. L. c. diagnosis deest.

**PANUS** Fr. Epicr. p. 396 (Etym. nomen plinianum fungi arborei). — Totus fungus carnoso-coriaceus, tenax, arescens, contextu fibroso, in hymenium radiante. Lamellæ cum hymenophoro concretæ, inæquales, demum coriaceæ, acie integerrima. Stipes subcentralis, excentricus, lateralis v. nullus. — Fungi epixyli, forma varii, diu persitenstes.

Ob carnem lentam, subcoriaceam (etiam lamellarum) in hac serie inserendum genus, *Lentinis* affine, diversum vero lamellis firmioribus, coriaceis et integerrimis. Species hujus generis vel venenatæ vel ob substantiam lentam haud vescæ.

*) Pileo irregulari, stipite excentrico.

1. **Panus farneus** Fr. Epicr. p. 397, Hym. Eur. p. 487, *Dendrosarcos Ilicis* Paul. Ch. t. 24, f. 3, 4. — Sordide luteus; pileo compacto, duro, irregulariter circinato, planiusculo, inæquabili; stipite curto, firmo, glabro, sulcato, carneo; lamellis adnatis, confertis. 2515

   *Hab.* ad truncos Quercus Ilicis in Europa australi. — Statura curta, robusta, firma. Sapor acerbus, nauseosus. A cel. Tulasne ducitur ad *Pleur. olearium*, sed si iconi et descriptioni ulla fides, diversus.

2. **Panus cyathiformis** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 397, Hym. Eur. p. 488, *Agaricus* Schäff. t. 252, *A. Schaefferi* Weinm. Ross. p. 665 (sec. specim. ad Fries missa). — Pileo subcoriaceo, oblique cyathiformi, repando, squamuloso, testaceo, expallente; stipite brevissimo, firmo, levi, excentrico; lamellis ex adnato decurrentibus, confertis, postice conjunctis, e pallido lutescentibus. 2516

   *Hab.* ad truncos Pini, in silvis montanis Europæ. — Vix cæspitosus, sapore acido, styptico; ex Schaeff. venenatus; pileus tenuis, margine involutus, haud conchatus. Hujus monstrum videtur Schæff. t. 200.

3. **Panus Urnula** Fr. Monogr. II, p. 348, Hym. Eur. p. 488. — Carnoso-coriaceus, subsessilis, imbricato-multiplex; pileis subexcentricis, urniformibus, levibus, glabris, fuscis, siccitate expallentibus, margine inciso-lobato; lamellis ad basim attenuato-decurrentibus, griseis. 2517

   *Hab.* ad truncos vetustos in Ostrogothia. — Maximus, 8-40 cm. altus latusque. Stipitis rudimentum brevissimum, cuneiforme, gomphi instar ligno immersum.

4. **Panus vaporarius** Bagl. Comm. Critt. Ital. II, p. 264, Fr. Hym. Eur. p. 488. — Cæspitosus, imbricatus; pileo subcoriaceo, basi at- 2518

tenuato, erecto, e spathulato utriculiformi, undulato-lobato, pruinoso, e sordide albo tandem livido-violaceo; lamellis decurrentibus, simplicibus, perangustis, subdistantibus, dilute carneo-roseis.

*Hab.* in horto Botanico Genuensi in Ital. bor. — Basi attenuata brevissime stipitatus. Margo primo involutus, dein inflexus.

5. **Panus conchatus** Fr. Epicr. p. 398, Obs. 2, p. 224, S. M. I, p. 181, 2519
Hym. Eur. p. 488, Berk. Outl. p. 227, Krombh. t. 42, f. 1, 2, Schaeff. t. 43, 44 (junior), Bull. t. 298, 517, f. O. P (exoletus, nec bonus), Weinm. p. 123 (sed ad Betulas). — Pileo carnoso-lento, tenui, inæquali, excentrico dimidiatoque, e cinnamomeo expallente, demum squamuloso; stipite brevi, inæquali, basi pubescente; lamellis lineatim decurrentibus, subramosis, ex albo-carneo ochraceis.

*Hab.* in truncis et ramis Populi tremulæ, Fagi et Betulæ cæspitosus in Europa et Cincinnati Amer. bor. — Stipes 2 cm. longus. *P. toruloso* nimis affinis, sed tenuior, magis conchatus et lobatus. Uterque junior *Pleur. salignus*, exoletus *Russ. ochracea* sæpe dictus. A *Pleur. ostreato* et affinibus differt substantia demum coriacea, haud putrescente v. verminosa, lamellis tenacibus, firmis, siccis crispatis, postice simplicibus.

6. **Panus connatus** Berk. Fung. Doming. p. 3. — Cæspitoso-connatus; 2520
pileo plano, demum depresso, glabro lamellisque latiusculis, integris, decurrentibus, pallidis; stipite tomentoso.

*Hab.* ad ligna putria in insula S. Domingo. — Pileus 5 cm. latus; stipes 2,5–5 cm. longus, 6–12 mm. crassus. Affinis *P. conchato* sed stipes distinctus.

7. **Panus torulosus** Fr. Epicr. p. 397, Hym. Eur. p. 489, Gill. C. F. 2521
cum icon., Berk. Outl. p. 226, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 181, Alb. et Schw. n. 667, Krombh. t. 42, f. 3–5, Bolt. t. 146 (varietas), Gonn. et Rabenh. t. 12, f. 4. *A. torulosus* et *fornicatus* Pers. *A. carneo-tomentosus* Batsch f. 33 (nimis ornate), Paul. t. 26, f. 3–4 et Nees Syst. f. 176 eadem. — Pileo e carnoso-lento coriaceo, plano infundibuliformi dimidiatoque, levi, e subcarneo ochraceo; stipite brevi, obliquo, griseo-tomentoso; lamellis decurrentibus, subdistantibus, postice discretis, e rutilo alutaceis; sporis 5–6 ≃ 3.

*Hab.* in montanis ad truncos Betulæ passim in Europa, ad truncos querneos, Greenbush N. Jersey et in Carolina media et infer. Amer. bor. nec non in Moreton Bay Australiæ. — Versiformis et versicolor, rufescenti-lividus, violascens (quale tomentum stipitis quoque observatum) etc., primo compactus, demum totus coriaceus et alutaceo-ochraceus longus.

8. **Panus rudis** Fr. Epicr. p. 398, Hym. Eur. p. 489, Luc. Suit. Bull. t. 46, Gonn. et Rabenh. t. 12, f. 2, Quél. t. 14, f. 1, *Ag. hirtus* Secr. n. 1073, Wallr. D. Kr. Fl. IV, p. 726, *Ag. Swainsonii* Lév. Demid. Voy. p. 85, t. 1, f. 3, Var. pileo cervino: *Panus Hoffmanni* Fr. in Hoffm. Ic. anal. t. 22, f. 1. — Cæspitosus; pileo integro, coriaceo, lento, depresso, sinuato, setulis fasciculatis hirto, alutaceo-subrufescente; stipite brevissimo, hirto, demum obsoleto; lamellis decurrentibus, angustis, confertis, ligneo-pallidis. 2522

*Hab.* ad truncos arborum tam frondosarum quam acerosarum Europæ mediæ et australis et pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ. — Polymorphus, sed pilei stipitisque indumento facile distinctus.

9. **Panus Lamyanus** Mont. Syll. Crypt. n. 460. — Pileo carnoso-coriaceo, orbiculari, margine inflexo stipiteque centrali fulvo-umbrinis pilisque fasciculatis hirtis; lamellis angustis crassis inæqualibus, longioribus furcatis decurrentibus. 2523

*Hab.* ad truncum Quercus, autumno Limoges Galliæ (Lamy). — Species parvula, insignis; pileus 7 ad 20 mm. latus; stipes 1-2 cm. long., 2-3 mm. crassus; lamellæ in sicco fulvæ, acie obtusæ. Solo. *Pano hirto* Fr. comparandus, a quo exiguitate pilei, ut et a *P. dorsali* forma, ab utroque stipite centrali etc. clare differt.

10. **Panus cubensis** B. et C. Cub. Fungi n. 141, in Journ. Linn. Soc. vol. X. — Pileo convexo, lobato, excentrico, levi, glabro; stipite brevi, fibrilloso-striato; lamellis decurrentibus, integris. 2524

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Affinis *P. Wrightii*, sed pileo excentrico sporisque reniformibus vix dimidio longioribus.

11. **Panus Infundibulum** B. et C. N. Pac. exp. n. 86. — Albus; pileo duro, lobato, infundibuliformi, margine tenui stipiteque excentrico sursum dilatato tomentosis; lamellis distantibus decurrentibus. 2525

*Hab.* ad arbores emortuas, Nicaragua Amer. centr. — Pilei superficies illam *Lactarii vellerei* refert.

12. **Panus Leprieurii** Mont. Guy., n. 326. — Erumpens; pileo convexo-plano, levi, cervino, coriaceo, lento, sicco fragili, margine initio involuto; stipite subexcentrico, corneo, longiusculo, glabro, apice striatulo deorsum tandem eroso-squamoso, basi subincurva dilatato pallido; lamellis postice rotundis et a stipite secedenti-subremotis simulque concretis, sensim ad marginem attenuatis, carneo-pallidis. 2526

*Hab.* in ligno, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 4 cm. lat.; stipes 3 cm. long., 3-5 mm. cr.

13. **Panus cantharelloides** Mont. Guy., n. 325. — Pileo coriaceo, lento, griseo-umbrino tandem vaccino, ambitu varie lobato, lobis subzonatis tenuissime striatulis, centro umbilicato; stipite lignoso, glabro, subexcentrico, basi disciformi adnato; lamellis confertissimis, dichotomo-ramosis, acie obtusis omnium angustissimis subpliciformibus, breviter decurrentibus. 2527

*Hab.* ad ligna, Cayenna Amer. merid. (Leprieur) et Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 2 cm. lat.; stipes 3-4 cm. long., 2 mm. cr. An huc *Lentinus Flos* Fr. hucusque parum cognitus?

14. **Panus rubicundus** Mont. Guy., n. 327. — Ruber; pileo carnoso, lento, crasso, excentrico, margine tenuescente, tandem lobato-fisso; stipite brevi, crasso, sublaterali; lamellis latis, inæqualibus, concoloribus (?) stipiti decurrenti-affixis, antice venoso-connexis. 2528

*Hab.* ad ligna, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 1-4 cm. lat.; stipes 5 mm. long., interdum obsoletus. *Pano granulato* subaffinis.

15. **Panus granulatus** B. et Mont. Cent. V, n. 82, Syll. Crypt. n. 465. — Unicolor, croceo-ferrugineus, cæspitosus; pileo coriaceo, semiorbiculato cum stipite porrecto brevi excentrico concolori-granulosis; lamellis subdeterminate liberis aut decurrentibus, tenuibus, tetradymis, parce reticulato-connexis. 2529

*Hab.* ad Salicis albæ caudicem circa Perpignan (Montagne) et Longwy Galliæ (Gouget).

16. **Panus Robinsonii** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 467. — Magnus, pallidus; pileo carnoso-coriaceo, compacto, convexo-explanato, alutaceo, rubedine tincto levi; stipite subexcentrico, crasso, spongioso-farcto, basi bulboso, concolori, glabro; lamellis subsimplicibus, confertis, tenuissimis, longe decurrentibus. 2530

*Hab.* in ligno putrido Quercus in silvis, junio, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 7-9 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 7-12 mm. cr. A ceteris speciebus longe diversus, nec forte Panus genuinus.

17. **Panus hirtus** Fr. Linn. 1830, p. 508, Epicr. p. 398. — Pileo coriaceo-membranaceo, suborbiculari, setoso-hirto, cinnamomeo; stipite sublaterali, brevissimo, hirto lamellisque decurrentibus, latis, confertis, pallidioribus. 2531

*Hab.* ad truncos Brasiliæ. — Stipes 2,5-5 cm. longus et crassus, lateralis, sed postice margine pilei prominente cinctus. Pileus fere papyraceus, tenax et setosus, ut in *Lentinis crinitis*.

18. **Panus pycnoticus** Kl. in Linnæa 1833, p. 479, Fr. Epicr. p. 397. 2532

— Subcarneus; pileo tenui, carnoso, lento, tenacissimo, subconvexo umbilicato, irregulari, glabro; stipite excentrico, brevi, incurvo, glabriusculo; lamellis decurrentibus latis.

*Hab.* in truncis insulæ Mauritii. — Cæspitoso-stipatus; exsiccatus maxime induratur nec flexilis. Pilei 2–5 cm. lati, proximorum tenuiores. (Individua elongata Schaeff. t. 200 formam pilei sat referunt, sed stipites multo longiores).

19. **Panus velutinus** Fr. in Linn. 1830, p. 508, Epicr. p. 398. — 2533
Ochraceo-alutaceus; pileo carnoso-coriaceo tenaci, planiusculo, profunde umbilicato stipiteque firmo brevissimo adscendente velutinis; lamellis decurrentibus, latis, subdistantibus, obscurioribus.

*Hab.* ad truncos Brasiliæ. — Pileus 10–12 cm. latus, siccus coriaceus.

20. **Panus Schurii** Schulz. Verhandl. Hermann 1884, t. I, f. 5. — 2534
Pileo coriaceo explanato, centro concavo, 5–7 cm. lato, ob lamellas decurrentes angustas, pallidas, undulatas obconico, levi, glabro, margine undulato, albido; stipite centrali fibrilloso, brevi vel subnullo.

*Hab.* ad truncos in Transilvania. — Subinde fere dimidiatus et sessilis.

21. **Panus inverse-conicus** Lerchenf. et Schulz. in Verhandl. 1884, 2535
t. I, f. 6. — Pileo coriaceo, applanato, late umbilicato, ob lamellas decurrentes subconfertas utrinque acuta inverse conico, levi, glabro, 5–7 cm. lato, albido, margine involuto; stipite centrali, exili, cylindraceo, glabro, 5 cm. longo, albido dein brunneo.

*Hab.* ad Quercus in silvis Transilvaniæ. — Lamellæ pallidæ dein brunneæ, inæquales.

22. **Panus guaraniticus** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 23. — Cæspi- 2536
tosus; pileo ex applanato infundibuliformi, 7 cm. diam., subcarnoso-membranaceo, rigido sæpeque subfragili (in sicco), extus sordide pallideque testaceo, intus albo in sicco minuto laxeque subconcentrice ruguloso, medio glabro, levi, ambitu laxissime adpresseque squamulis minutis fuscescentibus ornato, margine sæpe strictissime inflexulo, undulato-repandulo, hispido-ciliolato, fulvescente; lamellis polymacriis, confertissimis, strictiusculis 0,5 mm. lat., albescenti-fulvis, acie integerrimis, in sicco sæpius crispulo-undulatis, utrinque acutatis, brevissime in stipitem decurrentibus; stipite curto, crasso, 1–1,5 cm. long. 7–8 mm. crass., deorsum incrassatulo, extus fulvescente velutino-hispidulo, intus sublignoso, albo, basi abrupte nodoseque truncato-adnato.

*Hab.* ad truncos putrescentes vel cariosos in silvis subvirgineis prope Guarapi, nov. (Balansa).

23. **Panus troglodytes** Fr. Nov. Symb. Myc. Mont. p. 227. — Pileo 2537
carnoso, convexo, eumorpho, squamis floccosis adpressis dense vestito alutaceo-pallescenti; stipite solido squamis concentricis patulis squarroso; lamellis adnatis, confertis, crispis, dilute cinnamomeis, acie integra.

*Hab.* ad truncos insulæ S. Thomæ. — Species quoad affinitatem dubia, stipite *Phol. radicosam* in memoriam revocans, at nulli rite affinis. Pileus quidem *Lentinum sitaneum* refert, lamellæ vero *Pani stiptici*. Stipes radice fusiformi truncos intrat, curtus, 2,5 cm. raro superans, sursum leviter attenuatus. Pileus firmus, carnosus, 2,5-3 cm. latus.

24. **Panus illudens** (Schwein.) Fr. Nov. Symb. Myc. p. 39, *Ag. illu-* 2538
*dens* Schw. Carol. n. 604. — Croceus; pileo carnoso-lento, applanato-umbonato, inæquali, virgato; stipite lignoso, solido, elongato deorsum attenuato; lamellis subdecurrentibus, ramosis, pallidioribus.

*Hab.* Cæspitosus ad basim truncorum Carolinæ (Curtis). — In speciminibus præsentibus lamellæ neque tenerrimæ, neque confertissimæ, sed illis *Pani conchati* similes. Proximus est *Ag. mauritiano* Lèveill.

25. **Panus concavus** Berk. Fung. Doming. p. 3. — Eximie cæspito- 2539
sus; pileo infundibuliformi, glabro; stipitibus centralibus, glabris, basi connatis; lamellis integris, decurrentibus, angustis, postice vix anastomosantibus.

*Hab.* ad ligna in insula S. Domingo. — Pileus 2,5-4 cm. lat.; stipes æquilongus, 3 mm. crassus.

26. **Panus rivulosus** Berk. Austral. Fung. p. 252, Linn. Journ. XVIII, 2540
p. 384. — Pileo ochraceo, striato-rivuloso, umbilicato quandoque lobato; stipite excentrico, striato-rivuloso demum umbrino; lamellis decurrentibus.

*Hab.* ad truncos in Australia. — Pileus 6,5 cm. latus, stipes brevis circ. 1 cm. longus. Siccus *Paxillo crasso* similis.

27. **Panus incandescens** B. et Br. F. Brisb. II, p. 55, t. X, f. 8-10. 2541
— Pileo umbilicato quandoque infundibuliformi, glabro minute virgato, margine involuto; lamellis tenuibus, longissime descendentibus; stipite sursum incrassato, deorsum cylindrico, striato.

*Hab.* Brisbane Queensland (Bailey). — Pileus 7,5 cm. latus; stipes 3,5 cm. longus, 0,7-0,5 cm. crassus.

28. **Panus suborbicularis** B. et Br. F. Brisb. II, p. 56. — Pileo sub- 2542

orbiculari, crenato, albo, subtiliter tomentoso; stipite obsoleto; lamellis ad basim tomentosis, decurrentibus, acie integris.

*Hab.* ad truncos vetustos Brisbane Queensland Austr. (Bailey). — Pilei 6-6,5 cm. lati, 5 cm. longi, subimbricati.

29. **Panus strigosus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 99. — Maximus albus; pileo excentrico depresso stipiteque valido strigoso; lamellis latis, distantibus, decurrentibus. 2543

*Hab.* in truncis quercinis New England Amer. bor. (Sprague), Pensylvania (Michener). — Pileus 20 cm. latus, excentricus, margine tenui; stipes 5-7,6 cm. longus, 2,5 cm. crassus. Affinis *Pano levi.*

30. **Panus levis** B. et C. Cent. Am. Fungi n. 33. — Pileo suborbiculari, plano-depresso, villoso; stipite sursum attenuato, tomentoso, deorsum strigoso pallidis; lamellis latis, distantibus, integris, deorsum villosis. 2544

*Hab.* in truncis in Carolina infer. (Ravenel). — Pileus 7-8 cm. latus; stipes 7-8 cm. long., 12-13 mm. cr. plerumque excentricus; sporæ hyalinæ; substantia tenuis levissima.

31. **Panus subtorulosus** Cooke in Grevillea. — Pileo e carnoso-lento coriaceo, inæquali, excentrico dimidiatoque, breviter velutino (sicco fusco), margine incurvo, postice in stipitem distinctum tomentosum porrecto; lamellis decurrentibus, angustissimis, confertis, concoloribus. 2545

*Hab.* Rio Janeiro Brasiliæ. — *Pano quaquaverso* Berk. affinis. E basi crassa communi plurima individua exsurgunt; pileus 1,5-2,5 cm. latus, stipes 2-2,5 cm. longus.

32. **Panus glandulosus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 422 in Journ. Linn. Soc. vol. XIV. — Pileo convexo, umbonato, minute sericeo, esquamuloso; stipite radicante, fulvo, materie tenui spongiosa vestito; lamellis decurrentibus, acie glandulosis. 2546

*Hab.* in insula Ceylon Indiæ. — Circiter $2^1/_2$ cm. latus; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus, solidus.

33. **Panus coriaceus** Berk. F. Austr. n. 55 in Journ. Linn. XIII, p. 160. — Gregarius; pileo coriaceo demum sulcato, brunneo postice vel juniore nigro subtiliter squamuloso, areolato; stipite nullo; lamellis crassis, hepaticis. 2547

*Hab.* supra corticem, Gipps Land Australiæ. — In pleno vigore circiter $2^1/_2$ cm. latus. Pulcherrima species ad *Xerotos* accedens.

34. **Panus Sullivantii** Mont. Syll. Crypt. p. 468. — Mesopus, cæspi- 2548

tosus; pileo carnoso, hemisphærico, glabro, brunneo, margine involuto; stipite subsolido, levi, concolori, basi incrassato; lamellis inæqualibus, angustissimis, integris, subramosis, determinate remotis, albis; sporis globoso-oblongis, albo-hyalinis, 7,5 $\mu$. diam. metientibus.

*Hab.* in lignis putridis inter folia, Columbus Amer. fœder. (Sullivant, Icon., n. 128). — Pileus centro 3 mm. crassus, initio ovoideus, tandem convexo-hemisphæricus, 2-3 cm. latus, $1^1/_2$-2 cm. altus; stipes centralis, 3-8 cm. secundum ætatem longus, sursum 3-5 mm. cr. Species perelegans, a *P. troglodyte* Fries tam defectu squamarum pilei et stipitis quam dispositione lamellarum haud attingentium valde diversa.

35. **Panus laciniato-crenatus** Speg. Fung. Arg. p. 164. — Cæspitosus; stipite definite laterali vel excentrico, versiformi, typico tereti, solido, firmo, sublignoso, basim versus incrassato, levi vel vix pruinoso longitudinaliter striolato, albo; pileo versiformi quandoque subdimidiato quandoque circulari excentrico et infundibuliformi ex albo cervino, udo levi, sicco undulato-crispato, glaberrimo, margine saturatiore, lobato, lobulis striatis, plus vel minus undulato-reflexis; lamellis decurrentibus e basi quandoque 2-3-connatis, latiusculis, acie integerrima ex albo lutescentibus vel e melleo rufescentibus; sporis elliptico-elongatis, utrinque rotundatis, 7-10 = 3-4. 2549

*Hab.* ad truncos Salicis Humboldtianæ secus Rio de la Planta a la Recoleta Argent. — Pileus in vivo explanatus, tenuis, carnoso-lentus, 2-5 cm. lat., 1-2 mm. cr. candidissimus, hygrophanus, valde flexibilis, centro vel excentrice umbilicatus v. depressus, margine integerrimo hyalino-striatus; stipes 1-3 cm. long. Species in vivo *Pleuroto* vicinissima.

36. **Panus Sprucei** Berk. Dec. n. 538, F. V, f. 6. — Pileo excentrico, flabelliformi, striatim subrugoso, livido, siccitate albescenti, margine lobato; stipite brevi compresso; lamellis subdistantibus, nigris, decurrentibus, postice cum stipite subtiliter tomentosis integris. 2550

*Hab.* in lignis putridis Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 3, 5-4 cm. lat.

37. **Panus reticulatus** Berk. Dec. n. 537. — Pileo plano-depresso, fuligineo, reticulato; stipite gracili, concolore, glabro; lamellis pallidis, angustis, confertis, breviter decurrentibus, postice reticulatis. 2551

*Hab.* ad terram inter folia, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 1,2-1,8 cm. lat.; stipes 2,5-5 cm. long., 2 mm. cr.

38. **Panus carbonarius** C. et Mass. Grev. XV, p. 94. — Pileo carnoso-lento, tenui, inæquali, excentrico dimidiatoque, levi, glabro, 2552

umbrino; stipite brevi, pallido, deorsum subattenuato, pallido; lamellis perangustis, confertis, attenuato-decurrentibus, albidis, acie tomentosa; sporis ellipticis, albis, 12 ≃ 5.

*Hab.* in areis ubi Filices jam combustæ, Lake Bonney Australiæ (Wehl). — Pileus 5 cm. lat. et long., flabelliformis v. infundibuliformis; stipes 1,3 cm. long., 1 cm. cr.

**) Stipite definite laterali.

39. **Panus fœtens** Fr. Epicr. p. 399, Hym. Eur. p. 489, *Ag. dimidiatus* Secr. n. 1076, ex quo Bull. t. 517, f. H-N. — Pileo spongioso-lento, spathulato, e convexo depresso, subsericeo, albo-lutescenti, postice in stipitem longum superne canaliculatum porrecto; lamellis decurrentibus, firmis, confertis, carneo-luteis. 2553

*Hab.* ad truncos Pini in Helvetia. Odor fœtidus. — Pileus 7 cm. usque latus; stipes 3-4 cm. longus, 8 mm. crassus.

40. **Panus alliaceus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 34. — Pileo sessili, postice subeffuso, albido-fulvo, subtiliter tomentoso, margine hispidulo, scabriusculo, involuto; lamellis subdistantibus, postice attenuatis concoloribus. 2554

*Hab.* in truncis putrescentibus Nyssæ, Salicis in Carolina inf. (Ravenel). — Pileus 5-7 cm. lat.; sporæ albo-luteolæ, minutæ oblongæ, curvatæ. *Pano fœtenti* affinis.

41. **Panus tahitensis** Reichardt Novara Exp. Fungi Hep. et Musci p. 142. — Stipite definite laterali, brevissimo; pileo reniformi, coriaceo-lento, plano-convexo, basi depresso ex albido alutaceo, glaberrimo; margine inflexo integerrimo (in speciminibus manco); lamellis non decurrentibus, firmis, confertis, ex ochroleuco fuscescentibus; sporis albis, 6-7 $\mu$. longis, ellipticis, levibus. 2555

*Hab.* in truncis putridis in silvis insulæ Tahiti. — Stipes vix 2 mm. long.; pileus 6-7 cm. latus. Affinis *P. fœtenti.*

42. **Panus cochlearis** (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 489, *Agaricus cochlearis* Pers. Myc. Eur. 3, p. 33, Mich. t. 65, f. 5. — Cæspitosus, fulvus; pileo ovali, convexo, spathulato, hirsuto, margine involuto, integro; stipite laterali, deorsum subattenuato; lamellis decurrentibus. 2556

*Hab.* ad Quercus in Italia. — Species post Michelium haud lecta, sed videtur insignis, *fœtenti* affinis; stipes et pileus $2^1/_2$ cm. longi. Simillimum pinxit Mich. t. 65, f. 6, sed pileo glabro, sordide luteo.

43. **Panus stipticus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 399, Hym. Eur. p. 489, Gill. C. F. cum icone, Berk. Outl. p. 227, Kickx p. 212, *Agaricus sti-* 2557

*pticus* Bull. t. 140, 557, f. 1, Schaeff. t. 208, Sowerb. t. 109, Fl. Dan. t. 832, f. 1, t. 1292, f. 1, Tratt. Austr. t. 2, Krombh. t. 44, f. 13-17. — Pileo coriaceo, reniformi, e cinnamomeo expallenti, cute in squamas furfuraceas secedenti; stipite laterali, brevi, sursum dilatato; lamellis determinatis, tenuibus, confertis, reticulato-connexis, cinnamomeis; sporis obovoideo-sphæroideis, dilutissime flavescentibus, 2-3 ≃ 1-2.

*Hab.* in truncis putridis in Europa, Carol. inf. et Croghan N. Jersey Amer. bor. (Peck). — Pileus 2-4 cm. latus, stipes circiter 1¼ cm. long. Sapor stipticus. — Est *Rhiphidium* Wallr. sed char. gen. erroneus. — Var. **gutturosus** Mont. Syll. Crypt. n. 469: cæspitosus; pileis carnosis semiorbiculatis, e luteo vel alutaceo purpurascentibus, cute unita glaberrima; stipitibus lateralibus coalitis longis, subtus dilatatis, convexis, gutturosis lamellisque brevibus, angustis, determinatis, lutescentibus. Species, si non monstrosa, propria videtur. Ad ligna, Columbus Amer. fœder. (Sullivant).

44. **Panus Flabellulum** S. et S. Mich. I, p. 361. — Pileo dimidiato, 2558
flabellato, 1 cm. d. membranaceo-tenacello, subsquamuloso, margine acutiusculo, in basim breve stipitiformi-attenuato, vivo albo dein cerino; lamellis crebris, angustis, integris dimidiatisque, distinctis, in basim decurrentibus, acie integra; trama hymenina anastomotico-filamentosa, basidiis subclavatis, 20 ≃ 5; sporis in basidiis diu inclusis, sphæroideis, 2½-3¼ diam., levibus, hyalinis.

*Hab.* in culmis putrescentibus Arundinis Donacis, Conegliano (Treviso) Ital. bor. — Habitu *Panum stipticum* obiter visus refert, characteribus longe distat.

45. **Panus areolatus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 370, tab. IX, fig. 3. 2559
— Dimidiatus, sessilis; pileis imbricatis suborbicularibus, undulatis, glabris, areolatis, lateritio-fulvis; lamellis paucis, latis, rigidis, lateritio-cinereis.

*Hab.* ad ligna loco ignoto (in Herb. Brit. Mus.). — Pileus 2,5 cm. latus.

46. **Panus schizophylloides** Klotzsch Fungi Orb. terr. circ. Mag. coll. 2560
p. 231. — Pileo coriaceo-membranaceo, subdimidiato effuso-reflexo, albido-hirsuto, margine lobato, sulcato subnudo; stipite brevissimo, excentrico, albido-strigoso, dorso affixo; lamellis determinatis, alutaceis, confertissimis; sporis globoso-ovalibus, albidis.

*Hab.* in truncis arborum Oahu Sandwicensium insulæ. — Habitus *Schizophylli flabellaris*, sed lamellulæ acie strictæ, nec dis-

cretæ. — Pileus 2 cm. longus, 2,5 cm. latus; stipes 4 mm. longus et crassus.

47. **Panus farinaceus** Schum. p. 365, Fr. S. M. I, p. 188, Hym. Eur. p. 490, *A. eleutherophyllus* Marchand. — Pileo subcoriaceo, flexuoso, cinnamomeo-umbrino, cute in furfurem albido-cæsium secedente; stipite laterali, brevi, concolore; lamellis determinate liberis, distinctis, pallidioribus. 2561

*Hab.* ad truncos raro in Europa et in trunco putrido Populi balsamiferæ prope Minussinsk Sibiriæ asiaticæ. — Habitus præcedentis.

48. **Panus bicolor** Mont. Guy. n. 329. — Pileo coriaceo, tenui, semiorbiculari, lurido vel umbrino-cervino, supra glabro, radioso-lineolato; stipite laterali, complanato, longiusculo, basi strigoso-radiante; lamellis angustis, inæqualibus, confertis, decurrentibus, atris, acie obtusis. 2562

*Hab.* ad ligna denudata, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 1½ cm. lat., stipes 1½ cm. long.

49. **Panus dorsalis** Bosc in Berl. Mag. 1811, t. 4, f. 4 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 399. — Fulvus; pileo subcoriaceo, spathulato, adscendente demum lobato, cute in squamas floccosas pallidiores secedente; stipite laterali brevi; lamellis decurrentibus, confertis, concoloribus. 2563

*Hab.* in truncis pineis insulæ Carolinæ Polynesiæ. — Proximis medius, in figuram reniformem quoque transiens, 1-2 unc. latus, sed stipes modo 2 lin. longus. — Forma quæ in Florida Amer. bor. occurrit, teste Peck., ægre cum speciei descriptione congruit. Stipite caret et colorem habet bubalinum vel pallide luteum. Cuticula minime in squamas floccosas recedit, sed pileus ad marginem præcipue strigoso-villosus. Sporæ læte carneo-roseæ ut lamellæ *Agar. campestris* junioris. Crescit ad Fagos Betulasque, nec ad Pinos. Si typi descriptio bona, forma Americana saltem ut varietas distincta censenda est.

50. **Panus lunatus** Fr. Linn. 1830, p. 509, Epicr. p. 399. — Pileo subcoriaceo, reniformi, glabrato, ferrugineo, margine inflexo; lamellis determinatis, latis, ferrugineo-fuscis. 2564

*Hab.* in truncis Brasiliæ (Beyrich). — Pileus 6–14 mm. lat. Plura specimina subinde mycelio nudo effuso copulantur. An sporæ albæ?

51. **Panus copulatus** Ehrbg. in Hor. Phys. Berol. p. 86, tab. 81, f. V, Fr. Epicr. p. 399. — Sessilis, imbricatus; pileo coriaceo, postice 2565

attenuato, cuneiformi, hirsutulo, fusco-pallido; lamellis confertis, tenuibus, fuscescentibus; sporis globosis (ex Ehrenb.).

*Hab.* in Brasilia (Chamisso), Sarawak Bornei (O. Beccari). — Pilei basi tomento tenui copulati. Specimina borneensia brasiliensibus quadruplo et ultra majora sed, teste Cesati, quia optime evoluta et subsolitaria; cetera eadem.

52. **Panus Schultzii** Kalchbrenn. in Winter, Pilzflora p. 497. — Pileo 2566
variabili, spathulato-flabelliformi, rigido, coriaceo, concentrice sulcato, radiato-rugoso, sordide lateritio; stipite basim versus attenuato, obconico, in pileum expanso, concolori, apice virgato; lamellis coriaceis, confertis, angustis, acie tota brunneola, pileo pallidioribus; sporis oblongis 3 ∞ 1

*Hab.* ad truncos Betulæ in Lusatia infer. (A. Schultz). — Pileus 1-2,5 cm. latus, stipes 1-2,5 cm. longus. — A *P. stiptico* distinctus.

53. **Panus arenicola** Berk. Austral. Fung. n. 251. — Brunneus; pi- 2567
leo e stipite brevi tomentoso spathulato, margine inflexo; lamellis postice attenuatis, fuscis.

*Hab.* ad terram arenosam in Australia. — Totus fungus sæpius arena conspersus.

54. **Panus viscidulus** B. et Br. F. Brisb. II, p. 56. — Pileo strato 2568
superiore gelatinoso, flabelliformi, pallide ardosiaco, viscidulo, margine inflexo; stipite brevi, laterali, villoso, e basi spongiosa oriundo; lamellis decurrentibus, angustis, albis.

*Hab.* ad truncos putrescentes Brisbane Queensland et N. S. Wales Austr. (Bailey). — Pileus 4-5 cm. latus.

55. **Panus cinnabarinus** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 133. — Pileo coria- 2569
ceo, tenui, sessili, reniformi, cinnabarino, cuticula pruinosa opaco; lamellis distantibus, distinctis, latis, cinnamomeis.

*Hab.* ad pedes montium continuorum Darling's-range prope Kelmstedt in Australia, ad basim truncorum, nec non ad folia emarcida Monocotyledonearum — *P. stiptico* affinis; in individuis majoribus adest pileus circumscriptione circinata, stipitis rudimentum; pileus siccitate contrahitur et incurvatur, superficie impolita a cuticula deliquescente, non vero squamuloso-furfuracea; lamellæ paucæ, nec ullis venis distinctæ, $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. latæ.

56. **Panus viscidus** Mont. Cent. VII, f. 34. — Pileo dimidiato, sessili, 2570
flabellato, horizontali, albido, undulato-concavo, margine demisso involuto, viscido; lamellis determinatis, confertis, inæqualibus, tetradymis, pallidis.

*Hab.* ad truncos in silvis humidis Brasiliæ in provincia Minas Geraes (Weddell).

57. **Panus cuneatus** Mont. Cent. VII, p. 34. — Subsessilis, horizontalis; pileo triangulari applanato substipitato, angulis liberis rotundatis, brunneo-rufescenti, glabro; lamellis polydymis, confertissimis, simplicibus, candidis, linearibus, angustissimis. 2571

*Hab.* ad lignum in silvis Goyaz Brasiliæ, (Weddell).

58. **Panus xylopodius** (Lév.) Fr. Nov. Symb. p. 40. *Lentinus xylopodius* Lév. Champ. Mus. p. 119. — Pileo carnosulo-lento, convexo, subtomentoso, pallide luteo; stipite laterali, pleno, nudo, cylindrico, lignoso; lamellis distantibus, crassis, acie erosis, polydynamis, decurrentibus, fulvis. 2572

*Hab.* ad truncos in Guadalupa (doct. Leblond).

59. **Panus eugrammus** (Mont.) Fr. Nov. Symb. p. 40. *Lentinus eugrammus* Mont. Cuba, p. 414, t. 17, f. 2. Syll. Crypt. n. 455. — Sessilis, imbricatus; pileis coriaceo-membranaceis, tenacibus, dimidiatis, reniformibus, tenuiter et radiatim lineatis, pallidis, margine expanso, tandem flabelliformi-ovato; lamellis tetradymis, convexis, integris, concoloribus, mox rufescentibus, utrinque acutis. 2573

*Hab.* ad cortices arborum in Cuba insula (Ramon de la Sagra) et in S. Domingo Amer. centr.

60. **Panus dichotomus** (Lév.) Fries N. Symb. p. 40. *Agaricus dichotomus* Lév. Ann. d. Sc. Nat. Oct. 1844. — Pileo carnoso-lento, dimidiato, horizontali, nudo, albo, margine undulato; stipite brevi, crasso, nudo, albo, deorsum attenuato nigricante; lamellis dichotomis, subdecurrentibus, pallidis. 2574

*Hab.* in truncis arborum, Java. — Pileus 8 cm. vel ultra latus.

61. **Panus anthocephalus** (Lév.) Fr. N. Symb. p. 40, *Agaricus anthocephalus* Lév. Ann. d. Sc. Nat. Fév. 1846, p. 115. — Pileo carnoso, coriaceo, multifido, nudo, ochroleuco; lamellis subdecurrentibus, una desinentibus, confertis, polydynamis, acutis, pallidioribus; stipite brevi, laterali, albo-tomentoso. 2575

*Hab.* ad truncos Pandani, Madagascar. — Etiam semel lectus quoque Parisiis in eadem matrice. Catervarius.

62. **Panus aureo-fulvus** Cooke in Grevillea 1885, pag. 12. — Pileo carnoso, subcoriaceo, sessili, flabelliformi, multifido, velutino, aureo-fulvo; lamellis ad basim subdiscoideam decurrentibus, confertissimis, tenuissimis, angustis, concoloribus. 2576

*Hab.* ad ligna Perak Malaccæ. — Habitus *Pani anthocephali* Fr., a quo differt pileo dense velutino.

63. **Panus maculatus** Berk. Fl. New Zeal. p. 176. — Imbricatus, amplus; pileis reniformibus, convexis, carnosis, primitus tomentosis demum glabris, rimoso-squamosis; stipitibus connatis, subobsoletis; lamellis latis, subdistantibus, integerrimis; sporis 8–9 μ. albis, hilo laterali. 2577

*Hab.* in truncis putridis in Nova Zelandia (Colenso). — Cum *Pano areolato* Berk. comparandus.

64. **Panus saccharinus** Berk. Fl. Tasm. p. 250. — Pileo reniformi, horizontali, subcarnoso; stipite brevi, furfuraceo vel obsoleto; lamellis margine glanduloso-appendiculatis. 2578

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Archer). — *Pano stiptico* affinis.

65. **Panus arsenarius** Mont. Syll. Crypt. n. 470. — Pileis imbricato-cæspitosis, carnosis, crassis, ochroleucis, spathulato-flabelliformibus, margine tenuescente laceris, basi in stipitem brevem subnullumve compressum attenuatis, supra glaberrimis (in sicco subfarinosis) radiatim lineolatis; lamellis polydymis, angustis, decurrentibus, concoloribus, acie acuta integerrimis; sporis oblongis, hyalinis, albis. 2579

*Hab.* supra radices Jatrophæ Curcas ad summam soli superficiem repentes in insula Sancti-Nicolai, Cap Vert (Bolle). — Pilei 5–9 cm. longi, 3–5 cm. lati, postice in stipitem 1–2 cm. longum, 8–10 mm. crassum, (sæpe nullum), tereti-compressum, glabrum attenuati; lamellæ 2 mm. latæ, acie acutæ et integerrimæ.

66. **Panus Stevensoni** B. et Br. Ann. N. H. n. 1796, Stev. Hym. Brit. II, p. 160. — Pileo spathulato, olivaceo-luteo; stipite sursum dilatato, convexo, aureo, hispidulo; lamellis angustis, integris; carne viridescenti-lutea. 2580

*Hab.* ad Quercus in Glamis et Penicuik Britanniæ.

67. **Panus hygrophanus** Mont. Guy. n. 328. — Horizontalis, ochroleucus; pileo coriaceo-membranaceo, initio reniformi, mox semiorbiculari-flabellato, ambitu hygrophano, sublobato stipiteque laterali vel excentrico brevi glaberrimis; lamellis distantibus, albis, fuscescentibus, dichotomis, inæqualibus, decurrentibus, marginem versus pilei attenuatis, acie integris. 2581

*Hab.* in ligno putrido, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 3–4 cm. latus, stipes 4–8 mm. long. v. subnullus.

68. **Panus Wrightii** Berk. et Curt. Cub. Fungi n. 140 in Journ. Linn. Soc. X. — Albus; pileo flabelliformi, lobato, subtomentoso, levi vel plus minus sulcato; stipite brevi vel obsoleto; lamellis latis, distantibus, decurrentibus. 2782

*Hab.* ad ligna emortua, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 6 cm. latus, plerumque levis.

69. **Panus crassiusculus** B. et Br. Ceyl. n. 423, in Journ. Linn. Soc. XIV. — Pileo reniformi, horizontali, ochroleuco, subtiliter tomentoso, crassiusculo; lamellis angustis e puncto marginali radiantibus, acie obtusis. 2583

*Hab.* in regione centrali insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 cm. longus, $2^1/_2$ cm. longus.

70. **Panus Berkeleyi** Sacc. et Cub. *Panus coriaceus* B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 421, Journ. Linn. vol. XIV. — Pileo dimidiato subreniformi, coriaceo, rufo, zonato, postice velutino, antice lineato rugoso, margine tenui crenato; lamellis ventricosis pallidis. 2584

*Hab.* in ligno emortuo in regione centrali insulæ Ceylon — Pileus $2^1/_2$–5 cm. latus. Nomen mutatum ob homonymam speciem Australianam ejusdem ill. Berkeleyi.

71. **Panus pterygodes** Fr. Nov. Symb. Mart. n. 6. — Pileo membranaceo, sessili, e cupulari reflexo, radicato, sulcato, pallido; lamellis distantibus, distinctis, latis, fulvis, acie dilutioribus. 2585

*Hab.* ad truncos in Guinea. — Forma et substantia *Anthracophyllo Nigritæ* simillimus at coloribus diversissimus, mox distinctus. — Pileus tenuissimus e sulcis subcrispus, 7 mm. tantum latus, sub lente flocculosus.

*) Pileo resupinato, sessili v. postice porrecto.

72. **Panus ringens** Fr. Syn. Lent. p. 14, El. p. 25, cum descr. Hym. Eur. p. 490, Ic. t. 176, f. 2, Weinm. Ross. p. 130, *A. rufo-marginatus* Weinm. Syll. pl. 2, pag. 93, *A. pendulinus* Wormsk. Kamtschatk. *A. arcticus* Sommerf. Lapp. p. 268, (sporæ erron.), *A. chamæformis* Schleich. (Secr. n. 1086 ad sicc.). — Resupinatus, coriaceo-membranaceus, flaccidus, vertice porrecto villoso stipitatus, primo orbicularis dein labiato-ringens, fuscescenti-rubellus, margine striato; lamellis simplicibus, carneis. 2586

*Hab.* erumpens per Betulæ peridermium in tota zona arctica; etiam in Smolandia hieme et in alpibus Helvetiæ. — Lamellæ integerrimæ.

73. **Panus violaceo-fulvus** (Batsch) Quélet p. 205, t. 14, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 490, Britz. Pan. fig. 9, *Agaricus violaceo-fulvus* Batsch f. 39, Fr. Epicr. p. 212, *A. elatinus* Pers. Myc. Eur. 3, t. 24, f. 4. — Resupinatus, tenuis, hygrophanus, e cupulari expansus re- 2587

flexusque; pileo pruinoso, basi albo-tomentoso; lamellis concurrentibus, ventricosis, reticulato-venosis, pallide violaceis.

*Hab.* ad ligna pinea. — Pileus circiter $^1/_2$ cm. latus; sporæ 8-11 ≃ 2-3. Apud præcedentes auctores lamellæ describuntur violaceo-fulvæ.

74. **Panus patellaris** Fr. Epicr. p. 400, Hym. Eur. p. 490, Ic. t. 176, f. 3. — Resupinatus, coriaceus, plano-cupularis, orbicularis, extus pallidus, furfuraceo-villosus, vertice vix porrecto adnatus, margine involuto; lamellis concurrentibus, obscure ochraceis. 2588

*Hab.* e ramis exsiccatis Fagi erumpens in Europa. — Simplex, *P. stiptico* affinis. Lamellæ ut *P. Delastrei* integerrimæ, confertæ; substantia multo firmior quam in analogis Lentinis; sporæ 8 μ. longæ.

75. **Panus Delastrei** Mont. Syll. pag. 149, Cent. I, n. 58, Fr. Epicr. p. 400, Hym. Eur. p. 491. — Resupinatus, coriaceus, urceolato-turbinatus, pubescens, vertice porrecto tomentoso stipitatus, margine inflexo coarctato; lamellis concurrentibus, fusco-purpurascentibus, acie albo-pruinosis. 2589

*Hab.* ad cortices variarum arborum vivarum e. g. Populi albæ in Gallia (Delastre), Piri ad Manzana (Treviso) Ital. borealis. — Erumpens, cæspitosus, *Cenangii* facie, colore quoque umbrino-nigricante, nec multo major.

76. **Panus operculatus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 100. — Fasciculato-erumpens; pileo cupuliformi apice affixo, rufo, furfuraceo-villoso, glabrescente; lamellis angustis, tenuibus, primum velo operculatis. 2590

*Hab.* in corticibus, truncis ramisque emortuis plerumque Alnorum in montibus Adirondack (Peck), New England Amer. bor. (Murray). — Pileus 12-14 mm. lat. Affinis *P. Delastrei*. Velum v. operculum vulgo fugacissima ita ut nonnisi ætate juvenili interdum occurrant.

77. **Panus salicinus** Peck 24 Rep. p. 77. — Pileo firmo, tenui, convexo, deflexo v. subpendulo, hygrophano, minute farinaceo-tomentoso, carneo-griseo; stipite brevissimo vel obsoleto, oblique pilei vertici affixo; lamellis latiusculis et confertis e puncto excentrico radiantibus, obscure ferrugineis. 2591

*Hab.* ad truncos emortuos Salicis discoloris, Center Amer. bor. — Gregarius; pileus 8-13 mm. latus.

78. **Panus lithophilus** Fr. Epicr. p. 400, Batt. t. 24 *B.* — Resupinatus, coriaceo-lapideus, applanatus, sessili-adnatus, extus tomento- 2592

sus, margine prominente libero; lamellis concurrentibus amethystinis.

*Hab.* ad saxum tophaceum in Italia. — Valde insignis inquirendus. Omissus in Fr. Hym. Europ.

**XEROTUS** Fr. Elench. I, p. 48, (Etym. *xeros* siccus). — Hymenophorum cum stipite contiguum, in tramam pileo coriaceo similarem descendens. Lamellæ coriaceæ, late pliciformes, dichotomæ, acie integerrima, obtusa. Fungi rigidi, persistenstes, cum Cantharellis analogi, sed tota structura diversi.

Genus tropicum, nobile. Species duæ europææ huc relatæ ulterius observandæ. *X. romanus* post Michelium vix lectus. *X. degener* Thelephoris, immo Cladoderribus affinis.

I. Pileo flocculoso tomentoso v. pulverulento.

1. **Xerotus degener** Fr. Epicr. p. 400, Monogr. II, p. 243, Hym. Eur. p. 491. — Pileo coriaceo-membranaceo, tenacissimo, plano-infundibuliformi, integro, udo striato et spadiceo-griseo, subzonato, sicco flocculoso; stipite solido, fusco, albo-velutino; lamellis paucis, decurrentibus, distantibus, simplicibus v. dichotomis, albido-griseis. 2593

*Hab.* ad terram nudam in Europa. — *Thelephoræ undulatæ* proxime affinis. Hymenium juvenile costis obtusis, adultum lamellis acie acutis insigne. Sporæ inæquales, 8-12 ≃ 4-6 (Berk.); stipes 1-2 cm. long., 2 mm. cr. Ad hunc proxime accedunt *A. degener* Schaeffer t. 243 et *A. turfosus* Sowerb. t. 210; forsan identici. Doct. Quélet hanc speciem ad *Cantharellum carbonarium* ducit; an recte?

2. **Xerotus tomentosus** Kl. in Linnæa 1833, p. 480, Fr. Epicr. p. 401. — Cervinus; pileo coriaceo-lento, plano, dein infundibuliformi, tomentoso; stipite solido velutino; lamellis decurrentibus, crassis, angustis, dichotomis. 2594

*Hab.* in truncis.... loco ignoto (Lehmann). — Pileus 3-4 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 6-8 mm. cr.

3. **Xerotus cantharelloides** Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 47, Dec. n. 327. — Pileo subinfundibuliformi, fuligineo, subtiliter fasciculato-tomentoso, margine involuto; stipite gracili, obscuro, glabriusculo; lamellis ochraceis, dichotomis, angustissimis, obtusiusculis, decurrentibus; sporis ovoideis, hyalinis. 2595

*Hab.* in ligno putri Jillapahar Indiæ or. — Pileus 3,5-4 cm.

lat.; stipes 6-7 cm. long., 4 mm. cr. *Cantharellum aurantiacum* in mentem revocat.

4. **Xerotus griseus** Berk. Dec. of Fung. n. 168. — Fisso-infundibuliformis; lobis spathulatis griseis stipiteque spurio flocculosis; margine repando; plicis decurrentibus albis. 2596

*Hab.* in ligno vetusto Hautane Range Ceylon Indiæ or. — Pileus 12 mm. lat., 18 mm. long. (cum stipite). — Proximus *X. partito.*

5. **Xerotus indicus** Jungh. Crypt. Jav. p. 81. — Pileo tenui, subzonato, explanato, medio umbilicato stipiteque tomentosis badio-ferrugineis; lamellis angustis crassiusculis, pliciformibus, subdistantibus. 2597

*Hab.* ad truncos in silvis montis Galoengoeng ins. Javæ. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 1,5-2,5 cm. long., 3-4 mm. cr. A *X. tomentoso* differe videtur pileo stipiteque tenuioribus mollioribus.

6. **Xerotus? dasypus** Ces. Myc. Born. p. 4. — Pileo centrali, vix $2^1/_2$ cm. diam. attingente, integro, centro depresso, setuloso; hymenio flabellatim ramose venoso, venarum acie integra obtusa; stipite ultra $2^1/_2$ cm. longo, tenui, setuloso, setis in costulas longitudinales confluendo Carduacearum pedunculos alatos fingentibus. Totus concolor e gilvo lutescens. 2598

*Hab.* circa Sarawak Bornei (O. Beccari). — Singulum specimen, pusillum, carie consumtum, analysi subjicere nefas fuisset; neque licebat fungillum perbelle distinctum præterire. Num *Cantharelli* sp. potius dicendus?

7. **Xerotus tener** B. et Br. Ceyl. n. 426, in Journ. Linn. Soc. vol. XIV. — Pileo reniformi, tenui, membranaceo, umbrino, pulverulento; stipite brevissimo; lamellis concoloribus, angustissimis, interstitiis levibus. 2599

*Hab.* in ligno emortuo in regione meridionali insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter 12 mm. latus.

8. **Xerotus Perrottetii** Mont. Fl. Chil. VII, p. 353, in observ. Syll. Crypt. p. 472. — Pileo sessili, semiorbiculari, supra lateritio, tenuissime granulato exstrio; lamellis angustissimis, nigro-fuliginosis, ambitu haud anastomosantibus. 2600

*Hab.* ad ramulos circa Ootacamund in montibus nilgheriensibus (Perrottet).

9. **Xerotus proximus** Berk. et Br. F. Brisb. II, p. 56, t. X, f. 11-13. — Albus; pileo suborbiculari, subtiliter pulverulento; stipite laterali v. subventrali; lamellis decurrentibus, interstitiis venosis. 2601

*Hab.* pr. Brisbane Australiæ (Bailey). — Pileus 1,2-3,5 cm. lat,, 1,3-1,8 cm. long.; stipes 12-13 mm. longus. Fungus albus, dein flavido-fuscus.

II. Pileo glabro (v. indumento non indicato), levi v. striato.

10. **Xerotus romanus** Ed. I. p. 401, *Merulius torulosus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 13, Michel. t, 79, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 491. — Glaber; pileo coriaceo-membranaceo, explanato, umbilicato, levi, fuscescente, margine lobato; stipite rigido, fistuloso, nigro; lamellis crassis, crispis, rufescentibus. 2602

*Hab.* ad terram in Italia media (Micheli). — Vulgo cæspitosus, stipite brevi, tenui; pileus ex icone tripartitus.

11. **Xerotus afer** Fr. Afz. Fung. t. XI, f. 24, Elench. p. 48, Epicr. p. 401. — Spadiceus, glaber; pileo plano-infundibuliformi, tenui, radiato-sulcato; lamellis confertis, latis, dichotomis, crassis, decurrentibus; stipite solido, æquali, velutino. 2603

*Hab.* in Sierra Leona Guineæ (Afzelius). — Stipes firmus, glaber, aliquot cm. longus, 6 mm. crass.; pileus orbicularis, nec repandus, coriaceo-membranaceus, glaberrimus, fusco-pallens, 7-10 cm. circiter latus, secundum plicarum directionem interrupte sulcatus; lamellæ coriaceæ, 2 mm. latæ, vix decurrentes, spadiceo-nigricantes, repetito-dichotomæ, basi neutiquam anastomosantes.

12. **Xerotus pulcher** (Lév.) Fr. N. Symb. p. 40, *Cantharellus pulcher* Lév. Champ. exot. p. 179. — Pileo membranaceo-coriaceo, infundibuliformi, glaberrimo, fuscescente, subpellucido, plicis linearibus, inæqualibus, distantibus, decurrentibus dilutioribus; stipite nudo, cylindrico, tenaci. 2604

*Hab.* in insula Mauritii. — *X. afro* affinis, at lamellis angustis pliciformibus pallidioribus et pileo minori conspicue differt.

13. **Xerotus caribæus** Fr. Epicr. p. 401, Plum. Fil. t. 167, f. C. C. — Glaber, albus; pileo coriaceo-membranaceo, infundibuliformi, radiato sulcato, in ambitu reflexo, margine crenulato; stipite farcto attenuato; lamellis distantibus, strictis, subsimplicibus? integris. 2605

*Hab.* in insulis Caribæis et Brasilia. — Statura *X. rawakensis,* sed cl. Fries specimina nonnisi fragmentitia vidit.

14. **Xerotus papuasius** Kalchb. Grev. VIII, p. 154, t. 144, f. 20. — Subcæspitosus, glaber, alutaceo-ochraceus; pileo membranaceo-coriaceo, convexo, vertice profunde depresso, margine deflexo, radiatim sulcato; stipite e farcto fistuloso, deorsum leviter incrassato, 2606

albo-pulverulento; lamellis adnato-decurrentibus, strictis, vix ramosis integris.

*Hab.* in corticibus, Richmond River N. S. Wales Australiæ (M. Hodgkinson). — Pileus 1,2-2,5 cm. lat.; stipes 2,5-5 cm. long., 2-4 mm. cr. Affinis *K. rawakensi* et *caribæo*.

15. **Xerotus rawakensis** Pers. in Freyc. Voy. et in Fr. Epicr. p. 401. 2607
— Glaber, cinnamomeus; pileo coriaceo-membranaceo, plano-infundibuliformi, margine sulcato; stipite solido, brevi, æquali; lamellis distantibus, ad latera plicatis, connexis.

*Hab.* in insula Rawak et in Queenslandia Australiæ. — Variat excentricus.

16. **Xerotus lobatus** Berk. in Hook. Journ. 1854, p. 133, Dec. n. 408. 2608
— Brunneus; pileo reniformi, tenui, lobato, pallescente; stipite laterali, brevissimo, albido-tomentoso v. obsoleto; lamellis distantibus, interstitiis levibus, subrugosisque; lamellulis subradiantibus.

*Hab.* in ligno emortuo, in montibus Khasia Indiæ or. (Hook.). — Pileus 2,5-3 cm. lat., 1,2-1,8 cm. long.; lamellæ *Omphaliæ radiatilis* analogæ.

17. **Xerotus albidus** Berk. et Br. F. Brisb. II, p. 56, t. X, f. 14-15. 2609
— Albidus; pileo reniformi, glabro, subhygrophano, ipso margine striato; stipite laterali, glabro v. subvelutino; lamellis paucis, attingentibus interstitiis levibus.

*Hab.* pr. Brisbane Australiæ (Bailey). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat., 1,3-1,8 cm. long.; stipes 6-7 mm. long. Fungus siccus fulvus.

18. **Xerotus discolor** Mont. Fl. Chil. VII, p. 353, Syll. Crypt. n. 473, 2610
t. 7, f. 3. — Conchiformis; pileo fulvo, semiorbiculato, convexo, ruguloso; margine demisso, sinuato, crenato, vix striatulo; lamellis inæqualibus, e puncto radiantibus, ventricosis, flexuosis, umbrino-fuscis.

*Hab.* in provinciis meridionalibus Chiles (Gay).

19. **Xerotus Berterii** Mont. Fl. J. Fern., n. 11, et Fl. Chil., VII, p. 2611
353, Fr. Epicr. p. 402. — Gregarius; pileo sessili, coriaceo-membranaceo, glabro, reniformi, striato, ferrugineo; lamellis latis repetito-dichotomis, violaceis, cinereo-pruinosis, antice venoso-connexis.

*Hab.* ad ramos dejectos in Juan Fernandez, et in ligno emortuo Habgalla (Bertero). — Sapor amarus. Lamellæ cum *X. afri* valde analogæ.

20. **Xerotus conicus** Sp. Fungi Arg. Pug. III, p. 6. — Gregarius v. 2612
cæspitosus; pileo longiuscule conico, crasso, carnoso-sublignoso deorsum in stipite abruptem contracto, sursum truncato-explanato,

orbiculari v. reniformi, centro umbilicato-depresso; colore superne atro-fusco v. olivaceo, in parte hymeniifera melleo-fulvo; lamellis distantibus crassis, acie repando-obtusis, subpliciformibus, basi sepius binis connatis v. sursum furcatis, rarius simplicibus, fulvo-melleis; stipite perbrevi subobliquo v. lateraliter incurvo, cylindrico sæpe ramoso v. 2-3 connatis, raro simplici, atro, scrupuloso, a pileo constrictione sæpius diviso; carne pilei in hymenophoro ac stipite continua, alba, compactissima, coriacea.

*Hab.* in trunco cavo vetusto Salicis Humboldtianæ en Barracas del Sur, Argentinæ Amer. merid. (J. Cisneros). — Totus fungus 1,5-2 cm. alt.; pileus 1-1,5 cm. long., 1 cm. crass. v. lat.; stipes 5-8 mm. long., 3-4 mm. crass. Species distinctissima et pulchella sed tantum exemplaribus exsiccatis inventa, idcirco ulterius inquirenda.

21. **Xerotus lateritius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 303. — Pileo suborbiculari, vertice affixo, sulcato, lateritio; lamellis distantibus, latiusculis, integris, nigris. 2613

*Hab.* ad cortices emortuos Cubæ Amer. centr. (C. Wright), Florida Amer. fœder. et in Chile Amer. merid., in ligno emortuo Peradenya Ceylon (Thwaites). — Homonyma et, ut videtur, eadem species sic describitur in B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 35: pileo sessili, reniformi, convexo, lateritio, 6-7 mm. lat., margine involuto; lamellis paucis, atro-fuscis. Ad ligna Santee Canal Carolinæ (Ravenel). An *Anthracophyllum?*

22. **Xerotus viticola** B. et C. North Am. Fungi n. 105, *X. lateritius* Rav. Fasc. IV, n. 3. — Pileo tenui, nigro, ramoso-sulcato, scabro; margine pallidiore; lamellis latiusculis. 2614

*Hab.* in Carol. inf. (Curtis). — Pileus 18 mm. latus.

23. **Xerotus Caffrorum** Kalch. et M. Ow. in Grev. IX, p. 136. — Pileo membranaceo-coriaceo, integro, convexo, late umbilicato, radiatim rugoso, glabro, alutaceo; stipite farcto, subæquali, concolore; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, crassis, obtusis, ramosis, immixtis paucis brevioribus, pallidis. 2615

*Hab.* in densis silvis, sub fruticibus mont. Boschberg Afr. austr. et P. Natal (Mac Owan). — Pileus 2-4 cm. latus.; stipes 4-9 cm. longus, 2-5 mm. crassus. Solitarius et subcæspitosus.

24. **Xerotus papyraceus** Berk. Fl. Tasm. pag. 250, tab. CLXXXII, fig. 2. — Papyraceus; pileo pallido, striato v. levi, tenui, margine demum expanso; lamellis simplicibus fuscis, v. pallidis. 2616

*Hab.* in ligno putri in Tasmania (Hooker, Archer).

25. **Xerotus Archeri** Berk. Fl. Tasm. p. 250, tab. CLXXXII, fig. 1. 2617
— Pileo reniformi, minutissime ruguloso, sulcato, rufo; stipite brevissimo, margine deflexo; lamellis umbrino-brunneis, inæqualibus, simplicibus, latiusculis, distantibus, paucis, interstitiis levibus.
*Hab.* in ramis emortuis in Tasmania (Archer), Victoria et Chili.
— *X. discolori* affinis.

26. **Xerotus pusillus** B. et C. N. Pac. exp. n. 89. — Minutus; pileo 2618
reniformi, conchato, brunneo, sulcato-striato; lamellis paucis alutaceis, interstitiis levibus.
*Hab.* ad folia emortua Filicum, Hong-Kong in Sina.

27. **Xerotus fragilis** B. et C. N. Pac. n. 88. — Pileo reniformi, te- 2619
nui, e lateritio luteo-fusco, striato; lamellis venoso-connexis, intermediis pluribus.
*Hab.* ad ligna putrida in insulis Bonin.

28. **Xerotus fuliginosus** B. et C. N. Pac. exp. n. 87. — Pileo reni- 2620
formi, tenui, sursum e lateritio brunneo, rugusiusculo, parce striato; lamellis angustis antice ramosis vel anastomosantibus.
*Hab.* ad ramos emortuos, Hong-Kong in Sina.

29. **Xerotus partitus** Berk. Lond. Journ. I, p. 453, t. 15, (*Cantha-* 2621
*rellus*), Fr. Nov. Symb. p. 41. — Ochraceus, coriaceo-membranaceus; pileo infundibuliformi, demum profunde partito, glabro, margine subincurvo, plicis radiantibus venosis, distantibus decurrentibus, intermixtis paucis brevioribus acie integra; stipite brevi pulverulento.
*Hab.* in ligno in insula New Ireland Oceani Pacifici. — Pileus 1,8–2 cm. latus.

**TROGIA** Fr. Epicr. p. 402. (Etym. a cl. Trog mycologo helvetico). — Lamellæ pliciformes, acie longitudinaliter canaliculatæ (in subg. *Plicatura* modo crispæ); reliqua *Xeroti*. — Fungi molles, flaccidi, sed aridi et persistentes, contexta fibrilloso.

Genus potissimum regionum calidiorum tam a *Cantharellis*, quam a *Meruliis* omnino diversum.

I. *Eu-Trogia*: lamellæ acie canaliculatæ.

1. **Trogia Belangeri** (Mont.) Fr. Epicr. p. 402, *Agaricus* (Crepidotus) 2622
*Belangeri* Mont. in Bél. Voy. p. 145, t. 14, f. 4, et Syll. Crypt. p. 121. — Pileo subsessili coriaceo, reniformi, ferrugineo-fusco, basi verrucoso; lamellis confertis, subfurcatis, fuscis, pruinosis.
*Hab.* ad truncos Mannentoday in Gatibus occident. Indiæ. —

*Xer. Berterii* similis, sed pileus convexus, margine tantum striatus; lamellæ confertiores, acie non obtusa tantum, sed canaliculata simul, ut ad hoc genus sit referenda, monente ipso Montagne in schedul. Sporæ, teste Mont. l. c., fusco-ferrugineæ, an ergo vera *Trogia?*

2. **Trogia Königii** Fr. Epicr. p. 402. — Pileo sessili membranaceo-lento, obovato, levi, glabro, fuscescente; lamellis pliciformibus, subconfertis, inæqualibus, furcatisque, pallidis, nudis. 2623

*Hab.* in India orientali (König). — Ill. Fries unicum tantum vidit specimen, unguis minoris forma et magnitudine, exsiccatione forsan fuscescens, pileo planiusculo exstrio.

3. **Trogia Montagnei** Fries Epicr. I, p. 402, *Cantharellus Haplorutis* Mont. in Bél. Voy. Ind. orient., Crypt. p. 149, t. 14, f. 3. — Pileo submembranaceo, infundibuliformi, furfuraceo demum nudo, margine sinuoso, undulato; lamellis angustissimis, subpliciformibus distantibus, simplicibus, rectis, acie canaliculatis, cum stipite curto farcto luteo-armeniacis. 2624

*Hab.* ad ramos dejectos in silvis pæninsulæ indicæ in montibus Tritchinopoly, Martio (Bélanger).

4. **Trogia infundibuliformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 45. — Fusca; pileo infundibuliformi, subtiliter striato, margine acute crenato; stipite brevi, basi piloso, e strato orbiculari oriundo; venis decurrentibus, interstitiis levibus. 2625

*Hab.* ad lignum emortuum, ramulos in regione meridionali insulæ Ceylon (Thwaites) — Pileus $2^1/_2$–4 cm. latus, margine laciniato; stipes 12–25 mm. longus, 2–3 mm. crassus. Videtur vera *Trogia,* ad *Cantharellos* accedens.

5. **Trogia bicolor** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 46. — Pileo ex infundibuliformi flabellato, umbrino; stipite concolori e basi polita oriundo; hymenio pallido, venis decurrentibus. 2626

*Hab.* in ligno emortuo in regione meridionali insulæ Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. vel ultra latus, haud striatus; stipes 8 mm. longus, $1^1/_2$ mm. crassus, striatus, basi subtiliter fimbriatus; venæ distincte bifidæ.

II. *Plicatura* Peck : lamellæ acie non canaliculatæ.

6. **Trogia crispa** (Pers.) Fr. Monogr. II, p. 244, Hym. Eur. p. 492, Britz. Augsb. Hym. cum ic. Gill. C. F. cum ic. *Merulius crispus* Pers. Ic. et descr. t. 8, f. 7, *Mer. fagineus* Schrad. Spic. p. 137, *Cantharellus crispus* Fr. Syst. Myc. I, p. 323, Elench. p. 55, c. syn. 2627

Fl. Dan. t. 1759, Weinm. Ross. p. 290 et Auctt. recent. — Tenax, cupulari-reflexa, lobata, villosa, flavo-rufescens; lamellis pliciformibus, dichotomis, crispis, albidis cæsiisve; sporis elongatis, vel cylindraceis, sæpius leniter curvulis, circiter 4 ≃ 1, in sterigmatibus ramosis acrogenis.

*Hab.* ad ramulos Betulæ, Fagi, Sorbi, Coryli et Alni incanæ in Europa et Amer. fœder. Teste Britz. sporæ 6-7 ≃ 2.. Pileus 1-2½ cm. latus, etiam albidus.

7. **Trogia Alni** Peck, 29 Rep. p. 66, *Plicatura Alni* Peck 24 Rep. of the Bot. p. 76. — Pileo tenui, coriaceo, resupinato-reflexo, sæpe imbricato, sericeo-tomentello, brunneo-badio, margine sterili; plicis angustis, inæqualibus, interruptis, undulatis v. crispis, angulosis, albis, acie obtusis. 2628

*Hab.* in truncis Alni Indian Lake et Center Amer. bor. — Pileus 16-24 mm. lat. *Trogiæ crispæ* affinis.

**LENZITES** Fr. Epicr. p. 403 (Etym. a cl. H. O. Lenz mycologo germanico), *Agarici* spec. Linn. *Dædaleæ* Fr. Syst. Myc. — Pileus suberosus coriaceusve, contextu arido floccoso. Lamellæ coriaceæ, firmæ, nunc simplices inæquales, nunc postice poroso-anastomosantes, trama pileo similari floccosa, acie subacuta. — Species europææ dimidiatæ, sessiles, persistentes, lignatiles, tota facie Dædalearum.

Dædaleis longe magis affine genus, quam præcedentibus sed hymenium manifeste agaricinum nec labyrinthiforme. Quum exstent formæ inter Agaricinos et Polyporeos mediæ, in utroque ordine necesse est ad eorum typum in distinguendo attendere. In Polyporeis hymenium primitus porosum (etiam in *Dædalea quercina*), dein tantum dissepimentis laceratis lamellatum fit v. potius labyrinthiforme; hinc ad marginem pilei adulti, ut in Dædaleis, Cyclomycete etc., porosum observatur. In Agaricinis hymenium radians lamellosum, dein costis tantum transversalibus junctum, non labyrinthiforme et postice tantum in poros anastomosans, ut in Agaricis Pleurotis, Paxillis et plerisque generibus lentis. — E contextu vero et substantia *Lenzites* est genus Polyporeum, ut *Favolus* Agaricinum inter Polyporeos. Fr.

I. Tomentosæ v. pubescentes.

1. **Lenzites albida** Fr. Epicr. p. 405, S. M. I, p. 338, Hym. Eur. p. 493, Ic. t. 177, f. 1, El. p. 68, Secr. p. 489 (nisi potius ad seqq.). — Pileo suberoso-coriaceo, molli, plano, azono, lacteo, tomento tenui, adpresso, sericeo-levigato; lamellis tenuibus, dichotomis, anastomosantibus, integerrimis, concoloribus. 2629

*Hab.* ad truncos, præcipue Fraxini, in Europa. — Effuso-reflexa (effusa porosa), sæpe imbricata, tota lactea. Eximia, rara.

2. **Lenzites betulina** (L.) Fr. Epicr. p. 405, Hym. Eur. p. 493, Britz. 2630
Lenz. f. 1, Berk. Outl. p. 228, t. 15, fig. 3. *Agaricus betulinus* Linn. Suec. n. 1214, Fl. Dan. t. 1555, *Dædalea betulina* Fr. Syst. Myc. I, p. 335, Sommerf. Lapp. p. 270, Weinm. Ross. p. 341. *B.* lamellis obscurioribus, Sowerb. t. 182, Secret. n. 6. — Pileo suberoso-coriaceo, firmo, obsolete zonato, tomentoso, pallescenti, margine concolore; lamellis rectis, subramosis, anastomosantibus, sordide albis.

*Hab.* ad truncos, præcipue Betulæ, sed in variis truncis sub variis formis dispersa, in Europa pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ, Cincinnati Amer. fœder., Rockhampton in Queensland Australiæ (Thozet). — Pileus 3–10 cm. latus, 2–5 cm. altus. Speciosa forma est Schaeff. t. 57. Lamellæ primo crassiores, subporosæ, sordidæ, dein tenuiores acie acuta.

3. **Lenzites flaccida** (Bull.) Fr. Epicr. p. 406, Hym. Eur. p. 493, 2631
Gill. C. F. cum icone, Berk. Outl. p. 228, Quél. p. 207. *Agaricus flaccidus* Bull. t. 394 (figuræ omnes), Bolt. t. 158 (senio squalida, resupinata). — Pileo coriaceo, tenui, flaccido, inæquali, hirto, zonato, pallescenti, margine concolore; lamellis latis, confertis, rectis, inæqualibus ramosisque, ex albo pallescentibus.

*Hab.* ad truncos Fagi etc. in Europa. — Primo alba, dein pallens. Pileus 3–5 cm. latus, tenuis, vix ultra 2 mm. crassus, unicolor; lamellæ vix anastomosantes, sed sæpe interruptæ, obfurcatæ, primo candidæ.

4. **Lenzites variegata** Fr. Epicr. p. 406, Hym. Eur. p. 493, Kickx 2632
p. 214, *A. versicolor* Plan. Fung. Erf. p. 4 potissimum hæc, Bull. t. 537, f. 1, K. L. — Pileo coriaceo, rigido, plano, velutino, zonis discoloribus fasciato, margine albicante; lamellis latis, crassiusculis, inæqualibus anastomosantibusque, albis, acie demum acuta laceris.

*Hab.* ad truncos Fagi, Populi, Pruni Padi etc. in Europa pr. Minussinsk Sibiriæ asiaticæ. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, Habitus exacte *Polypori versicoloris* ob fascias fuscas, griseas etc., immixtis etiam glabratis, hanc speciem mox distinguit.

5. **Lenzites trabea** (Pers.) Fr. Epicr. p. 406, Hym. Eur. p. 494, Cor- 2633
da Ic. V, f. 89, *Agaricus trabeus* Pers. Syn. p. XXIX, Fr. S. M. I, p. 335, Bull. t. 442, f. *A. C.* — Pileo coriaceo, applanato, ruguloso, tomento tenuissimo adpresso glabrescente, fuscescente; la-

mellis strictis, simplicibus dichotomisque, passim anastomosantibus, integerrimis, carneo-rutilis.

*Hab.* ad trabes et truncos Quercus, raro in Europa. — Habitus *Dædal. quercinæ*, sed pileo tenui, marginem versus obsolete zonato et hymenio vere diversa videtur. Ex Secr. l. c. p. 495 fulvella, qualis quoque legitur, sed Bolt. t. 158 citata nullo modo h. l. est.

6. **Lenzites cinnamomea** Fr. Vet. Ak. förh. 1851, Monogr. II, p. 247, Hym. Eur. p. 494, Icon. t. 177, f. 2. — Pileo coriaceo, firmo, applanato, villoso, concentrice sulcato, extus intusque cinnamomeo; lamellis subdistantibus, strictis, inæqualibus, subsimplicibus, angustis, integerrimis, concoloribus. 2634

*Hab.* ad truncos quercinos raro in Europa. — Statura *L. betulinæ*. — ***L. crocata** Sacc. Mich. I, p. 539 et II, p. 529 (*Cobelliana*). A typo differt trama amœne crocea, lamellis flavidis, margine inæquali pallidiore; pileo strigoso-velutino, sulcato, fusco-tabacino. In lignis (acerosis?) Possagno, Treviso (Art. Rossi), Rovereto (Cobelli).

7. **Lenzites tricolor** (Bull.) Fr. Epicr. p. 406, Hym. Eur. p. 494, Quél. p. 345, Kalchbr. in litt. ex quo *Lenzites angustata* et *Dædalea Cerasi* Schulz., *Agaricus tricolor* Bull. t. 541, f. 2. — Pileo subeoroso-coriaceo, plano, basi gibbo, subtomentoso-scabro, zonato radiatimque rugoso; lamellis tenuibus, distantibus, dichotomis, postice anastomosantibus, e citrino umbrinis. 2635

*Hab.* ad truncos Cerasi in Europa australi et in Carol. inf. Amer. bor. (Curtis), Santee River (Ravenel). — *L. angustata* lecta ad ramos Quercus; pilei color ex ætate variabilis, pallide citrinus, demum obscuratus.

8. **Lenzites sepiaria** Fr. Epicr. p. 407, Hym. Eur. pag. 494, Berk. Outl. p. 228, *Dædalea sæpiaria* Fr. S. M. I, p. 333, Weinm. Ross. pag. 342, Schaeff. t. 76, *Ag. boletiformis* Sowerb. t. 418, Buxb. C. V, t. 6, Vaill, t. 1, f. 1-3 (var. resupinata). — Pileo coriaceo, duro, zonato, strigoso-tomentoso, scruposo, spadiceo, margine lamellisque crassinsculis, ramosis, anastomosantibus, lutescentibus. 2636

*Hab.* ad ligna pinea, communis in Europa, pr. Minussinsk in Sibiria et in Amer. fœder. — Pileus 5-8 cm. latus. Junior totus (etiam carne) fulvus, exoletus fuscus. Hymenium admodum mutatur, subinde omnino Polypori. Cfr. Fr. Elench. p. 66, (Spec. majora Moug. exs. n. 491, h. l. videntur).

9. **Lenzites rhabarbarina** B. et C. Cent. Am. Fungi n. 36 et N. Am. Fungi n. 107. — Pileo reniformi, zonato, sessili, spongioso, rugoso, e velutino subglabrato, rhabarbarino, fasciis rubris demum picto, margine acutiusculo; lamellis subramosis, rhabarbarinis, acie laceratis. 2637

*Hab.* in truncis pineis Carol. inf. (Curtis). — Pileus 3-4 cm. latus, 18 mm. longus. Affinis *L. sepiariæ, cinnamomeæ* et *subferrugineæ.*

10. **Lenzites abietina** (Bull.) Fr. Epicr. p. 407, Hym. Eur. p. 495, Britz. Lenz. f. 3, Berk. Outl. p. 229, Kickx pag. 215, *Agaricus abietinus* Bull. t. 442, f. 2, 541, f. 1, Secr. II, pag. 493, n. 15, Ventur. t. 60, f. 3-5, *Ag. senescens* Willd. Ber. p. 376. — Pileo coriaceo, tenui, effuso-reflexo, umbrino-tomentoso, dein glabrescente, cano; lamellis decurrentibus, simplicibus, inæqualibus, pruinoso-glaucescentibus. 2638

*Hab.* ad ligna abietina, in Europa, Amer. fœder. et Adelaide Australiæ. — Mollior, magis in longitudinem protracta; pileus 4-15 cm. latus, 2-4 cm. longus. Variat lamellis dentatis v. laceris, sed vix porosis.

11. **Lenzites Pinastri** Kalchbr. in litt. et in Fr. Hym. Eur. p. 495. — Pileo suberoso-coriaceo, rigido, convexo, tomentoso, obsolete zonato, disco canescente, margine zona lata saturate ferrugiñea cincto; lamellis crebre anastomosantibus, ligneo-pallidis. 2639

*Hab*, ad truncos cariosos Pinuum in Hungaria. — Habitus *L. betulinæ*, sed lamellæ frequenter anastomosantes, ut facile pro Polyporo sumatur. Intus alba.

12. **Lenzites japonica** B. et C. N. Pac. exp. n. 90. — Pileo dimidiato, lobato, albido, zonato, scabroso-hirsuto, postice rugoso; lamellis tenuibus, dentatis, margine poriformibus; contextu niveo. 2640

*Hab.* in ligno emortuo in Japonia. — Affinis *L. betulinæ.*

13. **Lenzites vialis** Peck 26 Rep. p. 67. — Pileo coriaceo, sessili, dimidiato vel elongato, plerumque confluenti, obscure zonato, subtomentoso, brunneo vel griseo brunneo, margine cinereo; lamellis tenuibus, pluries anastomosantibus, pallidis, acie in fungi inventute cinereo-pruinosis. 2641

*Hab.* in lignis fabrefactis (*railroad ties*), North Greenbush et Center Amer. bor. — Non ita nitida neque distincte zonata ut *L. sepiaria;* lamellæ confertiores, tenuiores crebriusque anastomosantes, antice poros efformantes fere ut in Polyporis.

14. **Lenzites protracta** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 45. — Effuso-re- 2642

flexa, seriato-protracta, pileo coriaceo-molli, angusto, cano-villoso, fusco-zonato; lamellis latis, simplicibus, nudis, umbrinis, alternis dimidiatis.

*Hab.* in lignis putridis in Mexico. — Minima generis species, forma et fere coloribus *L. abietinæ* (aut potius *Polyp. venusti* Berk.) in series lineares elongatas protracta, sed vix 12–14 mm. lata. Tam hac forma, quam substantia molliori, sicca subfragili, a *L. umbrina* et *L. acuta* Berk. distincta.

15. **Lenzites guineensis** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 44. — Pileo sessili, coriaceo, plano, semicirculari, concentrice sulcato, tomentoso (fulvo), olivaceo-fuscescente; lamellis rectis simplicibus, alternis dimidiatis, acie acutis, cinereo-fuscis. 2643

*Hab.* ad truncos vetustos Guineæ. — Statura et contextu *L. betulinam* refert at facile distincta pileo tenuiori (3–4 cm. lato) et applanato, lamellis omnibus simplicibus dimidiatisque, omniumque partium colore. Non igitur dubitamus esse *L. Junghuhnii* Lév. l. c. p. 180, quam cel. Junghuhn ipse pro *L. betulina guinensi* habuit, quæ lamellis acie subvelutinis modo recedit.

16. **Lenzites Queletii** Schulz. in Hedw. 1885, p. 142. — Pileo plerumque reniformi, 3,5-11 cm. lato, suberoso-coriaceo, bibulo, tempore sereno dilute ochraceo, jove pluvio saturatius usque vitellino, crebre zonato; lamellis crassis, interruptis, anastomosantibus, subconfertis, 4–11 mm. latis, ex albido acie alutaceis, ad latera dilutioribus, postice poriformibus; carne aut tota subtenui, aut postice usque 9 mm. crassa, albida, tandem dilutissime lutescente; sporis albis, plerumque ellipsoideo-cylindraceis, 13–18 ≃ 6–8, sæpe 2 guttulatis. 2644

*Hab.* gregatim aut imbricatim ad truncos quercinos, fagineos et carpineos in Slavonia. — Var. **populina** Schulz. in Hedw. 1885, p. 142 recedit pileo sæpe basi fere stipitiformi producto, 2,7–8, cm. lato, tomentoso, amœne fuscescente-griseo aut ochraceo, quandoque valde dilute colorato, lamellis interdum griseis, 7–10 mm. latis, acie subserratis, carne semper tenui. Ad ramos dejectos *Populi albæ*, rarius ad truncos et ramos Carpini Betulæ et Quercus in Slavonia. — Var. **crassior** Schulz. in Hedw. 1885, p. 142 recedit pileo postice verrucoso-scabro et plerumque nigro-griseo, ceterum hispido-tomentoso, usque 14 cm. lato lamellis præsertim antice, confertis, luteolo-albidis, acie concoloribus, subcollariatis; carne omnino crassiore, postice 1,2–1,7 cm.; sporis cylindraceis, 4 ≃ 1. In silva Crni gaj ad truncos vetustos Carpini Betuli in Slavonia.

17. **Lenzites Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 142, *L. tricolor* Kalchbr. Hung. t. XXX, f. 4. nec Bull. — Pileo semiorbiculari, 2,7-67 cm. lato, postice toto adnato, gibboso, subtomentoso, multizonato, interrupte radiatim notato, gibbo squamoso-scabroso, bibulo, ergo pro tempore dilute aut saturate umbrino usque fulvo; lamellis acie concoloribus, in juventute albo-pruinatis, ad latera multum dilutioribus, postice 2-5 mm. latis, antice acuminatis, passim interruptis, non confertis, ad basim nec labyrinthiformibus; carne suberosa, fusca, postice juxta gibbum 8 mm. et ultra crassa, marginem acutum versus attenuata. 2645

*Hab.* ad ramos emortuos quercinos, socialiter, in Hungaria et Slavonia.

18. **Lenzites ciliata** Lév. Champ. exot. p. 181. — Pileo coriaceo, semi-orbiculari zonato, postice, glabrato, margine strigoso, hirto, fuligineo; lamellis rigidis, confertis, inæqualibus, acie dentatis, concoloribus; stipite tuberculiformi, infero adnatis. 2646

*Hab.* ad truncos (loco ignoto sed extero).

19. **Lenzites Junghuhnii** Lév. Champ. exot. p. 180. — Pileo coriaceo semi-orbiculari, convexo, dense fulvo-velutino zonato, margine patente; lamellis inæqualibus, cervinis, acie integris, subvelutinis. 2647

*Hab.* ad truncos Java. — Pileus 2-4 cm. latus. *Lenz. striatæ* affinis.

20. **Lenzites murina** Lév. Champ. exot. p. 180. — Pileo coriaceo, reniformi, postice depresso, dense tomentoso, zonato, cinereo; lamellis inæqualibus, tenuibus, albo-lutescentibus, stipiti tuberculiformi adnatis, decurrentibus. 2648

*Hab.* ad truncos Sumatra (Korthals). — Pileus 6-8 cm. latus. *Lenz. betulinæ* affinis.

21. **Lenzites mexicana** Mont. Cent. IV, n. 78, Syll. Crypt. n. 474. — Pileo coriaceo, obsolete integro, supra umbrino-cinerescente umbilicato, tomento striguloso in zonas concentricas scruposas sulcis depressis sejunctas contexto vestito, margine demisso, acuto; stipite verticali, crasso, brevi, subexcentrico; lamellis radiantibus, dichotomis, anastomosantibus, umbrino-fuscescentibus, acie acutis, lacero-dentatis, ad marginem usque productis. 2649

*Hab.* ad ligna in provincia Oaxaca regni mexicani (Andrieu).

22. **Lenzites proxima** Berk. North Am. Fungi n 1004. — Pileo tenui, applanato, subtiliter tomentello, umbrino; contextu molli concolore; hymenio pallido; poris elongatis radiantibus. 2650

*Hab.* ad New York (SARTWELL). — Dimensiones ut in *L. Cookei* ad quam forte referenda, teste Peck.

23. **Lenzites Berkeleyi** Lév. Champ. du Muséum in Ann. Sc. Nat. 1846, V. p. 122, *Dædalea betulina* var. *velutina* Berk. Ann. Nat. Hist. III, p. 181 — Pileo coriaceo, flexili, subreniformi, sessili, hirsuto, fulvo, zonis confertis prominentibus, tomentosis notato; lamellis latissimis, distantibus, acie integris, ochroleucis. 2651

*Hab.* ad truncos New York, Amer. bor. (BEAUMONT), Alabama et Carolina sup. (CURTIS), Brisbane River Queensland (A. THOZET). — Pileus 4-8 cm. latus.

24. **Lenzites subferruginea** Berk. in Hook. Journ. 1854, p. 134. Dec. of Fungi n. 411. — Pileo flabelliformi, tenui, rigido, sessili, ferrugineo, gilvo, adpresse subtomentoso, antice zonato, intus rhabarbarino; lamellis furcatis, sublignosis concoloribus, latiusculis, rigidis. 2652

*Hab.* ad truncos emortuos Khasia et Himalaya Indiæ or. — Habitus *Lenz. striatæ* et *L. sepiariæ*. — Pileus 5 cm. et ultra latus, 4 cm. circ. longus.

25. **Lenzites striata** Swartz Fl. Ind. occ. p. 19, 20 (sub *Agarico*); Fr. Epic. p. 406; Berk. in Hook. Journ. (1856) 143. — Pileo coriaceo-molli, pubescente, obsolete zonato, ferrugineo; lamellis tenuibus, rectis, subanastomosantibus, cinereis, acie acutis, crenulatis lacerisve. 2653

*Hab.* in truncis semisepultis, Rio Negro (SPRUCE), in ligno emortuo, Obydos (TRAILL) Cuba (C. WRIGHT), Borneo, S. Domingo, Jamaica, Guyana Britannica, Cayenna Amer. fœder. infer., prope Rockhampton Australiæ. Forma australiana minutissima latitudine 12 mm. haud superat. — Species a *Lenzite abietina* utique diversa, *Lenz. tricolori* peraffinis. Pileus 3-5 cm. lat.

26. **Lenzites acuta** Berk. Lond. Journ. 1842, p. 146, Decades of Fungi n. 410. — Pileo reniformi, coriaceo, griseo-umbrino, subtilissime tomentoso, zonato, margine acutissimo, eleganter striato; lamellis latis, tenuibus, subdistantibus, ramoso-furcatis, repando-dentatis umbrinis. 2654

*Hab.* ad ligna in ins. Philippinis, M. Himalaya et M. Khasia Asiæ. — Pileus 8-9 cm. lat., 7 cm. long. *L. striatæ* affinis.

27. **Lenzites interrupta** Fries Epicr. p. 405. — Pileo suberoso-coriaceo, tenui, flexili, velutino, zonato, umbrino; lamellis radiantibus, striatis, dichotomis dimidiatisque ligneo-umbrinis, postice discretis, interruptis. 2655

*Hab.* in Guinea aliisque tropicis regionibus. — Hymenium quoad lamellarum figuram, prorsus *Agarici*.

28. **Lenzites deplanata** Fr. Epicr. p. 404. — Pileo suberoso, tenui, utrinque plano, reniformi, pubescente, azono, alutaceo-albido; lamellis strictis, parallelis, crassiusculis, acie obtusa integerrima. 2656

*Hab.* supra ligna emortua et truncos, Ceylon (Thwaites), Cubæ Amer. centr. (C. Wright), Rio Negro Brasiliæ (Spruce), River Amazon, in Africa occidentali, Nepal et Queensland Australiæ, in Guinea.

29. **Lenzites applanata** Fr. Epic. p. 404, Klotz. Linn. 1833, p. 481, Berk. in Hook. Lond. Journ. ii. (1843). — Pileo suberoso, plano, depresso, reniformi, azono, albido, tomento, adpresse velutino inæquabili; lamellis dichotomis tenuibus, alutaceis, acie acuta crenulatis. 2657

*Hab.* ad ligna emortua et truncos, Goyaz Brasiliæ, Minas (Gardner), Rio Negro (Spruce) in Andis, Demerara, Ceylon, Perak; ex insula Mauritii (Klotzsch). In speciminibus a Friesio visis adest stipes brevissimus (5-8 mm. longus), crassissimus, lateralis. Pileus 8-9 cm. et ultra, disco crassiusculus.

30. **Lenzites aspera** Kl. Linn. 1833, p. 480, Fr. Epicr. p. 405. — Pileo crasso, spongioso-suberoso, subpulvinato, concentrice sulcato, flocculoso-aspero, pallido; lamellis subdichotomis, latissimis albis, rectis, brevioribus intermixtis. 2658

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Gardner) et in insul. Mauritii (Telfair). — Pileus magnus pulvinatus, zonatus obsolete tomentosus, pallescens, 7,5 cm. lat., 6 cm. long.; lamellæ coriaceæ, tenues, distantes, basim versus 2,5 cm. latæ, parte anteriore angustiores, raro anastomosantes.

31. **Lenzites umbrina** Fries Epicr. p. 405. — Pileo suberoso, angusto, basi dilatata adnato, azono, tomentoso, fusco; lamellis latis subdistantibus, simplicibus dimidiatisque umbrinis. 2659

*Hab.* in Brasilia; Guarapi (Balansa). — Transit omnino ad Coriaceos et quidem *L. abietinæ* similis, sed firmior, haud effuso-reflexa, nec lamellæ glauco-pruinosæ. Cfr. descrip. in Speg. F. Guar. I, n. 26.

32. **Lenzites unguliformis** B. et C. Kew Gard. Misc. I. p. 101. — Pileo unguliformi, rugoso, pallido, e velutino glabrato; margine tenui; lamellis latis, poroso-ramosis, undulatis, acie acutis, tomentosis, antice rudimentariis. 2660

*Hab.* in Carol. sup. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 5 cm. latus, 3 cm. longus.

33. **Lenzites cubensis** B. et C. Cub. Fungi n. 176, Journ. Linn. Soc. X. 2661
— Pileo duro, ligneo, dimidiato, subvelutino, cervino, zonato, rugoso; stipite nullo vel brevissimo; lamellis repetite furcatis, crenatis crispis, concoloribus, latioribus.

*Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. cent. (C. WRIGHT). — Pileus 6 cm. latus, 4 cm. longus.

34. **Lenzites platyphylla** Lév. Champ. exot. p. 179, non Cooke. — 2662
Pileo carnoso-suberoso, suborbiculari applanato, obsolete zonato, tomentoso, albo; stipite brevi, laterali, verticali, peltato dilatato vel nullo; lamellis concoloribus, adnatis, distantibus, latissimis, acie integris.

*Hab.* ad truncos, Surinam (MIQUEL), Java (ZIPPEL). — Pileus 10-20 cm. lat. Habitus *Dædaleæ quercinæ*.

35. **Lenzites malaccensis** Sacc. et Cub. *Lenzites platyphylla* Cooke 2663
in Grevill. non Lév. Ann. Scienc. Nat. 1844, II, p. 173. — Pileo subreniformi (vel orbiculari) suberoso, albido, postice latere (vel centro) affixo, subtiliter velutino, præcipue margine radiato-sulcato, dein striato, contextu concolore, tenui (2 mm.); lamellis subdistantibus, latissimis 2½ cm. furcatis, ochroleucis.

*Hab.* ad ligna putrida, Goping Perak, pæninsulæ Malaccæ. — Pileus 5-15 cm. latus. Magnitudo et habitus *L. ochrophyllæ* B. sed lamellis distantioribus, multo latioribus pileoque distincte radiato-sulcato vel striato. Mycelium sub corticibus serpens, nitide aurantiacum.

36. **Lenzites Beckleri** Br. Austral. Fung. n. 60, Linn. Journ. XIII, 2664
p. 161. — Lignea, horizontalis, subreniformis, disco orbiculari affixa; pileo albido, crassiusculo, irregulari, noduloso, subtiliter tomentoso, margine ochraceo; lamellis crassis, dichotomis, obtusis, ochroleucis, postice sublabyrinthiformibus.

*Hab.* in N. S. Wales, Queensland Australiæ.

37. **Lenzites torrida** Kalchbr. in Grevillea VIII, p. 154, t. 144, f. 21. 2665
— Tota alba; pileo compacto, lignoso, dimidiato, umbonato-sessili, concentrice sulcato, margine obtuso, subtiliter tomentoso; lamellis rigidis, distantibus, dichotomis et anastomosantibus, acie obtusis, crenulatis vel singulari modo scruposis.

*Hab.* in silvis ad truncos Richmond River Australiæ (MUELLER). — Pileus 5-7 cm. latus, 1 cm. et ultra crassus.

38. **Lenzites erubescens** (Berk.) On some Fungi Darv. p. 292, t. IX, 2666
(*Dædalea*). — Cæspitosa, confluens; pileo coriaceo, centro depresso, margine late deflexo, minute velutino et sericeo, zonato, fulvo-cin-

namomeo, subæquali, sed sulcis 1-2 exarato, margine irregulari leniter fimbriato; lamellis latis, inæqualibus, distinctis, rigidis, erosis, margine rubescentibus, ad basim stipitis decurrentibus et anastomosantibus, pilis velutinis tectis.

*Hab.* verisimiliter in Rio Janeiro Brasiliæ. — Stipes centralis 5 cm. altus, 8-9 mm. crassus.

39. **Lenzites Reichardtii** Schulz. in Thüm. M. U, n. 1501, Flora 1880. 2667
— Subimbricata; pileo semiorbiculari, adnato, 15-45 cm. lato, basi subfusco, versus marginem paullatim ochraceo vel subalbo, vetustate totó cinereo et fugace tomentosulo, primo inæquali subzonatoque subgibberuloso; carne suberosa, ochraceo-alba; lamellis alutaceis, primo albo-pruinosis, basi interdum mæandriformibus, versus marginem acutatis, radiatis, aliquando furcatis, margine integro.

*Hab.* ad truncos emortuos Populi nigræ pr. Vinkovce Slavoniæ, vere (Schulzer von Müggenburg). Biennis.

40. **Lenzites Fockei** Miq. Tijd. Wetensch. Amsterd. 1852, p. 189, 2668
t. XI, f. 3. — Pileis dimidiatis vel integris, suberosis, rigidis, tenuibus, subapplanatis, medio concavatis, extrorsum deflexis, azonis vel zonatis, albidis, subpuberis, specie levigato-glabris, versus marginem acutum subgilvescentibus; lamellis simplicibus valde inæquilongis, albidis nitidis, acie ochracea, acuta crenulatis; stipite brevissimo disciformi.

*Hab.* ad ligna cæsa Surinam (Focke). — Pileus 1,4-2,5 cm. long., vix 2 mm. cr.

II. Glabræ v. glabrescentes.

41. **Lenzites heteromorpha** Fr. Epicr. p. 407, Monogr. II, p. 248, 2669
Hym. Eur. p. 495, Icon. t. 177, f. 3, *Dædalea* Fr. El. p. 66, (Obs. I, p. 108, var. resupinata, subporosa), Secr. l. c. pag. 496, n. 17 excl. syn. — Pileo coriaceo, effuso-reflexo, tenui, gibbo, fibroso-rugoso, azono, albido-pallido, margine inciso ob laminas latissimas, confertas, subramosas, albas, excurrentes.

*Hab.* ad truncos abiegnos in Europa. — Vulgo sistit nodulos imbricatos. — Var. *resupinata*, porosa, in natura ad hanc speciem tantum reduci potest.

42. **Lenzites nivea** Cooke in Grev. XV, p. 94. — Pileo suberoso- 2670
coriaceo, firmo obsolete zonato, scrobiculato, niveo, postice subdiscoideo, margine acuto, tenui; lamellis rectis, tenuibus, latis vix confertis, inæqualibus, plerumque laceratis, candidis.

*Hab.* ad truncos Russell River Queensland Australiæ (Sayer).

— Pileus 7-10 cm. lat.; lamellæ 1,3 cm. latæ; substantia tenuis alba.

43. **Lenzites bicolor** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 43. — Pileo suberoso- 2671
coriaceo, rigido, applanato, glaberrimo, dense concentrice leviter zonato, pallido, intus concolore, margine tenui, undulato; lamellis tenuibus, confertis, inæqualibus, umbrino-fuscis.

*Hab.* in regno Mexicano (Scheide). Etiam e Carolina sub nomine *Dæd. tricoloris* misit Curtis. — Pileus reniformis, sessilis, (umbone vulgo obsoleto), tenuis 5 cm. circiter latus; lamellæ breviores longioribus mixtæ, postice dichotomæ, basi venis connexæ, at nunquam anastomosantes, acie acuta integra, umbrinæ, nigro-fuscæ, ad latera pallidiores.

44. **Lenzites myriophylla** Lév. Prod. Flor. novo-granat. Fungi p. 282. 2672
— Pileo dimidiato, sessili, coriaceo, utrinque applanato, albo, glabro, concentrice sulcato, margine acuto integro; contextu albo; lamellis confertissimis, angustis, brevibus, indefinite dichotomis, ligneo-pallidis, acie obtusis, integerrimis.

*Hab.* ad truncos Nova Granata (Triana). — Pileus 18-20 cm. lat., postice vix 1 cm. crassus. A *Lenz. applanata* Fr. sulcis concentricis solummodo differre videtur; affinis quoque est *Lenziti deplanatæ* a qua præcipue defectu stipitis disciferi recedit.

45. **Lenzites tenuis** Lév. Champ. Mus. p. 122. — Pileo subflabellato, 2673
coriaceo, azono, nudo, pallide ochroleuco, postice fuscescente, margine acutissimo, lobato, quandoque prolifero; lamellis rectis, dichotomis, anastomosantibus, acie acutis, concoloribus.

*Hab.* ad truncos in Guadalupa. — Pileus 8-10 cm. latus.

46. **Lenzites labyrinthica** Quél. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 141. 2674
— Pileo inæqualiter rotundo, margine inæquali sinuato subacuto, postice porrecto substipitato, 9 cm. lato, cinereo-albo griseo, luteolo-limbato, basi obscuriori, nec zonato, sed sparsim verruculis carnosis obsito, subtus antice lamellato, postice glabro, sterili, albo, stipitiformi; lamellis alutaceis, valde anastomosantibus, plerumque poros labyrinthiformes simulantibus, acie obtusis, integris, 1,5 cm. latis, utrinque angustatis; carne suberosa, basim fere 2 cm. crassa, luteolo-alba, sine odore distincto; sporis albis, cylindraceo-ellipsoideis, 6-8 ≃ 3-4.

*Hab.* ad radices languescentes Aceris campestris in silva Crkvenac Slavoniæ.

47. **Lenzites platypoda** Lév. Champ. exot. p. 180. — Pileo reniformi 2675
vel suborbiculari, coriaceo, applanato, nudo, levi, azono, albo; la-

mellis pallidis, sinubus elongatis versus marginem porosis, obtusis; stipite brevissimo, crasso, peltato-dilatato.

*Hab.* in insula Luçon, circa Manilla (Gaudichaud). — Dubium an species homonyma Lév. in Voy. Bon. eadem sit.

48. **Lenzites Klotzschii** Berk. Exot. Fung. p. 452, *Dædalea discolor* Kl. Linnæa 1833, p. 325. — Pileo sessili, suborbiculari, tenui, pluri-zonato, pallide ligneo demum subbrunneo, glabro, subnitido v. plus minus ruguloso; hymenio obscuriore; lamellis tenuibus, rigidis subintegris, antice furcatis, postice sinuoso-porosis. 2676

*Hab.* ad truncos in Carol. super. Amer. bor. (Curtis) et Santee River New England (Sprague).

49. **Lenzites eximia** Berk. Hooker Journ. 1854, p. 134, Decades of Fungi n. 410. — Pileo tenui, rigidiusculo, flabelliformi, subdecurrenti, disco orbiculari affixo, glabro, umbrino, sericeo nitido, zonato; margine acuto, sæpe striato; substantia tenui, pallide umbrina; lamellis tenuibus, furcatis, concoloribus, late emarginatis, in quaque dichotomia sæpe basi porosis, repando dentatis, acie acutissima. 2677

*Hab.* ad ligna emortua Himalaya et Sikkim Indiæ. — *L. tricolori* peraffinis; *L. Klotzschii* similis. Pileus 7,5-10 cm. latus, 6-7 cm. longus.

50. **Lenzites Cratægi** Berk. Lond. Journ. 1847, p. 323. — Pileo coriaceo, rigido, glaberrimo, nitido, cervino concentrice sulcato fasciatoque, quandoque radiato-ruguloso, poris flexuosis demum elongatis; dissepimentis molliusculis, hic illic lamelliformibus. 2678

*Hab.* ad Cratægum Ohio Amer. bor. (Lea), ad Liquidambar in Carol. inf., in Pensylvania (Michener), ad Betulas in Carol. sup. (Curtis), Alabama (Pertes), Maine (Morse). — Pileus 4 cm. latus, orbicularis. Habitus *Hexagonæ tenuis*. Teste Peck, in sequentem transit.

51. **Lenzites Cookei** Berk. North Am. Fungi n. 1003. — Pileo duro, tenui, cervino, zonato, lineato-rugosulo; margine tenui; contextu ex albo subcervino; hymenio albido; poris elongatis radiantibus. 2679

*Hab.* ad truncos emortuos Salicis et Betulæ New York Amer. bor. (Peck). — Ex sententia cl. Peckii in Rep. species hæc nec non *L. Cratægi*, *L. proxima* et verisim. *L. Klotzschii* essent meræ formæ seu varietates unius typi, a quo essentialiter non differrent *Trametes rubescens* et *Dædalea confragosa*. Formæ inter hæc genera ancipites et apud nos non raro occurrunt.

52. **Lenzites atro-purpurea** Sacc. Myc. Ven. Sp. p. 45, tab. VI, f. 15- 2680

19. — Pileo suberoso-coriaceo, crassiusculo, rigido, sessili, basi breve decurrente, concentrice sulcato radiatimque ruguloso, glabro, unicolori, atro-purpureo contextu lutescente; lamellis crebris dichotomis interruptisque lutescenti-fuscis, marginem obtusiusculum-subexcedentibus; sporidiis sphæroideis, minimis d. 2 μ. hyalinis.

*Hab.* ad truncos ramosque Vitis viniferæ, Selva agri Tarvisini Ital. bor. (F. Saccardo). — Pileus 4-6 cm. latus, 4-5 mm. crass.

53. **Lenzites rugulosa** Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 47, Dec. of Fungi n. 328. — Pileo sessili subflabelliformi, postice crassiusculo antice acutissimo, radiato-rugoso, subzonato, subinde nitido albido-fuscescente; poris mediis, dissepimentis tenuibus, subalutaceis, demum lamelliformibus; hymenio pallido. 2681

*Hab.* ad truncos Darjeeling Ind. orientalis. — Pileus 7,5 cm. long., 6,5 cm. latus. Habitus *Lenzitis applanatæ*.

54. **Lenzites Guilfoylei** Berk. in Grevillea. — Pileo dimidiato, conchiformi, subglabro, punctato-tuberculato, postice fumoso antice pallido; margine acuto; lamellis sublatis, repetite furcatis, pallidis, acie tenui. 2682

*Hab.* ad Tweed River Australiæ. — Pileus circ. 7,5 cm. latus.

55. **Lenzites polita** Fr. Epicr. p. 404, Fries in Linn. V, pag. 514. — Pileo suberoso, tenui, exelanato, polito, glaberrimo, azono, albido; margine integro acutissimo; lamellis firmis, strictis, radiantibus, dichotomis, anastomosantibus, integerrimis, concoloribus. 2683

*Hab.* in truncis in insula Bourbon (Bory) et Guarapi Brasiliæ (Balansa). — Utrinque planissima, 7-12 cm. lat., sed 2-3 mm. tantum crassa; pileo polito, levigato, subnitido. Cfr. descript. in Speg. F. Guar. I, n. 25.

56. **Lenzites alutacea** Cooke in Grevillea. — Pileo suberoso-coriaceo, firmo, obsolete zonato, nitido, læte alutaceo, glabrescente; margine subtomentoso; lamellis rectis, crassiusculis, antice furcatis, subconcoloribus. 2684

*Hab.* ad truncos in Japonia (Dickins). — Pileus 7,5-10 cm., 6,5 cm.; postice 1, 3 cm. circ. crassus.

57. **Lenzites faventina** Caldesi in Erb. Critt. Ital. n. 89. — Pileo dimidiato, sessili, suberoso, superficie tuberculato-scrobiculata, subglabrata, albida, tandem cinerescente, azona; margine obtusiusculo; lamellis radiantibus, undulatis, prope pilei marginem raro dichotomis, denique in dichotomia disjunctis, basi contortuplicato-anastomosantibus, albo-luteolis, ad aciem fuscescentibus, acie acutis subintegris. 2685

*Hab.* ad truncos Populi pr. Faenza Italiæ et Queensland Australiæ. — An *Dædalea albida* Secr. Myc. Suiss. t. II, p. 489? non certe Fries Syst. Myc.

58. **Lenzites corrugata** Klotzsch Linn. 1833, p. 481 (*Dædalea*), B. et C. N. Am. Fungi p. 3. — Pileo carnoso-coriaceo, zonato, longitudinaliter corrugato, glabro, pallido, sinulis inæqualibus flexuosis, dein laceratis, fuscescentibus. 2686

*Hab.* ad truncos Castaneæ, Gainesville, Floridæ Amer. bor., Rhode Island (Bennet), New England (Sprague). — Est *Dædalea zonata* Schw. in herbario. Pileus 3-5 cm. lat., 4-6 mm. cr.

59. **Lenzites Palisoti** Fr. S. M. I, pag. 335, F. Guin. t. XI, f. 23, Epicr. p. 404, *Dædalea amanitoides* Palis. Fl. Ow. t. 25. — Pileo suberoso, pulvinato-hemisphærico, zonato, glabro, ochraceo-albido, margine lobato; lamellis simplicibus parallelis, postice poroso-anastomosantibus. 2687

*Hab.* ad arborum truncos Oware, Benin, prom. Bonæ Spei Africæ, N. S. Wales et Queensland Australiæ. Elegans, reniformis, 10 cm. lata.

60. **Lenzites repanda** (Mont.) Fr. Ep. p. 404, *Dædalea repanda* Mont. Cub. p. 382. — Pileo suberoso, plano, latissimo, zonato, glabro, albo-pallescente, margine repando; lamellis anastomosantibus, confertis, subdentatis. 2688

*Hab.* ad ligna emortua Cuba (C. Wright), Alabama (Peters), New Zealand, S. Domingo, Ceylon (Thwaites), Sarawak (O. Beccari), Rawak, Sikkim.

61. **Lenzites pallida** Berk. Lond. Journ. 1842, p. 146, Decades of Fungi n. 410. — Pileo suberoso-coriaceo, tenui, applanato, subtilissime tomentoso, zonato, pallide umbrino; lamellis radiantibus, strictis, angustis, repetito-dichotomis stipiteque disciformi concoloribus. 2689

*Hab.* ad ligna emortua in insulis Philippinis et M. Khasia Asiæ. — Pileus 10-12 cm. lat. Inter *L. repandam* et *furcatam* fere media.

62. **Lenzites mollis** Heufler in Verhandl. d. zool. bot. Ges. 1868, p. 431, Winter die Pilze p. 493. — Pileo late expanso-incurvo, coriaceo-fomentario, molli, margine brunneo, zonis obscurioribus, centro griseo, ætate provecta toto brunneo; lamellis valde anastomosantibus, griseis vel pallide ligneis. 2690

*Hab.* ad truncos Coniferarum, ad trabes abietinas in Austria.

63. **Lenzites ochrophylla** Berk. in Hooker Journ. 1854, p. 133, Decades of Fungi n. 409. — Pileo subreniformi, crasso, suberoso, 2691

disco orbiculari affixo, albido, subzonato, glabrescente, subnitido; lamellis latis, crassis, furcatis, ochroleucis, acie acuta.

*Hab.* ad ligna emortua Sikkim et Himalaya Asiæ. — *Lenziti repandæ* similis. Pileus 15 cm. latus, 7,5 cm. longus; lamellæ 5 mm. latæ.

64. **Lenzites glaberrima** B. et C. North Am. Fungi n. 106. — Pileo suberoso, dilatato, e disco orbiculari oriundo, sursum sulcato-zonato, albido, glaberrimo; lamellis poroso-anastomosantibus; interstitiis angustissimis. 2692

*Hab.* ad Santee River (Ravenel). — Pileus ex confluentia 18 cm. latus, 8 cm. longus; interstitia circiter $^1/_3$ mm. lata.

65. **Lenzites brasiliensis** Mont. Cent. VII, p. 34, Ann. Scienc. Nat. Ser. 4, V, p. 366. — Pileo suberoso, crasso, supra convexo, rufescente, glabro, azono, colliculoso, margine obtusissimo; lamellis angustis, crassis, strictis, concoloribus, lineari-anastomosantibus, contextu suberoso-lignoso, helvolo, concentrice zonato. 2693

*Hab.* ad truncos in Brasilia (Weddell).

66. **Lenzites septentrionalis** Karst. Enum. Fung. et Myx. in Lapp. orient. lect. p. 190. — Pileo sessili, dimidiato, convexulo, postice gibbo, floccoso-fomentario, radiato-ruguloso, pallescente vel fuscescenti-pallido, obscurius zonato, glabrescente, margine membranaceo, subnigricante; lamellis simplicibus, confertis, ventricosis, latissimis, fuscis vel atro-fuscis. 2694

*Hab.* ad Betulam in Lapponia rossica meridionali Soukelo et Knäsä guba (Karsten) et Ostrobottnia boreali (Karsten).

67. **Lenzites sorbina** Karst. Hym. Fenn. enum. p. 15. — Pileo suberoso, effuso-reflexo imbricato, confluente, glabrescente, vulgo levi, azono, tenui pallescente, margine obtuso; lamellis anastomosantibus, sordide albis, crassiusculis. 2695

*Hab.* in trunco emortuo Sorbi, Mustiala Fenniæ.

Species quarum diagnosis nunc desideratur.

68. **Lenzites brunneola** Berk. in litt. ad Ces. Myc. Born. p. 4. 2696

*Hab.* circa Sarawak Bornei (O. Beccari).

69. **Lenzites gigantea** Czern. in Bull. de Moscou 1845 p. 146 (sine diagnosi). 2697

*Hab.* in Ucrania Rossiæ centralis. — Pileus latissimus, usque $^1/_2$-1 metr. expansus.

**TILOTUS** Kalch. in Grev. IX, p. 137 (Etym. *tilai* flocci vel potius *tylotos* nodosus). — Pileus suborbicularis fibrosus, solidus, sessilis tomentosus. Lamellæ latæ distantes, æque tomentosæ. — Genus adhuc parum notum, *Lenziti* affine.

1. **Tilotus lenzitiformis** Kalchbr. ad int. in Grev. IX, p. 137. — Pileo fomentario, suborbiculari, basi dilatata adnato, azono, mollissime velutino-tomentoso; lamellis latis, distantibus, simplicibus dimidiatisve, fuligineo-nigricantibus, æque ac pileo tomentosis; sporis hucusque ignotis. 2698

   *Hab.* ad P. Natal Africæ (J. M. Wood). — Pileus planiusculus, pollicaris, cervinus una cum lamellis (!) e fibris solidis, parce ramosis nodulosisque contextus est. Procul dubio novi generis typus, sed proh dolor unicum modo specimen adest et sporarum nulla vestigia. Ceterum cum *Lenzite umbrina* Fr. multa habet communia, sed structura valde diversus.

**HYMENOGRAMME** B. et Mont. Dec. n. 11, Mont. Syll. Crypt. n. 475 (Etym. *hymen* membrana et *gramme* linea), *Laschia* Jungh., nec Fr. — Hymenium lamellosum. Lamellæ confertæ, omnium tenuissimæ et angustissimæ, vix nisi oculo armato conspicuæ, longitrorsum flexuoso-parallelæ, sæpissime furcatæ et inde spurie canaliculatæ, sæpius juncturis obliquis aut transversis anastomosantes, niveo-farinosæ. — Fungus lignatilis *Lenziti* affinis.

1. **Hymenogramme javensis** B. et Mont. in Berk. Dec. II, n. 11, t. 14, f. 1, Lond. Journ. of Bot., Juny 1844, p. 330. — Effusa, vix 1 mm. cr., e mycelio floccoso, albo enascens, margine nudo, attenuato, leniter elevato; lamellis delicatissimis linearibus, furcatis, subparallelis, pallide stramineis, sporis v. conidiis globulosis albis conspersis. 2699

   *Hab.* ad lignum denudatum in insula Java Malesiæ Oceaniæ (Zollinger). — A 4 ad 6 cm. lata et longa.

2. **Hymenogramme crustacea** (Jungh.) Sacc. et Cub. *Laschia crustacea* Jungh. Crypt. Jav. p. 75. — Effusa, crustacea, alutaceo-expallens, resupinata, effusa, indeterminata, arcte adnata, a matrice nonnisi frustulatim separabilis, tenui-membranacea, vix 1 mm. cr.; lamellis angustissimis, margine (sub vitro) crenatis, seriatis, sæpe anastomosantibus, hinc inde arcte approximatis, rimulas parallelas inter se formantibus. 2700

   *Hab.* in ramis dejectis in silvis montis Merapi in ins. Java, ad alt. 1000-1300 m.

3. **Hymenogramme spathulata** (Jungh.) Sacc. et Cub. *Laschia spathulata* Jungh. Crypt. Jav. p. 75. — Erecta, spathulata, obovato-truncata, basi in stipitem compressum, planum, spurium attenuata, subcarnosa, alutaceo-pallida, 2,5 cm. long., sursum 1,3 cm. lat., vix 1 mm. cr.; lamellis angustis. 2701

*Hab.* in truncis emortuis in silvis M. Merapi Javæ. — A *L. crustacea* præter formam differt lamellis paullo latioribus.

Ser. II. **Schizophyllæ** Sacc.

**OUDEMANSIELLA** Speg. F. Arg. Pug. IV, p. 11 (Etym. ab ill. prof. C. A. J. A. Oudemans Amstelodamensi). *Oudemansia* Speg. Ann. Soc. Sc. Arg. vol. X, fasc. VI, nec Miq. — Velum haud manifestum. Stipes centralis pileusque hemisphæricus, carnosi, non liquescentes. Lamellæ membranaceæ, integræ, acie longitudinaliter fissa, labiis oppositis primo cum illis lamellarum lateralium connatis, dein liberis.

1. **Oudemansiella platensis** Speg. l. c. *Ag.* (Tricholoma) *platensis* Speg. Arg. Pug. I, p. 161. — Cæspitosa, non rarius solitaria, numquam tamen basi confluens; pileo primo subgloboso, margine nonnihil intus involuto, dein hemisphærico-explanato, integro, regulari, sicco levissimo, castaneo, coloris intensitate per ætatem ludente, subnitente, udo non hygrophano, muco viscoso obtecto, 4-5 cm. diam.; carne candidissima immutabili in stipitem descendente, a lamellis subdiscreta, compactissima, usque ad marginem crassiuscula; stipite cylindraceo-attenuato, lateraliter incurvo, ad tertium inferum nonnihil tumescente, basi parce incrassato-subbulboso, matrici tenaciter adhærente, arrhizo, 3-4 cm. long., 1-1,2 cm. crass., extus glaberrimo, levi in juventute albo, dein fuscescente, intus solido, carne longitudinaliter sericeo-candida, compacta, dense fibrosula farcto; lamellis candidis, carnoso-ceraceis, confertiusculis, polymacriis, numquam confluentibus, antice attenuatis, acutiuscule rotundatis, postice obtuse angulatis, latioribus et adnato-sinuatis, acie longitudinaliter fissa ac primo marginibus cum illis lamellarum lateralium connatis, integris, dein liberis et pulchre fimbriatis; cellulis hymenii sterilibus cylindraceo-clavatis sursum truncato-rotundatis, protoplasmate destitutis, numerosissimis; basidiis obverse elongato-sublagenæformibus, sterigmatibus parvulis ornatis; cystidiis permagnis, ellipticis, deorsum attenuato-pedicellatis, sursum rotundato-acutatis, 140–160 ≃ 40; sporis subglobosis inferne umbonato-apiculatis, granuloso-farctis, 15-20 μ. diam., hyalinis. 2702

*Hab.* in trunco cæso ac putrescente Erythrinæ cristæ-galli in umbrosis secus el Rio de la Plata, Palermo in Argentina Americæ merid.

**PTEROPHYLLUS** Lév. Champ. exot. p. 178 in Ann. Sc. nat. 1844 (Etym. *pteron* ala et *phyllon* folium seu lamella). — Pileus carnosus. Hymenium lamellosum; lamellæ radiantes, inæquales ad utrumque latus marginis (fissi) appendiculato-lamellulatæ; lamellulæ numerosæ, uniseriatæ, discretæ.

1. **Pterophyllus Bovei** Lév. Champ. exot. p. 178. — Pileo carnoso, 270
horizontali, glabro, in stipitem brevem lateralem attenuato; lamellis decurrentibus, acie integris obtusis; lamellulis subspathulatis uniserialibus.

*Hab.* ad truncos Fici Sycomori in Ægypto. — Pileus 18 cm. lat.; lamellulæ 2 mm. long., 1 mm. latæ. — Synonymon est *Ag.* (Pleurotus) *ficicola* Mont. Ann. 2, IV, p. 193. qui l. c. ita describitur. Magnus, dimidiatus, imbricatus, horizontalis; pileis carnosis obovatis subsquamosis, marginibus involutis; lamellis decurrentibus, angustis, utrinque acutis, fornicatis, alutaceo-fuscescentibus, integerrimis; stipitibus coalitis, elongatis, attenuatis, longitrorsum lineolatis. In truncis Fici Sycomori in Ægypto (Bové).

**RHACOPHYLLUS** Berk. Fungi of Ceyl. n. 301 (Etym. *rhachis* spina dorsi, ob fabricam aciei lamellarum). — Pileus tenuissimus, tenerrimus. Lamellæ in fragmenta oblongo-obtusa, flexuosa divisæ. — Lamellarum fabrica ad *Pterophyllum* accedit, sed hic crassus *panuoides* dum præsens tenuis *hiatuloides*.

1. **Rhacophyllus lilacinus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 301, in Journ. Linn. 2701
Soc. vol. XI, p. 559. — Pileo cylindrico v. digitaliformi, lilacino, striato vel levi, plus minus margine inciso; stipite basi dilatato, superne attenuato; lamellis constantibus e numerosis, lobis oblongis, irregularibus, flexuosis, obtusis, pileo concoloribus.

*Hab.* in ligno emortuo, ramis etc. Peradenya Ceylon (Thwaites). — Forte duæ species latent, sed exemplaria nimis pauca visa.

**SCHIZOPHYLLUM** Fr. Obs. I, p. 103 (Etym. *schiza* fissura et *phyllon* folium seu lamella) *Scaphophorum* Ehrenb. *Schizonia* Pers. — Pileus excarnis, aridus. Lamellæ coriaceæ, flabelliformi-ramosæ, superne pelli tomentosa junctæ, bifidæ, acie longitudinaliter fissæ.

Agaricinearum genus maxime recedens; in zona arctica nulla species, in temperata una, in tropica plures.

1. **Schizophyllum commune** Fr. Syst. Myc. I, p. 333, Hym. Eur. p. 492, Gill. C. F. cum ic. Britz. Augsb. Hym. cum fig. Grev. Scot. t. 61, Krombh. t. 4, f. 14-16, Weinm. p. 293, *Agaricus alneus* Linn. Suec. n. 1242, Bull. t. 346, 581, f. 1, Sowerb. t. 183. — Pileo postice adnato, subporrecto, simplici lobatoque; lamellis e griseo fusco-purpurascentibus, acie revolutis; sporis minutissimis, subglobosis, 2½ μ. diam. vel, teste Britz, 4-6 = 2-3. 2705

   *Hab.* in omnibus regionibus orbis totius truncos arborum frondosarum incolens, sed non vulgaris. — Pileus 1½-4 cm. latus, postice sæpe porrecto-pendula, primo albo-villosus, dein hirtus. Species vere cosmopolita.

2. **Schizophyllum multifidum** (Batsch) Fr. in Berk. F. Ceyl. n. 430, *Agaricus multifidus* Batsch f. 126. — Pileo profunde laciniato-multifido, lutescente, laciniis sublinearibus; ceteris *S. communis*. 2706

   *Hab.* ad ligna emortua in Europa nec non Peradenya Ceylon (Thwaites), Chatam Islands, Moreton Bay Australiæ.

3. **Schizophyllum radiatum** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 41, *Agar. radiatus* Swartz Prodr. p. 148. — Pileo margine porrecto, leproso-incrustato, glabro, in ramos flabelliformes multipartitos diviso, albo; lamellis villosis, griseis. 2707

   *Hab.* ad truncos ad Mirador in regno Mexicano, copiose (Liebman). — Ut forma *S. communis* hactenus subsumtum, sed ingens speciminum copia differentiam probare videtur. Stipes 2 mm. long.

4. **Schizophyllum flabellare** Fr. Afz. Guin. t. XI, 25, Epicr. p. 403. — Pileo margine porrecto sessili, e lobis plurimis coalito; lamellis ex albo ligneo-pallidis, acie patulis ad latera glabris. 2708

   *Hab.* in Guinea et P. Natal ad ligna. — *S. communi* longe majus, e plurimis lobis elongatis quasi compositum, tomento denso albo incrustatum. Pileus 7-10 cm. longus et latus.

5. **Schizophyllum umbrinum** Berk. Hook. Journ. 1851, pag. 15, Dec. n. 302, t. I, fig. 1. — Umbrinum, contextu concolore, cartilagineum; pileo flabelliformi, adpresse tomentello, inciso-lobato; lobis furcatis; stipite brevissimo, basi radiato-villoso; lamellis initio villosulis. 2709

   *Hab.* ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. Wright), Surinam, Perù, Caripi, Brasilia (Spruce). — Pileus 12-14 mm. lat.

6. **Schizophyllum exiguum** Miq. Bull. Neerl. 1839, p. 455. — Pileo po- 2710

stice protacto porrecto, adnato, simplici, reniformi vel semiorbiculari; lamellis griseo-cinnamomeis, acie patulis, glabris.

*Hab.* in stipitibus Palmarum, Surinam. — Pileus 3-4 mm. lat. A *S. communi* differt lamellis glabris, a *S. flabellari* pileo non lobato.

7. **Schizophyllum? Mya** Scop. Hist. Nat. IV, f. I, f. 4 (*Agar.*), Fr. 2711
Epicr. p. 403. — Pileo basi truncata adnato, reniformi, adscendente; lamellis albis unicoloribus.

*Hab.* ad truncos Quercus Hungariæ. — *Sch. communi* minus, rigidius, perennans. Certe memorabilis species lamellarum fabrica ignota, sed tota facies *Schizophylli.*

## *Sect. 2.* Rhodosporæ seu Hyporrhodiæ Fr.

Sporæ roseæ v. roseo-rubiginosæ, in plurimis angulosæ. — Species omnes molles, nec lentæ.

**VOLVARIA** Fr. Syst. Myc. I, p. 277 (Etym. a *volva*). — Velum universale liberum, persistens, ab epidermide pilei discretum hinc stipes basi discrete volvatus, sed non annulatus. Hymenophorum a stipite discretum. Lamellæ rotundato-liberæ, ventricosæ. — Est quasi *Amanita* sporis roseis, sed affinitas cum *Pluteis* et *Agaricis* major.

*) Pileo sicco, sericeo vel fibrilloso.

1. **Volvaria bombycina** (Pers.) Fr. Syst. I, p. 277, Hym. Eur. p. 182, 2712
Cooke t. 293, Gill. C. F. c. ic., Pat. Tab. 330, Schaeff. t. 98, Krombh. t. 23, f. 15-21, Brig. t. 34, f. 1-6, Barla t. 25, f. 1-5, *A. incarnatus* Batsch., *Amanita* Pers. Syn. p. 248, Mich. N. gen. t. 76, f. 2. — Candida; pileo carnoso, molli, e campanulato expanso, subumbonato, sericeo-fibrilloso, unicolore; stipite solido, attenuato, glabro, volva amplissima; lamellis liberis, carneis.

*Hab.* ad truncos arborum tam stantes quam prostratos, in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, in Carol. infer. Amer. fœder. et Valparaiso Amer. merid. et Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Pileus 8-20 cm. latus; stipes 8-16 cm. longus, $1^1/_4$ cm. ad medium crassus; sporæ 6-7 ≃ 4. Lasch n. 419 notat var. *paludosam.* Speciosus, nobilis fungus. Affinis est americanus ille in Plum. Filic. t. 167, f. *F.*

2. **Volvaria Thwaitesii** Hook. fil. n. 85 cum icone, Berk. Dec. n. 286. 2713
— Pileo amplissimo, coniço-expanso, fortiter umbonato, carnoso, lu-

teo, sicco, sericeo, nitido; margine appendiculato; stipite solido, sursum attenuato, basi bulboso; volva ocreata, margine leviter pallente; lamellis liberis, roseo-fuscis, postice valde attenuatis; sporis e rubro brunnescentibus.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ, 2200 m. alt. (Hook.). — Inodora; pileus 5 cm. vel ultra latus, pallide luteus, pilis sericeis eleganter vestitus. Affinis *V. bombycinæ*.

3. **Volvaria volvacea** Bull. t. 262, (*Agar.*) Fl. Dan. t. 1731, f. 2, Fr. Syst. Myc. I, p. 278, Hym. Eur. p. 182, Cooke t. 294, Bern. Roch. t. V, f. 3, Pat. Tab. 331, Viviani t. 10, Venturi t. 22, Barl. t. 25, f. 6-13, Fr. Nees in Act. Nat. Cur. XVI, t. 7. Forma recedens Sowerb. t. 1, Berk. Outl. p. 140. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, obtuso, fibrillis adpressis nigro-virgato, fuliginoso; stipite solido, subæquali, volva laxa; lamellis liberis, carneis; sporis 6-8 ≃ $3^1/_2$-4. 2714

*Hab.* in vaporariis, frequens in Europa et Carol. infer. Amer. fœder. et ad terram Peradenya Ceylon Indiæ (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus; stipes 8-14 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus. — *A. Coffeæ* Vivian. p. 10, t. 11, excepta volva rufescente, ab hac non differt; diversissima ab *A. Coffeæ* aliorum.

4. **Volvaria murinella** Quèl. Quelq. esp. p. 5, t. XI, f. 6, Pat. Tab. 424. — Pileo campanulato, convexo, subtiliter tomentoso, amœne griseo; stipite farcto, gracili, striolato, volva parva, tenui, lobis 3-4 glabris, albis; lamellis stipitem non attingentibus, rotundato-ventricosis, albis, dein roseis; sporis ellipsoideis, subpruniformibus, guttulatis, 6-8 ≃ 3-4, carneolis. 2715

*Hab.* inter muscos ad pedes Pinorum prope la Rochelle (G. Bernard). — *V. hypopityæ* affinis. Pileus 2-3 cm. latus.

5. **Volvaria grisea** Quèl. 14 Suppl. p. 2, tab. XII, fig. 2. — Pileo convexo, undulato, fibrilloso, sericeo, griseo nitente, carne fragili, cinerella; stipite brevi, farcto, tomentoso, concolori, volva triloba, villosa, brunneola; lamellis liberis, crispatis, griseolis dein rufescentibus; sporis ellipsoideo-pruniformibus, guttulatis, 8-9 μ. diam., roseis. 2716

*Hab.* in hortis et calidariis in Gallia. — *Volvariæ volvaceæ* affinis, *Entolomati griseo-cyaneo* similis. Pileus 2-3 cm. latus.

6. **Volvaria pseudo-volvacea** B. et Br. F. of Ceyl. n. 155 in Journ. Linn. Soc. vol. XI. — Pileo conico-convexo, fibrilloso; stipite sursum incrassato e volva bifida fuliginosa oriundo; lamellis ventricosis, liberis; sporis minoribus 4-5 μ. long. 2717

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — A *V. volvacea* differt sporis minoribus.

7. **Volvaria Loveiana** Berk. Engl. Fl. V, p. 104, Outl. t. 7, f. 2. Fr. 2718
Hym. Eur. p. 182, Cooke Ill. t. 295, Gill. C. F. cum ic., — Pileo carnoso, tenui, e globoso expanso, obtuso, albo-sericeo; stipite solido, bulboso, fibrilloso, sursum attenuato, albo, volva libera lobata; lamellis liberis, carneis; sporis minutis, ellipsoideis, roseis $2^1/_2$ $\mu$. long.

*Hab.* in Europa parasitica in *Clitoc. nebulari* et ex hac artificiose simul educavit Worth. Smith. — Pileus 6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 4-6 mm. crassus; sporæ minutæ ellipsoideæ 3 $\mu$. longæ. Conf. Seem. Journ. 1867 Decembri. Subcæspitosa.

8. **Volvaria Taylori** Berk. Outl. p. 140, Fr. Hym. Eur. p. 183, Cooke 2719
Ill. t. 295, Saund. et Sm. t. 33, f. 1. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, obtuso, livido, ab apice striato-rimoso; stipite solido, æquali, glabro, albo, volva patula, lobata; lamellis liberis, carneis.

*Hab.* ad terram in insula Jersey in Britannia et in Tasmania. — Pileus $4^1/_2$ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 6 mm. crassus; sporæ $9 \simeq 6$. Præcedentibus minor. Ex icone volva extus atra.

9. **Volvaria diplasia** B. et Br. Linn. Tr. XXVII, p. 151, tab. 33 c. 2720
Journ. Linn. Soc. XI, p. 530. — Pileo hemisphærico, subcarnoso, obtusissimo, sericeo-floccoso, e volva brunnea bilobata oriundo; margine inflexo, levi; stipite solido sursum attenuato, deorsum cum volvæ basi adnato; lamellis ventricosis, postice attenuatis, remotissimis, candidis; sporis 8 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno atque ad terram circa radices marcescentes, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus, albus; volva e mycelio crasso albo lobato erumpens; stipes 8 cm. longus, basi fere $2^1/_2$ cm. crassus, apice 8 mm. Affinis *V. Taylori.*

10. **Volvaria hypopitya** Fr. Hym. Eur. p. 183, Quél. Ass. 1884, t. V, 2721
f. 3, Pat. Tab. 333. *A. parvulus* B. Fr. Monogr. p. 261. — Candida; pileo carnosulo, e conico campanulato, sicco, albo-sericeo; stipite solido, æquali, pubescente, adpresse sericeo, margine levi, volva vaginali, biloba; lamellis liberis, albo-carneis; sporis $6\text{-}8 \simeq 4$.

*Hab.* in silvis densis abiegnis Europæ raro. Minor, stipite 3 cm. longo, 2 mm. modo crasso. Pileus 6-9 mm. altus. — A *V. parvula* non potest non distingui. Huc, teste Quél., spectat *Ag. plumulosus* Lasch.

11. **Volvaria pubipes** Peck 29 Rep. p. 39, t. 1, fig. 1-3. — Pileo 2722
convexo, sicco, albo, squamulis sericeis minutis vel fibrillis reflexe-

xis vestito, margine fimbriato; stipite tenui, subæquali, pubescenti; volva subapproximata, alba; lamellis confertis, liberis, candidis, demum carneis, interdum acie minute denticulatis vel erosis; sporis ellipsoideis, 4-5 μ. long., vulgo uninucleatis.

*Hab.* ad terram ad limina silvarum cæduarum, Sandlake Amer. bor. — Statura circiter $2^1/_2$ cm. adæquans; pileus $1^1/_4$-$2^1/_4$ cm. latus; stipes 2 mm. crassus. Ob pilei stationisque diversitatem a *V. hypopilya* separatur.

12. **Volvaria hapalotricha** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 530. — 2723
Pileo convexo, subcarnoso, subtiliter piloso virgatove, cinereo, carne alba; stipite gracili, e volva parva libera oriundo, solido; lamellis ventricosis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$-3 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. medio crassus, glaber.

13. **Volvaria coleata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. X, p. 530. — Pileo 2724
convexo subcarnoso, subtiliter piloso, cinereo; stipite subæquali, e volva vaginata oriundo solido; lamellis angustis; sporis 4 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, centro potius contractus, undulatus, intus stratis obscurioribus congruenter interjectis segregatus; lamellæ 2 mm. latæ. Stricte affinis *V. hapalotrichæ*.

14. **Volvaria microcœlia** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 531. — 2725
Pileo e campanulato plano, fibrillis sparsis obsito; stipite gracili; lamellis angustis, ventricosis; sporis globosis 4 μ. diam.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 1 mm. crassus; volva obscura.

15. **Volvaria Geaster** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 530. — Pi- 2726
leo campanulato, sericeo-striato, fusco; volva levi, lobata, intus candida, extus umbrina, lobis reflexis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Margo pallidus, creberrime striatus.

16. **Volvaria microchlamida** Speg. F. Arg. IV, p. 5. — Pileo primo 2727
ex ovoideo campanulato, margine stipiti adpresso, dein explanato-expanso, 4-5 cm. diam., centrum versus gradatim in umbonem elevato, margine densiuscule striato-sulcato, per ætatem fisso, glaberrimo, candido vel dilutissime roseolo, nitido, super lamellas tenuimembranaceo, ad umbonem tantum carnoso; stipite recto, tereti, 5-6 cm. long., basi vix incrassatulo, 7-8 mm., medio subattenuato, 4 mm., apice iterum sed vix incrassatulo, 5 mm., ad pilei confluentiam anulatim constricto, levissimo, glaberrimo, compactiuscule car-

noso-farcto, intus extusque candido, basi volva adpressa, parvula, 4-5 mm. long., 8-9 mm. lat., membranacea, facile evanescente vestito; lamellis membranaceo-subceraceis, non fragilibus, flexilibus trimacriis, antice latioribus 7-8 mm. lat., obtusissime acutato-rotundatis, deorsum truncato-subrotundatis, a stipite remotis, acie integerrima, primo albis, dein roseo-fulvis; carne candida, in pileo, umbonem ac basim tantum lamellarum occupante, flocculoso-gossypina in stipitem descendente ac mox compacta evadente; basidiis cylindraceo-clavulatis, medio constrictulis, utrinque obtuse rotundatis, 30-35 ≃ 12-14, 4-sterigmatophoris, hyalinis; sporis ellipticis, sæpius inæquilateralibus, sursum obtusis, deorsum rotundato-acutatis, 12-15 ≃ 6-8, granuloso-farctis, roseo-rubiginosis vel roseo-fulvis.

*Hab.* ad terram inter gramina in campis fertilioribus prope Barracas del Sur in Argentiua Amer. merid. — Species pulcherrima, prædistincta! — Species *Volvariæ cnemidophoræ* Mont. peraffinis nisi identica.

17. **Volvaria cnemidophora** Mont. Cent. VII, p. 28. — Pileo carnoso, convexo, medio crasse umbonato, sericeo-albo, nitido, margine striatulo; stipite solido cum pileo confluente, concolori, subæquali, basi haud bulbosa vix leviter incrassato; volva cylindrica parum laxa ocreato; lamellis tridymis, convexis, latiusculis, liberis dilute roseo-incarnatis. 2728

*Hab.* in agris cultis et pascuis in Brasilia (Weddell) et ad terram in Bolivia.

18. **Volvaria glandiformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 531. — Pileo ovato, obtuso, estriato, glabro; stipite sursum attenuato, e volva cupuliformi multipartita intus pubescente oriundo; lamellis tarde carneis; sporis ovatis 5 μ. long. 2729

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus; stipes 12 mm. longus, 1 mm. crassus, albus.

19. **Volvaria temperata** B. et Br. Ann. N. H. N. 1757, Stev. Hym. Brit. I, p. 185, Cooke Ill. t. 300 *a*. — Pileo convexo umbonato, pulverulento, striato, 6 mm. lato; stipite tenui, pellucido, 2 mm. longo, vix 2 mm. crasso; volva ampla. 2730

*Hab.* ad solum in tepidario, Sibbertoft in Britannia.

20. **Volvaria microspila** B. et C. N. Pac. exp. n. 35. — Pileo hemisphærico tenuissimo, badio, sericeo, particulis obscurioribus virgato; stipite tenui, e volva badia adnata emergente; lamellis latiusculis, liberis. 2731

*Hab.* in ligno putrescente in insulis Bonin. — Eximia pusilla species.

21. **Volvaria terastria** B. et Br. in Linn. Tr. XXVII, p. 151, tab. 34, Journ. Linn. Soc. XI, p. 530. — Pileo ex hemisphærico late campanulato vel expanso, carnoso, livido, leviter virgato rimosove, margine fisso, e volva crassa tessellata oriundo; stipite sursum attenuato, albo, solido; lamellis pallide carneis, ventricosis, liberis; sporis 4-5 μ. longis. 2732

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 cm. latus; stipes 8 cm. longus, basi 12-16 mm., apice 8-12 mm. crassus; volva irregulariter diffracta, admodum crassa, basi stipitis connata, intus pallidior, subtus acuminata.

22. **Volvaria xanthocephala** Berk. Dec. n. 26 in Lond. Journ. 1845, p. 45. — Pileo convexo, aureo e volvâ albo-maculato; stipite bulboso; volvâ adnatâ, margine sublibero lamellisque remotis, attenuatis, liberis, pulcherrime pallido-gilvis. 2733

*Hab.* ad terram, Swan River W. Australia (Drummond). — Pileus 2½-5 cm. latus, subcarnosus, margine tenuissimo; stipes 2½-5 cm. longus, 4-6 mm. crassus; lamellæ modice latæ, minime ventricosæ. Annulus nullus.

**) Pileo plus minus viscoso et (prima specie excepta) glabro.

23. **Volvaria rhodomela** Fr. Hym. Eur. p. 183, Lasch n. 586, Paul. t. 151, f. 3 (e descr., sed icon fœda). — Pileo carnoso, e campanulato expanso, squamuloso, viscoso, subfuligineo; stipite solido, attenuato, tenuiter floccoso-pubescente, dein glabrescente; volva parva, floccosa; lamellis liberis, rubellis. 2734

*Hab.* in fagetis (Lasch), fimetis e. s. p. in Europa. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 4-6 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Media inter *V. volvaceam* et *speciosam*.

24. **Volvaria speciosa** Fr. Syst. Myc. I, p. 278, Hym. Eur. p. 183, Gill. C. F. c. ic., Bern. Roch. t. 14, f. 2, Fl. Dan. t. 1737, Krombh. t. 26, f. 1-8, Weinm. pag. 238, Secret. n. 36, Cooke Ill. t. 297, *Aman. incarnata* β. Alb. et Schw. p. 142, *A. pubescens* Schumach. p. 247. — Pileo carnoso, molli, e campanulato expanso, obtuso, glabro, viscoso, disco griseo, margine levi; stipite solido, attenuato, subbulboso volvaque laxa villosis; lamellis liberis, carneis; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, levibus, regularibus, dilute flavis v. fuscescentibus (sub lente), 12-18 = 8-10; basidiis claviformibus, maiusculis. 2735

*Hab.* in ruderatis, juxta vias, fimeta in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 8-14 cm. latus, stipes 10-20 cm. longus. Alba, robusta.

25. **Volvaria theiodes** Saut. in Bot. Zeit. 1848, p. 292. — Citrina, 2736
subcæspitosa; pileo subcarnoso, ovato-campanulato, dein explanato farinoso, flocculis secedentibus squamuloso, disco late umbonato, margine plicato-sulcato; stipite elongato, cavo, fusco, superne fibroso-striato, basi plus minus bulboso, levi; lamellis liberis, latis, approximatis, tenuibus, incarnato-albidis; sporis ovoideis, adspersis, incarnatis.

*Hab.* ad cortices vaporarios hortorum in Styria. — *Volv. speciosæ* proxima et forte ejusdem forma.

26. **Volvaria glojocephala** Fr. Hym. Eur. p. 183, Pat. Tab. 224, Decand. 2737
Fl. fr. VI, p. 52, Lètell. t. 623, f. 2 et t. 645, f. H. I, Saund. et Smith. t. 33, f. 2 (pulchra), Seyn. Montp. p. 102, t. III, f. 12, *A. speciosus* Klotzsch in Fl. Bor. t. 457, Barla t. 26, Berk. Outl. t. 7, f. 3. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, umbonato, glabro, glutinoso, fuligineo, margine striato; stipite solido, glabro, volva circumscissa coarctata; lamellis liberis, rubentibus.

*Hab.* in ruderatis, fimetis Europæ. — Stipes 16 cm. v. ultra longus, 1-1½ mm. crassus, fuscescens v. fulvescens, quam *speciosæ* vulgo gracilior. In pileo 8 cm. lato interdum observantur volvæ fragmenta; sporæ 19 = 9. Maxime venenata ex Lètellier in Ann. Sc. Nat. 1835, p. 96.

27. **Volvaria viperina** Fr. Epicr. p. 139, Hym. Eur. p. 184. *A. conicus* 2738
Pico in Mém. Soc. Mèd. par. 1781, t. 12, f. 4-6. Paul. Ch. t. 151, f. 4, 5, *A. glojocephalus* Larber t. 9, f. 5 (mutuata). — Pileo carnoso, persistenter conico, acuto, levi, viscido, sicco sericeo-nitente, cinereo; stipite solido, æquali, volva tenui, integra arcte vaginato; lamellis albo-flaventibus, dein carneis.

*Hab.* ad margines viarum in Europa australi. — Gracilis, stipite subflexuoso, pileo pro ratione parvo.

28. **Volvaria media** Fr. Hym. Eur. p. 184, Cooke Ill. t. 299, Schum. 2739
Saell. p. 248, Fl. Dan. t. 1676, f. 2, Larber t. 9, f. 4, Fr. Monogr. p. 261, *A. sericocephalus* Lètell. t. 623 *b*. — Alba; pileo leviter carnoso, convexo-plano, obtuso, viscoso, sicco sericeo, margine levi stipiteque solido, æquali glabris, volva vaginali lobata; lamellis liberis, roseis.

*Hab.* in pinetis Europæ (Schumacher) et in fagetis (Fries). — Schumacher legit in pinetis, equidem in fagetis. Media inter *V.*

*speciosam* et *parvulam*. Stipes vix 5 cm. longus, pileus $2^1/_2$-4 cm. latus.

29. **Volvaria parvula** Weinm. Ross. p. 238, Fr. Epicr. p. 139, Hym. Eur. p. 184, Gill. C. F. c. ic., Pat. Tab. 332, Cooke Ill. t. 300 *b*, *A. volvaceus* minor Bull. t. 330, *A. pusillus* Pers. Obs. 2, p. 36, t. 4, f. 4. Syn. p. 249, Krombh. t. 3, f. 20, Berk. Outl. p. 140. *A. venustus* Vivian. t. 11. — Albida; pileo carnosulo, e campanulato plano, umbonato, primo viscidulo, mox sicco stipiteque subfistuloso, æquali sericeis; lamellis liberis, carneis; sporis late ellipsoideis, $5 \simeq 3^1/_2$. 2740

*Hab.* in hortis et vaporariis sporadicus in Europa et in pascuis Carolinæ infer. Amer. bor. — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes 1-$2^1/_2$ cm. longus; sporæ $5\text{-}8 \simeq 3\text{-}4$; basid. $22\text{-}27 \simeq 6\text{-}7$; sterigm. $3 \simeq 2$; cystid. $50\text{-}55 \simeq 6\text{-}7$. — Num var. *major* Weinm. «pileo plumuloso», qui *A. plumulosus* Lasch ined., Oudem. p. 25, Secr. n. 37, distinguenda sit, non liquet.

**ANNULARIA** Schulz. Verh. Œsterreich. Zool. Bot. Gesell. 1868, p. 49, Fr. Hym. p. 184 (Etym. ab *annulo*). *Chamæola* Worthingt. Smith in Seem. Journ. 1870. — Stipes annulatus sed volva destitutus. Lamellæ liberæ. Hymenophorum a stipite discretum.

1. **Annularia levis** Krombh. 4, p. 16, t. 26, f. 16, 17, Fr. Hym. Eur. p. 184, *A. cretaceus* Seyn. Montp. p. 85. — Pileo carnoso, convexo, levissimo, glabro, candido, medio fuscescente; stipite cavo, a basi attenuato, levi, annulo mobili, tenui; lamellis liberis, postice attenuatis, ex albo carneis. 2741

*Hab.* in Europa australi ad terram, raro. — Confusa cum *A. cretaceo*, a quo vero differt non modo sporis roseis, sed etiam statura, annulo tenui mobili, pilei cuticula levigata. Pileus numquam instar *A. cretacei* squamulosus et fibrillosus. Synonyma inter hos fungos ægre distribuuntur.

2. **Annularia alutaria** Pers. Syn. p. 265 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 185. — Ampla; pileo carnoso, campanulato, obtuse umbonato, glabro, alutaceo; stipite subcavo, glabro, annulo laxo; lamellis liberis, confertis, ex albido incarnatis. 2742

*Hab.* in Gallia (Gillet), in horto olim legit Persoon — Stipes 8-11 cm. longus, 6-7 mm. crassus; pileus 6-8 cm. latus, ad marginem obsolete squamosus; lamellæ 4-6 mm. lat.

3. **Annularia Fenzlii** Schulz. in Kalchb. Hung. t. 10, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 185, Gill. C. F. cum icone. — Pileo carnoso, tenui, ex 2743

ovato expanso, obtuso, levi, glabro, sulphureo-vitellino; stipite mox cavo, subattenuato, fibrilloso, sulphureo, infra medium annulato; lamellis liberis, ventricosis, roseis.

*Hab.* in truncis Tiliæ in Slavonia. — Præcedentibus minor, elegans, annulo parvo, haud diu persistente. Pileus demum depressus.

4. **Annularia xanthogramma** Cesati Comm. Critt. Ital. I, p. 58, t. 3, 2744
f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 185. — Pileo carnosulo, convexo, umbonato, ad umbonem squamuloso-punctato, lacteo, striis flavissimis subconfluentibus dense radiatim striato; stipite farcto, tenui, infra medium obsolete annulato; lamellis liberis, perlatis, confertis, mox roseis.

*Hab.* in Italia boreali. — Pilei tenuis margo subfissus. Caro alba, sed sub cute pilei flavidula.

5. **Annularia Goliath** Speg. F. Arg. IV, p. 6. — Pileo candido, primo 2745
hemisphærico-subcampanulato, obtuso, epidermide squamuloso-flocculosa, dein late expanso, perfecte orbiculari, 22-25 cm. diam., applanato, centro non umbonato, cute glaberrima, margine acuto, integerrimo, non v. vix striolato; stipite a pileo facile secedente, 18-32 cm. long. 1,5-2 cm. cr., basi subbulboso-incrassato, 2,5-4 cm. sursum tereti, toto subæquali, candido, primo minute puberulo dein glabrato, non v. vix tenuiter longitudinaliter striatulo, carnoso-fibroso, intus fistuloso, cavitate vacua v. pulpa gossypino-araneosa farcto; lamellis primo candidis dein dilute roseo-fulvescentibus, membranaceis, ceracellis, antice latioribus, acutatis, postice attenuatis, sinuatis v. parcissime sinuato-adnatis, 3-4 cm. lat., in parte latiore annulo crasso, mobili, candido, flocculoso-carnosulo, fistuloso; carne candidissima ab hymenophoro discreta, cum stipite continua, immutabili, compactiuscule subflocculoso-exsucca, $2^1/_2$-$3^1/_2$ cm. crassa; odore nullo v. fungino grato, sapore glutinoso, dulci-subacerbulo; sporis ovatis, obtusissime rotundatis, inferne lateraliter angulato-acutatis, superne brevi attenuato-rotundatis, obtusis, 10-12 = 8-9, dilutissime rubiginosis.

*Hab.* ad terram prope arbores in silva vetusta australiore «Montes del Real Viejo» dicta, in Argentina Amer. merid. — Species perpulchra et certe inter majores adnumeranda; specimen inter alia invenit auctor mensuris sequentibus præditum: pileus 37,5 cm. diam.; stipes 52 cm. long. 5 basi, 3 medio crass.; lamellæ 25 mm. lat.; caro 20 mm. crass. Observandum etiam quod descriptio cutis pilei nonnihil incerta, nam ab insectis (*Podura* sp.) sæpius jam in juventute plane consumpta.

6. **Annularia transilvanica** Schulz. Verhandl. Hermann. 1884, p. 20. — 2746
Pileo campanulato, 7-8 cm. lat., a vertice ad marginem sulcato, albido, apice obscuriore, margine inæquali, lobato; lamellis ascendentibus, confertis, inæqualibus, carneis; stipite pileo dilutiore, cavo, 7-10 cm. longo, flocculoso; annulo completo, membranaceo.
*Hab.* in silvis Transilvaniæ (LERCHENFELD).

**PLUTEUS** Fr. Epicr. p. 140 (Etym. a *pluteo* quasi clypeo). — Stipes volva et annulo destitutus. Hymenophorum a stipite discretum, unde lamellæ postice rotundatæ, liberæ (numquam emarginatæ), primitus cohærentes, ex albo carneæ, sed *P. nani*, *ephebei*, *montellici*, *leonini* sæpe luteo-tinctæ.

*) Pilei cute in fibrillas vel floccos secedente.

1. **Pluteus cervinus** Schaeff. t. 10 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 140, Hym. 2747
Eur. p. 185, Cooke t. 301, Pat. Tab. 335, Gill. C. F. cum icon. Berk. Outl. p. 141, Kickx p. 161, *A. atricapillus* Batsch f. 76, *A. latus* Bolt. t. 2, Sowerb. t. 108, *A. Pluteus* Pers. Syn. p. 357, Dittm. apud Sturm tab. 28, Krombh. tab. 2, fig. 7-10, *A. Neesii* Klotzsch in Fl. Bor. t. 459. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, levigato, glabro, dein in fibrillas squamulasve secedente, margine nudo; stipite solido, nigro-fibrilloso; lamellis liberis, ex albo carneis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, levibus chlorino-hyalinis, 7-8 ≃ 5-6.
*Hab.* vulgatissimus ad truncos putridos in Europa et ad terram Hautane Ceylon (GARDNER), in Africa australi (MAC OWAN) et Tasmania. — Major 8 cm. et ultra altus latusque, pileo fuligineo, expallente, interdum fusco-lutescente (Fl. Dan. t. 1067, f. 2). Proteus est. Cfr. Secr. n. 540-542, 504, nec dubitandum *P. patricium*, *P. eximium* et *P. petasatum* ab hoc originem ducere, licet nobiles sint et facile distincti. — ***Pl. rigens** Pers. l. c., Fr. Hym. Eur. p. 186, Paul. t. 134, f. 3: pileo cinereo, nigro-virgato squamulosove; stipite glabro, subnitido; sporis sphæroideis v. subsphæroideis, 7-9 ≃ 6-7 vel 5-7 μ. diam. uniguttulatis. Jove sicciore, magis rigidus. Pileus circiter 3 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus. Ad truncos Europæ. — ***P. patricius** Schulzer in Kalchbr. Hung. p. 20, t. 10, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 186: pileo ex albido fumoso-griseo, squamis umbrinis vel cinnamomeis disparentibus ornato, demum glabrato, sericeo-nitente et radiatim rupto; stipite levi, albo. Ad truncos putridos Quercus et Fraxini in Hungaria et Slavonia. —

* **Pl. eximius** Saund. et Sm. t. 38, Fr. Hym. Eur. p. 186, Cooke Ill. t. 302: pileo levi, pellicula separabili viscida tecto, rufescenti-umbrino; stipite fibrilloso, demum nigricante. In serragine Angliæ. Maximus, speciosus; pileus junior repando-lobatus et circa marginem miniatus. — * **Pl. petasatus** Fr. Epicr. pag. 142, Hym. Eur. p. 185, Cooke Ill. t. 303, Berk. in Ann. Nat. Hist. XIII, t. 9, f. 2: pileo umbonato, glabro, albido-cinereo, pellicula separabili tecto, ad medium striato; stipite fibrilloso-striato, demum fulvente. In sterquiliniis et straminibus coacervatis. Color senescentis in spadiceum abit, lamellarum acies fulvescit. Pileus 13-15 cm. latus, stipes 15 cm. longus. Inter fragmenta lignea in Europa.

2. **Pluteus sororiatus** Karst. Mycol. Fenn. p. III, pag. 101. — Pileo 2748
carnosulo, campanulato-expanso, floccoso-squamuloso, luteo, margine striatulo sæpeque repando; stipite subfarcto, sublevi, glabro, deorsum incrassato et squamuloso, pallido, tandem lutescente; lamellis rotundato-liberis, confertis, oblongatis, ex albo-roseo carneis, primum acie luteis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, levibus, uniguttulatis, hyalinis vel dilutissime flavescentibus, 7-8 ≃ 6.

*Hab.* ad ligna carbonisata et putrida circa Mustiala in Fennia pluribus locis obvius. — Pileus 3-6 cm. latus; stipes circiter 6 cm. altus.

3. **Pluteus montellicus** Sacc. Mycol. Sp. p. 23, t. V, f. 1-3. — Pileo 2749
carnoso-spongioso, arido, convexo-expanso, lutescente, glabriusculo; stipite farcto, fibroso, extus obscure fibrilloso, rufescente, incurvo, ad hymenophoro discreto; lamellis liberis, subconfertis, olivascenti-griseis; sporis majusculis, 10 ≃ 8, ellipsoideis, apiculatis, roseis, 1-guttulatis.

*Hab.* in silva Montello, in Italia boreali. — Affinis videtur *Pl. petasato* Fr., a quo differt pileo nec viscido nec margine striato lamellarumque colore.

4. **Pluteus Æolus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 531. — Pileo 2750
convexo, areolato, particulis nigris obsito; stipite basi dilatato; lamellis falciformibus; sporis subglobosis, 6 μ. diam.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus, solidus. Affinis *P. cervino.*

5. **Pluteus subcervinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 531. — Pileo 2751
convexo, fibrilloso-picto, cervino; stipite subæquali, albo, fibrilloso, solido; lamellis ventricosis, postice rotundatis; sporis ovatis 5 μ. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus; stipes 2½ cm. longus, circiter 2 mm. crassus. *P. cervino* minor sporisque diversis.

6. **Pluteus umbrosus** Pers. Ic. descr. t. 2, f. 5 (minus speciosa), Syn. 2752
p. 358, Weinm. p. 137, Berk. Outl. p. 141, Fr. Hym. Eur. p. 186, Cooke Ill. t. 304 *a*. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, lacunoso-rugoso, primitus villoso, umbrino, margine ciliato-fimbriato; stipite solido fibrilloso; lamellis liberis, acie fuligineo-fimbriatis; sporis ellipsoideo-sphæroideis vel sphæroideis, 6-7 ≃ 5-6 vel 4-6 μ. diam. uniguttulatis; bas. 23 ≃ 7-8; sterig. 2 ≃ 1; cyst. 65-80 ≃ 18-20.

*Hab.* ad truncos arborum, etiam acerosarum, Europæ. — Pileus 6-9 cm. latus; stipes 6 cm. vel ultra longus, 6-9 mm. crassus. *P. cervino* nimis affinis ejusque potius subspecies, licet habitu et characteribus admodum recedens.

7. **Pluteus ephebeus** Fr. Syst. Myc. I, p. 238, Monogr. p. 264, Hym. 2753
Eur. p. 186, *A. villosus* Bull. t. 214. — Pileo carnoso, e convexo explanato, obtuso, cæruleo-villoso, margine nudo; stipite farcto, glabro, striatulo; lamellis liberis, lutescenti-carneis.

*Hab.* ad ligna putrida Europæ, raro in Fago non lectus. — Medius, elegans, *P. cervino* valde affinis. Pileus vulgo fusco-violaceus, 2-6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 4-7 mm. crassus, sæpe curvus, subinde cærulescens.

8. **Pluteus creatophyllus** Schulz. in Verhandl. Zool. Bot. Gesell. 1877, 2754
p. 1075, *Pl. drepanophyllus* Kalchbrenner Fung. Hung. t. 11, f. 3, Fr. Hym. p. 186 et 703. — A *P. ephebeo* differt pileo velutino, atro-umbrino; stipite fistuloso, terrestri; lamellis argillaceo-carneis.

*Hab.* ad terram in Slavonia. — Pileus 2,5-3 cm. lat.; stipes 3-4 cm. long., 4-5 mm. cr.; sporæ argillaceo-roseæ, ovoideæ 6 μ. long. — Var. **excoriatus** Bres. in Hedw. 1885, p. 134, *Ag.* (Leptonia) *pluteiformis* Sch. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 496: pileo plane fornicato, tantum medio carnoso, cuticula umbrina sponte secedente, igitur passim albido-notato; stipite cartilagineo, in pileum ampliato, albo, æquali aut basim versus sæpe lateraliter curvato, sensim incrassato, medullato, in adultis cavo; lamellis liberis, ex albido dilute sordide carneis, subventricosis, latis, demum valde distantibus, sæpe furcatis, acie integris; sporis plerumque globosis at etiam ovatis, 5-8 μ. longis, roseo-carneis. Ad terram in silvis Slavoniæ. — A *P. creatophyllo* sat distinctus: pileus 2,5-3,7 cm. latus; stipes 3,5-4,5 cm. longus, 3-5

mm. crassus; lamellæ 3,5-7,5 mm. latæ; caro alba sine odore et sapore.

9. **Pluteus salicinus** Pers. Syn. p. 344. (*Agar.*), Secr. n. 545, Fr. Monogr. p. 264, Hym. Eur. p. 186, Quél. p. 332. — Pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, disco obscuriore floccoso-rugoso; stipite farcto, fibrilloso, cyaneo-albicante; lamellis liberis, roseis. 2755

*Hab.* ad truncos Salicum in Europa. — Pileus 2-3 cm. latus e cyaneo cinereus; stipes 6 cm. longus. — Var. *Beryllus* Pers. l. c. pileo vittis virescentibus; in Alno. — Var. *floccosa* Karst. in Fr. l. c. pileo floccoso-squamoso.

10. **Pluteus hispidulus** Fr. Syst. Myc. p. 201, Monogr. I, p. 264, Hym. Eur. p. 187, Ic. t 90, f. 2, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 304. Cfr. Secr. n. 547. — Pusillus; pileo carnosulo, convexo-plano, pilosello v. sericeo, griseo, margine demum striatulo; stipite fistuloso, levi, glabro, argenteo; lamellis liberis, carneis. 2756

*Hab.* ad truncos Fagi in Europa et, quod maxime singulare, in humo ollarum caldarii in horto botanico Upsaliensi. — Minimus, pileo 8-11 mm. lato a reliquis distans; stipes 2-6 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

11. **Pluteus pallitus** Pers. Syn. p. 366 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. p. 198, Hym. Eur. p. 187, Gill. C. F. cum icone, Quél. t. 5, f. 4. — Albus; pileo carnosulo, convexo-plano, levi, sicco, sericeo; stipite farcto, glabro, levi, nitente; lamellis carneis. 2757

*Hab.* ad et juxta truncos in terra graminosa in Europa. Mollis, inodorus; pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. long., 6-7 mm. crass. — Var. **punctillifer** Quél. in Hedw. 1885, pag. 133, Schulz. Ill. n. 1082: pileo carnoso, convexo-explanato, 4,5-5,7 cm. lato, levi, subnitido, albido in medio parum fuscescenti et squamulis minimis fibrosis, umbrinis, interdum marginem versus sparsim effusis ornato; lamellis liberis, utrinque rotundatis, 5-8 mm. latis, subconfertis, albidis, tardius sordide-carneis; stipite subcylindrico, 5-8 mm. crasso, 5,5-6,5 cm. longo, farcto, contiguo, albido, sursum levi, glabro, basim versus squamuloso sicut pileo, subnitido; carne alba; odore et sapore nullo; sporis sordide carneis, globoso-ellipsoideis, 3-4 $\mu$. diam. Subcæspitosus in silva Kunjovce ad truncum jam ex toto destructum Quercus v. Carpini in Slavonia. — Var. **gracilis** Bres. in Hedw. 1885, p. 133, Schulz. Ill. n. 1084: extus intusque albus, deinde pileo a medio versus marginem dilutissime umbrino; lamellis dilute carneis; pileo re-

gulari ex acute campanulato, explanato, subumbonato, margine incurvo, extra verticem membranaceo, usque 4 cm. lato, primitus levi, deinde pellicula in squamulas minimas fuscescentes diffracta; lamellis liberis, ventricosis, utrinque rotundatis, 1 cm. latis, subconfertis, acie non serratis; stipite subdiscreto, cylindrico, usque 5 mm. crasso, 4 cm. et parum ultra longo, adscendente-curvato, farcto, sed intus spongioso, primitus sub lente tenuissime fibroso-flocculoso, deinde levi, glabro; odore saporeque non ingrato; sporis sordide-carneis, globoso-ellipsoideis, 5-6 μ. longis; mycelio mucedineo. Ad truncos Juglandis regiæ jam totos putridos in Slavonia.

12. **Pluteus Roberti** Fr. Icon. p. 101, t. 90, f. 1, Hym. Eur. p. 703. — 2758
Pileo disco carnosulo, ceterum membranaceo, e convexo plano, obtuso, hirtulo, exsulco, albo-fuscescente; stipite apice cavo, inferne solido, leviter incrassato; lamellis perlatis, candidis.

*Hab.* in fagetis Smolandiæ. — A *Pl. semibulboso*, quocum junctus fuit, differt stipite tenui, subtiliter fistuloso, basi inflato-bulboso pubescente; pileo æqualiter carnosulo, sulcato, atomato, nec hirtulo.

13. **Pluteus brunneo-pictus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 533. 2759
— Pileo convexo, fortiter umbonato, lineis fibrillosis picto brunneo; stipite candido; lamellis ventricosis postice rotundatis; sporis ovatis, 6 μ. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus, umbone papilliformi; stipes subæqualis; lamellæ pallidæ. A *P. psichiophoro* differt pilei notis atque sporis ovatis minime globosis.

14. **Pluteus spilopus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 532. — 2760
Pileo convexo, carnoso, obtusissimo, atro-fusco, floccoso-virgato, carne medio crassa candida; stipite basi incrassato, particulis nigris insperso solido; lamellis ventricosis, latis, postice attenuatis, remotis carneis; sporis subglobosis, nucleo lato instructis, 8 μ. d.

*Hab.* in solo sabuloso, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, fusco-brunneus striis pallidis notatus; stipes 4 ½ cm. longus, 8 mm. crassus, intus albus. Ob lamellas postice valde attenuatis inter affines notandus.

15. **Pluteus tephrostictus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 289. — 2761
Pileo umbonato, albo, pilis mollibus glandulosis nigris vestito; stipite deorsum incrassato albo, parce glanduloso; lamellis ex albo pallide carneis; sporis globosis.

*Hab.* ad truncos vetustos, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. latus; stipes 12 mm. longus, 2 mm. crassus.

16. **Pluteus longistriatus** Peck 30 Rep. p. 40. — Pileo tenui, convexo, demum expanso, sicco, disco striato, cinereo, disco obscuriore atque minute rugoso, piloso vel squamuloso; stipite æquali, glabro, albo; lamellis latis, demum ventricosis, liberis ex albo carneis; sporis orbicularibus 8 $\mu$. diam. 2762

*Hab.* ad ligna putrescentia, Albany Amer. bor. — Statura 5 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-4 cm. longus, stipes 2 mm. crassus.

17. **Pluteus escharites** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 533. — Pileo convexo umbilicato, squamulis minutissimis obsito, margine striato; stipite sursum incrassato, griseo-glauco, basi truncato; lamellis fuligineis, falciformibus, postice attenuatis; sporis globosis $5^1/_2$ $\mu$. diam. 2763

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES). — Pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, basi incurvus.

18. **Pluteus psichiophorus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 532. — Pileo e campanulato plano, fortiter umbonato, lurido, miculato; stipite tenui basi incrassato; lamellis latis; sporis globosis 6 $\mu$. diam. 2764

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, brunneus irregulariter squamulosus vel areolatus; stipes $2^1/_2$ cm. longus; lamellæ ventricosæ.

19. **Pluteus sterili-marginatus** Peck 25 Rep. p. 77. — Pileo late convexo vel expanso, subtiliter tomentoso, dilute roseo, margine excedente; stipite brevi, æquali, solido, glabro, sæpe incurvo, albido; lamellis confertis, subventricosis, liberis, acie minute erosis, antice attenuatis, pallide carneis; sporis subglobosis, angularibus, nucleo centrali præditis, 6 $\mu$. diam. 2765

*Hab.* ad truncos putridos et ramos in silvis, Portville Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$ cm. adæquans; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes 1 mm. crassus; pileus interdum rimosus et tunc eumdem præbet aspectum ac si glutine tenui squamoso obductus esset.

20. **Pluteus violarius** Massée in Grevillea 1885, p. 89, Cooke Illustr. t. 518, f. *b*. — Pileo hemisphærico, dein subplano, velutino, levi, dilute fusco-purpureo, disco obscuriori, margine undulato; carne crassa, grisea; stipite basi crassiori, pallide umbrino, sursum attenuato, albido, sericeo, fistuloso, apicem versus fibrillis delicatis atris instructo; lamellis confertis, margine serrulatis, albidis, demum rufo-carneis; sporis sphæroideis, levibus. 2766

*Hab.* ad truncos pr. Scarboro' Britanniæ (G. Massee). — Gregarius; pileus 1,2-3 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 2 mm. circ. apice crassus. Nullus odor, sapor gratus.

21. **Pluteus cinereus** Quél. 14 Suppl. p. 3 et Ann. Sc. Nat. Bord. 2767
1884, tab. I, fig. 1. — Pileo convexo, dein centro depresso, tenui, subtiliter floccoso, reticulato-rimoso, griseo; stipite gracili, fistuloso, furfuraceo-floccoso, griseo, e mycelio byssoideo, albido oriundo; lamellis distantibus, albidis, dein carneis; sporis ellipsoideis vel sphæricis, 6-8 $\mu$. latis, roseis.

*Hab.* ad ramulos putrescentes in silvis humidis pr. Gironde Galliæ (Merlet). — *Pluteo plauto* valde affinis; pileus 2-2,5 cm. lat.

22. **Pluteus exiguus** Pat. tab. 425, p. 190. — Pileo convexo, dein 2768
plano, tenui, 1-2 cm. lat., initio levi, dein margine striolato, pilis brevissimis, erectis brunneis, flocculosis velutino, brunneo-rufo, centro obscuriore; lamellis rotundatis, inæqualibus, a stipite remotis, rufis; stipite farcto, 10-15 mm. longo, basi incrassato, albido, pruinoso, non striato; sporis sphæroideis, 1-guttulatis, roseis, 6-7 ≃ 3.

*Hab.* ad terram Eaux-Bonnes Galliæ (Doassans). — *P. nano, plauto* et *cinereo* affinis.

23. **Pluteus albo-lineatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 532. 2769
— Pileo campanulato, umbonato, atro-cinereo, albo-lineato; stipite flexuoso, sursum attenuato, solido, in umbonem immerso; lamellis undulatis, ventricosis, postice rotundatis, liberis, remotis; sporis subglobosis, 6 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus sub cuticula livido-brunneus; stipes 5 cm. longus, 4 mm. centro crassus; lamellæ fere 4 mm. latæ.

24. **Pluteus marmoratus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 534. 2770
— Pileo convexo, fortiter umbonato, marmorato; stipite recto, truncato, torto, striato, solido; lamellis segmentiformibus, postice rotundatis, appoximatis.

*Hab.* ad ligna cariosa, Ceylon (Thwaites). — Pileus 4½ cm. latus, pallide gilvus, atro-lineatus; stipes 4 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ fere 6 mm. latæ.

**) Pileo atomato-pruinato, subpulverulento.

25. **Pluteus plautus** Weinm. Ross. p. 136, Fr. Hym. Eur. p. 187. — 2771
Pileo carnosulo, e campanulato expanso, levi, glabro, rore fuligineo afflato; stipite fistuloso, velutino-molli, fusco-nigricante; lamellis liberis, carneis.

*Hab.* ad ramenta lignea in Europa. — Minor, fragilis, subgraveolens; pileo udo alutaceo. — Var. **terrestris** Bres. F. Trid. p. 18, t. XX, f. 1: pileo carnosulo e convexo expanso, margine undulato-repando, sicco, pruinato-velutino, nigro-fuliginoso, ætate centro tabacino, ruguloso, margine exstrio-levi, 2–3 cm. lato; lamellis confertis, ventricosis, liberis, ex albo carneis, acie subfimbriata; stipite e medullato fistuloso, cylindraceo, nigro-velutino-hirtulo, basi incrassato alboque tomentoso, 4–5 cm. longo, 2–3 mm. crasso; carne pilei albida, stipitis fuscidula, inodora; sporis subglobosis, intus granulatis, sub micr. carneo-flavidis, 6 ≃ 5, basidiis subclavatis, 20–25 ≃ 7, cystidiis fusoideo-ventricosis pedicellatis 50–55 ≃ 20. Locis herbidis ad terram in nemoribus frondosis prope Magras, Trento. — Pulchella hæc varietas pileo velutino, carne inodora et statione terrestri a typo differt, ut forsan specifice distinguenda.

26. **Pluteus nanus** Pers. Syn. p. 357 (*Agar.*), Fr. Monogr. I, p. 266, Hym. Eur. p. 187, Pat. Tab. 334, Bern. Roch. t. 17, f. 2, Berk. Outl. p. 141, Secret. n. 543, Quél. p. 82. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, ruguloso, fuligineo, flocculoso-pruinoso-consperso; stipite solido, rigido, striato, albo; lamellis liberis, carneis; sporis irregularibus, echinulatis, pallide roseis, 5–6 μ. diam. 2772

*Hab.* ad truncos Fagi, Betulæ etc. in Europa. — Pileus umbrinus v. disco obscurior, ex quo sæpe excurrunt rugæ venosæ, radiantes; pileus et stipes vulgo $2^1/_2$ cm. modo metientes, sed in simul occurrunt individua stipite 5–8 cm. longo, pileo 6 cm. lato. — Var. **lutescens** stipite et sæpe lamellis luteis. *A. pyrrhospermus* Bull. t. 547, f. 3, *A. leoninus* β. Lasch n. 267.

27. **Pluteus podospileus** Sacc. et Cub. *A. spilopus* B. et Br. A. N. H. n. 1856, Cooke Ill. t. 325 nec B. et Br. Ceyl. F. n. 165. — Pileo convexo, obtuse crasse umbonato, brunneo, striato ruguloso; lamellis liberis, sinuatis; stipite cylindrico, subfarcto, nigro-punctato, intus albido; sporis globosis, levibus, 4 μ. diam. 2773

*Hab.* ad truncos Batheaston Britanniæ. A *P. spilopode* differt pileo umbonato, habitatione in truncis, sporis dimidio minoribus. Affinis *P. nano*.

28. **Pluteus præstabilis** Britz. Derm. et Mel. app. p. 193, f. 55. — Pileo convexo, expanso, atro-brunneo, velutino, pruinoso; stipite cavo, albo, fibris mollibus, punctisque brunneo-atris ornato, carne alba; lamellis liberis, confertis, rufo-albidis; sporis globosis, 6 ≃ 4–5. 2774

*Hab.* ad terram in fagetis pr. Althegnenberg Bavariæ. — *Plu-*

*teo nano* proximus; pileus 4,5 cm. latus; stipes 4,5 cm. longus, sursum 5 mm. crassus, basi usque ad 1 cm. crassus.

29. **Pluteus arenulosus** B. et C. N. Pacif. Expl. n. 36. — Pileo convexo, candido, centro diffracto, verruculoso, margine striato; stipite tenui, flexuoso, brevi; lamellis ventricosis, liberis, remotis. 2775

*Hab.* in ligno emortuo in insulis Bonin.

30. **Pluteus fusco-nigricans** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 534. — Pileo tenui, convexo, fortiter umbonato, atomato-pruinato, striato; stipite obliquo, albido, fistuloso; lamellis latis, ventricosis, postice rotundatis, liberis; sporis ovatis, 6 $\mu$. long. 2776

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, fusco-brunneus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus; lamellæ 4 mm. crassæ. A *P. nano* differt pileo umbonato sporisque ovatis.

31. **Pluteus glyphidatus** Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 532. — Pileo e campanulato plano v. depresso, pallido, particulis parvis pulverulento, margine striato; stipite citrino solido; lamellis remotis, liberis, crenulatis; sporis globosis, 6 $\mu$. diam. 2777

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus, citrinus vel cinereus, tenuis; caro alba sub cuticula fuliginea; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus; lamellæ segmentiformes, initio candidæ, leviter luteo tinctæ, demum roseæ. A *P. nano* distinguitur pileo campanulato lamellisque crenatis.

32. **Pluteus regularis** Peck 26 Rep. p. 55. — Pileo convexo, demum expanso, subumbonato, rugoso-plicato, granulis minutis nigrescentibus adsperso, colore a luteo ad brunneum variante; stipite æquali, solido, pallido vel brunneo, vulgo apice pallidiore, denso tomento brevi velutino; lamellis potius latis, confertis, ventricosis, liberis, albidis demum carneis; sporis subglobosis, circiter 5 $\mu$. diam. 2778

*Hab.* ad truncos vetustos in silvis Pine Hill et Worcester Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 2-4 mm. crassus. *P. nano* proximus, sed major, stipite diverso.

33. **Pluteus melanodon** Secr. n. 550, Fr. Hym. Eur. p. 187. — Pileo carnosulo, convexo-plano, umbonato, pulverulento, margine striatulo; stipite fistuloso, gracili, firmo, glabro, nitido; lamellis liberis, albo-carneis, acie nigro-crenulatis. 2779

*Hab.* ad truncos Fagi Helvetiæ. — Tenax; stipite 8 cm. longo, sed vix 2 mm. crasso; pileo «aurore mat» $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. lato. Videtur *Lepi. Linkii* analogus.

34. **Pluteus semibulbosus** Lasch in Fr. Epicr. p. 141, Hym. Eur. p. 188. 2780
— Pusillus; pileo carnosulo, hemisphærico, obtuso, atomato-molli, sulcato, albo; stipite subtiliter fistuloso, pubescente, basi bullato-inflato; lamellis liberis, albo-carneis.

*Hab.* in ramis dejectis Populi, Betulæ, Fagi in Suecia et Scarboro' Britanniæ (Massee). — Pileus 1,3 cm. latus, profunde sulcatus; stipes 2,5 cm. longus. Species pusilla, distinctissima, alba.

35. **Pluteus conizatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 533. — Pileo plano, tenui, umbonato, in particulas pulveraceas hic ilic fracto, margine striato; stipite sursum attenuato; lamellis ventricosis, postice rotundatis, remotis; sporis globosis, 8 $\mu$. diam. 2781

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus, pallide gilvus; stipes 8 cm. longus, 16 mm. ad medium crassus, citrinus; lamellæ 8 mm. latæ. Tenax atque elasticus.

36. **Pluteus stigmatophorus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 533. 2782
— Pileo convexo, umbonato, demum depresso, fuliginoso stipiteque basi incrassato, pallido, particulis concoloribus obsitis; lamellis ventricosis; sporis globosis, 6 $\mu$. diam.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus; stipes 4–5 cm. longus; lamellæ latæ.

37. **Pluteus grandineus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 535. — Pileo e convexo depresso, verruculis minutis pulveraceis obsito; stipite subæquali; lamellis latis, ventricosis, liberis; sporis ovatis, 8 $\mu$. long. 2783

*Hab.* ad ligna emortua, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, cervinus; stipes 4 cm. longus, basi tomentosus; lamellæ 4 mm. vel ultra latæ.

38. **Pluteus Pulvinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 534. — Pileo convexo, fortiter umbonato, striato, particulis pulveraceis consperso; stipite subæquali, solido; lamellis latis, ventricosis, approximatis; sporis 6 $\mu$. long. 2784

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Lamellæ 6 mm. fere latæ.

39. **Pluteus æthalus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 289. — Pusillus; pileo circa umbonem depresso, spadiceo, pulverulento; stipite gracili concolore; lamellis latis; sporis globosis, 5 $\mu$. diam. 2785

*Hab.* in ligno carioso, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus; stipes 12 mm. longus, 0,6 mm. crassus.

40. **Pluteus granulatus** Bres. Fungi Trid. p. 10, t. VII, *Pl. plautus* Quél. nec Fr. — Pileo carnoso, campanulato, dein expanso, hy- 2786

grophano, margine striato, rufescente, granulis minutis concoloribus dense obsito, $2^1/_2$-$4^1/_2$ cm. lato; lamellis subconfertis, ventricosis, liberis, utrinque rotundis, ex albido carneis, acie fimbriata; stipite fistuloso e cylindrico compresso, albo-hyalino, striato-subcanaliculato, subfurfuraceo, basim versus furfure luteo consperso, subradicato, $2^1/_2$-$4^1/_2$ cm. longo, 2-5 mm. crasso; carne aquosa, hyalino-fusca; sporis globosis, 6-8 $\mu$. diam., uniguttulatis carneis.

*Hab.* ad ligna mucida abietina in Gallia et Val di Sole Trento. — Totus fungus ætate aquoso-collabens.

41. **Pluteus pelinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 535. — Pileo convexo argillaceo, obsolete pulverulento, carne alba; stipite subæquali concolore; lamellis latis, ventricosis, carneo-subconcoloribus; sporis ovatis, 8 $\mu$. longis. 2787

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus sordide luteo-brunneo maculatus; stipes $2^1/_2$ longus, 2 mm. crassus; lamellæ fere 4 mm. latæ.

***) Pileo nudo, glabro.

42. **Pluteus roseo-albus** Fr. in Fl. Dan. t. 1679, Syst. Myc. I, p. 199, Hym. Eur. p. 188, Lasch n. 555. — Pileo leviter carnoso, e convexo expanso, levi, glabro, roseo, margine nudo; stipite solido, attenuato, albo-pruinoso; lamellis liberis, subdistantibus, carneis. 2788

*Hab.* ad truncos vetustos in Europa. — Pileus 8 cm. latus; stipes 8 cm. vel ultra longus, 8-9 mm. crassus. Elegans, firmus. Num idem Seyn. Montp. p. 100, pileo stipiteque fistuloso sericeis, rubellis, sporis irregularibus angulatis?

43. **Pluteus leoninus** Schaeff. t. 48 (*Agar.*), Pers. Ic. descr. t. 7, f. 4, Fr. S. Myc. l. c. Hym. Eur. p. 188, Berk. Outl. t. 7, f. 4, Gill. C. F. cum ic. — Pileo submembranaceo, e campanulato expanso, glabro, nudo, luteo, margine striato; stipite solido, glabro, striato; lamellis liberis, flavido-carneis; sporis ellipsoideis, roseis. 2789

*Hab.* ad truncos putridos Fagi, locis umbrosis Europæ et Carolinæ infer. Amer. fœder. — Pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 4-13 mm. crassus.

44. **Pluteus Curtisii** Berk. Dec. n. 203. — Pileo erugi, viscido, hepatico; stipite solido, æquali, glabro, albo; lamellis liberis, ex albo cinnamomeo-roseis; sporis ovatis. 2790

*Hab.* ad ligna putrida in paludosis, Society Hill Carol. infer. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 6-8 cm. latus, nitens, e pallido lividus v. hepaticus, margine tenui; caro 4-6 mm. ad medium cras-

sa, alba; stipes 6-8 cm. longus, 6 mm. crassus, glaber atque nitidus; lamellæ 6 mm. latæ. Odor et sapor ingrati. Affinis *P. leonino.*

45. **Pluteus chrysophæus** Schaeff. t. 253 (*Agar.*), Fr. Mon. I, p. 266, Hym. Eur. p. 188, Gill. C. F. cum ic., Berk. l. c. f. 5, Lasch n. 267, *A. molliusculus* Sowerb. t. 174, Grevill. Scot. t. 173. — Pileo submembranaceo, e campanulato expanso, levigato, nudo, glabro virgatoque, cinnamomeo, margine striato; stipite subcavo, glabro; lamellis liberis, ex albo carneis. 2791

*Hab.* ad truncos Fagi in Europa et Amer. fœder. — Pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus, 4-11 mm. crassus. Statura *Plutei leonini*, sed colore constanter differt. Stipes ex Berkeley solidus.

46. **Pluteus Godeyi** Gill Tab. an. p. 78 et Champ. Franc. p. 395. — Pileo carnoso, subcampanulato dein expanso-mammillato, inæquali, glaberrimo, ruguloso, viscosulo, margine tenui, striato, griseo dein virescenti-fuligineo, 3-4 cm. diam.; lamellis liberis latis, albidis dein rubescentibus; stipite recto vel curvo, cavo, albido-griseo, nitido, fibrilloso, 3-4 cm. longo; carne (sicca) alba, (uda) subcarnea, inodora, insipida. 2792

*Hab.* in tectis stramineis et in terra hortorum in Gallia bor. — *P. chrysophæo* proximus.

47. **Pluteus aglæotheles** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 534. — Mollis, tener; pileo convexo, expanso, obtuso, albido, glabro; margine tenui estriato; stipite horizontali, subæquali, albo, solido; lamellis rotundato-liberis; cystidiis urniformibus; sporis 6 $\mu$. long. 2793

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus, apice rugulosus; caro ad centrum crassa, alba; stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ 8 mm. latæ. Affinis *P. roseo-albo.*

48. **Pluteus phlebophorus** Dittm. apud Sturm t. 15, mutuata in Nees Syst. f. 202, Fr. Hym. Eur. p. 188, Syst. Myc. p. 200 cum syn. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, venoso-rugoso, umbrino margineque exstrio nudis; stipite fistuloso, glabro, subincurvo, nitido; lamellis liberis, albo-carneis; sporis sphæroideis, uniguttulatis, levibus, 7-8 ≃ 5. 2794

*Hab.* ad ligna putrida Betulæ in Europa et Hautane Ceylon. — Pileus 1-6 cm. latus; stipes 8 cm. vel ultra longus, 6-9 mm. crassus. — Var. **marginatus** Quél. in Ass. Franc. Av. Sc. 1884, p. 2, tab. VIII, fig. 4 et in Guill. Cat. Champ. Sud-Ovest p. 40: pileo subsphærico, dein convexo, tenui, rugoso, granulato, margine striato, amœne brunneo; stipite striolato, glabro, pellucido, albo, basi

bulbilloso; lamellis a stipite discretis, latis, semicircularibus, albis, dein roseis, reticulo crenulato fuligineo ornatis; sporis subsphæroideis, guttulatis, 8 μ. diam., roseis. In herbosis Gironde Galliæ (Forquignon). — *Pluteo cyanopodi* et *P. phlebophoro* affinis. Pileus 7 cm. latus.

49. **Pluteus cyanopus** Quél. Quelq. espec. nouv., 1882, p. 6, t. XI, f. 7. — Pileo convexo, tenui, ruguloso, sæpe subtiliter venuloso vel rimoso, pruinoso, flavo-atro v. violaceo, substantia molli, alba; stipite farcto, gracili, basi incurvo, sericeo, cœruleo, basi albo-tomentoso; lamellis a stipite discretis, latis, rotundatis, ventricosis, albis, sæpe glaucis vel lilacinis, dein carneis; sporis ellipsoideo-sphæricis; biguttulatis, 6 μ. diam., roseis. 2795

*Hab.* ad radices sarmentaque in silvis umbrosis Jura. — *Pluteo phlebophoro* proximus. Pileus 2 cm. latus.

50. **Pluteus opponendus** Britz. Hypor. Südb. p. 136, fig. 5. — Pileo convexo-conico, albido, sericeo-nitente; stipite albido, subtiliter fibrilloso, sericeo-nitente, basi incrassato; lamellis liberis, confertiusculis, amœne carneis; sporis ovoideis, 8-9 ≃ 4. 2796

*Hab.* in nemorosis in Bavaria meridionali. — Pileus circ. 2 cm. altus, ultra 3 cm. latus; stipes 5 cm. altus, sursum 5 mm. crassus, basim versus usque ad 9 mm. crassus.

51. **Pluteus lætifrons** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 289. — Pusillus; pileo e conico plano, glabro, radiato-striato, aurantio-rubro; stipite gracili, glabro, deorsum leviter incrassato, rubro; lamellis latis, luteis; sporis globosis. 2797

*Hab.* ad ligna emarcida, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 3-12 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, 1 mm. crassus.

52. **Pluteus palumbinus** Berk. Dec. n. 282. — Pileo convexo umbonato, glabro, erugi, carnosulo, palumbino; stipite solido, albo, deorsum leviter incrassato; lamellis ex albo roseis, liberis. 2798

*Hab.* ad truncos arborum vivarum, Darjeeling Indiæ 2300 m. alt. (Hook.). — Inodorus; pileus 5 cm. latus subhemisphæricus; stipes ascendens 5 cm. longus, 8 mm. crassus. Stricte affinis *P. phlebophoro* sed manifeste umbonatus atque glaber. *P. Curtisii* ab hoc distinguitur pileo viscido hepatico.

53. **Pluteus cuspidatus** Berk. Dec. n. 377. — Pileo campanulato, cuspidato-umbonato, longitudinaliter rugoso carnoso stipiteque elongato, deorsum incrassato, e farcto cavo, fuligineis; lamellis albis ventricosis. 2799

*Hab.* ad terram in montibus Khasiæ Indiæ orient. (Hook.). —

Pileus 18 mm. latus, $2^1/_2$ cm. altus, obscure fuligineus, margine recto; stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus, intus multo pallidior. Pileus rugosus ut in *P. phlebophoro:* habitu aliquantulum refert *Pl. cystopodem.*

54. **Pluteus chrysophlebius** B. et Rav. Ann. Nat. Hist. oct. 1859. — 2800
Pileo convexo, flavo, reticulato-rugoso; stipite gracili, basi hirsuto, subbulboso; lamellis latis remotis, ex albo carneis.

*Hab.* ad truncos putridos Caryæ albæ in Carol. infer. Amer. bor. (H. W. Ravenel). — Pileus 12 mm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, minus quam 2 mm. crassus, superne tumidus, basi albus. Affinis *P. phlebophoro* a quo habitu coloreque differt.

55. **Pluteus umbrinellus** Sommerf. Lapp. p. 259, Fr. Elench. p. 27, 2801
Hym. Eur. p. 188. — Pileo carnosulo, e convexo expanso, levi, margine fimbriato stipiteque fistuloso, radicato, tenaci glabris, nitidis; lamellis liberis, albo-carneis.

*Hab.* ad terram in subalpinis Nordlandiæ. — Hic a præcedentibus admodum distat, sed statura præcedentis et lamellæ Plutei.

56. **Pluteus eugraptus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 535. — Pi- 2802
leo plano, leviter umbonato, glabro, umbrino, lineis obscurioribus radiato; stipite curvo sursum pallido, basi umbrino, farcto; lamellis leviter ventricosis, umbrino-carneis; sporis subglobosis vel late ellipsoideis 6 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus; stipes 18 mm. longus, vix 2 mm. crassus; lamellæ circiter 2 mm. latæ. Affinis *P. umbrinello.*

57. **Pluteus balanatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 535. — 2803
Pileo glandiformi, glabro; stipite striato, sursum attenuato, farcto; lamellis ventricosis, liberis.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus, albus roseo maculatus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus, albus; lamellæ 2 mm. latæ pallide roseæ; caro alba, ad lamellarum insertionem rubra.

58. **Pluteus tenuiculus** Quél. Quelq. esp. II (1883), p. 2, t. VI, f. 5. 2804
— Pileo tenui, subsphærico, 5-8 mm. lato, glabro, striato, brunneolo; stipite gracillimo, pruinoso, fragili, albo; lamellis latis, rotundatis ventricosis, liberis, albis, demum roseis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 4-5-guttulatis, 10 $\mu$. latis, roseis.

*Hab.* in ericetis prope la Rochelle Galliæ (G. Bernard).

59. **Pluteus chrysoprasius** Berk. Dec. n. 283. — Pileo hemisphærico, 2805

subconico, carnosulo, pallido, prasio, glabro; stipite elongato, fistuloso, albo; lamellis latis, alutaceis.

*Hab.* ad radices abietum adustas sub montem Tonglo 600 m. alt. Indiæ orient. (Hook.). — Inodorus; pileus 2½ cm. latus; caro tenuis concolor; stipes 8 mm. longus, 4 mm. crassus.

60. **Pluteus Wehlianus** Müll. in Grev. XV, p. 93. — Pileo carnoso, 2806
e campanulato expanso, obtuse umbonato, levi, nitido ochraceo-albo, disco obscuriore; stipite procero, solido deorsum incrassato, sursum æquali, albido, glabro; lamellis liberis, latis, ventricosis, ex albo carneis; sporis pallide ochraceis, ellipticis curvulisve, 16-18 ≃ 4.

*Hab.* in lignis putridis vel ad terram, Lake Bonney Australiæ (Wehl). — Pileus 7 cm. latus; stipes 15-20 cm. longus, 1,3 cm. crassus, basi 2,5 cr.

61. **Pluteus admirabilis** Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p. 64. — 2807
Pileo tenui, convexo, late umbonato, glabro, rugoso-reticulato, hygrophano, margine udo, obscure striatulato, flavo-rufo; stipite gracili, glabro, cavo, æquali vel leniter basi incrassato, flavo, mycelio albido instructo; lamellis confertis, latis, remotis flavescentibus, dein carneis; sporis subglobosis, 6 μ. latis.

*Hab.* ad truncos vetustos in silvis prope Greig Amer. bor. Sept. — 3,5-4 cm. altus, pileus 1,5-2,5 cm. latus, stipes vix 2 mm. crassus. *Pluteo chrysophlebio* proximus, a quo pileo umbonato, hygrophano, uniformiter flavo nec non lamellis stipiteque incrassato differt.

62. **Pluteus alveolatus** Cragin Journ. Mycol. I, p. 28. — Pileo con- 2808
vexo, salmonicolori, 2,5 cm. lato, reticulato-alveolato; stipite 2,5 cm. longo concolori, brevi, crasso; lamellis concoloribus; sporis roseo-albidis, salmoneo-pallidis.

*Hab.* ad Kansas Amer. bor.

**ENTOLOMA** Fr. Epicr. p. 143. (Etym. *entos* intus et *loma* fimbria, ob velum innatum, non manifestum). — Velum nullum distinctum; stipes carnosus vel fibrosus, mollis, interdum ceraceus. Pilei subcarnosi margo incurvus. Hymenophorum cum stipite contiguum. Lamellæ postice sinuato-adnexæ secedentesve. Sporæ typice angulosæ.

Tricholomatibus in hac serie respondent, sed cautius ab Hebelomatibus separandi. Species nobiles, admodum distinctæ, sed synonyma ægre indicantur neglectis sporarum colore, stipitis fabrica, marginis pilei directione primaria etc. Plures Secretani species ad seriem suam ægre refero. Fr.

I. Genuina. Pileus glaber, udus v. viscidus. Exsiccati non hygrophani.

1. **Entoloma sinuatum** Fr. S. Myc. I, p. 197, Hym. Eur. p. 189, Cooke Ill. t. 310, Pers. Myc. Eur. 3, n. 281, Secr. n. 577, Oudem. p. 25, Saund. et Sm. t. 11. Var. *camelinum* Lasch n. 553. — Pileo compacto, e convexo explanato demumque depresso, repando, levi, glabro, albo-lutescente; stipite solido, valido, compacto, fibrilloso, candido; lamellis leviter adnexis, latissimis, confertis, e pallido rufescentibus; sporis e globoso acute angulosis, 8–9 $\mu$. diam. nubilosis, hyalinis. 2809

*Hab.* in silvis frondosis Scaniæ, Europæ australis et in Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 16 cm. vel ultra latus; stipes 8–16 cm. longus, $2^1/_2$–3 cm. crassus. Speciosum, compactum, odore dulci, grato nec farinæ recentis, ex Cooke venenatum.

2. **Entoloma Goliath** Berk. Dec. n. 284. — Giganteum; pileo carnoso e conico convexo, fortiter umbonato, sicco sinuato sulcato-rugoso; stipite valido, solido, subbulboso; lamellis subliberis. 5810.

*Hab.* in silvis Darjeeling Indiæ 2300 m. alt. (Hook.). — Odor *Agarici campestris;* pileus 20–30 cm. latus, siccus, fragilis, mox collabescens, livido-brunneus, profunde et irregulariter sulcatus sinuatusque, margine demum crispato; caro sub cuticula brunneo maculata, alibi alba; stipes 10–18 cm. longus, 4–5 cm. crassus basi incrassatus vel bulbosus pileo concolor; lamellæ pallido-brunneæ demum rubiginoso-roseæ. Affine *E. sinuato*, a quo tamen differt pileo inæquali, umbone forti lamellisque pro ratione angustis.

3. **Entoloma lividum** Bull. t. 382 (*Agar.*), Fr. Monogr. I, p. 269, Hym. Eur. p. 189, Ic. t. 90, f. 3, Cooke Ill. t. 311, Gill. C. F. c. ic., Bern. Roch. t. V, f. 5, Quél. t. 6, f. 1, *A. sinuatus* var. *cavipes* Lasch l. c. — Pileo carnoso, e convexo plano, sicco, levi, glabro, pellicula vero longitudinaliter fibrillosa, alutaceo-livido; stipite subcavo, valido, glabro, apice pruinato, candido; lamellis rotundatis, subliberis, latis, e pallido carneis. 2811

*Hab.* in silvaticis ad terram Europæ raro. Copiose lectum Holmiæ. — Stipes extus rigidus, intus medulla spongiosa farctus, striatulus, 8 cm. longus, $2^1/_2$–3 cm. crassus; pileus disco compactus, 11 cm. et ultra latus, haud repandus; sporæ 8–9 ≃ 7–8; odor farinæ recentis (plerumque esculentorum), tamen hic ex Quélet valde venenatus. — Var. **roseum** Cooke Ill. t. 469.

4. **Entoloma prunuloides** Fr. Syst. Myc. I, p. 198, Hym. Eur. p. 189, Ic. t. 91, f. 1, Pat. Tab. 336, Cooke Ill. t. 312, Berk. Outl. p. 143, 2812

Quél. p. 83, Oudem. p. 25. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, umbonato, levi, glabro, subviscido, pallescente; stipite solido, inæquali, glabro, substriato, albo; lamellis emarginato-liberis, ventricosis, ex albo carneis; sporis 6-angulatis, 8-9 μ. diam.

*Hab.* in terra graminosa, muscosa in Europa haud rarum sed solitarium. — Odor omnino *Clit. Prunuli.* Priori simile, sed distincte diversum; pileus variat albus, lutescens, dilute cinereus, $2^1/_2$-6 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-7 mm. crassus. A *Pluteo cervino* toto cœlo diversum.

5. **Entoloma phorphyrophæum** Fr. Monogr. I, p. 473, Hym. Eur. p. 190, 2813
Ic. t. 93, f. 1. — Pileo leviter carnoso, e campanulato explanato, repando, umbonato, levi, glabriusculo, fusco-fuligineo, expallente; stipite solido, fibroso, a basi incrassata attenuato, nudo, purpurascenti-fuligineo; lamellis postice truncatis, fere liberis, ventricosis, griseo-rubellis; sporis subregulariter 6-echinatis, 8-10 μ. diam.

*Hab.* in pratis graminosis juxta Upsaliam, in Suecia. — Species major, nobilis, mollis et rigescens simul, fragilis; stipes 8 cm. longus, impolitus, in fibras facile rasilis; pileus scissilis, sæpe inciso-lobatus; accuratius inspecta cuticula fibrilloso-contexta; odor haud notabilis. *A. phajocephalus* Bull. t. 555, f. 1 ob sporas irregulares angulatas hoc loco forsan inserendus, sed e colore sporarum ad Derminos relatus; qui vero, teste Quélet, ab *E. porphyrophæo* non differt.

6. **Entoloma repandum** Bull. t. 423, f. 2 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 190, 2814
Cooke Ill. t. 313, Berk. Engl. Fl. V, p. 78. — Pileo carnoso, e conico expanso, umbonato, sicco subsericeo, albido ochraceove, maculis obscurioribus striato, margine incurvo lobato; stipite solido, curto, sericeo, albo; lamellis antice latioribus, carneis.

*Hab.* locis graminosis Galliæ, Angliæ et Germaniæ, — Stipes 4 cm. longus, 6 mm. crassus; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus; odor farinæ recentis; sporæ substellatæ, 11 ≃ 6; basidia et cystidia ampla.

7. **Entoloma erophilum** Fr. Hym. Eur. p. 190. — Pileo leviter car- 2815
noso, e convexo expanso, obtuso, venoso-striato virgatoque, sicco, dilute cinereo; stipite solido, curto, æquali, pruinoso lamellisque rotundato-adnatis, latis, subdistantibus pallidioribus.

*Hab.* locis declivibus pratorum ad Ultuna prope Upsaliam in Suecia, ubi vastos circulos oreadeos format (v. Post.), et ad terram pr. Minussinsk in Sibiria. — Stipes $2^1/_2$ cm. latus circiter, 4-6 mm. crassus; pileus non hygrophanus, $1^1/_4$-4 cm. latus. — Var. **plebejum** Kalchbr. 12, f. 1, sistit formam stipite cavo, fibrilloso nec

farinoso etc. In Hungaria. — Var. **cæspitosum** (cfr. Fr. Hym. p. 704): cæspitosum; pileo levi glabro; lamellis purpurascenti-rubris. In terra culta Gothoburgi (O. R. Fries).

8. **Entoloma holophæum** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 134, *Ag.* (Ent.) *plebejoides* Schulz. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1876, p. 428. — Subhygrophanum, externe et interne umbrinum; carne dilutissima; pileo et basi stipitis obscurissimis; lamellis demum sæpe in cinereum vergentibus; pileo carnosulo, depresso-semiglobato, 17-27 cm. l., subnitido, sub lente innato-fibrilloso, in adultis obscuriore fibroso-virgato (toto explanato non viso), ad marginem semper deflexo; lamellis spurie sinuatis adnatis, nec confertis, horizontalibus, 3-5 mm. latis; stipite cavo, contiguo, obconico subcompresso, apice 4-7 mm. lato, 1,3-2 cm. l., fibroso; sporis subobscuro-carneis, angulato-ellipsoideis, sæpe subglobosis, inferne apiculatis, 8-10 μ. longis; odore et sapore nullo. 2816

*Hab.* in pascuis pr. Vinkovce Slavoniæ. — *Ent. erophilo* var. *plebejo* proximum.

9. **Entoloma pyrenaicum** Quél. Ass. Fr. 1884, p. 3, t. 8, f. 5. — Pileo campanulato, tenui, 2,5 cm. lat., margine incurvo, undato, sericeo, tenuiter striato, pallide griseo; carne alba, inodora, tenera; lamellis sinuatis v. liberis subdistantibus, griseis, dein purpurascentibus; stipite fibroso-carnoso, tenui, basi attenuato, argenteo, fusco-fibrilloso-striato; sporis oblongis, angulosis carneis, 1-2-guttatis, 12 μ. longis. 2817

*Hab.* in pascuis montanis in Gallia or. et austr.

10. **Entoloma Placenta** Batsch f. 18 (*Agar.*), Fr. Mon. I, p. 270, Hym. Eur. p. 190, Britz. IV, f. 66, Cooke Ill. t. 314, Berk. Outl. p. 143. — Pileo carnoso, convexo-explanato, umbonato, levi, regulari, glabro stipiteque solido, æquali, fibroso-striato brunneis; lamellis emarginato-adnexis, confertis, crassiusculis, incarnato-pallidis. 2818

*Hab.* locis humidis Europæ. — Stipes totus fibrosus, ex Batsch contortus, 5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus 4 cm. latus.; sporæ 8 μ. diam. Inodorum, sapore demum acri.

11. **Entoloma demetriacum** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 368. — Pileo carnoso, convexo, explanato, subumbonato, regulari, glabro, e fuligineo purpurascente, margine inflexo; stipite solido, fibroso-striato, tortili, cinereo-violaceo, basi incrassato, albo; lamellis tetradymis, emarginato-adnexis, subdistantibus, (ex icone) violaceo-roseis; sporis globosis, 5,5 μ. diam.; basidiis clavulatis, apice monosporis (?). 2819

*Hab.* in terra ad vaginas foliorum Maydis delapsas nec non

ad semina quæ mycelio suo agglutinat, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 3-6 cm. diam.; stipes 6-7 cm. longus, 5-8 mm. cr. *Ent. Placentæ* affine, a quo colore omnium partium, stipite basi prostrato, albo, sursum tortili, præsertim habitatione maxime recedit.

12. **Entoloma quisquiliare** Karst. M. F. III, p. 102.. — Pileo leniter 2820
carnoso, convexo-expanso, vix umbonato, levi vel leniter pruinato, udo atro-fulvo, marginem versus dilutiore (fulvescenti), sicco badio-fulvescenti vel badio-nigrescenti, usque 4,5 cm. lato; stipite sursum incrassato demumque vulgo complanato, basi curvato, primo medulla alba farcto, dein cavo, badio-fulvo, sursum pallidiore, pruinoso seu furfurello, circiter 4 cm. alto, 2-4 mm. crasso; lamellis emarginato-adnexis, confertis, ventricosis vel postice latioribus, incarnato-pallidis; sporis ellipsoideis, levibus, hyalinis, 9-10 ≃ 4-5.

*Hab.* ad terram et virgulta locis udis, umbrosis et stercoratis, haud procul ab officina cerevisiaria (Lathi) prope Wasa et prope lacum Salois Tammela in Fennia. — Subcæspitosum. Odor debilis, haud gratus; sapor fere nullus. Species facillime et optime distincta, *E. Placentæ* proxima.

13. **Entoloma helodes** Fr. Syst. Myc. I, p. 196, Hym. Eur. p. 191, 2821
Cooke Ill. t. 339 et 373, Berk. Outl. p. 143. — Pileo leviter carnoso, e convexo plano, subumbonato, glabro, udo, livido-purpurascente fuligineove, sæpe tigrino-maculato; stipite cavo, pallido, fibrilloso, basi subincrassato; lamellis attenuato-adnatis, subdistantibus, ex albo incarnatis.

*Hab.* in paludibus siccioribus inter Rubum Chamæmorum in Suecia et Germania. — Pileus vetustus circa umbonem depressus, expallens, sed non hygrophanus, 6 cm. et ultra latus; stipes 6-11 cm. longus, 6-7 mm. crassus; odor farinæ recentis fortis.

14. **Entoloma Robinsonii** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 367. — Pileo 2822
membranaceo e pallido rufescente, ex ovoideo convexo-hemisphærico glabro, centro depresso, margine demisso, sicco involuto; stipite cavo, basi incrassato, levi, concolori; lamellis candidis, ventricoso-arcuatis, dente lineari stipiti decurrentibus; sporis sphæricis, 5 μ. diam., ad apicem basidiorum clavatorum quaternis.

*Hab.* in pratis, ad ligna putrida, Columbus Amer. fœder. (Sullivant), — Pileus 4 cm. alt., 8-10 cm. diam.; stipes 12-18 cm. long., 2-3 cm. cr. *Ent. helodi* proximum.

15. **Entoloma mazophorum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 537. 2823

— Pileo convexo, eximie umbonato, subcarnoso, glabro; stipite subæquali, e farcto cavo; lamellis arcuatis adnexis; sporis angulosis 6 μ. long.

*Hab.* ad terram Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter 2½ cm. latus, pallidus; caro albo-rosella; stipes 2½ cm. longus, 3 mm. crassus; lamellæ 2 mm. vel ultra latæ, roseæ. Affine *E. helodi.*

16. **Entoloma illicibile** Britz. Hym. Südb. IV, p. 149, f. 65. — Pileo conico, deinde campanulato et expanso; stipite basim versus incrassato, brunneolo, albo-fibrilloso; lamellis albidis, pallide brunneolis, subdistantibus, angustissimis; odore farinaceo; sporis 10-11 ≃ 6-8. 2824

*Hab.* in silvis pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — Inter *E. helodes* et *E. Batschianum* medium.

17. **Entoloma Batschianum** Fr. Epicr. p. 144, Hym. Eur. pag. 191, Cooke Ill. t. 326, Fr. Monogr. p. 270, *A. murinus* Batsch f. 19 ad hoc æquo trahitur jure atque ad *A. murinum.* — Pileo leviter carnoso, ex umbonato-convexo plano-depresso, levi, viscido, nigrescenti; stipite fistuloso, tenaci, fibrillis adpressis striato, basi attenuato lamellisque attenuato-adnexis, planis, cinereis; sporis pulchre roseis, angulosis, 7-9 μ. diam. 2825

*Hab.* ad sepes humidas silvarum Europæ. — Odor obsoletus: pileus fuligineo- vel olivaceo-niger, ½-4 cm. latus, siccus nitens nec hygrophanus. Forma typica in Smolandia visa maxime insignis; alia Upsaliæ lecta lamellis primo albis, olim forsan distinguenda.

18. **Entoloma appositivum** Britz. Hym. Südb. IV, p. 149, f. 64. — Pileo stipiteque ut in *E. Batschiano;* lamellis subdistantibus, brunneolis; sporis oblongis, 5-6-angulatis 7-9 ≃ 6-7; odore nullo. 2826

*Hab.* in silvis pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — *E. Batschiano* proximum, stipite tamen breviore.

19. **Entoloma Cudon** Fr. Epicr. p. 144, Hym. Eur. p. 191, Monogr. I, p. 271. — Cartilagineo-tenax; pileo carnosulo, conico, acuto, laxo, levi, glabro, umbrino-nigro, margine infracto sinuosoque; stipite farcto, brevi, glabro, pallido; lamellis attenuato-adnatis, confertis, purpureo-fuligineis. 2827

*Hab.* ad marginem viæ in Suecia, semel tantum lectum. — A reliquis valde recedens. Habitus quodammodo *E. sericei,* sed inodorum, tenax, fere coriaceum.

20. **Entoloma Bloxami** Berk. Outl. p. 143, Cooke Ill. t. 327, Price f. 89, Fr. Hym. Eur. p. 191. — Pileo carnoso, compacto, cam- 2828

panulato, obtuso, sublobato, levi, udo, cæruleo-purpurascenti; stipite solido, sursum attenuato; pileo concolore; lamellis postice attenuatis, adnexis, latis, rubellis; sporis e globoso irregularibus, aurantio-roseis, nitentibus, 8 μ. diam.

*Hab.* in pascuis apricis Angliæ. — Ex icone Pricei stipes et pileus cærulei, sed color variabilis videtur, sordide cæruleus, interdum schisticolor. Caro alba; stipes 4-6 cm. longus, 2 mm. crassus, basi attenuatus, albus; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus.

21. **Entoloma ardosiacum** Bull. t. 348 (*Agar.*), Cooke Ill. t. 328, Berk. Outl. p. 144. — Inodorum, pileo carnosulo, ex hemisphærico convexo, obtuso vel depresso, levi, udo, chalybæo, demum cinerescenti; stipite cavo, sursum attenuato, glabro, chalybæo, basi albo; lamellis liberis, confertis, ventricosis, incarnatis; sporis mediocriter regularibus, 5-7-echinatis, 6-8 μ. diam. 2829

*Hab.* in pratis humidis Galliæ, Germaniæ et Belgii. — Statura admodum varium; stipes 6-8 cm. vulgo longus, 4-7 mm. crassus; pileus 4-6 cm. latus. — Var. **agaum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 536: pileo pulveraceo, amethystino, margine sulcato; stipite cæruleo. Ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites).

22. **Entoloma nitidum** Quél. Ass. Fr. 1882, p. 6, t. 11, f. 8. *Ag. ardosiacus* Fr. Ic. t. 94, f. 4, nec Bull. — Pileo campanulato, 3-5 cm. lat., tenui, sericeo-nitente, atro-cyaneo-violaceo; carne molli alba, margine lilacina, subinodora; lamellis liberis, latis, albidis dein incarnatis; stipite gracili, sursum attenuato, sæpe torto, tenero, fibrilloso-striato, glabro, nitido, pileo concolore, basi albo-tomentoso; sporis globuloso-angulosis, 8 μ. diam. 2830

*Hab.* in pinetis montanis Galliæ et Sueciæ.

23. **Entoloma pleropicum** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 149, f. 81, *E. ardosiacum* Britz. Hyporrh. p. 138, f. 13, nec Fr. — Pileo conico, levi, glabro stipiteque cylindrico, torto, farcto pallide cyaneis; lamellis roseis, sinuatis, liberis; sporis globosis, 5-7-angulosis, 6-8 μ. diam.; carne alba sericeo-nitente, fibrosa. 2831

*Hab.* in silvis Bavariæ australis frequens.

24. **Entoloma madidum** Fr. Epicr. p. 144, Hym. Eur. p. 192, Ic. t. 91, f. 3, Fl. Dan. t. 2148, f. 1, Bern. Roch. t. 17, f. 1. *A. subglobosus* Schumach. ined., Secr. n. 622. — Graveolens; pileo leviter carnoso, e campanulato expanso, obtuso, levi, viscoso, atro-violaceo, vetusto fuligineo; stipite cavo, fibrilloso, violaceo, basi clavato-incrassata, alba; lamellis subliberis, ventricosis, albido-griseis. 2832

*Hab.* inter muscos, folia coacervata Europæ. — Hoc et duo antecedentia multa habent communia. *E. madidum* vero mox dignoscitur odore forti, pungente, fere *Russulæ fœtentis*. Sporæ 8 $\mu$. diam. sphæroideo-angulosæ.

25. **Entoloma viridans** Fr. Monogr. II, p. 345, Hym. Eur. p. 192, Ic. t. 93, f. 3. — Olivaceo-viride; pileo leviter carnoso, e conico expanso, acute umbonato, levi, viscoso; stipite cavo, æquali, glabro, tenaci; lamellis leviter adnexis, subliberis, confertis, incarnatis. 2833

*Hab.* in silvaticis ad Reymyra Ostrogotiæ (H. von Post, qui descriptionem et iconem Friesio communicavit). — Etiam caro pilei viridis; stipes 5 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus 4 cm. latus.

26. **Entoloma rubellum** Scop. Carn. p. 445 (non obstat), Fr. Spic. p. 4, Hym. Eur. p. 192, Weinm. Ross. p. 665, Seyn. Montp. p. 100. — Pileo leviter carnoso, e convexo expanso, obtuso, levi, viscidulo, rubello; stipite cavo, firmulo, subæquali, villosulo, albo; lamellis adnexis, confertis, crenulatis, roseis. 2834

*Hab.* in truncis cavis in Europa: Weinmann legit in humo intra truncum cavum Alni et, quod singulare, simili loco Monspelii de Seynes. — Stipes 4 cm. longus, basi leviter incrassatus; pileus $2^1/_2$–4 cm. latus, roseus vel fuscescenti-incarnatus; sporæ $11 \simeq 6$.

27. **Entoloma ameides** Berk. et Br. Brit. F. n. 999, Cooke Ill. t. 341, Fr. Hym. Eur. p. 192, Bern. Roch. t. 17, f. 1. — Pileo leviter carnoso, late campanulato, irregulari, undulato, margine flocculoso, demum glabro, sericeo-nitente, pallide rufescenti-griseo; stipite farcto, compresso, fibrilloso-striato, apice flocculento, albido; lamellis leviter adnexis, distantibus, rugosis. 2835

*Hab.* in pascuis Angliæ et Galliæ. — Pileus $2^1/_2$–6 cm. latus. Habitus *Hygrophori ovini*. Odor peculiaris. Totus fungus exsiccatus rubescit.

28. **Entoloma Cookei** Ch. Rich. Descript. et dess. p. 559, t. III, f. 10-11. *Pluteus phlebophorus* vel *reticulatus* Cooke Ill. t. 422 *b*. — Pileo carnoso, convexo, glabro, dilute rubro, venis albidis anastomosantibus reticulato, margine incurvo, hymenophoro cum stipite contiguo; stipite solido, 3 cm. circiter longo, 1 cm. crasso; lamellis adnexis, latis, crassis, subdistantibus, carneis, carne pallida, maculis roseis variegata; sporis roseis. 2836

*Hab.* in trunco dejecto Ulmi, Saint-Amand in Gallia et in Britannia.

29. **Entoloma retroflexum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 536. — Pileo convexo, umbilicato, alutaceo, glabro; stipite gracili, subtiliter 2837

fistuloso, concolori; lamellis crassiusculis, ventricosis, postice rotundato-sinuatis adnexis, antice excedentibus; sporis angulosis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 11 mm. latus, argillaceus, centro obscurior; stipes 4½ cm. longus, 0,6 mm. crassus pallidior; lamellæ ventricosæ, alutaceæ.

30. **Entoloma sagittiforme** K. et C. in Grevillea. — Pileo carnoso, 2838
conico-campanulato, in umbonem acutum producto, levi, glabro (livido?); stipite solido, senio modo cavo, ventricoso et in radicem longam producto, hinc subfusiformi, fibrilloso-striato; lamellis emarginato-adnatis, confertis, roseis; sporis ovatis, 6 ≃ 4, roseis.

*Hab.* ad P. Natal (WOOD). — Pileus 1-3 cm. latus, 1,5 cm. altus; stipes 4-5 cm. longus, supra basim 1 cm. crassus, sursum deorsumve ad 3-4 mm. angustatus, radice solida, glabra, 2-3 cm. longa auctus. Verticaliter sectum sagittam fere refert.

31. **Entoloma schistaceum** Mont. Cent. VII, p. 28. — Pileo carnoso 2839
convexo-hemisphærico, glabro, disco planiusculo, ardosiaco, margine extremo minute striato; stipite e basi clavata sursum attenuato, solido, pileo contiguo dilutiori; lamellis tridymis convexis, sublibéris seu stipitis apicem vix attingentibus, confertis incarnato-roseis.

*Hab.* ad terram in provincia Larecaja Boliviæ (WEDDELL),

32. **Entoloma pallido-gilvum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 538. 2840
— Pileo convexo umbonato; stipite brevi æquali e farcto cavo; lamellis planis postice sinuatis; sporis angulosis.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 18 mm. latus, glaber; stipes æque longus, 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ. Totus fungus siccitate in umbrinum transit.

33. **Entoloma stylophorum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 537. 2841
— Pileo conico sericeo-nitente, umbone elongato; stipite farcto subæquali; lamellis angustis ventricosis; sporis angulosis.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 18 mm. latus, albus roseo pictus; umbo cylindricus; stipes 2½ cm. longus; lamellæ 2 mm. latæ. Facillime dignoscitur ab *E. microcarpo*, sporis angulosis.

34. **Entoloma microcarpum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 537. 2842
— Cæspitosum, albidum; pileo convexo, fisso, acutissime umbonato; stipite farcto, glabro; lamellis arcuatis, pallide carneis, liberis; sporis oblique oblongis, 5-6 μ. long.

*Hab.* ad margines areolarum atque in herbosis, cæspitibus latis, Peradenya Ceylon (THWAITES, GARDNER). — Apud indigenas comestibile. Pileus 12-24 mm. latus ad umbonem prominentem obscu-

rior; stipes 4-5 cm. longus, $1^1/_3$-2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ: mycelium acervulos granulosos efformans.

35. **Entoloma indigoferum** Ellis Bull. Torr. Cl. 1876, p. 75. — Pileo convexo-plano, rivuloso, indigo-cæruleo, carne alba, marginem versus tenuissimo; stipite solido, fibrilloso, fragili, albo, plus minus cæruleo tincto, basi tomentoso; lamellis confertis, sinuato-emarginatis, albis, dein carneolis, demum ventricosis stipiteque sejunctis; sporis irregularibus, 10 μ. diam. pallide carneis. 2843

*Hab.* inter muscos in campis Newfield N, J. Amer. borealis. — Gregarium vel subcæspitosum. Pileus 7,5-10 cm. latus; stipes 5-6,5 cm. longus, 7-12 mm. crassus. Ab *Ent. cyaneo* Peck pileo rivuloso, statura majori stipiteque glabro distinctum.

36. **Entoloma excentricum** Bres. F. Trid. p. 11, t. VIII. — Pileo carnosulo e campanulato expanso, mammoso, glabro, albido-alutaceo, 2-4 cm. lato; lamellis subdistantibus, emarginatis, latis ex albo carneis; stipite cylindrico, concolori apice furfuraceo, basi leviter incrassato curvatoque, semper excentrico, e farcto cavo, 3-4 cm. longo, 2-3 mm. lato; carne alba, odore subfarinaceo, sapore miti; sporis roseis, irregularibus, angulatis, 10-18. 2844

*Hab.* in locis herbidis, pascuis, ad margines silvarum, Val di Sole agri Tridentini.

37. **Entoloma liquescens** Cooke Ill. t. 581, Handb. II. ed. p. 121 ex errore sub nom. *Plutei*. — Pileo glabro, levi, convexo dein plano, late umbonato, margine tenui, flexuoso; stipite erecto, flexibili, æquali, albo, cavo; lamellis confertis, liberis, albis dein pallide lilacinis; sporis subglobosis, muriculatis, rubellis, 7-8 μ. diam. 2845

*Hab.* ad terram sub arboribus, Scarboro Britanniæ. — Pileus 5-6 cm. diam.; stipes 5-7 cm. long. *Coprini* ad instar mox deliquescit, hinc a typo gen. deflectens.

38. **Entoloma necessarium** Britz. Derm. et Mel. App. p. 193, f. 56. — Pileo hemisphærico, centro parum depresso, brunneo-griseo; stipite fistuloso, albo, basim versus rufo-brunneo; lamellis ad pilei marginem translucentibus, subdecurrentibus, confertiusculis, griseo-rufis v. griseo-violaceis; sporis globoso-oblongis, 8-10 ≃ 5-6. 2846

*Hab.* ad terram in Bavaria australi. — Pileus usque ad 2,5 cm. latus; stipes usque ad 3,5 cm. longus, sursum 3 mm. inferne 5 mm. crassus.

39. **Entoloma cuspidatum** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 64, tab. II, f. 14-18. — Pileo tenui, conico vel subcampanulato, glabro, nitente, apice papillato vel cuspidato, margine sæpius irregulari; 2847

stipite æquali, cavo, fibroso, sæpe contorto; lamellis latis, subdistantibus, stipitem versus angustatis, leviter emarginatis adnatisque, acie plus minus denticulatis, marginem non attingentibus; sporis subglobosis, irregularibus, 12 μ. longis.

*Hab.* inter muscos, Sandlake Amer. borealis. — Totus fungus pallide flavus, 7,5–12,5 cm. altus; pileus 2–3 cm. latus; stipes 2–3 mm. crassus.

40. **Entoloma accline** Britz. Hypor. p. 136, fig. 44. — Haud hygro- 2848
phanum; pileo convexo, dein expanso, margine elevato, carnosulo, albido, flavido, nitente; stipite farcto, dein parce fistuloso, albido, sericeo-nitido; carne alba; lamellis confertiusculis, postice rotundatis, albidis, demum rufescentibus, acie brunneo-marginata; sporis irregulariter ellipticis, 5–6-angulatis, 12–13 ≃ 8-10, rufulis.

*Hab.* cæspitose ad terram in Bavaria australi. — *Ent. sinuato* proximum. Pileus 3–8 cm. latus; stipes 5–10 cm. longus, usque ad 1 cm. crassus; lamellæ 1 cm. latæ; odor et sapor nulli.

II. Leptonidea. Pileus flocculosus, subsquamosus, absolute siccus nec hygrophanus.

41. **Entoloma Saundersii** Fr. Hym. Eur. p. 192, Cooke Ill. t. 306. 2849
*A. majalis* Saund. et Smith t. 16. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, obtuso, repando-lobato, adpresse tomentoso, albo, senili fuscescente; stipite solido, æquali, sericeo-fibroso, albo; lamellis leviter adnexis, latis, distantibus, rubellis.

*Hab.* in terra nuda Angliæ, hinc globulis conspersum. — Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 6–8 cm. latus. Species videtur insignis nec hygrophana, ab *E. majali* longe distans; potius affine *E. sinuato*, *prunuloidi* vel sequenti.

42. **Entoloma fertile** Berk. Outl. p. 142, Pers. pr. p., Fr. Hym. Eur. 2850
p. 193, Cooke Ill. t. 316. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, sicco, pulverulento-squamuloso, rufescenti-pallido; stipite solido, fibrilloso, subsquamuloso, albo, basi bulboso; lamellis adnexis, carneis.

*Hab.* in silvis ad terram in Europa. — Pileus 11 cm. et ultra latus. Odor farinæ recentis.

43. **Entoloma scabiosum** Fr. Epicr. p. 145, Hym. Eur. p. 193, Mo- 2851
nogr. I, p. 272, Batt. t. 9, f. *B.* — Pileo subcarnoso, e campanulato plano, obtuse umbonato, fuligineo, squamis papillosis, stipatis, erectis scabro; stipite cavo, subæquali, fibrilloso, fuligineo; lamellis liberis, ventricosis, albo-griseis.

*Hab.* locis muscosis silvarum Europæ, raro. — Majusculum, fragile; stipite 8 cm. longo et 5-7 mm. crasso, pileo 6 cm. lato; sporis angulosis, 10-12 μ. long.

44. **Entoloma Rozei** Quél. Bull. Soc. Bot. Fr. 1876, t. 11, f. 2. — Pileo convexo-plano, tenui, griseo-pallido, siccando pallente, pilis brevibus albis velutino; lamellis adnatis, subconfertis, angustis, albo-incarnatis; stipite gracili, tenace, albo, fibrilloso-sericeo; sporis subpentagonis. 2852

*Hab.* in pinetis Galliæ orient.

45. **Entoloma jubatum** Fr. Syst. Myc. I, p. 196, Monogr. I, p. 272, Hym. Eur. p. 193, Ic. t. 92, f. 1, Cooke Ill. t. 317. — Pileo subcarnoso, e campanulato expanso, umbonato, villoso-squamoso fibrillosove; stipite cavo, æquali, fuscescenti-fibrilloso; lamellis leviter adnexis, secedentibus, ventricosis, confertis, fuligineis; sporis admodum irregularibus, 10-12 ≃ 7. 2853

*Hab.* in pratis muscosis tam siccis, quam humidis Europæ, haud raro. — Nobile, inter proxima medium; lamellis demum purpurascentibus; stipes rigens, totus fibrosus nec nitens, 5 cm. longus, 4 mm. circiter crassus; pileus 2½-5 cm. latus.

46. **Entoloma resutum** Fr. Epicr. p. 145, Monogr. I, p. 273, Hym. Eur. p. 193, Ic. t. 92, f. 2, Cooke Ill. t. 318. — Pileo subcarnoso, convexo, obtuso, adpresse squamoso fibrillosove, fuscescente, centro obscuriore; stipite subfarcto, æquali, molli, glabro lamellisque leviter adnexis, ventricosis, crassiusculis, griseis; sporis angulosis, 10 μ. diam. 2854

*Hab.* ad terram in silvis Europæ raro. — Stipes 4-6 cm. longus, 2 mm. et ultra crassus, mere fibrosus sed extus politus; pileus 2½ cm. latus, squamosus vel longitudinaliter fibrillosus. Inodorum.

47. **Entoloma griseo-cyaneum** Fr. Syst. Myc. I, p. 202, Hym. Eur. p. 193, Ic. t. 94, f. 1, Cooke Ill. t. 318, Berk. et Br. n. 1113. — Pileo subcarnoso, e campanulato convexo, obtuso, floccoso-squamoso, griseo, in lilacinum vergente; stipite cavo, floccoso-fibrilloso, e pallido cæruleo; lamellis adnexis, secedentibus, ex albido incarnatis; sporis irregulariter echinatis, 8-10 μ. diam. 2855

*Hab.* in collibus graminosis Europæ frequens et ad terram Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

48. **Entoloma dichroum** Pers. Syn. p. 343? (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 194, Ic. tab. 92, fig. 3, Monogr. I, p. 273. — Pileo subcarnoso, 2856

e campanulato expanso, umbonato, squamosulo-fibrilloso, violaceo, dein livido-murino; stipite farcto, fibrilloso-farinoso, cæruleo; lamellis sinuato-adnexis, confertis; sporis rubello-fuscescentibus; sporis rubro-brunneis, echinulatis, oblongis, 10-12 ≃ 5-8.

*Hab.* in silvis prope Holmiam et in Germania. — Pileus 8-11 mm. latus.; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus. Habitus *Tricholomatis terrei* et ab omnibus Entolomatibus differt sporis carneo-fuscescentibus.

49. **Entoloma sericellum** Fr. Syst. Myc. I, p. 196, Hym. Eur. p. 194, 2857
Cooke Ill. t. 307, Quél. t. 5, f. 5. *A. inodorus* Bull. t. 524, f. 2 (sed refert æque bene *Inoc. geophyllam*), *A. sericeus* Alb. et Schw. n. 528. *A. molliusculus* Lasch n. 265 et *A. floccosus* n. 551, Secr. n. 612, 615. — Candidum; pileo subcarnoso, e convexo plano depressove, sericeo, demum squamuloso, margine primitus inflexo floccoso; stipite subfistuloso, tenui, fibrilloso, demum polito, subceraceo, glabro; lamellis adnatis, secedentibus, leviter distantibus, carneis; sporis irregularibus, angulosis, hyalinis, 8-10 μ. diam. vel 10-11 ≃ 8.

*Hab.* locis graminosis vulgatissimum in Europa. — Tenue, maxime polymorphum, colore facile distinctum. Pileus variat lutescens, 1-2 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 2-3 mm. crassus. *A. sericeus* Pers. non Bull. differt statura majore, stipite subbulboso, pileo campanulato, lamellis confertis. — Var. **sublutescens** Fr. Ic. t. 95, f. 3. In Suecia. — Var. **lutescens** Henn. Zwei Hym. p. 3: pileo carnosulo, e campanulato plus minus expanso, interdum obsolete umbonato, primo albo, sericeo-flocculoso, dein levi, glabro, sordide lutescente, 2 cm. circiter lato, margine primo incurvo, interdum crenato; lamellis ex albo incarnatis, subdistantibus, (sinuato)-adnatis, vulgo ventricosis, inæqualibus, ad 4 mm. latis; stipite primo subhyalino dein albo, demum sublutescente, e farcto cavo (interdum solido) tereti, raro compresso, æquali recto vel adscendente, levi, glabro, subcartilagineo, primo subcentrali, dein plus minus excentrico, quin etiam laterali, 2-3 cm. longo, 2-3 mm. crasso; sporis roseis irregularibus, vulgo 5-angulatis, circ. 8 μ. diam. Gregarium. Ad terram arenosam ad marginem viæ, Tanndalem Härjedalen, 750 m. supra mare, et in loco graminoso, Areskutan.

50. **Entoloma chrysæges** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 536. — 2858
Pileo convexo, demum centro depresso, tenui, aureo, striato; stipite basi dilatato, striato, solido; lamellis postice truncato-sinuatis adnexis; sporis subglobosis, nucleo lato instructis, 6 μ. diam.

*Hab.* in ligno putrescente, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 5 cm. latus, aureo-luteus nitens, centro depresso rugulosus; caro alba; stipes 5-6 cm. longus, circiter 4 mm. medio crassus, albus; lamellæ 6 mm. latæ, pallide roseæ. Refert aliquantulum *Pl. leoninum* sed aptius *Entoloma*.

51. **Entoloma intermixtum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 537. — 2859
Pileo e convexo umbonato plano, fibroso-striato; stipite elongato, æquali, radicante; lamellis adnexis; sporis 8-13 $\mu$. long., sæpe inter se adhærentibus.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 2 mm. crassus.

52. **Entoloma iodnephes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 536. — 2860
Pileo e campanulato subacuto, cyathiformi, violaceo, pulverulento; stipite compresso, concolori, cavo; lamellis falciformibus, carneis; mycelio albo, fibroso; sporis angulosis 8-10 ≃ 5-8.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 8-16 mm. latus, nitidus, violaceus; stipes tenuis vel validiusculus, compressus, pallidior.

53. **Entoloma subrubens** Karst. Hattsv. I, p. 263. — Pileo carnoso, 2861
conico-expanso, umbonato adpresse squamuloso vel fibrilloso, glabrato, murino; stipite cavo, æquali, primo furfuraceo-squamuloso, dein glabro, pileo pallidiore, rubescente; lamellis sinuato-adnexis, confertis, vix ventricosis, acie crenatis, ex albo sordide incarnatis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, angulosis, chlorino-hyalinis, 9-12 ≃ 7-8.

*Hab.* in dumeto humido declivibusque graminosis hinc inde circa Mustiala in Fennia. — Statura *Tricholomatis virgati*. Pileus siccus nitens, usque ad 6 cm. latus; stipes sæpe tortus, basi albidus et tomentellus, 4-13 cm. altus, 7 mm., 1 cm. crassus; lamellæ crassiusculæ, circiter 7 mm. latæ. Odor haud notabilis; sapor subnauseosus.

54. **Entoloma cyaneum** Peck 26 Rep. p. 55. – Pileo convexo, sicco, 2862
minute squamoso, brunneo vel brunneo-violaceo; stipite æquali v. basi leviter incrassato, cavo, apicem versus squamoso atque violaceo; lamellis ex albido carneis; sporis angularibus 9 ≃ 6.

*Hab.* ad ligna putrescentia adque truncos vetustos muscosos in silvis, Pine Hill et Worcester Amer. bor. — Statura 5 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-4 cm. longus, stipes 2 mm. crassus. Probabiliter color violaceus ætate obsolescit.

55. **Entoloma Panniculus** Berk. Fl. Tasm. p. 245, tab. CLXXXI, f. 5. 2863

— Pileo tenui, campanulato, obtuso, flocculoso stipiteque deorsum incrassato fibrilloso, basi albo-tomentoso atro-violaceis; lamellis adnatis secedentibus; sporis 12-13 $\mu$.

*Hab.* inter Filices in Tasmania (Archer). — *Lepl. Lappulæ* cognatum sed absque umbilico. Pileus 30-31 mm. diam.

56. **Entoloma argilophyllum** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 538. — 2864
Pileo convexo, cinereo, pruinoso; stipite curvo, particulis fuscis insperso; lamellis tenuibus latissimis; cystidiis grandiusculis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus griseo-fuscus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ 4 mm. latæ, argillaceæ.

57. **Entoloma Thompsoni** B. et Br. Ann. N. H. n. 1523, Cooke Ill. 2865
t. 374, Stev. Hym. I, p. 198. — Pileo e convexo explanato, 5 cm. lato, griseo-tomentoso, prope centrum areolato, areolis leniter prominulis; stipite cylindrico, farcto 4 cm. longo, 4 mm. crasso, fibrilloso, pallide griseo; lamellis latis, carneis.

*Hab.* inter gramina, West Farleigh Britanniæ.

58. **Entoloma accola** Britz. Hyporr. p. 138, f. 45. — Pileo convexo, 2866
umbilicato, brunneo-rufo, hinc illinc compressulo, fibroso, vix nitido; stipite concolori, subpallidiori, basi albido, subcavo; lamellis haud confertis, albido-rufis, demum acie brunneolis, emarginato-adnexis; sporis oblongis irregulariter 6-angulatis, 10-11 = 6-8.

*Hab.* in silvulis Bavariæ australis. — Pileus usque ad 5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 3-4 mm. crassus, basi 1 cm. latus. Odor nullus. *Ent. costato* proximum.

59. **Entoloma salmoneum** Peck 24 Rep. of the Bot. t. IV, f. 6-9, 2867
p. 65 *a*. — Pileo tenui, conico vel subcampanulato, subacuto, raro apice papilla minuta instructo, glabro, molliter ochraceo-sericeo, leniter rubro vel carneo tincto; stipite lamellisque concoloribus.

*Hab.* ad terram inter ramulos et in turfosis, Sandlake Amer. borealis. An species distincta?

60. **Entoloma scabinellum** Peck 33 Rep. p. 19. — Pileo tenui, con- 2868
vexo vel subplano, papillato, scabriusculo, obscure brunneo, margine tenui extenso; stipite æquali, fibrilloso, apice leniter pruinoso, pileo pallidiori; lamellis latis, ventricosis, postice rotundatis, leniter adnatis, acie floccosis, sordide albidis, dein carneis; sporis irregularibus, 1-guttulatis, 7-10 = 5-7,5.

*Hab.* in arenosis prope Wading River Amer. bor. — Fungus 2,5 cm. circ. altus, pileus 12-24 mm. latus, stipes 2 mm. circ. crassus.

III. NOLANIDEA. Pileus tenuis, hygrophanus, siccus subsericeus. Sæpe undulati, difformes. A Nolaneis, præter stipitem, differunt margine pilei inflexo, sed in *E. turbido* et *E. majali* rectus.

61. **Entoloma clypeatum** Linn. Suec. n. 1216 (*Agar.*), Huss. II, t. 42, Fr. Hym.Eur. p. 194, Cooke Ill. t. 319, Bern. Roch. t. 176, 3, Pat. Tab. 337, Berk. Outl. t. 7, f. 6 (var. pusilla), *A. fertilis* A. et S. p. 171, *A. phonospermus* Bull. t. 534, Bolt. t. 69, Buxb. C. 4, t. 6, cfr. Secr. n. 589, *Fung. clypeatus* Vaill. — Pileo leviter carnoso, e campanulato explanato, umbonato, glabro, lurido, hygrophano; stipite floccoso-farcto, attenuato, fibrilloso, pallescente; lamellis rotundato-adnexis, secedentibus, serrulatis, sordide incarnatis; sporis subangulosis, irregularibus, 8-10 *μ*. longis. 2869

*Hab.* in cultis, ruderatis, pratis Europæ præcipue borealis. — Pileus 10 cm. vel ultra latus. Gregarium. vegetum luridum ingratumque, siccum griseum subnitens, virgatum tigrinumque. Stipes apice subpruinatus; lamellæ sporis obscure pulverulentæ.

62. **Entoloma nigro-cinnamomeum** Kalchbr. et Schulz. Hung. t. 11, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 195. — Pileo leviter carnoso, e convexo explanato, circa umbonem depresso, levi, glabro, umbrino-nigrescenti; stipite cavo, subtortuoso, fibrilloso, griseo-fuscescenti; lamellis mox secedentibus, rotundatis, distantibus, rubello-cinnamomeis; sporis amplis, angulatis. 2870

*Hab.* in pascuis ad Magnovaradinum Hungariæ, gregarium. Odor farinæ recentis. Pileus 6-11 cm. latus, tenax. Ex ipso auctore forte *E. clypeati* varietas.

63. **Entoloma rhodopolium** Fr. S. M. I, p. 197, cum syn., Hym. Eur. p. 195, Bern. Roch. t. 17, f. 4, Cooke Ill. t. 342, Bolt. t. 6, Fl. Dan. t. 1736, Krombh. t. 55, f. 17-22. — Pileo leviter carnoso, campanulato-expanso, e gibbo subdepresso, hygrophano, margine flexuoso primo infracto; stipite cavo, subæquali, glabro, candido, sursum pruinato; lamellis ex adnato sinuatis, ex albo roseis; sporis C-angulatis v. irregularibus, 8-10 × 6-8. 2871

*Hab.* locis humidis silvarum Europæ, copiose in regione Fagi, Cincinnati Amer. bor. et Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 8 cm. latus; stipes 6-11 cm. longus. Fragile; pileus junior fibrillosus, mox glaber, udus lividus v. fuscescens, margine striatulus, siccus isabellino-livens, sericeo-splendens; lamellæ demum rotundatæ v. emarginatæ, pileo depresso subdecurrentes.

64. **Entoloma euthelum** Berk. Dec. n. 378. — Pileo e conico expanso, fortissime umbonato, fuligineo, margine tenui; stipite subæquali 2872

elongato, flexuoso, fistuloso, pallide violaceo; lamellis adnexis; sporis fortiter dentatis, 10 μ. long.

*Hab.* in pinetis, Sikkim 3400 m. alt. Indiæ or. (Hook.) — Udum, fragile, inodorum. Pileus 5 cm. latus obscure fuligineo-brunneus; stipes 9 cm. longus, 6 mm. crassus pallide cyaneus; lamellæ ascendentes. Affine *Ent. rhodopolio* sed multo delicatius.

65. **Entoloma pluteoides** Fr. Monogr. II, p. 345, Hym. Eur. p. 195, 2873
Ic. t. 91, f. 2. — Pileo leviter carnoso, scissili, e convexo explanato, obtuso, glabrescente, hygrophano, udo albido-griseo, sicco sordide lutescente; stipite fistuloso, rigido, cuticula fibrillosa, subtomentosa tecto, albo, vulgo radicante; lamellis emarginato-adnexis, confertis, antice attenuatis, ex albo carneis.

*Hab.* ad ligna putrida Abietis in Europa raro. — Stipes 6 cm. longus, vulgo curvato-adscendens, tactus lutescens; pileus primo leviter fibrillosus.

66. **Entoloma elaphinum** Fr. Monogr. II, p. 296, Hym. Eur. p. 195, 2874
Ic. t. 95, f. 1, Britz. IV, f. 71. — Pileo carnosulo, convexo, obtuso, glabro, udo pulchre cervino, sicco pallide fusco, margine striato; stipite e farcto cavo, firmulo, nudo, obsolete striato, livido; lamellis postice subtruncatis, latissimis, e pallido carneis.

*Hab.* in pratis silvaticis Sueciæ, Galliæ et Germaniæ ad terram. Stipes 4 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus, hemisphæricus, eximie hygrophanus, disco carnosulo; sporæ $10 \simeq 6$, angulosæ.

67. **Entoloma turbidum** Fr. S. M. I, pag. 205 (excl. *d.*), Hym. Eur. 2875
p. 195, Ic. t. 93, f. 2, Secr. n. 599, Alb. et Schw. n. 604, Quél. p. 85. — Pileo leviter carnoso, campanulato-convexo, umbonato, hygrophano, margine primo recto adpresso, dein subfisso striatoque; stipite cavo, inflato-clavato, glabro, levi, argenteo-splendente; lamellis emarginato-liberis, confertis, ventricosis, albo-griseis; sporis irregulariter echinatis, 8-11 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis Europæ, sub variis formis. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 6-8 long., 4-9 mm. crassus. Inodorum, pileo subfusco, sicco griseo. Lamellæ subundulatæ, non pulverulentæ ut in *Entol. clypeato* Forte latent 2 spec. a) *Betulelorum* et b) *Pinetorum mollior.*

68. **Entoloma majale** Fr. S. M. I, p. 205, Hym. Eur. 196, Ic. t. 94, 2876
f. 2, Berk. et Br. n. 998. — Pileo carnoso-membranaceo, campanulato-convexo, umbonato, levi, glabro, hygrophano, margine explanato repando; stipite fistuloso, torto, striato, basi albo-tomentoso;

lamellis subliberis, crenatis, e pallido roseis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, angulatis, 10-14 × 7-10.

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ, subcæspitosum. — Gracile, pileo cinnamomeo, sicco ochraceo. Pileus, ut in n. 70 tantum e laminis duabus scissilibus compaginatus, 7 cm. usque latus, 4 cm. usque altus; stipes usque ad 12 cm. longus, basi circiter 1 cm. crassus. Exstat var. mollior, dilutior, æstivalis, Sow. t. 174 bene referens. Britz. IV, f. 72 (sp. 6-angul. 7-10 $\mu$. d.).

69. **Entoloma aprile** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 149, f. 63. — Pileo 2877
obscure brunneo, obcampanulato, dein expanso; stipite brunneo inferne incrassato, filamentoso, carnoso; lamellis confertiusculis, rufulis vel griseo-rufis; odore nullo; sporis 8-10 × 8-9.

*Hab.* in silvis pr. Westheim Bavariæ australis. — *Entolomati majali* proximum.

70. **Entoloma costatum** Fr. S. M. p. 206, Hym. Eur. p. 196, Luc. 2878
Suit. Bull. t. 158, Secr. n. 598, Berk. Outl. p. 145. — Pileo carnoso-membranaceo, e convexo bullato, planiusculo, subumbilicato, undulato, glabro, hygrophano; stipite cavo, brevi, difformi, substriato, griseo, apice albo-squamuloso; lamellis subliberis, integerrimis, transverse costatis, pallidis; sporis irregularibus, subglobosis, nucleo globulari præditis, 12-14 × 8-10.

*Hab.* in pratis paludosis Europæ, sæpe dense cæspitosum sed non quotannis. Fragile, inodorum. Stipes 6 cm. longus, 6-9 mm. crassus; pileus 6-8 cm. latus, fusco-lividus v. sole adustus nitens; lamellæ subundulatæ.

71. **Entoloma Cordæ** Karst. Hattsv. I, p. 268. — Ab *Ent. costato* 2879
umbilico pilei nigricanti, sporis minoribus (sphæroideis, subangulatis, subhyalinis, diam. 5-6 $\mu$.) allisque notis diversum.

*Hab.* in ericeto inter polytricha prope Mustiala in Fennia.

72. **Entoloma Wynnei** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1342, Cooke Ill. 2880
t. 329. — Pileo initio plano, fuligineo, velutino, demum convexo, squamuloso, hygrophano; margine striato, sæpe undulato; stipite fuligineo cæruleo, compresso basi gossypina; lamellis latis, transverse costatis, pallidis, acie crenulatis.

*Hab.* in pinetis, Coed Coch in Britannia. — Odor cimicinus. Affine *E. costato*, quocum dimensionibus convenit.

73. **Entoloma sericeum** Bull. t. 413, f. 2 (optime) (*Agar.*), Fries Spic. 2881
p. 3, Hym. Eur. p. 196, Cooke Ill. t. 320, *A. pascuus* Pers. Syn. et vulgo, non Comm. in Schaeff. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo-explanato, glabro, hygrophano, sicco sericeo, margine inflexo,

repando, striatulo; stipite fistuloso, brevi, fibrilloso; lamellis emarginatis, planis, subdistantibus, griseis; sporis oblongis, 5-7-echinatis, 10 ≃ 7-8.

*Hab.* in pratis Europæ post pluvias frequens et ad terram Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus; stipes 2½-6 cm. longus, 2-4 mm. crassus. A *N. pascua*, cui in S. M. a Friesio subsumtum, separandum odore farinæ recentis forti, pilei (udi umbrini) forma margineque involuto, lamellis integerrimis, a stipite marginem versus attenuatis.

74. **Entoloma Persoonii** Du Port, Grev. X, p. 42. *Ag. sericeus* Pers. 2882
Ic. et Descript. I, t. VI, f. 4, nec Fr., *Ag. Persoonianus* Ph. et Pl., *Ag. bulbigenus* B. et Br. — Pileo campanulato, squamoso tomentoso, albo-sericeo; stipite longiusculo, basi solido bulboso, sursum subcavo, fibrilloso, albido; lamellis confertis, leniter adnexis, carneis; sporis angulosis, majusculis, 13-15 ≃ 10-12.

*Hab.* ad terram prope Dereham, Mattishall Britanniæ. — Pileus 12 mm. latus; stipes 5 mm. crassus; lamellæ 4 mm. latæ.

75. **Entoloma nidorosum** Fr. Epicr. p. 148, Hym. Eur. p. 196, Ic. 2883
t. 94, f. 3, Bern. Roch. t. 15, f. 2, Berk. Outl. p. 145, Cooke Ill. t. 321. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo-expanso, subdepresso, glabro, hygrophano, sicco sericeo nitente; stipite farcto, æquali, glabro, albo-pallescente, apice albo-pruinoso; lamellis emarginato-liberis, latis, subdistantibus, flexuosis, pallido-incarnatis; sporis irregularibus, angulosis, circiter 8-10 ≃ 7-8.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Alcalino-olens, *E. rhodopolio* subsimili longe tenuius, fragile; stipes 6-11 cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus 8 cm. usque latus, difformis, rimosus, udus subcervinus.

76. **Entoloma venosum** Gill. Champ. Franc. p. 403. — Pileo sub- 2884
membranaceo, convexo, vix papillato, brunneo, sicco sericeo-nitente, 3-4 cm. diam.; lamellis liberis, latis, transverse undulatis, griseo-rufis; stipite longiusculo, fragili et longitrorsum fissili, fistuloso, striato-fibrilloso, apice squamuloso; odore gravi farinaceo.

*Hab.* ad terram inter muscos sub Pinis in Gallia bor. (GODEY).

77. **Entoloma Speculum** Fr. Spic. p. 4, Hym. Eur. p. 197, Ic. t. 95, 2885
f. 2, Cooke Ill. t. 308, Batt. t. 20, f. D-F. — Candicans; pileo carnoso-membranaceo, convexo-expanso, subdepresso, glaberrimo, hygrophano, sicco splendente, margine infracto flexuoso; stipite fistuloso, æquali, fragilissimo, striato; lamellis emarginatis, latis, ventri-

cosis, distantibus, albo-carneis; basidiis tereti-clavatis, 25-30 ≃ 12; sporis eximie angulosis, roseis, 1-guttatis, 12-14 ≃ 7-8.

*Hab.* inter gramina pinguia, ramentis ligneis stercorata, in Europa. — Subcæspitosum, fragilissimum, inodorum, udum pulchre pallescens, siccum argenteo-splendens. Secr. n. 591, manifeste differt odore, stipite solido etc.

78. **Entoloma strictius** Peck 23 Rep. p. 88, t. II, f. 6-9. — Pileo 2886
tenui, submembranaceo, late convexo, vel expanso, umbonato, glabro, nitido, hygrophano, striatulo, griseo-brunneo; stipite recto, æquali vel levissime sursum attenuato, subglabro, cavo, basi denso mycelio albo conjuncto; lamellis latiusculis, rotundatis vel postice profunde emarginatis, pallido-carneis.

*Hab.* ad terram in silvulis et ad earum margines, Albany Amer. bor. — Statura 5-10 cm. metiens, pileus 2½-5 cm. latus, stipes 2-4 mm. crassus.

79. **Entoloma cystopodum** Berk. Dec. n. 285. — Pileo conico, hygro- 2887
phano, glabro, subcarnoso; stipite cavo deorsum incrassato, subfusiformi; lamellis adscendentibus, undulatis, postice attenuatis, adnexis pallido-roseis; sporis angulosis.

*Hab.* ad folia emortua, ramulos, muscos etc., Darjeeling Indiæ 2500 m. alt. (Hook.). — Pileus 4 cm. vel ultra latus, fere 2½ altus, leviter undulatus, griseus, striis raris sulcatus; stipes 8 cm. longus, basi 8 mm. vel ultra crassus, superne vix 3-4 mm., fistulosus, fistula in umbonis carnem penetrante, griseus roseo pictus; lamellæ ventricosæ. Habitu aliquantulum *Coll. butyraceam* refert sed sporas habet roseas.

80. **Entoloma Grayanum** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 64. — Pileo 2888
carnoso, convexo, sæpe undulato vel irregulari, hygrophano, udo aquose flavo, glabro, sicco nitente et subalbido; stipite æquali, firmo, solido, albo; lamellis planis, confertis, carneis; sporis subglobosis, irregularibus, 8 μ. longis.

*Hab.* gregatim ad terram Sandlake Amer. borealis. — Totus fungus 5-7,5 cm. altus, pileus 3,5-5 cm. latus, stipes 7,5-12,5 mm. crassus.

**CLITOPILUS** Fr. Epicr. p. 148 (Etym. *clitos* declivis et *pilos* pileus). — Stipes carnosus v. fibrosus, sursum in pileum margine primo involutum diffusus. Hymenophorum cum stipite contiguum. Lamellæ postice æqualiter attenuatæ subdecurrentes, nec secedentes sinuatæve. — Terrestres, sæpe olidi, pileo plus minus depresso umbilicatove,

umbilico similari. Respondent *Clitocybis*. Caute distinguendi a formis quibusdam *Entolomatis* lamellis spurie decurrentibus, dein vero secedentibus. Doct. Quélet species generis nuper dispersit inter *Paxillos*, *Eccilias* etc.

I. ORCELLI. Lamellæ longe decurrentes. Pileus irregularis, subexcentricus, flexuosus, vix hygrophanus, margine primum flocculoso. *Mouceron* Fr. S. M., quod vagum nomen, confusionis mater, ubique omittendum, suadente ipso auctore.

1. **Clitopilus Prunulus** Scop. Carn. II, p. 437 (*Agar.*) (e descr. et syn. sed non *Prunulus* Patrum, qui *Tr. graveolens*), Fr. Syst. Myc. I, p. 193, (excl. veterum synonymis), Hym. Eur. p. 197, Sverig. ätl. Svamp. t. 19, Cooke Ill. t. 322, Gill. C. F. cum icone, *A. albellus* Schaeff. t. 78, *A. pallidus* Sowerb. t. 143, *A. Sowerbei* Krombh. t. 55, f. 7, 8, *A. Prunulus* Hussey II, t. 47, Berk. Outl. t. 7, f. 7. — Pileo carnoso, compacto, primo convexo regulari, demum repando, sicco, pruinato, albo-cinereo; stipite solido, ventricoso, nudo, striato; lamellis longe decurrentibus, subdistantibus, ex albo incarnatis; sporis ovoideo-ellipsoideis, utrinque attenuatis unoque apice apiculatis, chlorino-hyalinis, 10-16 ≃ 6. 2889

*Hab.* in silvis præcipue Europæ borealis et Amer. fœder. — Pileus semper firmus, numquam viscidus nec zonatus maculatusve, 6-11 cm. latus; stipes 3 cm. et ultra longus, 6-14 mm. crassus. Odor farinæ gratus. Exstat varietas alba (Quél. t. 5, f. 3 et Orcella f. 2), quæ sistit transitum ad sequentem. *A. prunulus* Viviani t. 3 *Trich. graveolens* sistit. *A. caryophyllatus* Viv. l. c. cum *Trich. amethystino* conferendus.

2. **Clitopilus Orcella** Bull. t. 573, f. 1, p. 591 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 180, Hym. Eur. p. 197, Sverig. ätl. Svamp. t. 20, Cooke Ill. t. 323, Pat. Tab. 427, Vittad. t. 12, f. 2, Ventur. t. 14, f. 1-3, *A. obesus* Batsch f. 216, Secr. n. 558, Batt. t. 39, A. B.? — Pileo carnoso, molli, plano-depresso, primitus irregulari, sericello, udo subviscido, albo-lutescente; stipite solido, curto, flocculoso, sursum incrassato; lamellis longe decurrentibus, confertis, albido-incarnatis; sporis pallido-brunneis, ellipsoideis, 8-10 ≃ 4½. 2890

*Hab.* in silvis Europæ. — Gregarius, farinam redolens, subexcentricus, priore vulgo minor. Pileus sæpe undulato-lobatus, ut Cantharellus, maculatus v. zonatus, 6-11 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus. Esculentus ut prior, cui nimis affinis (junguntur a Worth. Smith in Transact. Woolh. Cl. 1869 c. ic.), sed species antiquitus receptas libentius servo.

3. **Clitopilus mundulus** Lasch n. 518, Fr. Epicr. p. 149, Hym. Eur. 2891
p. 198, Cooke Ill. t. 375, Berk. et Br. n. 1114, *A. alutaceus* Batsch f. 119, Battar. t. 16 f. *F.* — Pileo carnoso, tenui, tenaci, plano-depresso, inæquali, impolito, sicco albido; stipite farcto, tenui, flocculoso-villoso, intus demum nigrescente; lamellis longe decurrentibus, confertissimis, angustis, pallidis; sporis 8-11 ≃ 4-5.

*Hab.* in nemorosis, inter folia etc. in Europa. — Pileus floccoso-mollis, pallescenti-albus, dein cinereo-maculatus demumque nigrescens, $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 1-3 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Odor obsoletus; sapor ingratus, amaricans, quo a prioribus bene distinctus. — Var. **nigrescens** carne tota nigrescente. Lasch n. 521, auctore ipso docente sed, test. B. et Br., hæc *Clitocybas* ad spectat.

4. **Clitopilus Pseudo-orcella** Fr. Monogr. II, p. 296, Hym. Eur. p. 198, 2892
Ic. t. 96, f. 2. — Pileo carnoso, e convexo explanato depressoque, levi, fuscescente, sed sericeo-canescente; stipite solido, curto, æquali extus intusque fusco-cinereo; lamellis decurrentibus, latis, distantibus, cinereo-albis.

*Hab.* in collibus apricis sterilibus circa Upsaliam in Suecia et in Germania. — Caro firma, tenax, sordide alba; stipes 1-$2^1/_2$ cm. modo long., 6-7 mm. crassus; pileus 6 cm. latus. Odor obsoletus.

5. **Clitopilus concentricus** Gill. Champ. Franc. p. 407. — Pileo car- 2893
noso, tenui, convexo, leniter umbilicato dein depresso, margine undulato, glabro, subsericeo, centro griseo-rufescente, margine expallente, lineis brunneis concentricis, interruptis inæqualibusque notato, 5-6 cm. lat.; stipite farcto, apice basique albo-tomentosa, subincrassato, pallide rubente, 3-4 cm. long.; lamellis copiosis, tenuibus, decurrentibus, griseo-rubentibus; carne alba, uda fusco-rubida.

*Hab.* inter folia in fagetis Galliæ bor.

6. **Clitopilus orcellarius** Ces. Myc. Born. p. 4. — Pileo primitus in- 2894
flexo-ovoideo, velo fugaci cingulato, dein lobato-expanso in disco depresso infundibulari, albido, squamulis brunneolis sericeis consperso, in stipitem tenuiorem curvum basi subincrassata album farctum abeunte; lamellis decurrentibus undulatis flaccidis, pallide carneis, margine furfuraceo-denticulato.

*Hab.* ad Metang Bornei (Beccari). — Habitus omnino *Clitop. Orcellæ*, et speciem *Clitopilo Pseudo-Orcellæ* valde affinem suspicatur auct. Sapor haud ingratus. Ad iconem et notulas Beccarianas descriptus.

7. **Clitopilus popinalis** Fr. Syst. Myc. I, p. 194, Monogr. I, p. 280, 2895
Hym. Eur. pag. 198, Ic. t. 96, f. 1, Cooke Ill. t. 485, Berk. et Br. 1114, Cooke pag. 97. — Pileo subcarnoso, flaccido, inæquali, subrepando, glabro, cinereo; stipite farcto, æquali, nudo, griseo; lamellis longe decurrentibus, confertis, obscure griseis; sporis irregulariter globosis, 4-5 $\mu$. diam.

*Hab.* in campis graminosis Europæ, vulgo cæspitosus. — Odor farinæ recentis, fortis; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus, cum carne griseus, non nigrescens; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 4-5 mm. crass.

8. **Clitopilus abortivus** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo 2896
e convexo plano, depresse tomentoso griseo; stipite subæquali subtiliter floccoso albido; lamellis decurrentibus carneis; sporis irregularibus, 8 $\mu$. long.

*Hab.* in silvis humidis Greig et Greenbush etc. Amer. bor. (Curtis, C. J. Sprague). — Pileus 5 cm. vel ultra latus, tomento dense coacto griseo nitente vestitus, demum glabratus; stipes 8 cm. longus, 7 mm. crassus. Stricte affinis *Cl. popinali*, a quo pileo tomentoto lamellisque carneis distinguitur. Teste Peck, edulis sed parum grâtus.

9. **Clitopilus hydroionides** Cesati Comm. Critt. Ital. I, t. 3, f. 4, Fr. 2897
Hym. Eur. p. 198. — Coriaceo-tenax, e violascente griseus, demum expallens; pileo carnoso, convexo, obsolete umbilicato, hygrophano; stipite cavo, curto, levi; lamellis adnato-decurrentibus, albidioribus.

*Hab.* in campis cultis Italiæ. — Statura *Cl. propinalis* sapor et odor nullus.

10. **Clitopilus ionipterus** Cesati l. c. t. 3, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 199. 2898
— Pileo subcarnoso, plano-depresso, glabro, violaceo; stipite solido, sursum incrassato, rimoso-fibroso, tenaci, pallidiore; lamellis adnato-decurrentibus, arcuatis, cyanescentibus.

*Hab.* una cum præcedente in Italia bor. — Disco excepto pileus admodum tenuis. Odor et sapor nullus.

11. **Clitopilus undatus** Fr. Epicr. p. 149, Hym. Eur. p. 199, Monogr. 2899
I, p. 281, Ic. t. 96, f. 4, Cooke Ill. t. 486, Berk. et Br. n. 1000, *A. hirneolus* Secr. n. 606. — Pileo subcarnoso, profunde umbilicato, undulato, fragili, fuligineo-cinereo, expallente, sicco sericello-opaco; stipite cavo, brevi, inæquali, concolore; lamellis longe decurrentibus, tenuibus, vix confertis, obscure cinereis; sporis rubiginosis (subhyalinis sub lente), subsphæroideis, irregularibus, 6-8 diam. (Karst.) v. 10-12 $\mu$. diam, (Quél.).

*Hab.* in clivis graminosis Europæ passim, et Pnoven et Cape Sabine (Cap. Feilden). — Species distinctissima sporis rubiginosis Claudopodum. Stipes mollis, vix $2^1/_2$ cm. longus, 4-5 mm. crassus, basi subattenuatus, albo-villosus. Pileus $2^1/_2$-4 cm. latus, sæpe infundibuliformis et subzonatus. — * **Cl. viarum** Fr. Hym. Eur. p. 199: pileo membranaceo, flaccido, inæquali, sæpe excentrico, glabro, griseo-cano, nitido, una alterave zona obscuriore notato; stipite farcto, glabro; lamellis ut in typo. Ad latera viarum in Europa.

12. **Clitopilus cancrinus** Fr. Epicr. p. 150, Hym. Eur. p. 199, Monogr. I, p. 381, Ic. t. 95, f. 4, Cooke Ill. t. 501. — Pileo submembranaceo, convexo-umbilicato, demum expanso, inæquali, flocculoso, levi, exstrio, dilute incarnato-albo, expallente subalutaceo; stipite e farcto fistuloso, tenaci, curto, glabro, albo; lamellis decurrentibus, distantibus, ex albo pallide incarnatis. 2900

*Hab.* locis graminosis pinguibus et ad latera viarum in Europa. — Parva et pulchella species. Stipes vix 3 cm. longus, 2-4 mm. crassus, basi villo albo terram vulgo conglobante; pileus difformis, senio vulgo rimosus, $2^1/_2$ cm. latus. Inodorus.

13. **Clitopilus subgilvus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 53. — Pileo plano-depresso, subzonato, membranaceo, pallide gilvo, estriato; stipite sursum dilatato, pallido, fistuloso, radicante; lamellis adnato-decurrentibus, pileo concoloribus. 2901

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. medio crassus; lamellæ 2 mm. latæ. Affinis *Cl. cancrino*. Stipes radicatus mycelio fibrilloso.

14. **Clitopilus cretatus** Berk. et Br. n. 903, Fr. Hym. Eur. p. 199, Cooke Ill. t. 375 *B.* — Pileo membranaceo, e convexo umbilicato, levi, albido, nitente, margine involuto; stipite curto, tomentoso, albo; lamellis decurrentibus, angustis, roseis. 2902

*Hab.* in solo nudo silvarum et tesquorum in Anglia. — Minimus hujus gregis. Stipes pauca mm. longus, 2 mm. crassus, sæpe adscendens e mycelio floccoso, albo; pileus $1^1/_4$ cm. circiter latus; sporæ $7 \simeq 3$ (Phill.), 10-12 $\mu$. long. (Quél.).

15. **Clitopilus noveboracensis** Peck 23 Rep. p. 89. — Pileo carnoso, tenui, convexo, demum expanso vel leniter depresso, margine recurvo, atro-albo, in areolas secendente vel concentrice rivuloso, sæpe obscure zonato; stipite concolore, æquali, solido, glabro, mycelio albo atque radiculis fragilibus, ramosis, albis; lamellis confertis, angustis, longe decurrentibus, partim furcatis, albis, demum fuscis, luteo vel carneo tinctis; sporis globosis, pallide carneis. 2903

*Hab.* in silvis et pascuis, North Elba atque Albany Amer. bor. — Gregarius vel subcæspitosus. Statura $2^1/_2$-5 cm. longus, pileus $2^1/_2$-5 cm. latus. Stipes 2-4 mm. crassus. Odor farinæ recentis, sapor amarissimus.

16. **Clitopilus lentulus** Karst. Hattsv. I, p. 270. — Pileo carnoso, 2904
molli, plano-depresso, regulari vel sæpius irregulari, sericello, udo subviscido, albo vel albido, 3-5 cm. lato; stipite solido, æquali, flexuoso, flocculoso, pallido, 4-6 cm. longo, 0,5-1 cm. crasso; lamellis decurrentibus, confertissimis, angustis, pallidis; sporis subangulato-sphæroideis, 2-4 μ. diam.

*Hab.* inter Abietes locis muscosis in Syrjöas in Fennia sat parce obvenit. — *Clit. mundulo*, ut videtur, affinis. Stipes interdum excentricus, basi strigosa. Odor farinæ recentis debilis. Sapor haud ingratus.

17. **Clitopilus albo-griseus** Peck 31 Rep. p. 33. — Pileo primo con- 2905
vexo vel leniter centro depresso, glabro, pallido-griseo; stipite solido, pileo concolore; lamellis modice confertis, adnatis vel leviter decurrentibus, e griseo carneis; sporis angulosis, irregularibus, 10-13 × 8.

*Hab.* ad terram in silvis in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, stipes 2-4 mm. crassus. Odor farinaceus.

18. **Clitopilus Melilotus** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Gra- 2906
veolens; pileo convexo, centro depresso, glabro; stipite subæquali striato, fibrilloso; lamellis latis decurrentibus; sporis irregularibus, 8 μ. long.

*Hab.* ad terram, New England Amer. bor. (D. Murray). — Pileus 5 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 8 mm. crassus. Exsiccatus fortem odorem spargit *Meliloti*.

19. **Clitopilus Seymourianus** Peck 24 Rep. p. 66. — Pileo carnoso, 2907
tenui, late convexo, interdum leniter depresso, glabro, pruinoso, albido, obscure lilacino tincto; stipite æquali, sericeo-fibrilloso, cavo; lamellis angustis, confertis, decurrentibus, partim basi furcatis, albidis, sordide carneo maculatis; sporis globosis, minutis, 3 μ. longis.

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. bor. — Gregarius, 5-8 cm. altus; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus; stipes 6-8 mm. crassus. Pileus interdum lobatus atque excentricus.

II. Sericelli. Pileus regularis, sericeus vel hygrophano-sericeus, margine involuto, nudo. Lamellæ adnatæ, leviter decurrentes.

20. **Clitopilus carneo-albus** Wither. IV, p. 170 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 150, Hym. Eur. p. 200, Cooke Ill. t. 324 *a*, Kalchbr. Hung. t. 12, f. 2, *A. leuco-carneus* Secr. n. 610, Vaill. Par. n. 65. — Albus; pileo subcarnoso, convexo-plano, orbiculari, levi, sericello, subdiscoideo; stipite farcto, cavo, inæquali, fibroso-striato; lamellis adnato-decurrentibus, tenuibus, subdistantibus, ex albo carneis; sporis angulatis, 7 μ. diam. vel 10 ∽ 6. 2908

*Hab.* in silvis frondosis acerosisque Europæ, raro. — Inodorus, gregarius. Pileus 2½ cm. latus, albus, disco demum depresso, rufescente. — Forma hungarica Kalchbr. differt pileo dilute griseo-olivaceo.

21. **Clitopilus angustus** Pers. Syn. p. 345 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 195, Hym. Eur. p. 200, Ic. t. 96, f. 3, Secr. n. 609. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, subumbonato, glabro, sicco sericeo-nitente; stipite farcto, glabro, albo, basi incurvo, villoso; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, subincarnatis; sporis ovoideis, 7-8 ∽ 5, 1-guttulatis, sordide roseis. 2909

*Hab.* inter folia decidua in Europa sparsim. — Sat ambiguus. Pileus cæsio-cinereus, hygrophanus, 2½ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 4-5 mm. crassus.

22. **Clitopilus Nidus-avis** Secr. n. 605, Fr. Hym. Eur. p. 200, *A. riparius* Lasch n. 289 (nomen antiquius, sed spectat ad var. pileo squamuloso-fibrilloso, lamellis subdistantibus, in ripis graminosis). — Pileo subcarnoso, e plano umbilicato, fragili, flocculoso-furfuraceo, sericello, demum repando; stipite subcavo, firmo, flocculoso, utrinque incrassato, basi albo-lanato; lamellis breviter decurrentibus, latis, crassiusculis, subconfertis, ex albido carneis. 2910

*Hab.* in pinetis Europæ. — Priori cognatus, subolens, pileo 2-6 cm. lato, griseo-fusco, margine substriato.

23. **Clitopilus vilis** Fr. Epicr. p. 150, Hym. Eur. p. 200, Cooke Ill. t. 487, *A. parilis* Lasch n. 565 non obstat (alienus n. 286). — Pileo submembranaceo, convexo, umbilicato, striatulo, sericeo-flocculoso, molli, hygrophano stipiteque cavo, tenui, æquali, fibrilloso-striato griseis; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, albidis griseisve; sporis sphæroideo-ellipsoideis vel subsphæroideis, angulatis, 8-9 ∽ 6 aut 7-8 μ. diam. 2911

*Hab.* in pinetis inter muscos Europæ, rarus. — Habitu maxime trivialis. Stipes 6-8 cm. longus, 2-3 mm. crassus, sat tenax sed fibroso-fissilis; pileus 2½ cm. latus, siccus levis, opacus, flocculoso-mollis.

24. **Clitopilus cicatrisatus** Lasch n. 286, Fr. Hym. Eur. p. 200. — 2912
Pileo submembranaceo, convexo, umbilicato, glabro, exstrio, adulto rivuloso-ruguloso; stipite farcto, levi, basi radicato strigoso; lamellis adnato-decurrentibus, latis, subconfertis, pallidis.

*Hab.* inter muscos in pinetis et betuletis Europæ. — Pileus 2-3 cm. latus, fuscus; stipes 3-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

25. **Clitopilus unitinctus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 86. — Pileo te- 2913
nui, flexili, convexo vel subplano, centro depresso, glabro, subnitido, subinde concentrice rimuloso, griseo-brunneo; stipite gracili, recto vel flexuoso, subtenaci, æquali, farcto, leniter pruinoso, concolori, basi tomento denso myceliformi et fibris radiciformibus instructo; lamellis angustis, confertis, adnatis vel subdecurrentibus, concoloribus; sporis ellipticis, 7,5 ≃ 5; carne alba vel griseola, odore nullo, sapore farinaceo.

*Hab.* in pinetis Karner Amer. bor. — Totus fungus 2,5-5 cm. altus; pileus 1,5-3 cm. latus, stipes circ. 2 mm. crassus. *Clitopilo cicatrisato* similis.

26 **Clitopilus neglectus** Lasch n. 287, Fr. Hym. Eur. p. 200. — Pi- 2914
leo submembranaceo, e convexo umbilicato, exstrio, fibrilloso-floccoso; stipite solido, debili, subfibrilloso, albido; lamellis adnato-decurrentibus, albido-carneis.

*Hab.* in collibus graminosis Europæ. — Pileus isabellino-pallidus, 2-3 cm. latus, 2½-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Odor farinæ recentis.

27. **Clitopilus stilbocephalus** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1758, Stev. 2915
Hym. Brit. I, p. 205, Cooke Ill. t. 324 *b*. — Pileo campanulato, obtuso, interdum umbonato, hygrophano, sicco albo atque potius sericeo; stipite cavo, subæquali, sericeo-fibrilloso; lamellis latis, adnatis, sæpe postice emarginatis, venosis.

*Hab.* ad Ascot in Britannia. — Pileus nitens.

28. **Clitopilus micropus** Peck 31 Rep. p. 33. — Pileo tenui, fragili, 2916
convexo vel centro depresso, umbilicato, sericeo, griseo, vulgo margine anguste 1-2-zonato; stipite brevi, solido, apice leniter incrassato, griseo, pruinoso, basi mycelio albo conjuncto; lamellis angustis, confertis, adnatis vel leviter decurrentibus, griseis; sporis angulosis, irregularibus, 10 ≃ 6.

*Hab.* ad terram sub ligna, Ticonderoga Amer. bor. — Statura 2½ cm. adæquans; pileus 1¼-2½ cm. latus. Odore farinaceo pollet.

29. **Clitopilus tephreus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 53. — Pi- 2917

leo e convexo plano subdepresso, cinereo-glauco, tenui, pulverulento vel virgato; stipite sursum incrassato, subconcolori, cavo; lamellis arcuatis, leviter decurrentibus, carneis; sporis, 5 μ. long.

*Hab.* inter substantias vegetabiles putrescentes, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 6 mm. latus; stipes 18 mm. longus, 1 mm. crassus. Sporæ saturate coloratæ.

30. **Clitopilus Woodianus** Peck 24 Rep. of the Bot. pag. 65. — Pi 2918
leo carnoso, tenui, convexo vel expanso, umbilicato vel centro depresso, hygrophano, udo margine striatulo, albo vel flavo-albido, siccitate nitente, margine sæpe flexuoso vel undulato; stipite æquali, flexuoso, nitente, pileo concolori, solido vel insectorum causa fistuloso; lamellis confertis, adnato-decurrentibus, albidis dein carneis; sporis subglobosis, irregularibus, 7 μ. diam.

*Hab.* ad terram et truncos vetustos in silvis Greig Amer. bor. — *Entolomati Grayano* subaffinis, 7,5 cm. altus; pileus 2,5-5 cm. latus; stipes 4,5-5 mm. crassus.

**LEPTONIA** Fr. Syst. Myc. I, p. 201, (Etym. *leptos* tenuis). — Stipes cartilagineus, tubulosus (tubulo farcto cavove), politus, subnitens. Pileus tenuis, umbilicatus v. disco obscuriore, cuticula fibrillosa vel in squamas obscuriores secedente, margine primo incurvo. Lamellæ primo adnexæ vel adnatæ, sed facile secedentes. — Genus elegans, admodum naturale. Species plurimæ minores, æstivales, terrestres, læte coloratæ, subviolascentes.

*) Lamellis albidis. — Pileus carnosulus, exstrius, non hygrophanus.

1. **Leptonia Linkii** Fr. Syst. Myc. I, p. 204, Hym. Eur. p. 201, Weinm. 2919
n. 140, Secret. n. 549. — Pileo carnosulo, convexo-plano, fibrilloso-virgato, e nigricante-fuligineo griseo, disco obscuriore; stipite farcto, tenaci, glabro, nitido, fumoso, basi incurvo; lamellis adnexis, secedentibus, ventricosis, ex albido incarnatis, acie nigris.

*Hab.* ad truncos vetustos, muscosos in Europa. — Species admodum mutabilis, nunc major subumbonata, nunc minor umbilicata; pileus 2-3 cm.; stipes obsolete cærulescens, senio etiam cavus; lamellæ 8 mm. latæ; sporæ 10 μ. long.

2. **Leptonia placida** Fr. Syst. Myc. I, p. 202, Hym. Eur. p. 201, Ic. 2920
t. 97, f. 1, Cooke Ill. t. 330, Secret. n. 626 et facile *A. elegans* Scop. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, obtuso, exstrio, fibrilloso-squamoso, griseo, cærulescente, disco villoso obscuriore;

stipite farcto, glabro, atro-cyaneo, apice albo-pruinoso et (sub lente) nigropunctato; lamellis adnexis, latis, albidis, acie concoloribus.

*Hab.* ad et juxta truncos Fagi in Europa. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 4 cm. longus. Species pulchella, major et minor, colore pilei varians. Præcipue insignis forma major, pileo albido squamis obscurioribus, passim concentricis, variegato. Circa Upsaliam in Betulis lecta est varietas pileo contigue villoso, cæruleo.

3. **Leptonia anatina** Lasch n. 561, Fr. Epicr. p. 152, Hym. Eur. p. 201, 2921
Bern. Roch. t. 14, f. 3, Oudem. Bat. p. 26, *A. iopodius* Secr. n. 625 sat convenit, sed truncigenus. — Pileo carnosulo, campanulato, obscurius umbonato, longitudinaliter fibrilloso squamulosoque, fusco-griseo; stipite subcavo, cærulescente, primo pruinoso, dein squamoso-fibrilloso, apice levi (nec nigro-punctato); lamellis adnexis, secedentibus, latis, ex albido carneis; sporis oblongis, irregulariter echinatis, 10-12 ≃ 7-8.

*Hab.* in campis graminosis Europæ. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 4-6 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Habitus *Ent. griseo-cyanei*, a quo stipitis fabrica distincta Duas notat Lasch formas: *a*) pileo hemisphærico, lamellis adnexis; *b*) pileo conico, expanso fisso, lamellis liberis.

4. **Leptonia Lappula** Fr. Epicr. p. 152, Hym. Eur. p. 202, Ic. t. 97, 2922
f. 2, Monogr. I, p. 285, Stev. Hym. Brit. I, p. 207. — Pileo carnosulo, e convexo plano, umbilicato, griseo, exstrio, fibrillis brevibus, erectis, in umbilico obscuriore stipatis muricellato-punctato; stipite fistuloso, striatulo, lilacino-fusco, apice nudo et nigropunctato; lamellis adnato-secedentibus, latis, confertis, albidis.

*Hab.* inter folia putrida Fagi in Europa. — Pileus junior flocculosus; stipes variat atro-purpureus; lamellæ denticulo decurrentes.

5. **Leptonia lampropoda** Fr. Syst. Myc. I, p. 203, Hym. Eur. p. 202, 2923
Cooke Ill. t. 331, Berk. Outl. p. 146, Quél. p. 88, *A. asprellus* Sommerf. Lapp. p. 260. — Pileo carnosulo, e convexo explanato, obtuso demumque depresso, primitus flocculoso, dein squamuloso; stipite fistuloso, curto, levi, epunctato, firmo, chalybæo-violaceo; lamellis adnatis, ventricosis, ex albido rosellis; sporis irregulariter oblongis, 5-6-echinatis, 10-14 ≃ 6-8.

*Hab.* in clivis et campis graminosis Europæ frequens. — Pulchra. Pileus recens opacus, contiguus, non umbilicatus neque papillatus, e murino v. chalybæo griseus v. fuligineus, 1-3 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus, 2-5 mm. crassus. *A. glaucus* Bull. t. 521

habitu, stipite gracili, pileo striato etc. differt, sed ad aliam non potest referri. Color non est glaucus. — *L. **cyanula** Lasch n. 562, Fr. Hym. Eur. p. 202, *A. cyanofilipes* Secr. n. 627: tenella; pileo membranaceo, subumbilicato, floccoso-villoso, atro-cæruleo; stipite capillari, pruinoso; lamellis adnatis, distantibus, e glauco carneis. In humo circa truncos Alni in Europa.

6. **Leptonia æthiops** Fr. Epicr. p. 152, Monogr. I, p. 286, Hym. Eur. 2924
p. 202, Ic. t. 97, f. 3, Cooke Ill. t. 332. — Pileo carnosulo, plano-depresso, exstrio, nitido, e nigro fuligineo, glabro sed innato-fibrilloso-virgato; stipite subfarcto, tenui, glabro, fusco-nigricanti, sursum nigro-punctato; lamellis adnatis, albidis, acie concoloribus; sporis oblongis, irregulariter 6-angulatis, 10-13 ≃ 8.

*Hab.* locis graminosis apricis Europæ, sæpe in societate *L. serrulatæ*, cui similis. Ad hanc potissimum ducendus *A. nigrellus* Pers., sed lamellæ non decurrentes; Weinmann citat sub *A. atride*. *A. æthiops* Scop. Hist. Nat. IV, p. 147 melius cum nostro convenit. — *eccilioides Sacc. Mich. II, p. 243: lamellis breve decurrentibus; pileo striatulo (in sicco); stipite vix punctato; sporis eximie angulosis, roseis, 1-guttatis, 8-9 ≃ 6-7. In horto Patavino Italiæ borealis.

7. **Leptonia solstitialis** Fr. Epicr. p. 152, Hym. Eur. p. 202, Cooke 2925
Ill. t. 332, Berk. et Br. n. 1226, Kalchbr. t. 12, f. 3. — Pileo carnosulo, demum depresso, centro papillato, ruguloso, obsolete innato-fibrilloso, fuscescente; stipite subfistuloso, glabro, epunctato, fumoso; lamellis emarginatis, latis, albidis, acie concoloribus; sporis irregularibus, oblongis, 6-echinatis, 12-18 ≃ 6-8.

*Hab.* in pratis humidis Scaniæ, Germaniæ, Hungariæ et ad litora lacuum in Britannia. — Quum plurimis locis constans sit lecta, videtur species stipite epunctato nec cærulescente distincta. Kalchbrenneri recedit pileo (juniore) campanulato papilla obsoleta.

8. **Leptonia undulatella** Peck 31 Rep. p. 33. — Pileo membranaceo, 2926
convexo, minute furfuraceo, disco squamuloso, hygrophano, udo griseo brunneo atque striatulo, margine undulato; stipite tenui, glabro, pileo concolore, vulgo incurvo; lamellis postice rotundatis, subliberis, subdistantibus, albidis, demum incarnatis; sporis irregularibus, 10 ≃ 8.

*Hab.* in truncis arborum dejectis putrescentibus, Pine Hill Amer. foeder. — Statura $2^1/_2$ cm. metiens; pileus 12-16 mm. latus, Exsiccatione pileus subnitens atque discus aliquantulum obscurior.

9. **Leptonia Gillotii** Quél. in suppl. (1885), p. 3, tab. XII, fig. 3. — 2927

Pileo convexo-umbilicato, tenui, pruinoso, hygrophano, striato, albido, umbilico striisque olivaceis; stipite gracili, fistuloso verruculoso, diaphano, albido, basi villoso, lamellis uncinato-adnatis, erosis, albis, dein carneis; sporis ovoideo-angulatis, 9 μ. diam., roseis.

*Hab.* in turfosis ad sphagna pr. Morvan Galliæ (Forquignon et Quélet). — *Eccilicæ rhodocylici* affinis. Pileus 1-1,5 cm. latus.

10. **Leptonia Queletii** Boud. in Quél. et Le Bret. Champ. p. 8. — 2928
Pileo tenui, convexo, umbilicato, 1-1,5 cm. lat., albo, flocculis roseo-amethysteis punctato, dein corrugato, flavo; lamellis emarginatis, albis dein incarnatis; stipite gracili, farcto, basi tomentoso, albo, pruinoso; sporis polygonis, 14 μ. diam., biguttatis, roseis.

*Hab.* in silvis arenosis, udis prope Paris Galliæ.

11. **Leptonia Kervernii** Guern. in Gill. C. F. p. 413 cum icone. — 2929
Pileo subcarnoso, convexo-plano, centro depresso, margine regulari undulato, squamoso-floccoso, fulvente, 2-5 cm. lat.; stipite albo, cylindrico, sæpe compresso-sulcato, araneoso-cavo, squamuloso, basi incrassatulo, tomentoso, 6 cm. longo; lamellis ventricosis, albis dein carneis.

*Hab.* in paludosis Galliæ bor.

12. **Leptonia assularum** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo e campanulato explanato, umbonato, glabro, virgato, albido; stipite fuligineo; lamellis ex albo carneis, secedentibus; sporis irregularibus. 2930

*Hab.* ad fragmenta lignea putrida in paludosis Carol. infer. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 4 cm. latus, umbone obscuro, margine striato; stipes circiter 8 cm. longus, 3 mm. crassus flexuosus, subæqualis. Manifeste distincta a ceteris albo-lamellatis *Leptoniis*.

13. **Leptonia proludens** Britz. Hypor. p. 139, f. 50. — Pileo convexo, medio leniter compresso, flavo-brunneo; lamellis pellucidis, brunneis virgato; stipite pallide brunneo, albido-brunneolo, cavo, sursum parum expanso; lamellis latis, remotiusculis, albidis, brunneo-carneis, inæqualibus, rotundatis, adnexis v. breviter adnatis; sporis irregulariter 6-angulatis, 12-14 ≃ 8; odore nullo. 2931

*Hab.* in pratis silvisque Bavariæ australis. — Pileus 5 cm. latus; stipes 5-8 cm. altus, usque ad 5 mm. crassus.

14. **Leptonia camelina** Lasch in Bot. Zeit. 1844, p. 425. — Pileo carnoso, compacto, obtuso, glabriusculo, rufo-pallido; stipite farcto, fibrilloso, basi curvato; lamellis arcuatis vel emarginato-adnexis, confertis, latiusculis, carneo-pallidis; sporis ovoideis, rubellis. 2932

*Hab.* in pascuis gregarie prope Driesen in Germania, autum.

15. **Leptonia Turci** Bres. F. Trid. p. 47, t. LI, f. 1. — Pileo car- 2933
nosulo, convexo-subhemisphærico, umbilicato, demum expanso-subcyathiformi, margine primo involuto, umbrino-fusco, expallente cinnamomeo-fuscidulo, in junioribus toto dense villosulo, in bene evolutis squamulis parvulis centro obsito et ambitu fibrilloso, 2-5 cm. lato; lamellis subconfertis, latis, postice rotundato-adnatis, diu albis, dein lurido-carneis; stipite cavo, subæquali vel apice dilatato, medio compresso-canaliculato, maxime tereti, livido cinnamomeo, glabro, basi albo-tomentoso, 3-4 cm. longo, 4-5 mm. crasso; carne alba, fracta demum roseo-carnea, insipida et odore leviter farinaceo prædita; sporis 6-7-angulatis, 1-guttulatis 11-12 ≃ 7-8; basidiis clavatis 25-30 ≃ 7-9.

*Hab.* in pratis muscosis, St. Anna prope Tridentum (Bar. Julia Turco Lazzari).

16. **Leptonia gnaphalodes** B. et B. Journ. Linn. Soc. XI, p. 539. — 2934
Pileo tenui umbilicato; margine arcuato, substriato, flocculento; stipite sursum attenuato, pallido; lamellis latis, dente adnatis, secedentibus; sporis angulosis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus, roseo-griseus; stipes 18 mm. longus, subcavus, intus albus; lamellæ 4 mm. latæ. Quoad sectionem dubia.

**) Lamellis primitus cæruleis v. cyanellis.

17. **Leptonia serrulata** Pers. Syn. I, 463 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I. p. 204, 2935
Hym. Eur. p. 203, Cooke Ill. t. 333, Holmsk. Ot. 2, t. 38, Weinm. p. 139, Berk. Outl. p. 146, Sommerf. Lappon. Var. expallens: *A. columbinus* Bull. t. 413, f. 1. — Pileo carnosulo, ex hemisphærico expanso, umbilicato, subsquamoso, atro-cæruleo; stipite fistuloso, glabro, sursum nigro-punctato; lamellis adnatis secedentibusque, latis, segmentoideis, e cæsio griseo-incarnatis, acie nigra serrulata; sporis irregulariter echinatis, oblongis, 10-12 ≃ 6-8.

*Hab.* in campis et collibus graminosis Europæ præcipue borealis et ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Rigens; stipes 2-6 cm. longus, niger, sed variat cyaneus, glaucus; pileus 1-1½ cm. latus, primo atro-cæruleus, exstrius, sole adustus niger, nitens, sed jove udo fuliginosus, striatulus, in nemoribus humidis pallidior, nigro-virgatus.

18. **Leptonia marginata** Peck 26 Rep. p. 56 (*A. foliomarginatus*). 2936
— Pileo convexo, umbilicato, disco scabro, cæruleo brunneo, di-

sco obscuriore; stipite glabro, æquali, inferne solido, superne cavo, concolore; lamellis latis, subdistantibus, planis, ex albido incarnatis, acie integra cæruleo-brunnea.

*Hab.* ad terram atque in ligno putrescente in silvulis Maryland, Otsego county Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$–5 cm. metiens; pileus $1^1/_4$–2 cm. latus; stipes 1 mm. crassus. *L. serrulatæ* affinis.

19. **Leptonia gnophodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 539. — 2937
Pileo convexo, profunde umbilicato, caliginoso; stipite sursum dilatato solido, intus extusque brunneolo; lamellis latis adnatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, tenuis; lamellæ 4 mm. latæ. — Cum *L. serrulata* mixta.

20. **Leptonia euchroa** Pers. Syn. p. 343 (*Agar.*), Fr. Monogr. I, p. 287, 2938
Hym. Eur. pag. 203, Cooke Ill. t. 334, Berk. Outl. pag. 146, Secr. n. 617. — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, obtuso, squamuloso-fibrilloso, violaceo; stipite farcto, glabro, epunctato, violaceo; lamellis adnexis, ventricosis, violaceis, acie obscuriore integerrima; sporis irregulariter angulosis, 10 ≃ 6-8.

*Hab.* ad truncos Coryli, Alni etc. in Europa. — Est e pulcherrimis; pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes circiter 4 cm. long., 2 mm. crass.

21. **Leptonia chalybæa** Pers. Syn. p. 343 (*Agar.*), Ic. pict. t. 4, f. 3,4, 2939
Fr. Mon. I, p. 287, Hym. Eur. pag. 203, Bern. Roch. t. 14, f. 4, Cooke Ill. t. 335, Berk. Outl. p. 147, Krombh. t. 2, f. 11, 12, *A. columbinus* Sowerb. t. 161. — Pileo carnosulo, convexo, subumbonato, exstrio, primitus flocculoso, dein squamuloso, obscure violaceo; stipite farcto, glabro, epunctato, cyaneo; lamellis emarginato-adnexis, ventricosis, cæsio-albidis, acie subdilutiore.

*Hab.* in collibus graminosis Europæ. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ 10 ≃ 6. Habitus *L. lampropodæ*, sed structura, stipite tenui et coloribus distincta.

22. **Leptonia lazulina** Fr. Epicr. p. 153, Monogr. I, p. 288, Hym. 2940
Eur. p. 203, Berk. et Br. n. 1227. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, striato, primo glabro, dein rimoso-squamuloso, nigrescenti-fuligineo; stipite fistuloso, glabro, epunctato, cyaneo; lamellis adnatis, confertis, a stipite ad marginem æqualiter attenuatis, pallide cyaneis; sporis 10-11 ≃ 6.

*Hab.* in campis graminosis et silvis Europæ. — Nolaneis affinis et a præcedente clare distincta, sed exstant duæ formæ insignes, altera pileo primitus atro-cyaneo, quæ videtur *A. atro-cyaneus* Pers.; altera spadiceo-murina, disco obscuriore.

23. **Leptonia Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 134, *Ag.* (Lept.) *lazulinoides* Schulz. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1877, p. 101. — Mycelio byssoideo; pileo regulari e semiglobato apice umbilicato expanso, medio depresso, 1,3-2,8 cm. lat., submembranaceo, umbrino, minute fibrilloso-squamoso, nec hygrophano; lamellis satis confertis, denticulo adnexis, postice 2-4 mm. lat., antice cuspidatis, albido-violaceis; stipite contiguo, cylindraceo, ad basim bulboso et a mycelio albo-vestito eminente, cartilagineo et fistuloso, 1,5-2,5 mm. cr., 3,5-6,5 cm. long. nitide chalybæo, basi excepta glabro; sporis dilute sordide carneis, subanguloso-ellipsoideis, basi parum lateraliter apiculatis, 8-10 $\mu$. longis, sine odore et sapore. 2941

***) Lamellis fusco- v. obscure purpurascentibus.

24. **Leptonia calimorpha** Weinm. Ross. p. 139, Fr. Hym. Eur. p. 204. — Pileo carnoso, membranaceo, conico-convexo, umbonato, dense squamuloso; stipite fistuloso, tenui, nigro-purpurascente; lamellis subliberis, ventricosis, purpureo-micantibus, nigro-marginatis. 2942

*Hab.* ad terram Rossiæ. — Gracilis; pileo vix $2^1/_2$ cm. lato, nigro-fuligineo.

25. **Leptonia Bizzozeriana** Sacc. M. S. p. 25, tab. V, f. 4-6. — Pileo carnoso-membranaceo, umbonato-expanso, atro-cinereo, obscurius furfurato; stipite cartilagineo-flexili, fistuloso, deorsum attenuato atro-purpureo, glabro; lamellis adnexis, dein secedentibus, subconfertis, atro-purpureo-vinosis; sporidiis ellipsoideis, primo albis, dein roseis, 1-guttulatis, 7 ≃ 3. 2943

*Hab.* in horto botanico Patavino ad terram herbidam (Bizzozero). — Affinis *L. calimorphæ* Weinm., a qua facile distinguitur lamellis haud nigro-marginatis et odore rancido gravi. Semel lecta, nec modo mihi omnino certa. An forma minus vestita *Inocybæ echinatæ?*

26. **Leptonia Gorteri** Weinm. l. c., Fr. Hym. Eur. p. 204. — Pileo carnoso-membranaceo, convexo, obtuso, velutino-squamuloso, margine albo-fimbriato; stipite fistuloso, purpureo-violaceo; lamellis adnexis, confertis, unicoloribus, fusco-purpureo-micantibus. 2944

*Hab.* cum *L. calimorpha* locis humidis Rossiæ. — Fragilis, pileo griseo expallente.

27. **Leptonia aquila** Fr. Epicr. p. 154, Monogr. I, p. 238, Hym. Eur. p. 204, Ic. t. 98, f. 3. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, profunde umbilicato, striatulo, glabro, subvirgato, spadiceo; stipite farcto, brevi, subfibrilloso, epunctato, fusco, sursum incrassato; lamel- 2945

lis profunde sinuato-adnexis, latissimis, subdistantibus, ex umbrino purpurascentibus.

*Hab.* ad litora lacuum in Europa. — Pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus. Species distinctissima, firmula, tota spadiceo-umbrina; lamellæ ob insignem latitudinem convexæ, subcordatæ.

28. **Leptonia hypoporphyra** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 289. — 2946
Pileo tenui, glabro, nitido, depresso, striato, fusco; stipite gracili elongato, sursum dilatato, subfusco; lamellis latis, livido-purpureis.

*Hab.* ad terram in silvis, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 4 cm. longus, $1^1/_3$ mm. crassus.

****) Lamellis pallidis. — Expallentes, luteæ v. virentes.

29. **Leptonia incana** Fr. Syst. Myc. I, p. 209, Hym. Eur. pag. 204, 2947
Cooke Ill. t. 336, Secr. n. 630, Berk. Outl. p. 147, *A. murinus* Sowerb. t. 162, Seynes Montp. n. 83. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, umbilicato, glabro, subvirgato, fusco-viridi, margine striato, sicco sericello et expallente; stipite fistuloso, nitido, glabro, fusco-virente; lamellis adnatis, dente decurrentibus, latis, subdistantibus, albo-virentibus; sporis valde irregularibus, luteis 8-9 $\mu$. diam.

*Hab.* in graminosis silvaticis Europæ. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Pileo planiusculo, rarius disco fibrilloso, colore fusco et viridi variegato facile dignoscitur. E Secretan stipes variat cærulescens. — Var. **polychroa** Journ. Linn. Soc. XI, p. 539: pileo nitide æruginoso; lamellis e lilacino virescentibus; sporis 6-10 $\mu$. long. Ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites).

30. **Leptonia euchlora** Lasch ad spec. et iconem, Fr. Epicr. p. 154, 2948
Hym. Eur. p. 204, Bern. Roch. t. 14, f. 5, Gill. C. F. c. 7, Pat. Tab. III, Quélet p. 89. — Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, exstrio, luteo-virente, fusco-fibrilloso, subsquamuloso, disco obscuriore impresso; stipite fistuloso, squamuloso-fibrilloso, virente-luteo, basi ærugineo-tomentoso; lamellis adnatis, subdistantibus, pallidis.

*Hab.* in pascuis Europæ. — Statura *L. lampropodæ*, proximis firmior, fracta æruginascens; pileus nondum explicatus, fuscescens, dein luteo-viridis; sporæ 10-14 = 6-8.

31. **Leptonia formosa** Fr. Syst. Myc. I, p. 208, Monogr. I, p. 289, 2949
Hym. Eur. p. 204, Ic. t. 98, f. 7, Secr. n. 616. — Pileo submem-

branaceo, convexo-plano, subumbilicato, striatulo, luteo-cerino, fibrillis adpressis, squamulosis, fuscescentibus adsperso; stipite subfarcto, striato, glabro, nitido, luteo; lamellis adnatis, subdistantibus, flavo-pallidis.

*Hab.* in silvis Europæ. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2 cm. crassus; sporæ 10-12 ≃ 8. *L. asprellam* refert et vix præter colorem distincta. — Var. **suavis** Lasch n. 285. Cooke Ill. t. 488: stipite cærulescente. Cum specie.

32. **Leptonia chloropolia** Fr. Monogr. II, p. 297, Hym. Eur. p. 205, Ic. t. 98, f. 2, Cooke Ill. t. 337. — Pileo membranaceo, e convexo explanato, striato, livido, centro nigro-squamuloso; stipite fistuloso, gracili, levi, glabro, cæsio-virente; lamellis adnatis, pallidis; sporis irregulariter angulosis, 12-14 ≃ 6-8. 2950

*Hab.* locis graminosis silvarum Europæ, raro. — Colores *Nol. exilis* sed statura *L. formosæ* et *asprellæ*, a quibus colore modo recedit.

33. **Leptonia virescens** B. et C. Pac. exp. n. 37. — Tota pallide cyanea, siccitate virescens; pileo centro depresso; lamellis latiuscutis, distantibus, adnexis. 2951

*Hab.* ad terram in insulis Bonin Mar. Pacif. — Species admodum singularis; lamellæ chartam, in qua exsiccantur, luteo-olivaceo maculant.

34. **Leptonia Forquignoni** Quél. Ass. Fr. 1884, p. 3, t. VIII, f. 6. — Pileo convexo, umbilicato, membranaceo, 2 cm. lat., margine incurvo, undulato, hygrophano striato-rugoso, granulato, griseo-olivaceo, sicco griseo nitido, centro olivaceo-punctato; stipite fistuloso, curvo, basi incrassato, striatulo, nitidulo, olivaceo; lamellis sinuato-adnexis, tenuibus, undulatis, griseolis dein incarnatis; sporis oblongis, 11 μ. long., angulosis, guttatis, roseis. 2952

*Hab.* sub arboribus in herbidis, vere, Gironde Galliæ (Forquignon). — Affinis *L. muticæ*.

35. **Leptonia pyrenaica** Pat. et Doass. Tab. anal. n. 430. — Pileo plano-convexo, 4-5 mm. lato, centro leviter umbonato, rufo-brunneo, margine levi involuto; stipite curvo, rufo-brunneo, farcto; lamellis rigidis, dente adnatis, rufo-pallidis; sporis roseis ex ovoideo angulosis, 5-6 μ. long., 1-2-guttulatis. 2953

*Hab.* ad terram Les Eaux-Bonnes Galliæ (Doassans).

*****) Lamellis griseis glaucisve. — Hygrophanæ, pileo substriato.

36. **Leptonia asprella** Fr. Syst. Myc. I, p. 208, Hym. Eur. p. 205, 2954

Berk. Outl. p. 147, Quélet p. 89, t. 6, f. 4, Secr. n. 621 (var. stipite cæruleo). — Pileo submembranaceo, e convexo explanato, nunc glabro, nunc fibrilloso, striato, umbilico villoso demum squamuloso, e fuligineo livide griseo; stipite fistuloso, tenui, levi, glabro; lamellis adnatis, secedentibus, a stipite marginem versus æqualiter attenuatis, albido-griseis.

*Hab.* in campis graminosis Europæ, vulgaris. — Stipes typice lividus, sed variat fuscus, viridis, cæruleus, 4-6 cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus 1-3 cm. latus; sporæ 10-12 = 6-8. — *Ag. asprellus.* Kl. Bot. Zeit, 1851, p. 643 forte non differt.

37. **Leptonia variicolor** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo umbilicato, glabro, pallide fusco; stipite farcto; lamellis postice abrupte attenuatis, adnatis, purpureo-albis; sporis irregularibus 8 μ. longis. 2955

*Hab.* inter cæspites ad terram humidam Connecticut Amer. fœder. (C. Wright). — Pileus $1^1/_4$-4 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus, cæruleo-viridis, fibris lanosis farctus; lamellæ subdistantes. Affinis *L. asprellæ.*

38. **Leptonia scabrosa** Fr. Epicr. p. 154, Hym. Eur. p. 205. Ic. t. 97, f. 4. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, primitus umbilicato, exstrio, squamuloso, fuligineo-fusco, hygrophano; stipite farcto, firmulo, levi, apice nigro-punctato alboque-farinoso; lamellis adnatis, planis, segmentoideis, subdistantibus, griseis. 2956

*Hab.* locis graminosis in pinetis Europæ, raro. — Pileus siccus griseus, umbilico similari. Hæc a prioribus longius distat et ad *L. placidam* revergit.

39. **Leptonia nefrens** Fr. S. M. I, p. 209, Hym. Eur. p. 205, Krombh. t. 2, f. 22? Cfr. Secr. n. 604. — Pileo membranaceo, convexo-plano, demum infundibuliformi, hygrophano, umbilico profundo obscuriore; stipite fistuloso, brevi, glabro, fusco-livido; lamellis adnexis, secedentibus, latis, pallide griseis, acie tenui, nigella integerrima. 2957

*Hab.* in graminosis, sæpe paludosis, Europæ raro. — Habitus *Omph. Epichysii; L. serrulatæ* affinitate certe proxima; pileus obsolete fibrillosus, fuligineo-lividus, subundulatus, 2-6 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

40. **Leptonia sarcita** Fr. Epicr. p. 155, Hym. Eur. p. 205. — Pileo membranaceo, convexo-explanato, radiato-striato, uniformi, hygrophano, in squamas fibrillosas lacerato; stipite farcto, brevi, gla- 2958

bro; lamellis adnexo-secedentibus, linearibus, distantibus, crassis, glaucis; sporis oblongis, irregulariter echinatis, 10-12 ≃ 8.

*Hab.* locis graminosis circa truncos Quercus, in Europa raro. — Tota fragilis; pileus subrepandus, demum plano-concavus, sed sine disco umbilicove discolore, fuligineus, siccus canus, stipitis longitudine latior; sporæ 10-12 ≃ 8, angulosæ. Non affinis reliquis.

41. **Leptonia æmulans** Karst. Symb. Myc. Fenn. XIII, p. 3. — Pileo 2959
membranaceo, convexo, umbilicato, innato-squamuloso, griseo, opaco, non hygrophano, levi, 1-3 cm. lato; stipite farcto, æquali, levi vel sublevi, stricto, glabro, apice subnudo, obscure livido, basi albido, 3-5 cm. longo, vix 2 mm. crasso; lamellis adnatis, subsecedente-liberis, latis, semicircularibus, fuligineo-pallidis.

*Hab.* locis graminosis in pineto Syrjöas Fenniæ. — Pro *Clitopilo vili* Fr. facillime sumeretur.

**NOLANEA** Fr. S. M. I, p. 204 (Etym. *nola* tintinnabulum). — Stipes fistulosus, tubulo rarius medullato, cartilagineus. Pileus submembranaceus, campanulatus, subpapillatus, striatus v. interdum levis, floccis vestitus, margine recto, primitus stipiti adpresso nec involuto. Lamellæ liberæ v. adfixæ, nec decurrentes.

Fungi terrestres, graciles, *Mycenis* respondentes. Sistunt una cum *Eccilliis* gregem maxime naturalem, a *Clitopilis* longius distantem, sed varia *Entolomata* huic maxime affinia.

*) Lamellis griseis fuscisve. — Pileus obscurus, hygrophanus.

1. **Nolanea pascua** Pers. Comm. in Schaeff. t. 229 [*Agar.*] (non Syn.), 2960
Fr. S. M. p. 205 (latiore sensu), Hym. Eur. p. 206, Cooke Ill. t. 376, Buxb. C. 4, t. 21, f. 1, Batt. t. 25, E. *A. mammosus* L. (incl. *Ent. sericeo* et *Nol. mammosa*) Bolt. t. 35. — Pileo membranaceo, conico-expanso, subumbonato, glabro, striato, hygrophano, sicco sericeo-nitente; stipite fistuloso, fragili, sericeo-fibroso, striato; lamellis postice attenuatis, subliberis, ventricosis, confertis, sordidis, subgriseis; sporis irregularibus, sphæroideis, angulosis, uniguttulatis, 7-11 μ. diam. v. 12-13 ≃ 7-8.

*Hab.* ubique in pascuis et silvis Europæ, Amer. fœder. prope lacum Hysycul in Sibiria et in Tasmania. — Pileus 1-4 cm. latus; stipes 2-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus. Valde fragilis, inodora, aquosa, colore squalido, sed vario: fuligineo (*A. fuligineus* Pers. Syn.), fusco (cfr. Secr. n. 554), livido-isabellino, testaceo-pallido etc. Plurimis jam segregatis, adhuc protea, etiam pileo re-

pando, stipite compresso etc. varia, sed facile a reliquis distincta stipite fibroso, licet gracili et rigido. — Var. **umbonata** Quel. Ench. p. 63: pileo acuto, umbonato, badio; stipite fibrilloso-striato, argenteo. In Gallia.

2. **Nolanea proletaria** Fr. Spic. p. 8, Monogr. I, p. 292, Hym. Eur. p. 206, Battar. t. 18 *D* (optime). — Pileo submembranaceo, campanulato-expanso, obtuso, levi, disco obscuriore villoso (haud depresso); stipite fistuloso, fibroso-molli, fragillissimo lamellisque secedentibus, subdistantibus, aquosis fuligineo-griseis; sporis 5-6-echinatis, 10-12 ≃ 6. 2961

*Hab.* inter muscos udos in Europa. — Valde aquosa, inodora, pileo subumbrino.

3. **Nolanea araneosa** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1876, t. II, f. 3. — Pileo conico-campanulato, griseo, fibrilloso-sericeo; stipite gracili, tubuloso, fibrilloso, griseo, cortina fugaci griseola ornato; lamellis griseo-brunneis. 2962

*Hab.* in silvis pineis in Gallia.

4. **Nolanea versatilis** Fr. Monogr. II, p. 297, Hym. Eur. p. 206, Ic. t. 98, f. 5. — Pileo submembranaceo, e convexo explanato, glabro, levi, nitido, ærugineo-livido, sicco fuscescente; stipite fistuloso, glabro, griseo-albido, sicco argenteo-nitido; lamellis leviter adnexis, ventricosis, distantibus, griseis. 2963

*Hab.* locis nemorosis in terra nuda Europæ. — Memorabilis colore metallico versus lucem vibrante, præcedentibus firmior. Stipes 4-6 cm. longus, lamellæ antice latissimæ.

5. **Nolanea limosa** Fr. Elench. I, p. 27, Hym. Eur. p. 206. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, levi, glabro, fuligineo, opaco, sicco cano-sericeo; stipite fistuloso, polito, glabro, nudo, basi inflato; lamellis adnatis, ventricosis, griseis. 2964

*Hab.* in limo exsiccato paludum Europæ raro. — Rigida, subtenax, stipite eximie cartilagineo, 8 cm. longo, 4 mm. crasso, odore forti farinæ recentis. Lamellæ medio 12 mm. latæ.

6. **Nolanea Babingtonii** Blox. in Berk. et Br. n. 689, Outl. p. 148, Fr. Hym. Eur. p. 207, Guill. Champ. Sud-Ouest tab. I, fig. 3, Pat. Tab. 429. — Pileo conico, campanulato, spadiceo-sericeo, nitente, fibrillis liberis, fulvis, subfasciculatis vestito; stipite fistuloso, spadiceo-tomentoso, substrigoso; lamellis adnatis, ventricosis, distantibus, cinereis, postice obscurioribus; sporis irregularibus, uno latere ventricosis, 10 $\mu$. diam., e roseo griseis. 2965

*Hab.* ad terram in Anglia et America boreali. — Pileus vix

12 mm. latus; stipes circiter 2½ cm. longus, 1½ mm. crassus. Pileus et stipes rubiginosi dicuntur a Quélet. Species valde singularis, a vicinis longius distans.

7. **Nolanea fulvo-lanata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 539. — 2966
Pileo tenui, convexo, pilis fulvis strigoso; stipite tubuloso, deorsum fulvo-lanato; lamellis carneis, subliberis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus, luteus vel brunneus; stipes 3 cm. longus, 1½ mm. crassus, superne glaber; lamellæ circiter 2 mm. latæ. Procul dubio affinis *L. Babingtonii*.

8. **Nolanea mammosa** Linn. Sp. pl. II, pag. 1642 (*Agar.*), Fr. Spic. 2967
p. 7, Monogr. I, p 293, Hym. Eur. p. 207, Ic. t. 98, f. 4, Cooke Ill. t. 377, Kickx p. 103, Batsch f. 5, Bull. t. 526 (sub *A. sericeo*). — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, papillato, striato, glabro, fusco, sicco isabellino-sericeo; stipite fistuloso, rigido, polito, glabro, apice albo-farinoso; lamellis adfixis, secedentibus, subconfertis, griseis; sporis irregularibus, globosis, angulosis, subhyalinis 7–10 μ. diam. vel 12–14 ≃ 5–8.

*Hab.* vulgata locis apricis, graminosis Europæ. — Odor peculiaris. Stipes elongatus, nitens, fragilis, apice subincrassatus, 7 cm. longus; pileus 4 cm. latus. Variat lamellis roseis.

9. **Nolanea placenda** Britz. Hym. Südb. IV, p. 150, f. 71–72. — Pi- 2968
leo convexo, papillato, brunneo; lamellis albo-rufis, griseo-rufis, subconfertis; sporis 7–10 ≃ 6; odore nullo.

*Hab.* in pratis pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — *N. mammosæ* proxima.

10. **Nolanea macra** Britz. Hym. Südb. IV, p. 150, f. 69. — Pileo ob- 2969
campanulato, papillato, brunneo; lamellis subconfertis, rufo-brunneis; sporis 9–12 ≃ 6–8.

*Hab.* in pratis pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — *N. mammosæ* proxima.

11. **Nolanea clandestina** Fr. Epic. p. 156. Hym. Eur. p. 207. — Um- 2970
brina; pileo submembranaceo, hemisphærico, umbonato, striatulo, glabro, sicco sericeo; stipite fistuloso, brevi, nudo lamellisque adnato-secedentibus, crassis, valde distantibus ex umbrino purpurascentibus; sporis 5-6-angulatis, uno apice apiculatis, 8–10 μ. diam.

*Hab.* locis umbrosis in fagetis et inter olera in Europa. — Pileus 6–12 mm. latus; stipes 2½–5 cm. longus. Pumila, firmula, stipite 2½ cm. longo. Odor nullus.

12. **Nolanea bryophila** Boud. et Roz. Soc. bot. Franc. 1879, t. III, 2971

f. 2 et in Gill. Tab. anal. p. 86. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, striato, apiculato, brunneo-rufescenti pallido, apiculo nigricanti; stipite cartilagineo, subpellucido, cylindrico, æquali, fistuloso, curvulo; lamellis subliberis, rotundatis ex albo carneis.

*Hab.* in cæspitibus Amphoridii ad Mont-d'Or in Gallia.

13. **Nolanea dissentiens** Britz. Hypor. p. 143, fig. 34. — Pileo hemisphærico, convexo-compresso, medio profunde umbilicato, rufo-brunneo, subnigrescenti, sericeo-fibrilloso, sericeo-nitido; stipite sursum inferneque crassiori, concolori, vix nitido; lamellis adnexis, parum sinuatis, obscure carneis, brunneo-rufis, distantibus, crassis, transverse marginatis; carne albida, albido-brunnea; sporis elongato-rotundatis, 6-angulatis, 9-11 ≃ 6-8. 2972

*Hab.* in herbosis Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes vix 1,5 cm. longus, medio 1,5 mm. crassus; lamellæ postice 8 mm. latæ. *N. clandestinæ* proxima.

14. **Nolanea juncea** Fr. Syst. Myc. I, p. 208, Hym. Eur. p. 207, Ic. t. 99, f. 2 (var. pileo cuspidato), Berk. et Br. n. 1116, Stev. Hym. Brit. I, p. 214. Conferendus Secr. n. 608. — Pileo membranaceo, e conico expanso, radiato-striato, umbrino-fuligineo, disco subumbilicato subsquamuloso; stipite fistuloso, elongato, gracili, fusco; lamellis adnexo-secedentibus, obovatis, subdistantibus, e griseo fusco-purpurascentibus; sporis 6-angulatis, 10-12 μ. diam. 2973

*Hab.* in paludibus sphagnosis Europæ. — Pileus 2-3 cm. latus, stipes 8 cm. longus. Fragilis, inodora. Singulari ratione variat pileo papillato-cuspidato.

15. **Nolanea intersita** Britz. Hypor. p. 142, fig. 31. — Pileo late obcampanulato, brunneo-flavo, nitente, levi; stipite deorsum vix incrassato, extus basi albo-tomentoso, sursum farcto, inferne primum medulla spugnosa farcto, dein cavo; carne albido-brunnea; lamellis adnexis, postice liberis, carneis, haud nimis confertis; sporis elongatis, irregulariter angulatis, 8-10 ≃ 6-8. 2974

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes ultra 5 cm. altus, 3 mm. crassus; lamellæ usque ad 8 mm. latæ. *N. junceæ* proxima.

16. **Nolanea promiscua** Britz. Hypor. p, 142, fig. 32. — Pileo obtuse conico, margine leniter incurvo, brunneo, levi, nitido; stipite sursum leniter attenuato, fibrilloso, brunneolo; lamellis adnexis, postice liberis, rufulis, carneis; carne albido-brunneola; sporis 4-6-angulatis, 10-12 ≃ 10. 2975

*Hab.* inter Sphagna ad Haspelmor in Bavaria australi. —

Pileus 2,5 cm. altus latusque; stipes 6 cm. longus, 4 mm. crassus, lamellæ usque ad 6 mm. latæ. *N. junceæ* proxima.

17. **Nolanea fulvo-strigosa** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1650, Stev. H. B. I, p. 214. — Pileo conico, griseo; rugulose; stipite tenui, furfuraceo-squamuloso, basi pilis rigidis, rubris hispido; lamellis adnatis, griseis; sporis 12–13 ≃ 7–9. 2976

*Hab.* ad terram in silva East Farleigh Britanniæ. — Pileus 18 mm. latus, 12 mm. altus; stipes 5 cm. longus, circiter 2 mm. crassus.

18. **Nolanea fuscifolia** Peck 26 Rep. p. 56. — Pileo tenui conico vel campanulato, papillato, glabro, hygrophano, udo fusco-brunneo atque striatulo, sicco, griseo-brunneo atque nitente; stipite æquali, farcto, glabro, concolore, basi mycelio albo instructo; lamellis ascendentibus, subconfertis, utroque fine attenuatis, brunneis; sporis irregularibus, nucleatis, 9 ≃ 6. 2977

*Hab.* in silvis ad truncos vetustos, Maryland Amer. fœder. — Statura 2½ cm. adæquans; pileus 6-12 mm. latus; stipes 1 mm. crassus.

**) Lamellis lutescentibus v. rufescentibus.

19. **Nolanea nigripes** Trog in Flora 1834, pag. 527, Fr. Monogr. I, p. 295, Hym. Eur. p. 207, Ic, t. 99, f. 1. — Pileo submembranaceo, e conico campanulato, obtuso, exstrio, flocculis pallidioribus tecto, fusco; stipite fistuloso, torto, glabro, nigro; lamellis subliberis, tenuibus, ventricosis, luteo-incarnatis. 2978

*Hab.* in paludosis Helvetiæ, Germaniæ et Scandinaviæ, raro. — Species insignis fœtore piscis putridi. Stipes sæpe flexus, tenax, 11-14 cm. longus; pileus 4 cm. latus.

20. **Nolanea pisciodora** Cesati in Comm. Critt. Ital. I, p. 61, t. 3, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 208, Cooke Ill. t. 378, Gill. C. F. c. ic. — Pileo submembranaceo, e conico campanulato, dein convexo, obsolete umbonato, velutino-molli, fulvo-cinnamomeo; stipite subfistuloso, tenaci, tenuissime pruinato, e castaneo nigrescenti, apice pallidiore, subvelutino; lamellis leviter adnexis, e gilvo incarnatis, demum fulvellis. 2979

*Hab.* inter ramenta et folia putrescentia in Italia, Gallia et Britannia. — Præcedenti maxime affinis, odore similis, sed colore videtur diversa. Sporæ ovoideo-oblongæ.

21. **Nolanea rufo-carnea** Berk. Engl. Fl. V, p. 81, Fr. Hym. Eur. p. 208, Cooke Ill. t. 378, Grevill. t. 77, f. 2. — Pileo submem- 2980

branaceo, hemisphærico, umbilicato, obsolete fibrilloso-squamuloso, rufo-brunneo, margine striato; stipite elongato, basi incrassato, pallide rufo; lamellis adnatis, ventricosis, venoso-connexis, roseis.

*Hab.* in ericetis Angliæ et Germaniæ. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 7 cm. long., sub lente minute fibrillosus; sapor acerbus.

22. **Nolanea vinacea** Fr. Epicr. p. 157 et facile Scop. Carn. II, p. 444, Fr. Monogr. I, p. 295, Hym. Eur. p. 208, Ic. t. 99, f, 3, *A. rufus* Lasch ined. — Pileo membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, striatulo, nitidulo, rufescente; stipite fistuloso, levi, glabro, flavido; lamellis adnatis emarginatisve, distantibus, subtenuibus, albido-incarnatis. 2981

*Hab.* inter muscos in silvis Europæ raro. — In speciminibus in Suecia lectis pileus pæne glaber, sec. Scop. furfuraceus, nitidulus, 2-4 cm. latus et stipes 6 cm. vel ultra longus. — Var. **squamulosa** Karst. Hattsv. I, pag. 283: pileo campanulato, subumbilicato, membranaceo, subsulcato-striato, rufescenti-citrino, subtiliter fuscescenti-squamuloso seu furfuraceo, sicco nitidulo, margine crenato, circiter 3 cm. lato, 1,5-2,5 cm. alto; stipite æquali, fistuloso, fragili, glabro, flavido, circiter 6 cm. alto, 2 mm. crasso; lamellis adnatis vel subadnexis, subdistantibus, oblongatis, subventricosis, albido-incarnatis, acie flocculoso-crenulatis, aureis; sporis angulosis, 10-12 ≃ 7-8. In silva Syrjensi inter muscos in Fennia.

23. **Nolanea cetrata** Fr. Syst. Myc. I, p. 207, Monogr. I, p. 295, Hym. Eur. p. 208, Lasch n. 563, Sterb. t. 16 *E* staturam bene refert. — Pileo membranaceo, e campanulato explanato, obtuso, glabro, furcato-sulcato, flavido, margine crenato; stipite fistuloso, fragili, glabro, flavido; lamellis subadnexis, linearibus, flavo-pallidis; sporis 4-apiculatis, 10-12 ≃ 10. 2982

*Hab.* locis humentibus in fagetis inter folia in Europa. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 8-14 cm. longus. Species major, elegans, admodum fragilis, pileo subcitrino. Variat locis paludosis pileo fuscescenti-squamuloso, stipite ad medium peronato-villoso.

24. **Nolanea carneo-virens** Jungh. in Linn. V, t. 6, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 208. — Pileo submembranaceo, campanulato, profunde striato, luteo-virente stipiteque solido, glabro, æquali, obscure æruginoso glabris, nitidis; lamellis liberis, latis, distantibus, e pallido incarnatis; sporis 11-12 ≃ 7-8. 2983

*Hab.* in dumetis Hercyniæ. — Solitaria, firmula, inodora, stipite subflexo, obscuriore, apice cavo.

25. **Nolanea icterina** Fr. Syst. Myc. I, p. 207, Monogr. I, p. 296, 2984

Hym. Eur. p. 209, Ic. t. 99, f. 4, Cooke Ill. t. 338. — Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, striatulo, papillato, viridi-flavescente, hygrophano; stipite subfarcto, brevi, rigido, flocculoso-farinoso; lamellis adfixis liberisve, distantibus, ventricosis, pallidis; sporis oblongis valde irregulariter angulatis, 10-12 ≃ 8.

*Hab.* in areis hortorum Europæ subcæspitosa, in silvis solitaria; in Suecia pervulgata species. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½ cm. longus, 2-3 mm. crassus. Distinctissima, valde versiformis, pumila, numquam vere umbilicata, sed papilla sæpe evanescens et pileus passim floccis superficialibus conspersus. Color flavo-virens, luteus; stipitis vero et papillæ subinde fuscus et fungi putrescentis fœtidi croceus.

26. **Nolanea Hesperidum** Brigant. Neap. t. 28, f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 209. — Pileo submembranaceo, late campanulato, levi, cerino, disco obscuriore; stipite fistuloso, levi, candido; lamellis liberis, confertis, ex albo cinereo-violascentibus, acie demum nigricanti. 2985

*Hab.* circa truncos Citri et Aurantii in Italia. — Stipes 2-5 cm. longus et ultra, putrescens odorem spargens cadaverinum. Præcedenti manifeste affinis.

27. **Nolanea pleopodia** Bull. t. 556, f. 2 (*Agar.*), Krombh. t. 2, f. 17-20, Fr. Monogr. II, p. 298, Hym. Eur. p. 209. — Pileo carnoso-membranaceo, conico-expanso, subumbonato, levi, lutescente (non hygrophano) stipiteque solido, rigido, albo-lutescenti, apice pruinoso nitidis; lamellis postice attenuato-adnexis, subliberis, confertis, e pallido rufescentibus; sporis ellipsoideis, 10-12 ≃ 4. 2986

*Hab.* in pascuis Europæ gregaria, in Suecia rarissima. — Inodora. Pileus 1-2 cm. latus, stipes 2-4 cm. longus. Videtur *N. verecundæ* proxima.

28. **Nolanea elaphines** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 540. — Pileo campanulato, cervino, breviter lanato; stipite gracili, concolori, glabro; lamellis ventricosis, postice attenuatis, sinuatis, breviter affixis, e cervino carneis; sporis angularibus. 2987

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus.

29. **Nolanea lasia** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 539. — Pileo e campanulato umbilicato, griseo, squamulis pilosis obsito; stipite sursum dilatato, concolori, hispidulo, e farcto eximie fistuloso; lamellis sinuato-affixis, denticulatis; sporis 13 μ. long. 2988

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus;

stipes 18 mm. longus, 1½ mm. crassus, maculis hispidis conspersus, basi villosus; lamellæ latiusculæ.

30. **Nolanea Clintoniana** Peck 34 Rep. p. 67. — Pileo submembranaceo, late conico, interdum expanso atque undato marginato, disco aliquantulum scabro-squamuloso, margine striato, albido vel griseo, nitido, disco sæpe obscuriore; stipite tenui, æquali, glabro, cavo, albo, interdum leniter luteo picto, basi mycelio albo abunde instructo; lamellis angustis, confertis subliberis vel facile a stipite secedentibus, ex albido pallide incarnatis; sporis subellipsoideis, irregularibus, 10 μ. long. 2989

*Hab.* in paludosis Sandlake Amer. fœder. — Statura 5-10 cm. adæquans, pileus 2½-4 cm. latus, stipes vix 2 mm. crassus.

31. **Nolanea conica** Peck 24 Rep. p. 66. — Pileo submembranaceo, conico, demum expanso, umbone minuto vel papilla prædito, hygrophano, udo e fusco aquose cinnamomeo atque striatulo, sicco sericeo nitente, subzonato atque pallide griseo-cinnamomeo; stipite tenui, recto, cavo, brunneo, basi mycelio albo instructo; lamellis confertis, potius angustis, subliberis, pilei marginem haud attingentibus, lucido-incarnatis; sporis subovatis, irregularibus, 8 μ. long. 2990

*Hab.* inter muscos et ad ligna putrida in paludosis, Sandlake Amer. fœder. — Statura 5 cm. adæquans, pileus 8-20 mm. latus, stipes 1 mm. crassus.

32. **Nolanea delicatula** Peck 34 Rep. p. 66. — Pileo submembranaceo e convexo expanso, glabro, hygrophano, udo striatulo, sicco sericeo, roseo-albo; stipite longo, subtili, glabro, cavo, subpellucido, albo; lamellis subdistantibus, latiusculis ventricosis, leniter adnexis, ex albo incarnatis; sporis subellipsoideis, irregularibus, 10 μ. long. 2991

*Hab.* in paludosis sphagnosis, Sandlake Amer. fœder. — Fragilis, 5-8 cm. alta; pileus 12 mm. latus; stipes 1 mm. crassus.

33. **Nolanea quadrata** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo membranaceo, conico, demum reflexo aurantiaco-fusco; stipite fistuloso aurantiaco-luteo; lamellis carneo-aurantiacis, latis ventricosis; sporis quadrangularibus vel irregularibus, 14 μ. lat. 2992

*Hab.* inter muscos humidos in pinetis paludosis, New England Amer. bor. (C. J. Sprague). — Pileus 4 cm. latus, nitido-aurantiacus vel brunneo-aurantiacus; stipes 8 cm. longus, tener; lamellæ subtriangulares. Species admodum splendida atque singularis.

34. **Nolanea dissidens** Britz. Hypor. p. 140, f. 27. — Pileo primo acute conico obcampanulato, demum expanso, subtiliter fibrillo- 2993

so-sericeo, medio brunneo-atro, marginem versus brunneo-albido; stipite pallide albo-brunneolo, sæpe contorto; lamellis adnexo-subliberis, confertiusculis, albo-rufulis; sporis 4-5-angulato-rotundatis, 8-10 ≃ 8.

*Hab.* ad ligna vetusta faginea in silvis prope Krumback Bavariæ. — Pileus 3 cm. et ultra latus; stipes 7 cm. longus, sursum 3 mm. crassus, basim versus 6 mm. crassus. Caro albida, pallide brunnea.

35. **Nolanea conferenda** Britz. Hypor. p. 140, fig. 26 *a*. — Pileo irregulariter obcampanulato, sæpius crispato, rufo-brunneo, marginem versus subinde undato-sulcato, haud sericeo-nitente; stipite albido, pallide brunneo, hinc illinc contorto, sericeo-nitente, cavo, gracili; lamellis subliberis, pallido-rufis, carneis, subdistantibus, crassis, hinc et illinc late et irregulariter crenatis; sporis globoso-angulatis, 8-10 $\mu$. diam. 2994

*Hab.* in silvis montosis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus etiam ultra 5 cm. latus, stipes 1 cm. et ultra longus, vix 1 cm. basi crassus; caro albido-brunneola; odor gravis, farinaceus. *N. pascuæ* analoga.

36. **Nolanea acceptanda** Britz. Hypor. p. 140, f. 26 *b*. — Pileo obcampanulato-convexo, demum expanso, compresso, brunneo, subtiliter fibrilloso, opaco pitido; stipite pallide griseo-violaceo vel brunneolo, parum virgato; lamellis adnexis vel sinuato-adnatis, parcis, carneis dein brunneo-rufis; sporis irregulariter, 5-9-angulatis, 10-14 ≃ 6-8. 2995

*Hab.* in quercetis et silvis prope Klinnorach Bavariæ australis. — *Nolaneæ conferendæ* Britz. proxima. Pileus 5 cm. latus; stipes 10 cm. longus, vix 1 cm. latus; caro brunneola, odor nullus.

37. **Nolanea fumosella** Wint. Pilzfl. I, p. 853, *Agaricus fumosus* Rabenh. Handb. p. 504. — Pileo subconico, dein expanso subexplanatoque, obtuse umbilicato, subpellucido virgato, fumoso-griseo, rufulo, subinde albo-floccoso, sicco sericeo-nitenti; stipite fistuloso, molliter fibrilloso virgato, pileo subconcolori, basi albo-floccoso, radicanti, rigido, cartilagineo, viscidulo; lamellis emarginato subdecurrentibus, laxe adnexis, subtriangularibus, valde confertis, primo griseis, dein rufo-brunneis, acie subtiliter crenata, nigrescenti. 2996

*Hab.* in umbrosis ad terram in paludibus et stagnis Germaniæ. — Pileus 6-7 mm. altus, 12-13 mm. latus; stipes 6 cm. et ultra longus, vix 1 mm. crassus; lamellæ usque ad 5 mm. latæ.

38. **Nolanea postuma** Britz. Hypor. p. 143, f. 37. — Pileo conico, vix obcampanulato, brunneolo, opaco-nitenti, hygrophano, lamellis pellucidis subvirgato; stipite sursum attenuato, albido, rufo-brunneolo, cavo; lamellis subventricosis, adnexis, confertiusculis, pallide rufo-brunneis; sporis plerumque irregulariter 5-8-angulatis, 8-12 ≃ 8-10. 2997

*Hab.* ad folia putrescentia faginea in silvis prope Krumbach Bavariæ australis. — Pileus 15 mm. latus; stipes 5 cm. altus, 2 mm. crassus.

39. **Nolanea subpostuma** Britz. Hypor. p. 143, fig. 38. — Pileo irregulariter obcampanulato, medio subacutato, brunneolo, hygrophano, vix sicco sericeo-nitido; stipite albido, fibrilloso-nitido, deorsum albo-tomentoso, subcavo; lamellis postice liberis, ventricosis, adnexis, albo-rufulis; carne albida; sporis 4-6-angulato-rotundatis, 8-10 μ. diam. 2998

*Hab.* in fagetis ad terram prope Krumbach Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 5 cm. et ultra longus, sursum 3 mm., deorsum 8 mm. crassus.

***) Lamellis e candido roseis. — Hygrophanæ.

40. **Nolanea picea** Kalchb. Hung. Fung. t. 12, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 209, Cooke Ill. t. 379, Gill. C. F. cum icone. — Pileo submembranaceo, e conico campanulato, papillato, exstrio, glabro, piceo, sicco umbrino; stipite fistuloso, subtenaci, brevi, levi, subtiliter pruinoso, concolore; lamellis emarginatis, denticulo decurrentibus, ventricosis, subdistantibus, ex albo carneis. 2999

*Hab.* locis graminosis, udis silvarum, ad vias etc. in Hungaria — Odor cucumerinus v. piscinus. *N. pisciodoræ* manifeste affinis, sed stipes 2-5 cm. modo longus; sporæ ovatæ, apiculatæ, 10-12 ≃ 4.

41. **Nolanea hirtipes** Schum. in Fl. Dan. t. 1730, f. 2, Fr. Ep. p. 158, Hym. Eur. p. 209, Weinm. p. 142. — Fragilis; pileo submembranaceo, conico-campanulato, obtuso, striatulo, fuscescenti, hygrophano; stipite fistuloso, gracili, fragili, glabro, concolore, deorsum hirto; lamellis liberis, obovatis, roseis; sporis subregularibus, 6-angulatis, 7-9 μ. diam. 3000

*Hab.* in silvis inter folia pinea putrescentia in Europa. — Elongata, gracilis, fragilis, inodora.

42. **Nolanea staurospora** Bres. F. Trid. p. 18, t. XXI, f. 2. — Pileo carnosulo, conico-campanulato, subobtuso, hygrophano, fusco-umbrino, ætate subcinnamomeo, centro persistenter fusco, margine 3001

striato, sericeo, 2-4 cm. lato; lamellis confertis, ventricosis, postice attenuato-subuncinatis, leviter adnexis, e candido carneis; stipite fistuloso, livido, fibrilloso-striato, sæpe contorto, deorsum albo-flocculoso, a basi attenuato, valde elongato, 7-12 cm., 2-3 mm. crasso; carne livido-grisea, inodora et insipida; sporis quadrangulari-stellatis, fere cruciformibus, guttulatis, flavido-carneis, 10-12 $\mu$. d.

*Hab.* locis herbidis muscosis in silvis coniferis alpinis, Valle di Rabbi, Trento. — Princeps Nolanearum. *Nolaneæ hirtipedi* manifeste proxima, a qua statura majore, stipite fibrilloso, deorsum albo-lanato, haud hirto lamellisque vix liberis abunde diversa. Ad *N. proletariam* ducit Quélet, sed distinguenda videtur.

43. **Nolanea infula** Fr. Sp. p. 8, Hym. Eur. p. 209, Ic. t. 100, f. 1, Buxb. C. 4, t. 28, f. 2 (certe, sed male). — Tenacissima; pileo membranaceo, conico-expanso, papillato, nitido, sublevi, hygrophano; stipite subfistuloso, rigido, glabro, nudo, fusco; lamellis tenuibus, angustis, confertissimis, e candidissimo roseis. 3002

*Hab.* ad terram in montosis Europæ et pr. Minussinsk in Sibiria copiose. — Maxime versiformis, nobilis, inodora. Pileus semper nitens, minorum densissime striatulus, majorum repandus et difformis, immo infundibuliformis, papilla persistente, subcervinus, siccus lividus.

44. **Nolanea viridifluens** Lasch in Bot. Zeit. 1844, p. 425. — Pileo campanulato, sicco, subumbilicato, fibroso, fusco-olivaceo; stipite longiusculo, fistuloso, virescenti-luteo; lamellis adnatis, subconfertis, latis, crassiusculis, albido-incarnatis. 3003

*Hab.* in pratis pascuis argillaceis prope Driesen Germaniæ, jun.-sept. — Sub tactu v. diffracta succum virescentem scatens.

45. **Nolanea inflata** Britz. Hym. Südb. IV, p. 150, f. 83. — Pileo conico, brunneo; stipite concolori, deorsum inflato; lamellis haud confertis, carneis; sporis 10-14 = 7-8; odore nullo. 3004

*Hab.* in pratis turfosis prope Oberstaufen Bavariæ australis.

46. **Nolanea casta** Mac-Owan in Grevillea. — Tota alba; pileo carnosulo, convexo, 1-2 cm. lato circa umbonem papilliformem depressus, ad marginem deflexum leviter striato, levi, glabro, sicco; stipite fistuloso, subfiliformi, 2-3 cm. longo, curvato adscendente, nitidulo, glabro; lamellis attenuato-adnatis, antice dilatatis, ventricosis, confertis, e sporis demum carneis. 3005

*Hab.* inter frutices in graminosis ad Somerset East Africæ australis (Mac-Owan). — Pileus nonnunquam albo-cinereus, centro obscurior.

47. **Nolanea ignita** Britz. Hym. Südb. IV, p. 151, f. 79. — Pileo convexo, flavo, rufescente; stipite concolori; lamellis pallidioribus, confertiusculis; carne flavo-rufa, odore farinaceo; sporis 8–10 ≃ 4,5, globoso-oblongis. 3006

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ australis.

****) Lamellis albidis. — Pileus non hygrophanus.

48. **Nolanea verecunda** Fr. Epicr. p. 158, Monogr. I, p. 298, Hym. Eur. p. 210, Ic. t. 99, f. 5, Berk. et Br. n. 1228. — Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, disco carnosulo, subumbonato, aquose rubello, versus marginem striatulo, flocculoso; stipite fistuloso, firmulo, pallescente, apice farinoso; lamellis adnatis, distantibus, ventricosis, albidis; sporis rubellis, 10–12 ≃ 6–8. 3007

*Hab.* locis graminosis Europæ ad terram catervatim. — Pusilla, nobilissima, alii vix affinis.

49. **Nolanea cælestina** Fr. Epicr. p. 158, Hym. Eur. p. 210, Ic. t. 100, f. 2, Cooke Ill. t. 379. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striatulo, glabro, cæruleo, disco obscuriore scabrido; stipite fistuloso, levi, glabro, atro-cyaneo, apice pruinato; lamellis adnatis, latissimis, subconfertis, albidis. 3008

*Hab.* ad truncos vetustos Quercus in Europa, etiam in pinetis. — Color Leptoniarum communis, sed statura omnino Nolaneæ; sporæ sphæroideæ, 10 $\mu$. diam.

50. **Nolanea cruentata** Quél. 14 suppl. p. 4, tab. XII, fig. 4. — Pileo campanulato, mammillato, margine expanso, tenui, pruinoso, lilacino-cæruleo; stipite gracili, fistuloso, glauco vel cærulescenti, basi tomentosulo albido, tactu rufescenti; lamellis latis, arcuatis, glaucis dein rufescentibus; sporis ovoideo-polygonis, 10 $\mu$. diam., carneolis. 3009

*Hab.* in herbosis in collibus Jura. — Sistit forte meram varietatem *N. cœlestinæ*.

51. **Nolanea exilis** Fr. Syt. Myc. I, p. 206, Hym. Eur. p. 210, Lasch n. 284, Secr. n. 623. — Pileo membranaceo, conico-expanso, striato, glabro, cæsio-livido, disco obscuriore papillato; stipite fistuloso, filiformi, tenaci, glabro, virenti-cæsio, apice nudo; lamellis adnexis, subconfertis, albidis. 3010

*Hab.* locis subhumidis graminosis, inter folia etc. in Europa. — Pileus 1½–2½ cm. latus; stipes 2-3 cm. longus, 1-2 mm. crassus. Affinis *L. chloropolia*, sed gracilior, tenella, pileo in lilaci-

num vergente. Inter Sphagna legit Fries varietatem elongatam, lamellis acie fuscescentibus.

52. **Nolanea incarnata** Quél. Champ. Jur. pag. 247, t. XXIII, f. 8. 3011
— Pileo membranaceo, campanulato dein mammillato et expanso, 4-6 cm. lato, glabro, striato, ex albo carneo; stipite fistuloso, ruguloso, fibrilloso, basi inflato et hirto, ex albo incarnato; lamellis adnatis, latis, postice attenuatis, subdistantibus, ex albo incarnatis.

*Hab.* in collibus apricis Vogesorum Galliæ.

53. **Nolanea Kretzschmarii** Rabenh. Crypt. Fl. p. 503, Fr. Hym. Eur. 3012
p. 210. — Pileo submembranaceo, ex ovato explanato, e rubente albo-griseo, umbone carnosulo, marginem versus pellucido-striato; stipite e farcto cavo, luteo-fusco, basi floccosa radicato, apice farinoso; lamellis decurrentibus, ventricosis, ex albido carneis.

*Hab.* inter muscos udos locis umbrosis montanis Europæ. — Pileus marginem versus interdum floccosus ut in *N. verecunda* aliisque, $1^1/_2$-4 cm. latus; stipes 8 cm. et ultra longus, 1 mm. crassus; lamellæ 4 mm. usque latæ. Ob lamellas decurrentes forte ad Ecciliam spectat.

54. **Nolanea rubida** Berk. Zool. Bot. Mag. I, t. 2, f. 2, Outl. p. 148, 3013
Fr. Hym. Eur. p. 210, Cooke Ill. t. 340. — Pumila; pileo membranaceo, convexo, demum umbilicato, leviter sericello, ex albido-griseo rufescenti; stipite solido, curto, sericeo, apice incrassato, albido; lamellis adnatis, ventricosis, ex albido roseis; sporis 5 ⩭ 4, ellipsoideis.

*Hab.* in caldariis Angliæ. — Stipes $2^1/_2$-5 mm. longus; pileus 8 mm. latus, pallidus. Odor farinæ recentis.

55. **Nolanea cocles** Fr. Epicr. p. 158, Monogr. I, pag. 297, Hym. 3014
Eur.p. 211. — Pusilla; pileo membranaceo, primo cucullato, furcato-sulcato, glabro, disco umbilicato, umbrino, scabroso, obscuriore, demum explanato; stipite tenui, glabro, livido; lamellis adnatis, latis, distantibus, albo-rubellis.

*Hab.* in terra subnuda, silvatica, arida in Europa. — Species valde singularis, sed pusilla, oculos fugiens; pileus 6-14 mm. latus, nitidus, sulcis fusco-nigris variegatus; pileo explanato lamellæ a stipite separantur.

56. **Nolanea Monachella** Quél. Quelq. esp. (1882), p. 6, t. XI, f. 9. — 3015
Pileo campanulato, membranaceo, 5-7 mm. lat., apiculato, striato, diaphano, albo, centro fuligineo-maculato; stipite filiformi, bulbilloso, farcto, glabro, albo-hyalino; lamellis adnatis, uncinatis, la-

tis, subdistantibus albis dein incarnatis; sporis ovoideo-angulosis, guttulatis, 10-12 ≃ 6-8, roseis.

*Hab.* in silvis collinis, Jura Galliæ. — Affinis *N. cocliti.*

57. **Nolanea minuta** Karst. Hattsv. I, pag. 281. — Pileo carnosulo, convexo, subinde subumbilicato, ad umbilicum usque striato, glabro, fusco-pallido, jove sicco isabellino-liventi et sericeo-splendenti 1-2 cm. lato; stipite æquali, fistuloso, fusco-pallido, glabro, 1,5-3,5 cm. longo, 1 mm. crasso; lamellis adnatis, secedentibus, distantibus, lanceolatis, pallidis; sporis sphæroideis leviter angulatis, 7-9 μ. diam. 3016

*Hab.* supra gramina putrida loco umbroso in Mustiala Fenniæ.

58. **Nolanea helicta** Berk. Chall. Exp. n. 41. — Pileo profunde umbilicato sericeo; stipite torto; lamellis primum dente decurrentibus, demum adnexis; mycelio candido; sporis irregularibus, 8 μ. long. 3017

*Hab.* ad folia putrida, consumpta in insula Bermuda. — Pileus circiter 2½ cm. latus; stipes 4 cm. longus, tenuis. Valde rugosa, siccitate umbrino-pallida, interdum versus marginem brunnea.

**ECCILIA** Fr. S. M. I, p. 207 (Etym. *egcoiloo* excavo). — Stipes cartilagineus, tubulosus (tubo cavo farctove), sursum expansus in pileum submembranaceum, margine primitus inflexum. Lamellæ postice attenuatæ, vere decurrentes (pileo depresso magis, nec priorum instar secedentes). — Respondet *Omphaliis* [Num ultimi *Clitopili*, huc sint referendi, inquiratur].

1. **Eccilia polita** Pers. Syn. p. 465 (*Agar.*) (certe non Secr. n. 594), Fr. S. M. I, p. 209, Hym. Eur. p. 211, Ic. t. 100, f. 3, Weinm, p. 142, Secr. n. 593, *B. minor*, stipite tenui farcto, Lasch n. 290 (forte separanda), — Pileo submembranaceo, umbilicato, glabro, hygrophano, sicco nitenti, margine striato; stipite fistuloso, æquali, livido, polito, apice subpruinato; lamellis decurrentibus, confertis, ex albido incarnatis. 3018

*Hab.* in fagetis olida, inodora in paludosis, Europæ. — Major, stipite 6-8 cm. longo; pileo quoque livido, 4 cm. lato; lamellis 4 mm. latis.

2. **Eccilia apiculata** Fr. Epicr. p. 159, Monogr. I, p. 300, Hym. Eur. p. 211. — Pileo carnoso-membranaceo, e convexo depresso, umbonato, levi, hygrophano, sicco sericeo stipiteque fistuloso, æquali, glabro, levi lividis; lamellis ex adnato longe decurrentibus, subdistantibus, griseis, 3019

*Hab.* in pratis silvaticis Europæ. — Gregaria, minor, tenax, livida, umbone centrali facile distincta.

3. **Eccilia Parkensis** Fr. Monogr. I, p. 301, Hym. Eur. p. 211, Ic. t. 100, f. 5, Cooke Ill. t. 380. — Pileo membranaceo, convexo-plano, profunde umbilicato, glabro, fusco, ad medium striatulo; stipite fistuloso, brevi, glabro, concolore; lamellis decurrentibus, confertis, linearibus, ex albido carneis; sporis angulato-sphæroideis vel subsphæroideis, irregularibus, uniguttulatis, e roseo flavescentibus, 7–10 $\mu$. diam. 3020

*Hab.* locis graminosis, ad vias et in ollis calidariorum. — Lecta in Suecia, Anglia, Italia, Fennia. Parva, vix 1 cm. alta, sicca, nigricans nec hygrophana ut præcedentes.

4. **Eccilia carneo-grisea** Berk. et Br. n. 1001, t. 13, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 212, Cooke Ill. t. 380. — Pileo membranaceo, convexo, umbilicato, demum infundibuliformi, striato, griseo-carneo, margine obscuriore micaceo; stipite apice cavo, gracili, levi, nitido, concolore; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, roseis, acie obscurioribus. 3021

*Hab.* in Anglia et Germania inter folia pinea. — Stipes 4 cm. longus, sæpe flexuosus; pileus 2½ cm. latus.

5. **Eccilia Flosculus** Smith Journ. Bot. 1875, p. 97, t. 161, f. 4–9, Cooke Ill. t. 613 *b*. — Pileo submembranaceo, pruinoso-crystallino, profunde umbilicato, aliquantulum irregulari, nigro-brunneo, ætate albicante; stipite pruinoso v. innato-fibrilloso, cartilagineo, medulla carnea farcto, inferne attenuato; lamellis decurrentibus, subundulatis, crassis, roseis; sporis nodulosis. 3022

*Hab.* ad terram ad radices et caudices Filicum cultarum, Chelsea Britanniæ; hinc exoticæ originis.

6. **Eccilia Acus** Smith in Journ. Bot. 1875, p. 97, t. 161, f. 14–20, Cooke Ill. t. 613 *a*. — Pileo submembranaceo, profunde umbilicato, dense pruinoso, albo, margine striato atque incurvo; lamellis crassis distantibus, longe decurrentibus, roseis; stipite cartilagineo, glabro; sporis nodulosis. 3023

*Hab.* inter semina germinantia Coffeæ in fibris putaminum Cocos in Regio Horto Kew. Brit. (Rev. M. J. Berkeley). — Exoticæ originis. Ab ceteris speciebus descriptis differt pileo niveo pruinoso aliisque notis. Affinis *E. griseo-rubellæ*.

7. **Eccilia griseo-rubella** Lasch n. 566, Fr. Monogr. II, p. 298, Hym. Eur. p. 212, Ic. t. 100, f. 4, Cooke Ill. t. 613. — Pileo membranaceo, profunde umbilicato, demum plano, striato, hygrophano, ex 3024

umbrino cano; stipite fistuloso, glabro, pallidiore; lamellis leviter decurrentibus, subdistantibus, e pallido carneis; sporis oblongis, irregulariter angulosis, 10-12 ≃ 6-8.

*Hab.* in pinetis Germaniæ et per ultimos annos variis Sueciæ et Britanniæ locis copiose lecta. — Pileus 2-4 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 2-4 mm. crassus — *Ag.* (Eccilia) *atro-punctum* Fr. ad *Omphaliam* duximus. Cfr. n. 1236. Sed homonyma species in Cooke Ill. t. 343 est rhodospora, hinc vere diversa et *E. griseo-rubellæ* affinior. Ex icone l. c. sporæ sunt ovato-inæquales, 7-8 μ. diam., roseæ.

8. **Eccilia Mougeotii** Fr. Hym. Eur. p. 212, *A. atrides* Quél. Jur. p. 90, t. 6, f. 3. — Pileo submembranaceo, e convexo-umbilicato infundibuliformi, fibrilloso, demum squamuloso, griseo-lilacino, margine cæruleo; stipite subfistuloso, elongato, fibrilloso, apice floccoso, griseo-lilacino; lamellis longe decurrentibus, subdistantibus, lilacino-pallidis; sporis 7-8 μ. diam. 3025

*Hab.* ad terram in montanis Juræ. — Ex icone pileus unicolor atro-cæruleus. Ex Quél. Ench. p. 62 hæc species spectaret ad *Ent. ardosiacum* Bull.

9. **Eccilia atrides** Lasch n. 560, Fr. Hym. Eur. p. 212, *A. nigrella* Pers.? ex Weinm. p. 143 (conf. *Lept. æthiops* et Secr. n. 603). — Pileo submembranaceo, plano, profunde umbilicato, striato, nigro-virgato stipiteque subfistuloso, sursum nigro-punctato pallidis; lamellis longe decurrentibus, postice attenuatis, subconfertis, pallidis, acie nigra denticulata. 3026

*Hab.* locis nemorosis, humidis Europæ. — Pileus niger, fuscus, pallescens, nigro-virgatus, 2½-3½ cm. latus; stipes 5-7 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

10. **Eccilia nigrella** Pers. Syn. p. 463 (*Agar.*) ex Quél. Ench. p. 63. — Parvula; pileo nitido nigrescenti, disco obscuriore; stipite brevi glauco; lamellis decurrentibus, incarnato-subcinereis. 3027

*Hab.* in pratis montosis Europæ. — Pileus 6-8 mm. lat.; stipes 2,5 cm. altus.

11. **Eccilia nigella** Quél. Quelq. esp. II, p. 2, t. VI, f. 6. — Pileo convexo, umbilicato, centro granulato, striato, flavo-atro, dein fuligineo, substantia fuliginea; stipite farcto, brevi, glabro, concolori, basi arachnoideo-filamentoso; lamellis decurrentibus, angustis, subtiliter serrulatis, griseis, dein purpurascentibus; sporis ovato-angulatis, guttulatis, 10 μ. diam., carneis. 3028

*Hab.* in arenosis insulæ Oleron Galliæ (G. Bernard). —; *Ec-*

*ciliæ rhodocylici* proxima. Pileus 5-8 mm. latus, stipes 5-8 mm. longus.

12. **Eccilia calophylla** Pers. Syn. p. 464 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 212. — Pileo submembranaceo, hemisphærico, umbilicato, substriato, umbrino-fuligineo; stipite sursum attenuato, crassiusculo, subviscoso, concolore, primo purpurascente, nitido; lamellis decurrentibus, purpureo-rubris. 3029

*Hab.* ad truncos putridos Germaniæ, olim lecta. — Pileus 6-9 cm. latus; stipes 2½ cm. longus, mediæ crassitudinis.

13. **Eccilia rhodocylix** Lasch n. 567, Fr. Monogr. II, p. 298, Hym. Eur. p. 213, Ic. t. 100, f. 6, Berk. et Br. n. 904. — Pileo membranaceo, umbilicato-infundibuliformi, udo remote striato, subfusco, sicco flocculoso, griseo; stipite farcto, sursum incrassato, tenaci, glabro, cinereo; lamellis longe decurrentibus, valde distantibus, latis, alternis, ex albido carneis. 3030

*Hab.* ad truncos Alni, Rhamni Frangulæ etc. in Europa et ad terram in silvis montium Adirondack Amer. bor. — Pileus 8-13 mm. latus; stipes 1-2½ cm. longus, 1 mm. crassus; sporæ 10 μ. diam. Parva, statura *Om. umbelliferæ*, admodum insignis.

14. **Eccilia rusticoides** Gill. Ch. Franc. p. 425 cum icone. — Pileo membranaceo, convexo-umbilicato, striato, glabro, hygrophano, brunneo, sicco isabellino, 1 cm. lat.; stipite gracili, farcto, concolore; lamellis distantibus, crassis, decurrentibus, furcatis, arcuatis, brunneo-rufis; carne brunnea; sporis angulosis, majusculis. 3031

*Hab.* ad terram muscosam, autumno, in Gallia boreali.

15. **Eccilia Watsoni** Peck 28 Rep. p. 48. — Pileo hemisphærico v. convexo, umbilicato, striatulo, brunneo, umbilico obscuriore squamulisque albido-brunneis rugoso; stipite æquali, glabro, nitido, brunneo vel pallido; lamellis distantibus, arcuatis, decurrentibus, ex albido incarnatis; sporis angulosis, vulgo uno tantum nucleo præditis, 9-10 μ. diam. 3032

*Hab.* ad terram in silvis, Northampton, Fulton county Amer. bor. — Statura 2½ cm. adæquans; pileus 1-2 cm. latus, stipes 1-2 mm. crassus.

16. **Eccilia glauco-brunnea** B. et C. N. Pac. exp. n. 38. — Pileo infundibuliformi, tenui, striato, umbrino; stipite lamellisque decurrentibus glauco-albis. 3033

*Hab.* in declivibus montium Hong-Kong in Sina.

17. **Eccilia pirina** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Graveo- 3034

lens; pileo umbilicato fusco; stipite compresso fistuloso; lamellis albidis; sporis irregularibus.

*Hab.* in paludosis New England Amer bor. (C. J. Sprague). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, primitus late convexus, centro fusco-brunneus, margine crenato griseus; stipes 4 cm. longus, 5-6 mm. crassus; lamellæ leniter decurrentes; odor pirorum maturorum.

18. **Eccilia hyalodepas** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 540. — 3035
Pileo ex umbilicato cyathiformi, pallido, striato; stipite flexuoso, e farcto subtiliter fistuloso; lamellis ex albo carneis decurrentibus; sporis angulatis vel subglobosis, 10-13 $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, margine undulato, striato, albus, roseo maculatus; stipes $2^1/_2$ cm. longus; lamellæ tenues.

**CLAUDOPUS** Worth. Smith in Seem. Journ. et in Fr. Hym. p. 211 (Etym. *claudus* et *pous* pes). — Pileus excentricus, lateralis v. resupinatus. Sporæ rubiginosæ, in *Cl. byssisedo* saltem angulatæ.

Grex exigua, inter Hyporhodios et Derminos media. In *Pleur. euosmo* et *sapido* (jam *Claudopodi* relatis) sporæ pallide lilacinæ, sat diversæ a Claudopodum rubiginosis; quædam vero species sporis subcinnamomeis e. g. *Cl. variabilis*, *inæquabilis* ad *Crepidotum* nutant.

1. **Claudopus translucens** Dec. Fl. f. VI, p. 43 (*Agar.*), Seynes Montp. 3036
p. 97, Fr. Hym. Eur. p. 213. — Subsessilis; pileo membranaceo, orbiculari, repando, pellucido, albido-rufescenti; lamellis liberis, inæqualibus, primo pallidis, dein lilacinis rufescentibusque; sporis 4-6 $\mu$. long.

*Hab.* ad truncos Salicis Monspelii in Gallia. — Pileus passim in stipitem lateralem productus; etiam irregularis legitur. E Candolleo a pauperibus comeditur, vilis sane cibus.

2. **Claudopus variabilis** Pers. Obs. 2, t. 5, f. 12 (*Agar.*), Fr. Syst. 3037
Myc. I, p. 275 Hym. Eur. p. 213, Bern. Roch. t. 24, f. 5, Cooke Ill. t. 344, Pat. Tab. 225, Berk. Outl. p. 164, t. 10, f. 1, Hussey I, t. 50, Hoffm. Anal. t. 22, f. 3, Kickx p. 171, *A. sessilis* Bull. t. 152, Fl. Dan. t. 1556, *Ag. niveus* Sowerb. t. 97. — Pileo carnosulo, e resupinato reflexo, levi, tomentoso, albo, e centro exserente stipitem brevem, incurvum, villosum, pileo reflexo obliteratum; lamellis in punctum excentricum primo concurrentibus, dein basim attingentibus, latis, distantibus, ex albido rubiginosis; basidiis cylindraceo-clavulatis, 20 ≃ 7-8 ;sporis ellipsoideis, 6-7 ≃ $2^1/_2$-4, pallide rubiginosis.

*Hab.* ad ligna et truncos emortuos, præcipue Abietis, frequens in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, in Carol. inf. Amer. bor. et Boca del Riachuelo in Argentina Amer. merid. (Spegazzini). — Pileus 1-2½ cm. latus. Cl. Britz. pingit etiam formam majusculam (Hyp. f. 41). Evolutionem e mycelio exposuit Œrsted.

3. **Claudopus proteus** Kalchbr. Myc. univ. n. 503, Thümen in Flora 3038
1876, pag. 424. — Differt ab *Cl. variabili* pileo minore, glabro, pallide fuscescente, non vero tomentoso-albo; cetera congruunt et evolutionis modus in utroque idem.

*Hab.* in ligno humido, fabrefacto, vitifero in hortis Somerset-East Africæ austr. (P. Mac Owan et Tuck), et Peradenya Ceylon ad fructus ignoti putamen.

4. **Claudopus sphærosporus** Pat. Tab. anal. n. 226 (ut var. *variabilis*). — Pileo membranaceo, albo, tomentoso; lamellis rubescentibus, pallidulis; basidiis 4-sterigmicis; sporis sphæricis, levissime echinulatis, rubescenti-pallidis, quam *C. variabilis* duplo crassioribus. 3039

*Hab.* in fragmentis abietinis dejectis, Poligny Jura.

5. **Claudopus Peteauxii** Quél. 13 suppl. p. 4, tab. VIII, fig. 9. — Pileo cupulari, dein reniformi, flexuoso, tenui, fragili, subtiliter tomentoso, candido; stipite brevi, tomentoso, albo; lamellis liberis, sinuatis, albo-flavidis, dein ochraceo-carneis, e portione centrali in stipitem attenuata radiantibus; sporis ovatis 7 µ. longis, dilute ochraceis. 3040

*Hab* ad cortices radicum Robiniæ nec non ad fungos suberosos e. g. Tramentem gibbosam prope Lyon Galliæ (J. Péteaux). — *C. variabili* affinis. Pileus 2-4 cm. latus.

6. **Claudopus depluens** Batsch f. 122 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 275 3041
c. syn., Hym. Eur. p. 214, Pat. Tab. 431, Cooke Ill. t. 344, Hoffm. Anal. t. 15, f. 2, Pers. Myc. Eur. 3, n. 28, et *A. variabilis hypnophilus* ibidem t. 24, f. 5, Berk. Outl. p. 165, *A. epigæus* Pers. Obs. 2, pag. 47. — Pileo submembranaceo, e resupinato reflexo, versiformi, subsericeo, rufescenti-cano, vulgo cum stipite villo evanescente tecto; lamellis sessilibus, latis, ventricosis, e griseo rufescentibus.

*Hab.* ad terram, muscis vulgo adfixus, in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Maxime mutabilis, interdum cum stipite centrali. Caro tenuis, aquosa, fragilis; sporæ 9–11 ≃ 6-8; pileus 2½ cm. latus. *A. sinuatus* Pers. Obs. 2, p. 46, Secret. n. 1069 videtur varietas major ad truncos.

7. **Claudopus byssisedus** Pers. Ic. desc. t. 14, fig. 4 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. p. 276, Mon. I, p. 402, Hym. Eur. p. 214, Pat. Tab. 432, Cooke Ill. t. 314, Weinm. p. 230, Berk. Outl. p. 165, *A. striatulus griseus* Pers. Obs. 2, t. 5, f. 8, 9. — Pileo carnosulo, e resupinato demum horizontali, reniformi, plano, villoso, griseo expallente; stipite incurvo, villoso, sursum attenuato, basi fibrillis byssoideis albis cincto; lamellis adnato-decurrentibus, albido-cinereis, e sporis rubiginosis; sporis oblongis, irregularibus 6-angulatis, 8-9 ≃ 5-6. 3042

*Hab.* ad ligna cariosa in Europa et Sterling Caynga county Amer. bor. — Admodum refert *Pl. dictyorrhizum.*

8. **Claudopus Greigensis** Peck 24 Rep. of the Botan. p. 69. — Pileo submembranaceo, convexo, dimidiato, hygrophano, udo griseo-cinnamomeo et striatulo, sicco sericeo-fibroso; stipite laterali, brevi, solido, curvulo, basi fibrilloso, mycelio copioso, albo, radiante repenteque instructo; lamellis subdistantibus, liberis, griseis vel pallidis, dein sordide carneis; sporis subglobosis, irregularibus, 7 μ. longis, carneis. 3043

*Hab.* in truncis putrescentibus, muscosis prope Greig Amer. bor. — Pileus 12-25 mm. latus, stipes vix 2 mm. longus. *Claud. byssisedo* proximus.

9. **Claudopus macrosporus** Pat. et Doass. Tab. anal. n. 433. — Pileo membranaceo, expanso, depresso, rufo-brunneo, margine striato; stipite brevi, excentrico, rufo, deorsum in membranulam tenuem dilatato; lamellis subadnatis, latis, distantibus, rufis; basidiis majusculis; sporis ovoideis, levibus, 15-18 ≃ 12, pluri-guttulatis. 3044

*Hab.* ad ligna putria, Les Eaux-Bonnes Galliæ, æstate.

10. **Claudopus inæquabilis** Sacc. M. S. p. 26, tab. VI, fig. 5-8. — Totus ferrugineus, stipitatus; pileo inæquali, obliquo, submembranaceo, glabrescenti, margine demum striatulo; lamellis subconfertis, sinuato-liberis, ventricosis; stipite maxime excentrico, brevi, incurvo, basi dilatato; sporis ovoideis, dilute cinnamomeis, 8 ≃ 6. 3045

*Hab.* ad truncos Robiniæ Pseudoacaciæ, Padova Italiæ bor. — A *Naucoria horizontali* Bull. differt stipite maxime excentrico, a *Cl. variabili* recedit præsentia stipitis, colore et positione pilei et sporis crassioribus.

### *Sect. 3.* Ochrosporæ Gill. seu Derminæ Fr. sensu ampl.

Sporæ ochraceæ v. subferrugineæ. — Species omnes molles nec lentæ (Cfr. *Bolbitius* inter Melanosporas).

**PHOLIOTA** Fr. Syst. Myc. I, p. 240 (Etym. *pholis* squama). — Stipes annulatus. Hymenophorum cum stipite subcarnoso confluens. — Respondet *Armillariæ* et *Strophariæ*, sed sine distinctis limitibus transit in *Flammulas*.

A. HUMIGENÆ. Terrestres nec muscis adnatæ, raro cæspitosæ.

*) *Eudermineæ:* sporis ferrugineis.

1. **Pholiota aurea** Mattusch. Sil. p. 351 (*Agar.*), Pers. Syn. p. 269, 3046
Alb. et Schw. p. 149, Fr. Vet. Ak. Förh. 1851, p. 45, Monogr. I, p. 303 Hym. Eur. p. 214, Ic. t. 101, Cooke Ill. t. 346, *Ph. Vahlii* Weinm. Ross. p. 195, (Vulgo cum *Ph. spectabili* confusa). — Pileo carnoso, ex hemisphærico expanso, obtuso, subvelutino v. obsolete squamuloso, aureo-fulvo; stipite farcto, subæquali, levi lamellisque adnexis, ventricosis, pallidioribus.

*Hab.* ad terram pinguiorem graminosam, raro, in Europa. — Pileus 5-10 cm. latus, stipes 10-15 cm. longus. Maxime speciosa, carne pro ratione tenui, molli, ex albo lutescenti. Sporas spargit copiosissimas, unde annulus distans et stipitis apex pulverulenti. Annulus variat amplus, radiato-striatus venosusque. — Var. **Herefordensis** Cooke Ill. t. 347: stipite granulato-tuberculato. In Britannia. — Var. **Vahlii** Schum. in Fl. Dan. t. 1496: pileo levi, glabro; lamellis subliberis. — *A. torosus* Fr. Epicr. p. 160, unice pendens e Flor. Dan. t. 1799, videtur status decoloratus *A. aurei* Sow. t. 77, quæ non sine dubio ducitur ad *Ph. spectabilem*. Inquirendum, num exsistat distincta species.

2. **Pholiota caperata** Pers. Syn. p. 273 (*Agar.*), Fl. Dan. t. 1675 (optime). 3047
Krombh. t. 73, f. 10-12, Gonn. et Rab. IV, t. 5 (pallens), Weinm. p. 196, Secr. n. 65, Fr. Hym. Eur. p. 2'5, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 348, *Cortinarius* Fr. Epicr., Monogr. II, p. 3, Berk. Outl. p. 183. — Pileo carnoso, ex ovato expanso, obtuso, floccis superficialibus albis incrustato, luteo; stipite solido, valido, albo, ex annulo membranaceo, supero, deflexo, sursum disrupto apice squamuloso, candido; lamellis adnatis, secedentibus, subserratis, argillaceis; sporis sub. micr. flavescentibus, sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, 11-12 ≃ 6-8.

*Hab.* in silvis Europæ, quarum est decus haud infrequens. — Pileus circiter 12 cm. latus; stipes 10-15 cm. longus, 2-3 cm. crassus. Magna, valida, sed pileus pro ratione tenuis. Flocci pilei in disco levi farinaceo-uniformes, marginem lacunoso-sulcatum versus squamulosi, sunt veli universalis fragmenta demum secedentia;

jove pluvio ad basim volvaceo-persistentia. Exstat in pinetis forma minor, brevipes, pileo levi, quæ ex Alb. et Schwein. est *A. macropus* P. Ob velum universale floccosum, partiale membranaceum (nec araneosa) lamellasque nudas ad Pholiotas redeat.

3. **Pholiota terrigena** Fr. in Vet. Ak. Förh. 1851, p. 49, ubi ampla descr., Monogr. I, p. 304, Hym. Eur. p. 215, Ic. t. 103, f. 1, Cooke Ill. t. 349, Kalchbr. Hung. t. 14, f. 1 (habitus recedit). — Pileo carnoso, e lenticulari expanso, obtuso, adpresse fibrilloso-sericeo, sordide luteo; stipite farcto, æquali, fibrilloso et squamis verrucæformibus ferrugineis variegato, velo annulato appendiculatoque; lamellis adnatis, e pallide flavo olivascenti-ferrugineis. 3048

*Hab.* in terra humosa silvarum Europæ. — Stipes fibrosus, e farcto cavus, 6 cm. longus, 6–12 mm. crassus, pulchre verrucoso-squarrosus. Velum partim annulare in stipite, partim margini pilei appendiculatum; pileus compactus, 4–8 cm. latus; sporæ 10 ≃ 4–6.

4. **Pholiota Secretani** Fr. Epicr. p. 161, Hym. Eur. p. 215, *A. muricatus* Secr. n. 76, a quo clare differt. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, squamis obscurioribus secedentibus glabro, luteo; stipite solido, bulboso, infra annulum flocculosum squamuloso; lamellis adnatis, tenuibus, ex aureo aurantiis. 3049

*Hab.* in pinetis montosis, graminosis Helvetiæ.

5. **Pholiota erebia** Fr. Syst. Myc. I, p. 246, Hym. Eur. p. 216, Cooke Ill. t. 358, Sv. Bot. t. 584, *A. Leveillianus* Doz. et Molk. t. V, Berk. Outl. p. 152, *A. jecorinus* Berk. et Br. n. 328. — Pileo carnoso, tenui, glabro, subviscido, lurido, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, æquali, fibrilloso, pallido annuloque apicali, campanulato-reflexo striatis; lamellis adnatis, subdistantibus, e pallido sordide cinnamomeis; sporis ovatis, rufo-ochraceis, levibus. 3050

*Hab.* locis graminosis in silvis Europæ. — Gregaria, subfragilis, pileo sæpe ruguloso, lurido, sicco ochraceo-argillaceo, circiter 4-5 cm. lato; stipite 6 cm. longo, 6 mm. crasso. Teste Berk., huc spectat *Arm. denigrata*, cujus sporas brunneas declarat.

6. **Pholiota ombrophila** Fr. Hym. Eur. p. 216, Ic. t. 103, f. 2, *A. togularis* Fr. Syst. Myc. I, p. 241, El. p. 33. Cfr. Weinm. n. 377 *b*. Cooke Ill. 359. — Pileo carnoso, convexo-explanato, levi, glabro, ferrugineo, hygrophano; stipite cavo, fibrilloso-striato, pallido, annulo integro distante; lamellis adnato-secedentibus, ventricosis, ex argillaceo ferrugineis. 3051

*Hab.* locis graminosis post largas pluvias, sporadica in Europa. — Sequente multo major, uda tota dilute ferruginea; pileus 8 cm.

latus, siccus argillaceus; caro alba; stipes firmus, 7-10 mm. crassus; sporæ 13-14 ≃ 6-7.

7. **Pholiota togularis** Bull. t. 595, f. 2 (*Agar.*) Kickx p. 163, Fr. Hym. Eur. p. 216, Ic. t. 104, f. 4, (v. filaris), Pat. t. 339, Gill. C. F. c. ic. *A. Arrhenii* Fr. Epicr. p. 161, *A. mesodactylus* Berk. et Br. n. 681, t. 9, f. 1. — Pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, glabro, exstrio, pallide ochraceo; stipite fistuloso, apice pallido, annulo distante medio; lamellis adnato-secedentibus, ventricosis, lutescentibus. 3052

*Hab.* locis graminosis in hortis Europæ et pr. Somerset East Africæ australis (Mac-Owan). — Protea, gracilis, statura admodum varia. Pileus 4 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 6 mm. et ultra crassus; sporæ 8-10 ≃ 4-6. Cfr. Fr. Monogr. I, p. 307, n. 9.

8. **Pholiota blattaria** Fr. Syst. Myc. I, p. 246, Hym. Eur. p. 216, Duby Syn. p. 812, Secr. n. 82, Weinm. p. 203. — Pileo carnosulo, mox explanato, subumbonato, glabro, ferrugineo, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, æquali, stricto, sericeo annuloque integro, distante albis; lamellis rotundato-liberis, ventricosis, confertis, aquose cinnamomeis. 3053

*Hab.* locis cultis in hortis ad pagos Europæ. — Elegans, pusilla, distinctissima, sed cum forma prioris minima facile confusa. Pileus 1-2 cm. latus; stipes circiter 3 cm. longus.

**) *Phæotæ*: sporis fusco-ferrugineis.

9. **Pholiota dura** Bolton t. 67, f. 1 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 162, Hym. Eur. p. 216, Cooke Ill. t. 423, Berk. Outl. p. 149. Quél. t. 7, f. 8, *A. molestus* Lasch n. 434, *A. obturatus* Krombh. t. 28, f. 14-22, Secr. n. 98. — Pileo subcompacto, convexo-plano, glabro, demum rimoso-areolato, margine levi; stipite farcto, duro, extus fibroso, apice subincrassato farinaceo, annulo sublacero; lamellis adnatis, ventricosis, e livido brunneo-ferrugineis; sporis ellipsoideis, 8-9 ≃ 5-6, ochraceo-brunneis fere ferrugineis. 3054

*Hab.* in hortis, vaporariis etc. Europæ. — *A. vaporariorum* Weinm. n. 376. Pileus fulvus, alutaceo-fuscescens, 8 cm. latus; stipes vulgo brevis, 12 mm. crassus.

10. **Pholiota præcox** Pers. Syn. p. 420 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 217, Gill. C. F. c. ic., Bern. Roch. t. 15, f. 3, Cooke Ill. t. 360, Létell. t. 608, Krombh. t. 55, f. 11-16, Berk. Outl. t. 8, f. 4, Kickx p. 164, *A. candicans* Schaeff. t. 217. — Pileo carnoso, molli, convexo-plano, obtuso, glabrescenti, levi, pallido; stipite e medullato cavo, 3055

cylindrico, farinoso-pubescenti, dein glabro; annulo albo; lamellis rotundato-adnexis, confertis, ex albo fuscescentibus; sporis brunneo-fuscis (s. lente flavidis), sphæroideo-ellipsoideis, eguttulatis, 8-13 = 6-7.

*Hab.* locis graminosis in hortis, ad vias etc. admodum frequens in Europa Amer. fœder. et pr. Minussinsk in Sibiria, nec non in W. Australia. — Pileus albo-lutescens, 3-6 cm. latus; stipes 5-8 cm. long, 4-7 mm. cr.; lamellæ dente subdecurrentes. Var. *minor*, vix $2^1/_2$ cm. metiens, annulo lacero appendiculato: Batt. t. 20, C.

11. **Pholiota vermiflua** Peck 31 Rep. p. 34. — Pileo convexo v. expanso, 3056
glabro, albo, sæpe luteo tincto, interdum areolato-rimoso, præsertim disco, margine recurvo atque interdum vel reliquiis floccoso-squamoso; stipite cavo, apice plerumque incrassato, striato, albo; annulo lacero aut evanescenti; lamellis confertis, ex albo ferrugineo-brunneis, vulgo acie minute erosis; sporis ferrugineo-brunneis, 11-13 = 8.

*Hab.* in campis ad stipulas Avenæ, Ticonderoga Amer. fœder. — Statura 5-11 cm. metiens, pileus 5-11 cm. latus, stipes 6-11 mm. crassus. Manifestam cum *Ph. præcoce* affinitatem præbet, sed nonnullis notis separanda; pileus iove udo viscidus apparet.

12. **Pholiota sphaleromorpha** Bull. t. 540, f. 1 (*Agar.*), Weinm. Ross. 3057
p. 232, Fr. Hym. Eur. p. 217. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, levi, luteo; stipite subfarcto, basi incrassato, sericeo; annulo distanti, integro, membranaceo; lamellis arcuato-decurrentibus, aridis, albo-lutescentibus, demum fuscescentibus.

*Hab.* in humosis in Europa; in vaporariis major, annulo amplo. — Lamellæ diu lutescenti-argillaceæ [Secr. n. 66, si hic, junior pileo simul sericello], sed ex Weinmann, cum sporis demum fuscescentes. Cfr. *A. recalvus* Lasch n. 431.

13. **Pholiota gibberosa** Fr. Epicr. p. 163, Hym. Eur. pag. 217. Cfr. 3058
Monogr. I, p. 108; *B. diluta* pileo pallido, umbone roseo. Pers. Syn. p. 261. — Pileo carnosulo, planiusculo, levi, sicco, disco gibbo obscuriore; stipite fistuloso, tenui, æquali, glabriusculo annuloque lacero albis, hymenophoro discreto; lamellis absolute liberis, confertissimis, griseo-fuscis.

*Hab.* ad vias, in pratis in pineto-montanis Europæ. — Admodum fragilis; stipes 2-6 cm. longus, medulla laxa bombycina; pileus planus, orbicularis, 2-3 cm. latus, alutaceus, umbone fuscus, non viscidus, quia cutis obsolete sericella; lamellæ *Plutei*, sed aridæ, ad latera albidæ; sporis ochraceo-fuscis.

14. **Pholiota temnophylla** Peck 25 Rep. p. 90. — Pileo carnoso, he- 3059
misphærico, demum convexo, glabro, fusco-luteo; stipite æquali, glabro, albo, cavo, annulato; annulo membranaceo, albo; sporis brunneo-ferrugineis insperso; lamellis latissimis, adnexis, postice oblique truncatis, brunneo-ferrugineis.

*Hab.* ad terram herbosam ad margines viarum, Sandlake Amer. fœder. — Statura 5-10 cm. metiens, pileus 4-5 cm. latus, stipes 6-8 mm. crassus. Colore, sapore etc. *Nauc. semiorbicularem* refert ita ut annuli absentia pro huius speciei forma maiori sumi posset.

15. **Pholiota angustipes** Peck 30 Rep. p. 40. — Pileo ex hemisphæ- 3060
rico convexo vel expanso, initio brunneo, postremo in ochraceo-brunneum vel subalutaceum vergenti atque minute squamuloso squamis punctiformibus adpressis; stipite farcto, deorsum attenuato, albido vel cinereo squamis obscurioribus annulum crenatum sursum efficientibus rugoso; lamellis antice angustis, emarginatis, albidis vel obscure gilvis; sporis brunneo-ferrugineis, subellipsoideis, 8 ≃ 5; carne alba.

*Hab.* in pascuis ad radices vetustas, Schenevus, Otsego county Amer. fœder. — Subcæspitosa; statura 5-8 cm. adæquans; pileus 4-6 cm. latus; stipes 4-6 mm. crassus; pileus interdum irregularis ob plurium individuorum constipationem; sapor ingratus atque pilei squamæ interdum evanidæ.

16. **Pholiota aggericola** Peck 24 Rep. p. 67. — Pileo convexo, de- 3061
mum leniter depresso, glabro, iove udo viscido, siccitate margine leviter striatulo, fusco-brunneo; stipite æquali v. sursum leviter attenuato, fibroso, solido, vulgo basi incurvo, nitido pileo concolore, infra annulum membranaceum albo; lamellis subdistantibus, dente decurrentibus griseis; sporis ellipsoideis, 10 μ. long.

*Hab.* in aggeribus ad margines viarum, Greig Amer. fœder. — Statura 5-8 cm. metiens, pileus 2½-5 cm. latus, stipes 6-10 mm. crassus.

17. **Pholiota indecens** Peck 30 Rep. p. 40. — Pileo convexo, de- 3062
mum expanso vel centro depresso, glabro, subfragili, hygrophano, udo pallido-fusco atque vulgo margine striatulo, sicco alutaceo in ochraceum vergenti; stipite æquali vel leviter sursum attenuato, sericeo-fibrilloso, cavo, annulato, pallido; annulo tenui, membranaceo, interdum evanescenti; lamellis confertis, emarginatis, dente decurrentibus, pallido-brunneis, demum cinnamomeo-brunneis; sporis inæquilateralibus, ellipsoideis, 13-15 ≃ 6-8.

*Hab.* ad terram in pascuis nemorosis, North Greenbush Amer. fœder. — Gregaria vel cæspitosa, 2½–5 cm. metiens; pileus 2½–5 cm. latus; stipes 2–4 mm. crassus. Nonnihil refert *Ph. aggericolam* Peck sed minor, pallidior, haud viscida sporisque longioribus. Lamellarum acies interdum erosa.

18. **Pholiota phragmatophylla** Guern. in Gill. Champ. Fr. p. 433 cum 3063
icone. — Pileo carnoso, convexo, expanso, mammillato et circa papillam depresso, margine tenui primitus incurvo, dein expanso, badio-castaneo, demum expallenti, 2–3 cm. lat.; stipite brunneo, squamuloso, æquali, 2–3 cm. long., 1 cm. cr.; annulo albido persistenti, membranaceo; lamellis angustis, venoso-connexis, adnato-subdecurrentibus, initio albidis dein brunneo-ferrugineis; sporis brunneo-ferrugineis.

*Hab.* ad terram sub arboribus in insula Kanroux Galliæ (Guernisac).

B. Truncigenæ. Lignatiles v. epiphytæ, sæpius cæspitosæ.

*) *Ægeritinæ:* pileo nudo nec squamoso, sed passim rimoso-rivuloso; lamellis e pallido rufescentibus v. fuscescentibus. Stirps naturalis, prima specie excepta, Europæ australi priva, indeque species mihi haud obviæ Sporæ accuratius observandæ. Fr.

19. **Pholiota radicosa** Bull. t. 160 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 242, Hym. 3064
Eur. p. 218, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 361, Krombh. t. 62, f. 6–10, Secr. n. 88, Kickx p. 164, Berk. Outl. p. 150. — Pileo carnoso, æquali, obtuso, levi, glabro, maculoso; stipite solido, radicato, supra annulum distantem farinaceo, infra concentrice squamoso-squarroso; lamellis liberis, ventricosis, e pallido rufescentibus; sporis ovoideis, uno apice apiculatis, aliquantulum irregularibus, 8–9 ≃ 4.

*Hab.* in regione Fagi in Europa locis umbrosis juxta truncos, subsimplex. — Magna, speciosa, odora, pileo subargillaceo, 8–14 cm. lato; stipite 8–11 cm. longo, 1¼ cm. crasso. Proxima, nisi eadem detersa, Paul. t. 143, f. 1.

20. **Pholiota pudica** Fr. Hym. Eur. p. 218, Pat. Tab. 112, Cooke Ill. 3065
t. 362, *A. albus* Bull. t. 597, f. 2, R. S., Lètell. t. 664, *B. fulvellus* Bull. l. c., f. L. O., Berk. Outl. p. 150, Hussey II, t. 31, Kickx p. 164, Quèl. p. 92, Batt. t. 8, *A.* — Pileo carnoso, convexo-expanso, obtuso, levi, sicco, glabro; stipite solido, subæquali, levi; annulo patulo persistenti; lamellis rotundato-adnatis, ventricosis, ex albido fulvis; sporis 8 ≃ 5-6.

*Hab.* ad truncos Europæ australis et Sealer's Cove Victoria

Australiæ. — Simplex vel cæspitosa, majuscula; pileo 6–7 cm. lato, stipite sæpe excentrico et basi incurvo. Ex icone Bulliardi discus pruina alba irroratus. — Var. **squarrulosa** Sacc. M. V. pag. 27, t. VII, f. 1-3: stipite infra annulum squarroso squamuloso; pileo mox centro rimuloso-areolato. Ad truncos populinos Treviso in Italia boreali.

21. **Pholiota examinans** Berk. Dec. n. 287. — Pileo carnoso, convexo- 3066
expanso, obtuso, levi, sicco glabro, margine striato; stipite adscendenti, brevi, fibrilloso; annulo fugaci; lamellis adnatis, pallidis, postice acutis; sporis ferrugineis, olivaceo tinctis.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ. — Pileus 8 cm. latus, fulvus; stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus; lamellæ modice latæ. Affinis *Ph. pudicæ*, sporis tamen multo minoribus atque recedens lamellis diversis, velo fugaci stipiteque fibrilloso.

22. **Pholiota micromeres** Berk. et Br. Linn. Tr. XXVII, pag. 152, 3067
Journ. Linn. Soc. XI, p. 540. — Cæspitosa; pileis subhemisphæricis, depressiusculis, glabris; margine annulo crenato appendiculato; stipitibus fistulosis, flexuosis, glabris; lamellis adnatis, argillaceis acie candidis; sporis luteo-brunneis, 6 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8–12 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus pileo lutescente pallidior, vix 2 mm. crassus. Affinis *Ph. pudicæ*.

23. **Pholiota microspora** Berk. Dec. n. 288. — Fascicularis; pileo 3068
viscoso, glaberrimo, convexo, carnoso; stipite viscidulo; annulo contexto, tenui; lamellis argillaceis, angustis, postice attenuatis; sporis minutissimis, argillaceis.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ (Hook.). — Pileus 5-8 cm. latus, pallido-fulvus, centro obscurior, versus marginem livido-maculatus; caro ex albo citrina vel in speciminibus vetustis luteo-brunnea; stipes 5-8 cm. longus, pileo concolor demum cavus; annulus tenuis, persistens, extus viscidus; lamellæ argillaceæ, interdum decurrentes. Affinis *Ph. pudicæ* sed habitu *Hyph. fascicularis*. Valde refert etiam *A. polychroum* sed sporis majoribus obscurioribusque.

24. **Pholiota leochroma** Cooke in Seem. Journ. Bot. 1863, t. 3, f. 3, 3069
Ill. t. 363, Fr. Hym. Eur. p. 218. — Pileo carnoso, convexo-plano, molli, levi, fulvo; stipite solido, æquali, glabro, annulo persistenti; lamellis rotundato-adnexis, pallidis, dein cinnamomeis.

*Hab.* ad fragmenta lignea Angliæ australis. — Subcæspitosa; pileo 5-8 cm. lato, ad marginem rimoso-rivuloso; stipite 8–10 cm.

longo, pallido, nitido, basi fusco. Accedit ad prioris varietatem fulvam.

25. **Pholiota capistrata** Cooke l. c. t. 3, f. 4, Handb. f. 1, Ill. t 364, 3070
Fr. Hym. Eur. p. 218. — Pileo carnoso, convexo, subviscido, livido, margine involuto, leviter striato; stipite farcto, æquali, subsquamuloso, annulo patenti, persistenti; lamellis decurrentibus, confertis, pallidis, dein obscuratis.

*Hab.* ad fragmenta lignea Angliæ australis. — Subcæspitosa; pileo 5-8 cm. lato; stipite 8-10 cm. longo. Odor ingratus.

26. **Pholiota phylicigena** Berk. Chall. Exped. n. 75. — Pileo convexo, 3071
carnoso, areolato, fulvo, primum levissimo; stipite crasso sursum attenuato, deorsum incrassato, infra annulum crassum mobilem transversim flocculoso; lamellis leviter decurrentibus, argillaceis; sporis oblique oblongis, circiter 8 $\mu$. long. sed magnitudine variantibus.

*Hab.* ad truncos Phylicæ arboreæ in insula Tristan d'Acunha Ocean. Atlant. austr. — Pileus 8 cm. vel ultra crassus; stipes 5 cm. longus, 4 cm. vel ultra crassus. Stricte affinis *Ph. capistratæ* Cooke, sed differt pluribus notis, præcipue stipite incrassato.

27. **Pholiota cylindracea** Dec. Fl. fr. VI, p. 51, Duby Syn. p. 813, 3072
Seyn. Montp. p. 86, Fr. Hym. Eur. p. 218, Lucand Suit. Bull. t. 107. Var. *attenuata*: pileo irregulari, stipite basim versus attenuato, Dec. l. c. Létell. t. 632. — Pileo carnoso, convexo-gibboso, levi, glabro, subviscido, sordide luteo; stipite farcto, æquali, rigido, subsquamuloso annuloque persistenti, apicali albis; lamellis adnexis, confertis, ex albo ferrugineo-fuscescentibus.

*Hab.* ad truncos vetustos Salicum in Europa, cæspitosa. — Pilei discus obscurior; sporæ 8 ≃ 5.

28. **Pholiota Ægerita** Brigant. Neap. t. 32, 33, f. 1-4, Inz. p. 59, Quél. 3073
p. 229, Fr. Epicr. p. 164, Hym. Eur. p. 219, Cooke Ill. t. 453, Bern. Roch. t. 17, f. 6 et 20 f. 2, *Champ. du peuplier* Paul. p. 301 (at falso citat t. 114), *Ægeritæ* Patrum. Batt. t. 6, E. — Pileo carnoso, e convexo plano, rivuloso, ruguloso, fulvo, marginem versus albo-pallescenti; stipite farcto, æquali, albo-sericeo, fibrilloso, annulo supero tumido; lamellis adnatis, denticulo decurrentibus, confertis, e pallido fuscis.

*Hab.* ad Populos, unde nomen, aliasque arbores in Europa, cæspitosa. — Caro alba, odor gratus; sporæ 8-9 ≃ 5.

29. **Pholiota Brigantii** Fr. Monogr. II, p. 336, Hym. Eur. p. 219, *A.* 3074
*strobiloides* et *strobiliformis* Brig. t. 46, f. 1-3. — Pileo subcarnoso, ex hemisphærico convexo, albo, reticulatim sulcato, dein in

areolas abeunte verrucosas, polygonas, apice truncatas et fuscas; stipite solido, æquali, albo, squamulis spadiceis vestito et apice obsoletius annulato; lamellis ventricosis, denticulo decurrentibus, confertis, rufescenti-umbrinis.

*Hab.* in truncis inter Herculanum et Pompejos in Italia merid. — Species admodum singularis.

30. **Pholiota luxurians** Fr. Epicr. p. 164, Hym. Eur. p. 219, Cooke Ill. t. 365 (*A. Ægerita*), *Polymyces luxurians* Batt. t. 23; B. *Hypophyllum sericeum* Paul. t. 146. *A. sericeo-dryinus* Secr. n. 85. — Pileo carnoso, convexo-gibbo, dein explanato, inæquali, sericeo, dein squamuloso; stipite farcto, rigido, subsquamuloso, ex albo fuscescenti, annulo apicali, lacero, fugaci; lamellis ex adnexo decurrentibus, confertis, e griseo-carneo fuscescentibus. 3075

*Hab.* ad truncos Quercus in Europa australi. — Cæspitosa, valde irregularis, carne alba; pileus primo albo-lutescens, levior, dein rufo-fuscus. *A. dryadeus* Scop. p. 421, varietas vel affinis species pileo levi, subviscido.

31. **Pholiota cerasina** Peck 26 Rep. p. 57. — Pileo late convexo, glabro, hygrophano, udo aquoso, cinnamomeo, sicco luteo; stipite solido, æquali, sæpe incurvo, apice furfuraceo; annulo levi, fugaci; carne lutea; lamellis confertis, emarginatis, e luteo cinnamomeis; sporis ellipsoideis, rugosis, S ≃ 5. 3076

*Hab.* ad truncos vetustos prostratos in silvis, Sterling Amer. fœder. — Cæspitosa, 5-10 cm. metiens; pileus 5-10 cm. latus; stipes 4-8 mm. crassus. Recens odore gravi amygdalino pollet.

32. **Pholiota discolor** Peck 25 Rep. p. 78. — Pileo tenui, e convexo expanso vel leniter depresso, glabro, viscido, hygrophano, udo aquoso-cinnamomeo atque margine striatulo, sicco læte ochraceo-luteo; stipite æquali, cavo, fibrilloso-striato, pallido; annulo distincto, persistenti; lamellis confertis, angustis pallidis demum pallido-ferrugineis; sporis ellipsoideis, 7 ≃ 5. 3077

*Hab.* ad caudices vetustos in silvis, Greig Amer. fœder. — Subcæspitosa, 5-8 cm. metiens; pileus $1^1/_2$-$3^1/_4$ cm. latus; stipes 2 mm. crassus. Coloris mutatio per exsiccationem notabilis. Species hæc *Nauc. autumnalem* refert, in qua annulus fugax atque sporæ longiores. In utraque lamellarum acies albo-flocculosa.

33. **Pholiota? crassivela** Speg. Fung. Arg. Pug. II, p. 4. — Cæspitosa; (ind. 2-5) pileo testaceo-fulvescenti, centro brunnescenti, primo hemisphærico-subgloboso, dein explanato, 8-14 cm. diam., rimuloso, levi, margine tenui integro vel hinc inde fisso; carne candida 3078

in stipitem descendenti, ab hymenophoro discreta, compacta, subexsucca, 2 cm. crass.; lamellis primo albis, dein dilute rubiginosis, linearibus, 6-7 mm. lat., polymacriis, margine acutis, deorsum subtruncato-adnatis; stipite crassissimo, fusiformi-clavato, 10 cm. alt., 2-2,5 cm. crass., sursum levi vel pruinuloso, basim versus rimoso, squamis rufescentibus ornato, primo albo, dein sordide testaceo-fuscescenti, intus carnoso-spongiosulo, candido; annulo margini pilei et stipiti (ad lamellarum originem) adnato, crasso, coriaceo-membranaceo, persistenti, in fungo adulto areolatim lacerato lamellis et margini pilei hinc inde adhærente; stipite facillime a pileo secedenti; sporis elliptico-ovatis, subinæquilateralibus, basi subapiculatis, dilute rubiginosis, protoplasmate granuloso repletis 10-11 ≃ 6-7.

*Hab.* in trunco carioso Populi Italicæ et Meliæ Azedarach in Argentina. — Fungus pulcherrimus, prima ætate exemplar Boleti edulis juvenile referens, velo crasso persistente ab omnibus recedens. Pileus senectute badius v. castaneus ubique rimulosus, sub putrefactione odorem intensissimum aceticum spargens.

34. **Pholiota prominens** Kalchbr. in Rev. Myc. II, p. 153, t. VII, f. 1, 3079
*Ph. Gayi* Roum. ibid. — Pileo carnoso, parabolico, hemisphærico, 3 cm. lato, levi, glabro (viscido?), rufo-castaneo; stipite solido, sursum attenuato, basi ventricoso-bulboso, 5 cm. longo et in bulbo 1 cm. crasso, adpresse fibrilloso, rufo-pallido; annulo membranaceo, lacero, persistenti; carne alba, firma, ad verticem pilei crassa, marginem versus valde extenuata; lamellis attenuato-adnatis, confertis, ventricosis, 3-4 mm. latis, badio-cinnamomeis; sporis ellipticis, 12 ≃ 6, fuscidulis.

*Hab.* ad Sidney Australiæ (J. Remy). — A proxima *Ph. pudica* stipite bulboso, lamellis haud rotundato-adnatis etc. clare distincta.

35. **Pholiota confœderans** Britzelm. Derm. et Mel. p. 152, fig. 6. — 3080
Pileo convexo, dein expanso, parum umbonato, flavido, margine griseo-flavo, haud viscoso; stipite albido, fibris brunneolis instructo, subcavo; lamellis confertis, griseis, griseo-lilacinis, adnexis vel subadnatis; carne albida; sporis globoso-oblongis, 10-12 ≃ 8, apiculatis.

*Hab.* in pratis in Bavaria australi. — Pileus usque ad 3 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 5 mm. crassus.

36. **Pholiota præcavenda** Britz. Derm. et Mel. p. 152, fig. 15 (Derm.) 3081
et 19 (Melan.). — Pileo convexo, dein expanso, flavido, medio

obscuriore, haud nitenti; stipite basi parum incrassato; lamellis haud valde confertis, albidis, dein brunneo-griseis, adnatis et leniter sinuato-decurrentibus; sporis globoso-oblongis, 8-10 ≃ 4-6.

*Hab.* in pratis et campis, Oberstaufen, Diedorf, Stadtbergen et Achsheim in Bavaria australi. — Pileus usque ad 4 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 5 mm. crassus.

37. **Pholiota propinquata** Britzelm. Derm. et Mel. p. 152, fig. 9. — 3082
Pileo subconvexo, medio umbonato, pallido, margine albido; stipite inferne attenuato, fibrilloso, cavo, pallido, flavo-brunneo; lamellis subconfertis, adnexis, latis, pallide rufo-brunneis; carne albida, albo-brunneola; sporis globoso-oblongis, 10-12 ≃ 6.

*Hab.* ad Lechanen in Bavaria australi. — Pileus usque ad 6 cm. latus; stipes ultra 8 cm. longus, usque ad 1 cm. crassus.

38. **Pholiota exsequens** Britz. Derm. p. 152, fig. 12. — Pileo ceraceo, 3083
margine fisso; stipite albido fibrilloso, carne albido-flava; lamellis non confertis, adnatis, griseo-brunneis; sporis globoso-oblongis, uni- vel utrinque apiculatis, 10 ≃ 6.

*Hab.* ad Haspelmoor in Bavaria australi. — Pileus etiam ultra 6 cm. latus.

**) *Squamosæ*: pileo squamoso, lamellis decolorantibus. — Pileus non hygrophanus. Plurimæ vulgatæ.

† Lamellis e pallido fuscescentibus, olivaceis, argillaceis nec pure ferrugineis.

39. **Pholiota destruens** Brond. Crypt. Agen t. 6, Fr. Hym. Eur. p. 219, 3084
Bern. Roch. t. 20, f. 1, Gill. C. F. c. ic. *A. serpentiniformis* Secr. n. 86, excl. syn., Batt. t. 8, f. H; Var. squamis detersis: *A. populneus* Pers. Myc. Eur. 3, n. 285. — Pileo carnoso, inæquali, sicco squamis lanosis dilutioribus floccoso, albo-lutescenti, margine involuto, fibrilloso; stipite solido, sursum attenuato annuloque fugaci albo-squamosis; lamellis adfixis, striato-decurrentibus, crenulatis, e pallido cinnamomeo-umbrinis.

*Hab.* ad truncos Populi in Europa australi, subcæspitosa. — Est e priorum stirpe, sed ob squamas hoc loco inserenda. Sporæ 8-9 ≃ 5-6.

40. **Pholiota comosa** Fr. Epicr. p. 165, Hym. Eur. p. 220, Kalchbr. 3085
Ic. t. 13, f. 1, *A. villosus* Bolt. t. 42.? — Pileo carnoso, convexo, obtuso, viscoso, squamis superficialibus, secedentibus, floccosis, albidis adsperso; stipite solido, subbulboso annuloque floccoso, eva-

nido albis; lamellis subdecurrentibus, integerrimis, ex albo fuscescenti-argillaceis.

*Hab.* ad Fagi truncos in Europa, subsolitaria. — Junior valde compacta, dura; stipes per ætatem elongatus, sæpe curvatus; pileus fulvus, 8 cm. latus; sporæ 14-15 ≃ 7-8. — Var. **alba** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 86: albida, dein siccitate flavo tincta; sporis 7,5-8,5 ≃ 5-6,5, ferrugineis. Ad truncos Hippocastani, Albany Americæ borealis.

41. **Pholiota magna** Schulz. in Ic. Hym. Hung. 13 (sub nomine *Ph. comosæ*) Cfr. Britz. Derm. et Mel. p 153. — Pileo convexo-umbonato, ligneo-flavido, 8-12 cm. lat., squamis latis subadpressis consperso; stipite cylindraceo, crasso, squarroso-squamoso, 8-12 cm. long., 3-4 cm. cr. flavido; lamellis sinuatis e flavido umbrinis; sporis globoso-oblongis, 8-11 ≃ 4-6. 3086

*Hab.* ad truncos in Slavonia et Bavaria.

42. **Pholiota Potanini** Kalchbr. Fung. Mong. p. 59. — Pileo carnoso, compacto, convexo, obtuso, testaceo-fulvo, marginem versus albido, squamis floccosis, fugacibus, albis adsperso, rugoso et in areolas disrumpenti, areolis elevatis, tuberculiformibus, glaberrimis; stipite solido, valido, ad basim bulbose dilatato, testaceo-pallenti, sed maxima ex parte fibrillis albis obvoluto; annulo floccoso-lacero, plerumque pileo adhærente; lamellis subdecurrentibus, integerrimis, fuscescentibus; sporis breviter ovatis, 9 μ. longis. 3087

*Hab.* in truncis in Mongolia boreali (G. N. Potanin). — Nobilis omnino species, statura et habitu *Ph. comosæ* Fr.; pileus in rite evolutis 8-11 cm. et ultra attingit; stipes in bulbo 2½ cm. et ultra crassus; tuberculi pilei pisi circiter magnitudine, vertice fulvelli, glaberrimi, hinc inde maculam farinaceam gerunt, squamarum evanidarum reliquias.

43. **Pholiota heteroclita** Fr. Obs. 2, p. 223, Hym. Eur. p. 220, Cooke Ill. 366, Berk. et Br. n. 1230, Hoffm. Ic. anal. t. 14, f. 2, *A. aurivellus* Fl. Bor. t. 386. Sub *A. aurivello* Fr. Syst. Myc. p. 242. — Compacta; pileo e plano-convexo expanso, obtusissimo, subexcentrico, squamis sparsis, innatis, adpressis maculato; stipite solido, curto, duro, bulboso, radicato, fibrilloso, albido, apice velato; lamellis rotundato-adnexis, latissimis, e pallido ferrugineis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, dilute flavescentibus, 8-10 ≃ 5-6. 3088

*Hab.* ad truncos Betulæ solitaria, frequens in Europa boreali. — Distinctissima odore vulgo forti, acido, fere Armoraciæ, pungenti. Pileus 3-6 cm. latus, albidus vel lutescens, in squamas la-

tas diffractus, interdum levis, siccus, sed vetustus irrigatus viscidus, discus plano-truncatus; stipes intus basi rhabarbarinus, velo fugaci, appendiculato, sed ipsi apici stipitis adhærente.

44. **Pholiota cerifera** Karst. Myc. Fenn. III, p. 369. — Compacta; 3089
pileo convexo, levi, strato superiore ceraceo-gelatinoso, crasso, glabro, margine primitus albo-squamoso, flavido; stipite centrali, solido, æquali, curvato, radicato, duro, albo-squamoso, albido; lamellis rotundato-adnexis, confertis, latis, pallidis; sporis sphæroideo-ellipsoideis aut subellipsoideis, 8-10 ≃ 6-7 flavidis vel fuscescentibus.

*Hab.* in trunco stante vivo Salicis pentandræ ad Mustiala Feniæ, mense sept. 1876 inventa. — A *Phol. heteroclita*, cui proxime accedit, notis allatis statim dignoscenda. Pileus 4-5 cm. latus. Odor nullus.

45. **Pholiota præcellens** Kalchbr. Fung. Mongol. p. 58. — Pileo cras- 3090
so, carnoso, valde excentrico, imo sublaterali, convexo, margine involuto, 8-11 cm. lato, squamoso (?), haud fulventi; stipite solido, valido, 8-14 cm. longo, 2½ cm. et ultra crasso sursum attenuato, basi subventricoso, breviter radicanti, albo, fibrilloso-floccoso; lamellis 12 mm. latis, arcuatis, emarginato-adnatis, fuscis; carne pallida.

*Hab.* in arboribus Mongoliæ borealis, regione Jenissei superioris, ad fluvium Torcholyk (Potanin). — Ampla, firma, *Ph. comosæ* Fr. et *Ph. heteroclitæ* Fr. proxima.

46. **Pholiota aurivella** Batsch f. 115 nec differt f. 114 (*Agar.*), Fr. Obs. 3091
2, p. 17, Hym. Eur. p. 220, Cooke Ill. t. 351, Weinm. p. 197, Alb. et Schw. n. 418, Saund. et Sm. t. 9, Kickx p. 164, *B. salicinus*, obscurior, Schum. Fl. Dan. t. 2074. — Pileo carnoso, e campanulato convexo, gibbo, squamis adpressis, obscurioribus variegato, subviscido; stipite farcto, subæquali, curvato, squamulis adpressis, floccosis, fusco-ferrugineis adsperso, annulo subdistanti; lamellis sinuato-adfixis, ex albo stramineoque ferrugineo-umbrinis; sporis ellipsoideis vel subellipsoideis, flavescentibus, 8-9 ≃ 4-5.

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum in Europa et Carol. inf. Amer. bor., in trunco Pini silvestris putrido pr. Minussinsk in Sibiria et in trunco crasso Salicis in Mongolia boreali (Potanin). — Pileus disco compactus, junior et marginem versus floccosus, luteo-ferrugineus, 8 cm. latus; lamellæ demum spadiceæ.

47. **Pholiota filamentosa** Schaeff. t. 209, (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 3092
220, *A. flammans* Batsch f. 30, *A. rhabarbarinus* Pers. Syn.

p. 271, Secr. n. 73. *A. flammiger* Lasch n. 573. — Pilei (quam *Ph. aurivellæ*) tenuioris squamis adnatis, concentricis; annulo floccoso-radiato; sporis ellipsoideis, vel sphæroideo-ellipsoideis, dilutissime flavescentibus circiter 6 ≃ 3-4.

*Hab.* præcipue in pinetis ad ligna Europæ et ad fluvios Altai australis in Mongolia boreali. — Pileus subfulvus. Cfr. *Ph. leptura* et *Ph. lampas* Kalchbr. Gomb. II, p. 232 cum iconibus.

48. **Pholiota squarrosa** Müll. in Fr. S. M. I, p. 243, cum syn., Hym. Eur. p. 221, Cooke Ill. t. 267, Bern. Roch. t, 19, f. 1, Hussey I, t. 8, Weinm. l. c. *A. squamosus* Bull. t. 266, *A. floccosus* Schaeff. t. 61, Sowerb. t. 284, Grev. t. 2. — Pileo carnoso, e campanulato-convexo explanato, sicco stipiteque farcto, basi attenuato squamis confertis, innatis, revolutis, obscurioribus squarrosis, annulo floccoso; lamellis subdecurrentibus, confertis, angustis, e pallido-olivaceo ferrugineis; sporis ellipsoideis, flavidis, 7-8 ≃ 4-5. 3093

*Hab.* ad et juxta truncos in Europa boreali et Carolina infer. Amer. bor. copiose. — Cæspitosa, graveolens, croceo-ferruginea, nunc tenuis. Pileus 6-14 cm. latus; stipes 8-20 cm. longus, 1-2½ cm. latus. — ***Ph. Mülleri** Fr. l. c. Hym. Eur. p. 221, Fl. Dan. t. 831, Batsch f. 114, Saund. et Sm. t. 18, f. 1: pileo obtuso, pallido, adpresse squamoso, udo; lamellis fuscescentibus. Ad Fagi truncos in Europa. Sporæ 6 ≃ 4. — ***Ph. reflexa** Schaeff. t. 80, Fr. S. M. I, l. c. γ. Hym. Eur. pag. 221: pileo tenui, cuspidato-umbonato, piloso-squamoso; stipite subcavo, longo, æquali. Ad Quercus radices in umbrosis Europæ. Annulus sæpe membranaceus. Maxime insignis. Persoon Syn. p. 311 ut distinctam Gymnopodis speciem citat. — ***Ph. verruculosa** Lasch n. 353, Secr. n. 70, c. Fr. Hym. Eur. pag. 221: pileo compacto, obtuso, luteo, squamis confertis papillisque cinnamomeis; stipite villoso-squamoso. Ad truncos Aceris etc. in Europa. Insignis, forte separanda.

49. **Pholiota congesta** Kalchbr. in Grevillea IX, p. 147, t. 145, f. 27. — Fasciculari-cæspitosa; pileo carnoso, campanulato, pisi magnitudine (in specimine valde adhuc juvenili!) cum stipite, deorsum attenuato, floccoso squamuloso, subfurfuraceo, fuscescenti, annulo floccoso; lamellis subdecurrentibus angustis, confertis, olivaceo-ferrugineis. 3094

*Hab.* in Australia, Daylesford. — Habitus *Ph. squarrosæ* (Müll.), sed hac multo minor. Indumentum floccoso-furfuraceum facile detergitur.

50. **Pholiota fusca** Quél. Bull. Soc. bot. 1876, t. III, f. 12. — Pileo 3095

convexo mammillato, viscoso, brunneo, squamulis minutis fulvis consperso, 5-8 cm. lato; stipite fibroso, curvo, albo-citrino, supra annulum squamosum pulverulento, deorsum squarroso; lamellis acie albis granulatis, purpureis, dein brunneis.

*Hab.* cæspitosa in truncis Abietum in Gallia or.

51. **Pholiota dactyliota** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 369. — Cæspitosa; pileo carnoso, convexo-hemisphærico expanso, croceo pallescenti, sicco ferrugineo stipiteque farcto, basi incrassato, squamis confertis revolutis squarrosis; annulo membranaceo, amplo persistenti, inciso-lobato; lamellis tridymis, confertis, liberis, emarginatis, stria vel dente stipitem attingentibus, pallide cinnamomeis, acie obtusis. 3096

*Hab.* ad truncos putridos, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Odor gratus. *Ph. squarrosæ* Müll. sic habitu similis ut vix descriptione egeat. Nostræ tamen annulus crassus, persistens et margine lacer, lamellæ liberæ aut vix dente stipiti adfixæ, odor suavis.

52. **Pholiota squarrosoides** Peck 31 Rep. p. 33. — Pileo firmo, convexo, viscido, initio squamis fulvis, erectis papillosis vel subspinosis dense obtecto, illisque cito sublatis, albo atque viscido; stipite æquali, firmo, farcto, squamis crassis squarrosis rugoso, supra annulum crassum floccosum albo, subtus pallido vel fulvo; lamellis confertis, emarginatis, primum albidis, demum pallidis vel fusco-cinnamomeis; sporis minutis, ellipsoideis, 5 × 4. 3097

*Hab.* ad truncos emortuos atque radices Aceris in montibus Adirondack et Catskill Amer. fœder. — Dense cæspitosa, 8-15 cm. metiens; pileus 5-10 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. Manifeste affinis *Ph. squarrosæ*, cum qua forsan confusa sed diversus color atque pileus viscidus separandam suadent.

53. **Pholiota subsquarrosa** Fr. Monogr. II, p. 298, Hym. Eur. p. 221, Ic. t. 103, f. 3. — Pileo carnoso, convexo, viscido, brunneo-ferrugineo, squamis floccosis, adpressis, obscurioribus; stipite farcto, æquali, luteo-ferrugineo, squamis obscurioribus adpressis in zonam annularem terminatis; lamellis subliberis, confertis, ex luteo alutaceo-sordidis. 3098

*Hab.* ad truncos, etiam ad terram in Europa. — Tota facies *Ph. squarrosæ* sed notis gravibus distincta. Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, sine annulo distincto.

54. **Pholiota detersibilis** Peck 28 Rep. p. 49. — Pileo hemisphærico aut convexo, tenui, squamis minutis pyramidalibus vel spinulosis dense obtecto, ochraceo-brunneo; stipite æquali, farcto vel cavo, 3099

infra annulum obsoletum squamuloso, pileo concolore sæpe incurvo; lamellis latis, planis, confertis, attingentibus, leniter adnexis e pallido cinnamomeo-brunneis; sporis ellipsoideis, inæquilateralibus, 8-9 μ. long.

*Hab.* ad truncos cariosos arborum deciduarum in silvis, Lake Pleasant Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$ cm. metiens; pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes 2 mm. crassus.

55. **Pholiota djakovensis** Schulz. in Bot. Centralbl. 1883, XV, p. 5. 3100
— Pileo umboniformi-pulvinato, carnoso, margine diu deflexo, 4-6 cm. lato, aureo, versus verticem obscuriore cinnamomeo-squamoso, squamis adpressis, demum nonnunquam glabro, jove pluvio valde viscoso; lamellis confertis, liberis, postice rotundatis, 6-8 mm. latis, ex argillaceo purpureo-fuscis, acie integra; stipite subradicato adscendenti, e farcto demum cavo, subdiscreto, sursum 7-10 mm. crasso, deorsum parum incrassato, fere subbulboso, pileo concolore, etiam deorsum ad locum annuli squamoso, sed squamis minutioribus et squarrosis, tempore pluvioso subviscido.

*Hab.* ad ramos Fraxini dejectos subcæspitose, Djakovar Slavoniæ. — Annulus deest sed squamæ viscusque sunt sine dubio reliquiæ veli universalis. Caro luteo-alba; odor bonus, sapor dulcidulus nec nauseosus. Sporæ obscure cinnamomeæ, ellipsoideæ, 4-5 μ. longæ.

56. **Pholiota Glaziovii** Berk. F. Glaz. p. 752. — Pileo subhemisphæ- 3101
rico, sericeo, verrucis squamuliformibus obsito, margine lacerato; stipite subæquali, quandoque basi tumido; mycelio fibroso; sporis sublimoniformibus, 2 μ. longis.

*Hab.* in Brasilia. — *Ag. campestri* proxima, sed latior et sporis et colore diversa.

†† Lamellis e luteo pure ferrugineis fulvisve. — Non hygrophanæ. (Cfr. n. 85).

57. **Pholiota spectabilis** Fr. El. p. 28 (non Weinm.), Hym. Eur. p. 221, 3102
Ic. t. 102, Hussey I, t. 71, Bern. Roch. t. 55, f. 1, Gill. C. F. c. ic., Berk. et Br. n. 904.* Cooke p. 108, Kickx p. 165, *A. aureus* Sowerb. t. 77? Secr. n. 77, *A. quercicola* Lasch n. 574, *A. rhabarbarinus* Krombh. t. 3, f. 3, non Pers. — Pileo compacto, convexo-plano, sicco, cuticula in squamas fibrasve sericeas lacerata; stipite solido, ventricoso, subradicato, supra annulum inferum farinoso; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, angustis, e luteo ferrugineis; sporis 8-9 ≃ 5.

*Hab.* ad et juxta truncos Quercus in Europa — Subcæspitosa.

Stipes 11 cm. longus, 2-3 cm. crassus, jove sicco nitens, annulo peronatus, glaber v. squamulosus; pileus crassus, fulvus v. ex aureo expallens, primo levis, 11 cm. vel ultra latus; caro dura, sulphurea.

58. **Pholiota allantopoda** Berk. Dec. n. 27. — Pileo carnoso, aureo, innato-squamuloso; stipite subtenui, basi elongato, bulboso; annulo fugaci; lamellis ferrugineo-aureis, adnatis. 3103

*Hab.* ad terram Swan River Australiæ (Drummond). — Pileus 9 cm. latus, squamulis innatis vestitus; stipes 10 cm. longus, 8 mm. superne crassus, deorsum in oblongam radicem bulbosam incrassatus; lamellæ fragiles ferrugineo-luteæ. Affinis *Ph. spectabili*.

59. **Pholiota effusa** Kalchbr. in Grevillea IX, p. 147. — Lignatilis; pileo carnoso, subgloboso, obtuso, in areolas verrucosas, polygonas abeunte, albo; stipite concolori, solido, cylindrico, sursum leviter attenuato, levi, basi in mycelium membranaceum, latum effuso; annulo membranaceo, persistenti, albo; lamellis adnatis, confertis, luteo-ferrugineis. 3104

*Hab.* in Australia, Daylesford.

60. **Pholiota Traillii** B. et Cooke Fung. Bras. n. 44. — Pileo hemisphærico, dense piloso-squamoso, fulvo, margine inflexo; stipite subæquali, furfuraceo-squamoso, pallido; annulo membranaceo; sporis pure fulvis. 3105

*Hab.* in ligno emarcido, Teffè in Brasilia (Traill). — Pileus siccus $1^1/_4$ cm. et ultra latus, sed probabiliter recens multo latior; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 3 mm. crassus.

61. **Pholiota villosa** Fr. El. p. 28, Hym. Eur. p. 222. — Pileo carnoso, convexo-plano, sicco, undique innato-floccoso-villoso sericeoque; stipite subcavo, elongato, valido, fibrilloso, basi incrassato, annulo angusto integro lamellisque adfixis, angustis, luteis. 3106

*Hab.* ad truncos vetustos Fagi in Europa, raro. — Subcæspitosa, luteo-fulva, haud compacta. Pileus 5-11 cm. et ultra latus; stipes 8-11 cm. longus; caro alba, lutescens.

62. **Pholiota adiposa** Fr. S. M. I, p. 242 (non Batsch), Hym. Eur. p. 222, Cooke Ill. t. 353, Weinm. p. 198, Klotzsch in Fl. Bor. t. 471, Berk. Outl. t. 8, f. 2, *A. squamosus* Schum. — Pileo compacto, convexo-plano, obtuso stipiteque farcto, subbulboso luteis, glutinosis squamisque superficialibus, secedentibus, concentricis, obscurioribus squarrosis; lamellis adnatis, latis, e luteo ferrugineis; sporis 7-8 ≈ 5. 3107

*Hab.* ad Fagi truncos vivos nuperve cæsos in Europa boreali

et Cincinnati Amer. fœder., copiose. — Cæspitosa, amplissima, lutea, sicca lucida, intus alba, squamis adiposis, ferrugineis defluentibus glabra; pileo 6-8 cm. vel ultra lato; stipite 11-16 cm. longo, $1^1/_4$ cm. crasso. Species nobilissima. Prima stamina sistere videntur Fl. Dan. t. 2078, Krombh. t. 3, f. 1, *A. squarrosus* Batsch f. 31, sed *A. adiposus* Batsch (maxime mutilus, lamellis, velo etc. carens) non definiendus, potissimum vero *Ph. aurivella*

63. **Pholiota lucifera** Lasch n. 356, Krombh. t. 3, f. 2, Oudem. p. 28, 3108
Fr. Hym. Eur. p. 222, *A. tuberculosus* Secr. n. 71. — Pileo carnoso, convexo-plano, demum umbonato, viscido, squamis obscurioribus, adpressis, secedentibus; stipite farcto, subsquamuloso, æquali, basi ferrugineo; annulo infero, distante, squamoso; lamellis adfixis, crenulatis, angustis, subaureis, demum ferrugineis; sporis ellipsoideis, flavidis, 8-10 ≃ 5-6.

*Hab.* ad truncos, ramulos, stipulas etc. in Europa. — Minor, priore longe tenuior, distinctissima. Pileus luteus, demum levis stipesque extus intusque ferrugineus, fibrillosus, 4-6 cm. latus; stipes 4-6 cm. longus, 4-7 mm. crassus. In pinetis semel legit Fries formam affinem, subterrestrem, stipite cavo, lamellis emarginatis.

64. **Pholiota flammans** Fr. S. M. I, p. 244 (excl. syn.), Hym. Eur. 3109
p. 222, Ic. t. 104, f. 1, Lasch l. c. Weinm. p. 199, Cooke Ill. t. 368, Alb. et Schw. n. 419, certe e loco, non e synonymis; descriptio deest. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, sicco, squamis superficialibus, pilosis, dilutioribus cirrato; stipite e farcto cavo, æquali, subflexuoso, squamoso-squarroso, integre annulato lamellisque adfixis, confertis, integerrimis luteis; sporis ellipsoideis s. micr. incoloribus vel dilutissime lutescentibus, 4 ≃ 2.

*Hab.* in pineto-montanis ad truncos copiose in Europa. — Subcæspitosa, elegantissima; squamis sulphureis in pileo fulvo, 4-8 cm. lato; stipes 8 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Ab hac plane diversus *A. flammans* Batsch; cfr. *Ph. filamentosa*

65. **Pholiota scobifera** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 289. — Cæspi- 3110
tosa, fulva; pileo conico, farinaceo, squamis acutis aspero; stipite deorsum incrassato, pilis fasciculatis patentibus vestito.

*Hab.* sub radicibus arborum Cubæ Amer. centr. — Eximia species *Ph. flammanti* affinis.

66. **Pholiota limonella** Peck 31 Rep. p. 33. — Pileo tenui, convexo 3111
vel expanso, viscido, squamis erectis rubescenti-brunneis irregulariter obtecto, citrino-luteo; stipite æquali, solido, squamis revolutis vel recurvis rugoso, pallido vel lutescenti, infra annulum

laceratum glabro, ad lamellarum insertionem particulis luteis pulverulento; lamellis angustis, confertis, postice rotundatis, albidis; sporis ellipsoideis, 8-9 ≃ 5-6.

*Hab.* ad truncos fagineos prostratos in silvis, Griffins Amer. fœder. — Cæspitosa, 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 4-6 mm. crassus. Est e pulcherrimis. Ab affinibus facile separatur colore citrino, luteo vivido. Affinis *Ph. flammanti.*

67. **Pholiota junonia** Fr. Syst. Myc. I, p. 244, Hym. Eur. p. 223, Sv. Bot. t. 584, Weinm. p. 199, Wahl. Svec. p. 979, Saund. et Sm. t. 18, fig. inf. (pileo squamuloso), Cooke Ill. t. 369. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, sicco, glabro; stipite solido, æquali, incurvo, levi, supra annulum integrum furfuraceo; lamellis adnatis, confertis, e luteo fulvis; sporis ovatis vel uno apice apiculatis, 7-9 ≃ $4^1/_2$-5. 3112

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum Europæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes 4 cm. long., 8 mm. crassus. Simplex, minor, lutea.

68. **Pholiota tuberculosa** Fr. Syst. Myc. I, p. 244, Hym. Eur. p. 223, Ic. t. 104, f. 2, Cooke Ill. t. 370, Wahl. Svec. l. c., Weinm. Ross. p. 200, Passer. Parm., Schaeff. t. 79 (haud bene), *A. curvipes* P. (senior sine annulo), minime Secr. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, sicco, in squamulas innatas adpressas diffracto; stipite cavo, incurvo, curto, bulboso, fibrilloso; annulo submembranaceo, deciduo; lamellis emarginatis, latis, serrulatis, flavidis, subcinnamomeis; sporis ochreo-ferrugineis (sub micr. flavidis), ellipsoideis, sæpissime inæquilateralibus, 8-10 ≃ 4-5. 3113

*Hab.* ad truncos ramosque arborum frondosarum, præcipue Betulæ, per quarum epidermidem erumpit solitaria, in Europa et pr. Minussinsk in Sibiria. — Pileus $2^1/_2$-6 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Compacta, flava, pileo luteo-fulvo. Sporæ lamellas decolorantes.

69. **Pholiota hormophora** Mont. Syll. Crypt. n. 370. — Pileo carnoso, convexo, late umbonato, margine primitus inflexo, pallide lutescenti (ex icone), maculis rubris aut squamulis instructo; stipite basi bulboso apice incrassato, intus anfractuoso-celluloso, extus nudo vix striato; annulo integro reflexo, demum evanescente lamellisque affixis latis attenuatis e luteo ferrugineis; sporis luteo-ferrugineis, oblongis, minutis, vix 10 μ. longis. 3114

*Hab.* e cortice erumpens in truncis ad terram dejectis Columbus Amer fœder. (Sullivant). — Gregaria. Pileus junior conico-campanulatus, 3-5 cm. diam.; annulus contextus, ferrugineus, re-

flexus, 1,5 mm. latus, tenuis et membranaceus; stipes 4-6 cm. longus, 4-5 mm. medio crassus, basi bulbosa ligno affixus. Locus prope *Ph. tuberculosam* Schaeff., a quo stipitis fabrica nec non forma sporarum ut plurimum differt.

70. **Pholiota curvipes** Fr. Epicr. p. 168, Monogr. I, p. 316, Hym. Eur. p. 223, Ic. t. 104, f. 3, Cooke Ill. t. 370, Kickx p. 166. *A. curvipes* Alb. et Schw. n. 471 (non Pers.) huc spectare videtur, *A. muricatus* b. Fr. S. M., Batt. t. 22 *A.* (stipite elongato subnudo). — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, in squamas floccosas adpressas lacero; stipite subfistuloso, tenui, incurvo, fibrilloso annuloque floccoso-radiato flavis; lamellis adnatis, latis, albo-lutescentibus, demum fulvis; sporis subellipsoideis, inæquilateralibus, uniguttulatis, flavescentibus (s. micr.), 6-7 = 3-4. 3115

*Hab.* ad ligna arborum frondosarum, Populi, Rosæ etc. etiam Betulæ in Europa et pr. Minussinsk in Sibiria. — Inter proximas media; stipes 2-3 cm. longus, 2-3 mm. crassus, æqualis v. deorsum attenuatus, tenax; pileus eumorphus, luteo-fulvus, tenax, tenuis, non hygrophanus, nec ut sq. subdepressus, irregularis, fragilis. Variat lamellis acie floccoso-crenatis.

71. **Pholiota kolaënsis** Karst. Mycol. Fenn. p. III, p. 118. — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, luteo, indumento obscure ferrugineo vel cinnamomeo prædito; stipite incurvo, curto, deorsum ferrugineo squamisque fibrillosis squarroso, basi villoso, lutescenti; lamellis primitus lutescentibus. 3116

*Hab.* prope oppidum Kola Lapponiæ rossicæ, parce. — Per epidermidem Salicis solitaria erumpit. Species pusilla; pileus 1 cm. latus; stipes 0,5 cm. altus. — Ulterius inquirenda.

72. **Pholiota cruentata** Cooke et Smith. Grev. XIII, p. 58, Cooke Ill. t. 502. — Pileo carnoso, convexo, demum expanso, obtuso, sicco, luteo, in squamas adpressas obscuras secedente; margine incurvo; stipite cum pileo concolore, curvo, solido, basi attenuato radicatoque, obscure rubro-brunneo atque deorsum sparsim squamuloso; carne pallide lutea demum in cinnabarinum vergente; lamellis subdistantibus, emarginatis, demum a stipite separatis, e luteo argillaceis. 3117

*Hab.* in quercetis et in terra adusta Britanniæ (W. G. Smith). — Pileus circiter 5 cm. latus e luteo ruber; stipes 5 cm. long., 6 mm. sursum crassus; lamellæ 4 mm. vel utra latæ. Affinis *Ph. tuberculosæ* atque *Ph. curvipedi*. Sapor insipidus.

73. **Pholiota muricata** Fr. Obs. 2, p. 12, Hym. Eur. p. 223, Quél. et 3118

Le Bret. Champ. t. 1, f. 2 (forma gracilis), Weinm. p. 201, Kickx p. 166, Quél. p. 231, *A. asperatus* Berk. e Ceylonia et Carolina vix differt, teste Fries. — Pileo carnosulo, convexo-expanso, obtuso umbilicatove, sicco, floccis fasciculatis innatis squamuloso-muricato granulosove; stipite e farcto fistuloso, tenui annuloque fugaci, infero squamosis; lamellis adnexis, secedentibus, latis, tenuibus, flavis.

*Hab.* ad truncos putridos Fagi in Europa. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Tenuitate pileique indumento ferrugineo in fundo luteo admodum distinctus; stipes demum fuscus, dense fibrillosus; lamellæ demum cinnamomeæ e sporis obscuris.

74. **Pholiota tersa** Fr. El. p. 28, Hym. Eur. p. 224. — Pileo carnosulo, convexo-plano, adpresse squamuloso, unicolore; stipite farcto, elongato, æquali, deorsum ferrugineo; lamellis liberis, linearibus, e lutescenti-pallido ferrugineis. 3119

*Hab.* in Scaniæ fagetis ad folia etc. — Valde diversa, flava. Pileus 6 cm. circiter latus; stipes 10-13 cm. longus, 4-6 mm. crassus; lamellæ 3-4 mm. latæ; annulus fugax.

75. **Pholiota luteifolia** Peck 27 Rep. p. 94. — Pileo firmo, convexo, sicco, squamuloso, margine fibrilloso, pallide rubro vel luteo; stipite firmo, fibrilloso, solido, pileo concolore, sæpe incurvo; annulo obsoleto; lamellis latis, subdistantibus, emarginatis, acie denticulatis, e luteo nitide ferrugineis; sporis nitide ferrugineis, 8 ⩲ 4. 3120

*Hab.* ad truncos Betulæ Forestburg Amer. fœder. — Subcæspitosa, 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. Generali aspectu *Trich. variegatum* refert aut formas rubescentes *Trich. mullipuncti*. Color rubescens ætate interdum pallescit.

76. **Pholiota trichocephala** Trog. in Wint. Pilzfl. I, p. 853. — Pileo firmo, campanulato, demum explanato, obtuso, squamulis nitentibus, piliformibus, stramineis consperso; stipite solido, basi incrassato, glabro, annulo carente (?); lamellis liberis, distantibus, albis, dein ferrugineis. 3121

*Hab.* ad ligna in Helvetia.

***) *Hygrophanæ:* lamellis cinnamomeis (nec primo flavis).

77. **Pholiota Paxillus** Fr. Epicr. p. 168, Hym. Eur. p. 224, Batt. t. IX, *D*, Paul. t. 148 bis, Bull. t. 543, f. Q. [sed colores potius *Ph. mutabilis*]. Cfr. Schum. n. 1666, qui cæspitosus, stipite sursum luteo. 3122

— Pileo subcompacto, e gibbo-convexo expanso, levi, udo, subrepando; stipite solido, elato, valido, subattenuato, glabro, annulo angusto patulo; lamellis decurrentibus, confertis, latis, cinnamomeis.

*Hab.* ad truncos frondosos Europæ solitaria. — Maxima 8-14 cm. metiens, firma, tota cinnamomea, pileus udus expallens, siccus sericeus, demum circa centrum depressus.

78. **Pholiota sublutea** Vahl Fl. Dan. t. 1192, Sommerf. Lapp. p. 260, Fr. Hym. Eur. p. 224. — Pileo carnoso, tenui, explanato, umbonato, squamuloso, udo margine striato; stipite farcto, glabro, luteo, basi incrassato, annulo patulo; lamellis decurrentibus, confertis, cinnamomeis. 3123

*Hab.* ad truncos Betulæ in Europa. — Subcæspitosa, major, 8 cm. metiens; pileo luteo, squamis obscurioribus.

79. **Pholiota dissimulans** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1940, Cooke Ill. t. 371. — Pileo primum erebio, campanulato obtusissimo, vix viscidulo, hygrophano, demum explanato, albido, margine involuto; stipite deorsum incrassato, candido, basi gossypino; annulo erecto ut plurimum persistenti; lamellis pallidis argillaceis, sinuato-adnatis, demum decurrentibus. 3124

*Hab.* ad ramulos Cratægi et Pruni Hothorpe Britanniæ. — Pileus 2,5 cm. latus, primo ut in *P. erebia* coloratus, dein pallidus et expansus.

80. **Pholiota Cookei** Fr. in Grev. V, p. 56, Ill. t. 354. — Pileo carnoso, e conico convexo, udo viscido, squamis obscurioribus adpressis consperso, sordide helvolo; stipite solido æquali, fibrilloso, inferne rufo-brunneo; annulo tenerrimo; lamellis adnatis, leviter ventricosis, demum brunneis. 3125

*Hab.* ad terram Dinmore et Derbyshire Britanniæ, in Italia et Gallia. — Pileus 5 cm. latus; stipes 5 longus, 4,3 mm. crassus. *Ph. sublutea* proxima.

81. **Pholiota phalerata** Fr. Epicr. p. 169, (ad specimina rossica), Monogr. I, p. 318 (ad spec. suecica), Hym. Eur. p. 224, Ic. t. 105. f. 1, Quél. t. 7, f. 1. — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, glabro sed squamis superficialibus, secedentibus, pallidis adsperso, flavo; stipite e farcto cavo, fibrilloso v. squamis piloso-fasciculatis vestito, supra annulum distantem adpresse flocculoso; lamellis adnato-decurrentibus, demum cinnamomeis. 3126

*Hab.* ad terram supra acus etc. in Europa. — Stipes 8-11 cm. longus, 6 mm. crassus. Ut hygrophana in hac sectione collocata. Habitus *A. squamosi* Fl. Dan. t. 2077.

82. **Pholiota confragosa** Fr. Epicr. p. 169, Hym. p. 224, Ic. t. 105, f. 2, Berk. et Br. n. 1232. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, obtuso, flocculoso-leproso, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, æquali, infra annulum membranaceum patulum fibrilloso; lamellis adnatis, confertissimis, rufis; sporis subellipsoideis v. sphæroideo-ellipsoideis, flavescentibns, 5-6 ≃ 3-5 v. 12 ≃ 5. 3127

*Hab.* ad truncos putridos Europæ, in fagetis Smolandiæ, sed Upsaliæ ad Abietes. — Nobilis, fragilis, subcæspitosa. Pileus 7 cm. usque latus; stipes 8 cm. longus, 4-6 mm. crassus, flexuosus, undique ferrugineo-pallens, supra annulum striatus nec pulverulentus. Larberii t. X, f. 4 staturam et colorem exhibet.

83. **Pholiota eriogena** Fr. in Pl. Preiss. II. p. 132. — Pileo carnoso, tenui, convexo, glabro, ferrugineo; stipite fistuloso, gracili, basi mycelio densissimo lanato cincto; annulo lacero; lamellis adnatis, confertis, cinnamomeis. 3128

*Hab.* ad truncos in Australia (Preiss). — Affinitas hujus cum variis speciebus e sectione Truncigenarum, lamellis cinnamomeis, perconspicua est; etiam cæspitosa nascitur, tamen ab omnibus et singulatim a proxima *Ph. confragosæ*, quam statura et coloribus refert, indumento stipitis peculiari et pileo glabro certe distincta.

84. **Pholiota mutabilis** Schaeff. t. 9 (*Agar.*), Fr. S. M. I, pag. 245 Hym. Eur. p. 225, Sverig. ätl. Svamp. t. 47, Cooke Ill. t. 355, Weinm. pag. 201, Lenz f. 20, Krombh. t. 73, f. 7-9 *a*. Berk. t. 8, f. 3, Hussey II, t. 27, Kickx p. 166, *A. caudicinus* Pers., Secr. n. 74, 75, Bull. t. 543, O. P. R. — Pileo carnoso, convexo-explanato, glabro, expallenti, margine tenui; stipite e farcto cavo, rigido, squamoso-squarroso, deorsum ferrugineo-nigricanti; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, latiusculis, e pallido cinnamomeis; sporis ellipsoideo-obovoideis, flavescentibus 7-12 ≃ 4-6. 3129

*Hab.* vulgata ad truncos arborum frondosarum, raro ad terram in Europa, Amer. fœder. pr., Minussinsk in Sibiria et in Tasmania. — Cæspitosa. Pileus circiter 5 cm. latus, umbonato-gibbus, cinnamomeo-expallens; variat depressus et rarius squamulis secedentibus tectus. Valde mutabilis etiam seposita sq., in fagetis serotina, major etc. «Stockschwamm» Germanorum non hæc, sed *Arm. mellea*. Fl. Dan. t. 2076, f. 1 media inter hanc et sq.

85. **Pholiota marginata** Batsch f. 207 (*Agar.*), Secr. n. 76, Berk. Outl. p. 151, Fr. Hym. Eur. p. 225, Cooke Ill. t. 372, Pat. t. 188, *A. caudicinus* β, γ. Pers. Krombh. l. c. f. 5, 6, *A. mutabilis* b. c. Fr. S. M. — *B. A. mutabilis* Batsch f. 208, minor, obscurior (certe non 3130

*Ph. mycenoides*). — Pileo carnosulo, convexo-expanso, glabro, udo, hygrophano, margine striato; stipite fistuloso, molli, haud squamoso, supra annulum fugacem pruinoso, basi obscuriore albo-velutino; lamellis adnatis, confertis, angustis, aquose cinnamomeis; sporis ellipsoideo-obovoideis, dilute flavescentibus, 6–7 ≃ 3–4, v. 10–14 ≃ 4–6 (Britz.)

*Hab.* ad truncos et acus Pini, gregaria v. solitaria, ubique in Europa et pr. Minussinsk in Sibiria. — Priori affinis sed notis datis, substantia et colore magis aquosis etc. facile distincta et omnino constans. Velum sæpe cortinatum. Stipes subfibrillosus striatulusve, 6 cm. longus, 2–5 mm. crassus.

86. **Pholiota mustelina** Fr. Epicr. p. 169, Hym. Eur. p. 225, Luc. Suit. Bull. t. 87, Cooke Ill. t. 356, Quèl. p. 94, Mich. t. 80, f. 6, *A. xylophilus* Secr. n. 83, excl. syn. Weinm. p. 203, β hujus videtur varietas minor, lamellis albido-serrulatis. — Pileo carnosulo, campanulato, convexo, levi, glabro, sicco; stipite fistuloso, levi, pallido, supra annulum superum reflexum albo-farinaceo, basi incrassato et albo-villoso; lamellis adnatis, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis. 3131

*Hab.* ad ligna Pini, rara et solitaria in Europa. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes vix 2,5 cm. longus; pileus luteus, ochraceus, vix non hygrophanus.

87. **Pholiota unicolor** Vahl Fl. Dan. t. 1071, f. 1, Sommerf. Lapp. p. 261, Bull. t. 530, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 225, Cooke Ill. t. 356. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, subumbonato, glabro, leviusculo, hygrophano; stipite e farcto fistuloso, subglabro, concolore; annulo tenui integro; lamellis adnato-secedentibus, latis, subtriangulis, ochraceo-cinnamomeis. 3132

*Hab.* ad truncos, ramulos etc. passim in Europa et prope M. Boschberg et Natal Africæ australis. — Subcæspitosa, pusilla, e badio ochracea, demum margine striata. Pileus 2–2½ cm. latus; sporæ 9–10 ≃ 5.

88. **Pholiota acericola** Peck 27 Rep. p. 77. — Pileo tenui, disco excepto, late convexo, glabro, rugoso-reticulato vel corrugato, hygrophano, luteo; stipite æquali vel basi incrassato, cavo, fibrilloso-striato, albo; annulo amplo, membranaceo, persistenti, deflexo, vulgo sporis pulverulento; lamellis confertis, emarginatis e griseo ferrugineo-brunneis; sporis ellipsoideis, 9 ≃ 6. 3133

*Hab.* ad truncos acerinos muscosos in silvis, North Elba Amer. fœder. — Statura 8–10 cm. metiens, pileus 5–8 cm. latus, stipes

6–10 mm. crassus. Ob mollem annulum atque pileum lacunosum hæc species facilis recognitu est.

89. **Pholiota albo-crenulata** Peck 25 Rep. p. 77. — Pileo carnoso, firmo, convexo vel campanulato, subumbonato, viscido, squamis obscuro-brunneis vel albido-floccosis rugoso, lutescenti-brunneo; stipite firmo, æquali vel sursum leniter attenuato, interdum incurvo, farcto vel cavo, infra annulum evanescentem squamoso pallidoque sursum albo vel leniter furfuraceo; lamellis latis, subdistantibus, emarginatis, acie albo-crenulatis; sporis subellipsoideis, 11 ≃ 6. 3134

*Hab.* ad basim truncorum muscosorum Aceris in silvis, in montibus Adirondack Amer. fœder. — Maior, admodum rara, nonnihil varians. Pilei squamæ interdum evanescentes, unde ejus superficies maculis obscuris apparet inspersa; sporæ utrinque subacutæ, inæquilaterales. Sub lente lamellarum acies globulis lacteis minutis prædita.

C. Muscigenæ: Galeriformes, annulatæ, hygrophanæ.

90. **Pholiota pumila** Fr. El. p. 29, Hym. Eur. p. 226, Ic. t. 105, f. 4, Cooke Ill. t. 503, Weinm. p. 204, Berk. Outl. p. 152 [*A. pumilus* Pers. omnino anceps, hæc exannulata v. *N. pediades*]. — Pileo carnosulo, hemisphærico, obtuso, levi; stipite fistuloso, tenui, subfibrilloso; annulo cinguliformi, subfugaci; lamellis adnatis, confertis, latis, flavido-pallidis. 3135

*Hab.* in campis muscosis Europæ et N. S. Wales Australiæ, serotina. — Species eximia, subgregaria, colore *Gal. Hypnorum*, sed carnosior, pileus 6–9 mm. latus; stipes 2–4 cm. longus, 2–3 mm. crassus; lamellæ 4–7 mm. latæ; sporæ 8–10 ≃ 5–6. Lasch n. 362, β. huic proxima, sed pileus applanatus, 4–5 cm. latus.

91. **Pholiota muscigena** Quél. 14 suppl. p. 4, tab. XII, fig. 5. — Melea, dein flavo-ochracea; pileo campanulato, mammillato, tenui, hygrophano, margine striato; stipite gracili, fistuloso, flexuoso, fibrilloso, striolato, apicem versus pruinoso, basi gossypino; lamellis adnatis, subdecurrentibus, triangularibus, tenuibus, stramineis, dein ochraceis; sporis amygdaliformibus, guttulatis, 8–9 μ. diam., aureis. 3136

*Hab.* ad muscos in turfosis prope Bordeaux (Merlet). — *P. unicolori* et *mycenoidi* affinis. Pileus 12 mm. latus.

92. **Pholiota mycenoides** Fr. S. M. I, p. 246, Hym. Eur. p. 226, Quél. Ass. 1885, f. 5, Cooke Ill. t. 503, Lasch n. 362, Secr. n. 80, Batsch f. 208 habitum bene refert, sed ad n. 85 certe pertinet. — Pileo membranaceo, e campanulato convexo, undique striato, hygrophano 3137

stipiteque fistuloso, tenui, ferrugineo glabris; annulo membranaceo albo; lamellis adnatis, subdistantibus, ferrugineis; sporis ovoideo-ellipsoideis, subflavis, 8–10 ≃ 5–6.

*Hab.* in paludibus turfosis et sphagnosis Europæ borealis et pr. Somerset Africæ australis (Mac Owan). — Eximia, tenella, vegeta ferruginea, sicca fulvens v. pallens, stipite obscuriore, 3–4 cm. longo, 1 mm. crasso; pileo 1–1½ cm. lato.

93. **Pholiota rufidula** Kalchbr. in Fr. Hymen. Eur. p. 226. — Pusilla; pileo carnosulo, e convexo plano, centro depresso, exstrio, e velo albido circa marginem floccoso, rufidulo-testaceo, hygrophano; stipite fistuloso, laxe albo-fibrilloso, aquose rufescente, annulo supero, membranaceo, subpersistenti; lamellis adnatis, linearibus, ramosis, subdistantibus, rufidulis. 3138

*Hab.* in hortis Hungariæ superioris vernalis. — Pileus siccus argillaceus, circa umbilicum plerumque livescens; sporæ 8–10 ≃ 4–6. Odor nullus, sapor mitis.

**LOCELLINA** Gill. Champ. Fr. p. 428 (1874) (Etym. *locellus* ob volvam bursiformem), *Acetabularia* Berk. Austral. Fungi pag. 389 (1880), Sacc. Syll. Hym. p. 6, nec Lamour. — Stipes basi volva discreta præditus. Hymenophorum discretum. Lamellæ liberæ vel adnatæ. Sporæ pallide fulvæ vel brunneæ. — *Volvariæ* et *Chitoniæ* analogum genus.

1. **Locellina acetabulosa** (Sow.) Sacc. *Ag. acetabulosus* Sow. t. 303, Cooke Ill. t. 345. — Pileo convexo, margine præsertim striato, ochraceo-brunneo, 2,5 cm. lato; stipite 5 cm. longo, albo, æquali, cavo, volva cupuliformi albida basi prædito; lamellis liberis, angustis, glanduloso-hispidis, ochraceo-brunneis; sporis argillaceo-fulvis. 3139

*Hab.* ad Bank of Thames, Millbank Britanniæ.

2. **Locellina Alexandri** Gill. Champ. Franc. p. 429 cum tab. — Pileo carnoso, convexo-papillato, margine attenuato, levi, glabro, viscidulo, flavo-alutaceo, 2–3 cm. lato, margine fibrilloso-cortinato; stipite fistuloso-æquali vel basi leniter incrassato, albo, striato-fibrilloso, sursum cinnamomeo-cortinato; volva discreta alba, inæqualiter fissa; lamellis copiosis, horizontalibus, adnatis, 4–5 mm. latis, carneo-ochraceis, senio secedentibus; sporis pallide ochraceis, ovato-oblongis. 3140

*Hab.* ad pedem Fagi in silvis Ecouves, Orne Galliæ (Alexandre).

— Doct. Quélet (Enchir. p. 78) lusum volvatum *Cortinarii delibuti* censet sed demonstratio deest.

3. **Locellina cycnopotamia** Berk. Austral. Fungi p. 389 (*Acetabularia*). — Lamellis pallide cervinis levibus; stipite corneo; sporis 8-10 μ. diam. 3141

*Hab.* ad Swan River Australiæ (Drummond). — Pileus 2 cm. latus; stipes 3 cm. longus, circiter 1 mm. crassus; lamellæ circa stipitem areolam liberam relinquentes; volva ex intricatis fibris contexta, centro obscure maculata.

**INOCYBE** Fr. S. M. I, p. 254 (Etym. *is, inos* fibrilla, *cybe* caput, pileus). — Velum universale subfibrillosum, cum cuticula pilei concretum, margine sæpe liberum, cortinæforme. Lamellæ subsinuatæ (sed occurrunt etiam adnatæ et in duabus ultimis decurrentes), decolorantes, nec cinnamomeo-pulverulentæ. Sporæ sæpe scabræ, sed in aliis leves, plus minus fusco-ferrugineæ.

Genus quam maxime naturale inter Cortinarios et alios Agariceos medium. Ab *Hebelomatibus* affinibus differt pileo sericeo-fibrilloso non pelliculoso. Cl. Britzelmayr species asterosporas in subgenere proprio (*Clypeus*) recte enumerat.

I. *Squarrosæ*: pileo primitus squarroso stipiteque squamoso concolore subfuscis.

*) *Leiosporæ:* sporis levibus (v. ignotis).

1. **Inocybe Hystrix** Fr. Epicr. p. 171, Monogr. I, p. 334, Hym. Eur. p. 228, Ic. t. 106, f. 1, Cooke Ill. t. 424. — Pileo carnoso, convexo-plano stipiteque solido, firmo, sursum incrassato, annulari-zonato squarrosis, squamis floccosis revolutis; lamellis late adfixis, confertis, linearibus, e griseo fuscis. 3142

*Hab.* in fagetis Europæ. — Major, 6-8 cm. metiens, statura *Ph. squarrosæ*, murina, carne alba; sporæ ovato-piriformes, 10-13 = 5.

2. **Inocybe calamistrata** Fr. S. M. l. c. Berk. et Br. n. 1234, Hym. Eurp. p. 228, Ic. t. 106, f. 2, Gill. Ch. Franc. c. ic. — Pileo carnoso, tenui, campanulato, obtuso stipiteque solido, rigido, basi cæruleo, squamis rigidis recurvatis, undique squarrosis; lamellis adnexis, ex albo ferrugineis. 3143

*Hab.* in pinetis montosis Europæ borealis. — Graveolens, umbrina, carne rubente; lamellarum acies crassa, insigniter albicans;

sporæ subreniformes, leves, 10-11 μ. longæ. Homonymus Secr. n. 315 levior, pallidior, saltem varietas.

3. **Inocybe hæmacta** Berk. et Cooke in Grevillea XI, pag. 70, Ill. t. 390. — Pileo umbrino, carnoso, compacto, obtuso, campanulato, floccoso-fibrilloso, disco subsquamoso, obscuriore; stipite solido, glabro, parce fibrilloso, albido, basi æruginoso, subæquali; lamellis adnatis, pallidis, demum argillaceis; carne tacta vel diffracta rufo-sanguinea; sporis ovato-ellipticis, levibus, 10 ≃ 6. 3144

*Hab.* ad terram in pratis prope Credinhill Court Britanniæ. — Pileus circ. 2,5 latus; stipes 5 cm. longus, 6,5-8,5 mm. crassus. *Inocybæ calamistratæ* affinis at vix squarrosa.

4. **Inocybe? pollicaris** Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 68. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, squamis muricatis squarroso, alutaceo-fuscescenti, vix 1 cm. lato; stipite æquali, flocculoso minute squarroso, pileo concolori, vix 3 cm. lato; lamellis adnexis, confertis, ventricosis, cinnamomeo-fuscescentibus (siccis subatris); sporis late ellipsoideis, fuscescentibus, pellucidis 3-5 ≃ 2-3. 3145

*Hab.* in calidariis Helsingfors Fenniæ (W. Nylander).

5. **Inocybe squamigera** Britz. Hym. Südb. IV, p. 153, f. 173. — Pileo obcampanulato, demum expanso, squamis numerosis minutis obsito, croceo, pallide flavo-rufo; stipite concolori sursum verruculoso, fibrilloso, squamoso; lamellis adnatis, distantibus, brunneolis; sporis 8 ≃ 4, levibus. 3146

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Odor nullus. *Inoc. hirsutæ* proxima.

6. **Inocybe dulcamara** Alb. et Schw. n. 489 (*Agar.*), Brigant. t. 4, f. 3, Quél. Jur. t. XII, f. 4, Bern. Roch. t. 20, f. 4 (excl. *A. lucifugo*), Fr. Hym. Eur. p. 228, Cooke Ill. t. 582, Pat. t. 540, *A. æstivalis* squamis squarrosis, lamellis obscurioribus, L. c. Secr. n. 306, *B. autumnalis* A. S. squamis adpressis, lamellis dilutioribus, Batt. t. 18, A. Secr. n. 307, *A. uniformis* Pers. Ic. t. 15, f. 1. — Pileo carnosulo, convexo-umbonato, piloso-squamoso; stipite subcavo, cortinato-fibrilloso squamulosoque, apice farinaceo; lamellis arcuato-adfixis, ventricosis, e pallido olivaceis; sporis ovoideis levibus, 8-10 ≃ 5. 3147

*Hab.* in pinetis Europæ, gregaria. — Minor, pileo olivaceo-fusco, carne albo-lutescenti.

7. **Inocybe plumosa** Bolt. t. 33 (*Agar.*), Fr. Mon. I, p. 337, Hym. Eur. p. 228, Cooke Ill. t. 425, *A.* Weinm. n. 307. — Pileo carnosulo, convexo-plano, disco e floccis erectis fasciculatis squarroso, mar- 3148

gine fibrilloso; stipite e farcto cavo, gracili, flexuoso, flocculoso-squamoso, apice nudo (non albo-pruinoso); lamelli s subadnatis, vix confertis, subventricosis, integerrimis, albido-fuligineis.

*Hab.* in pinetis humidis Europæ. — Pileus 4 cm. latus; stipes 11 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 8-9 ≃ 4-5, leves. Murina, haud lutescens nec intus rubens, reliquis mollior. Odor debilis, non ingratus. Cfr. Pers. M. E. 3, n. 325. — * **I. Kalchbrenneri** Hazsl. Comm. in ic. Kalch., *I. plumosa* Kalchbr. Hung. t. XXII, f. 2. A typo differt lamellis angustis, attenuatis. In Hungaria.

8. **Inocybe cincinnata** Fr. S. M. I, p. 256, Hym. Eur. p. 228, Bres. 3149
Trid. t. 51, f. 2, Pat. t. 541, Secr. n. 178, Quél. p. 152, t. XII, f. 3. — Pileo carnosulo, convexo-plano, squarrose squamoso; stipite solido, tenui, squamoso lamellisque adnexis, confertis, ventricosis, fusco-violaceis; sporis granulatis vel irregularibus.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Pileus 1-1½ cm. latus; stipes 4 cm. longus; sporæ ovoideo-apiculatæ, leves, 8-10 ≃ 5. Species homonyma in Cooke Ill. t. 425 sporis verrucosis differt.

9. **Inocybe alienella** Britz. Derm. et Mel. p. 154, fig. 19. — Pileo 3150
fibrilloso-squamoso, pallide flavo-rufo; stipite subsquamuloso, farcto; carne albida, prima ætate violacea; lamellis adnexis, subinde subadnatis, rufis, dein bru nneo-violaceis, acie pallide brunnea, confertiusculis; sporis globoso-oblon gis, 10-12 ≃ 6, levibus.

*Hab.* in silvis Bavariæ au stralis. — Pileus 3 cm. et ultra latus; stipes 4 cm. longus, 5 mm. crrassus *Inocybæ cincinnatæ* proxima.

10. **Inocybe hirsuta** Lasch n. 577, Fr. Monogr. I, p. 336, Hym. Eur. 3151
p. 227, Quél. p. 151, *A. cervicolor* Pers. Syn. p. 325, e descr. exacte. — Pileo carnosulo, e conico campanulato, acuto, squamis piloso-fasciculatis squarroso; stipite solido, gracili, fibrilloso, apice floccoso-squamoso, basi virescente; lamellis adnexis, angustis, e pallido fuscescentibus.

*Hab.* in fagetis humidis Europæ. — Pileus 12-17 cm. latus, fuscus v. fusco-ochraceus, disco interdum virenti; stipes 7-8 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

11. **Inocybe relicina** Fr. S. M. I, p. 256, Hym. Eur. p. 228, Berk. 3152
Engl. Fl. V. p. 96, Quél. p. 151. — Pileo carnoso, tenui, conico-expanso, obtuso, squamis tomentosis squarroso; stipite solido, molli, æquali, floccoso-squamoso; lamellis adnexis, confertis, e luteo olivaceis.

*Hab.* in pinetis montosis sphagnosis Europæ. — Pileus 2-3 cm.

latus; stipes 6 cm. longus, 4-5 mm. crassus. Major, eximia, fuliginea; odor obsoletus.

**) *Goniosporæ:* sporis angulosis.

12. **Inocybe adunans** Britz. Derm. et Mel. p. 149, fig. 124. — Pileo convexo vel obcampanulato, demum expanso, subinde umbonato, adpresse v. squarrose fibrilloso-squamoso, rufo-brunneo; stipite sursum albido-maculato, deorsum obscure rufo, fibrilloso-aspero, semper farcto; carne albida, rufescenti; lamellis subadnatis, plerumque ventricosis, numerosis, brunneo-carneis; sporis globoso-angulatis, 10 ≃ 6. 3153

*Hab.* in silvis ad truncos putrescentes humi jacentes in Bavaria australi. — Pileus 4 cm. latus; stipes 3-6 cm. longus, 4-5 mm. crassus; odor nullus.

13. **Inocybe leucocephala** Boud. Bull. Soc. bot. Fr. vol. 32, p. 282 (1885). — Pileo albo, convexo, ubique squamis pilosis concoloribus, reflexis obsito, margine tomentoso; stipite concolori, brevissimo, farcto, basi vix incrassato flavoque, fibroso et subfloccoso; lamellis liberis, subventricosis, primo albis dein roseis, ultimo flavidis; sporis polygonis, tuberculatis, 9-11 ≃ 6-8, subhyalinis. 3154

*Hab.* in arenosis umbrosis inter muscos Montmorency Galliæ. — Habitus *Naucoriæ*. Fungus 2-2,5 cm. altus, stipes 1-2 cm. longus.

14. **Inocybe lanuginosa** Bull. t. 370 (*Agar.*) (lamellis rufescentibus recedens), Fr. S. M. I, p. 257 pr. p. El. p. 32, Hym. Eur. p. 227, Pat. tab. n. 550, Berk. Outl. p. 153, Vaill. Par. t. 13, f. 4-6, *A. flocculentus* Poll. 3, p. 288, *A. horridulus* Lasch n. 378, *A. cervicolor* Secr. n. 305 et ut videtur Pers. Ic. t. 8, f. 4. — Pileo carnosulo, hemisphærico-expanso, obtuso, floccoso-squamoso, squamis disci erectis muricatis squarroso; stipite solido, tenui, squamoso-fibrilloso, apice albo-pulverulento; lamellis secedentibus, tenuibus, ventricosis, denticulatis, pallido-argillaceis. 3155

*Hab.* ad terram in fagetis Europæ et Australiæ occidentalis frequens. — Ex umbrino lutescens, regularis, vix olens. Pileus 2 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2-5 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ angulosæ, ochraceæ, 8 μ. longæ. *I. lanuginosa* in Cooke Ill. t. 582. *A.* diversam speciem sistit; sporæ enim subnaviculares leves 10-12 ≃ 5.

II. *Laceræ:* pileo squamoso- vel fibroso-lacerato (non rimose fisso); stipite colorato, pileo pallidiore, fibrilloso.

*) *Lejosporæ:* sporis levibus (v. in sp. ultima ignotis).

15. **Inocybe piriodora** Pers. Syn. p. 300 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 228, S. M. I, p. 255, Cooke Ill. t. 472, Pat. t. 528, Bern. Roch. t. 20, f. 3, Bres. Trid. t. 52, Weinm. p. 185, Secr. n. 300, Berk. Engl. Fl. V, p. 96, Bull. t. 532, f. 1, major. — Pileo carnoso, conico-expanso. umbonato, adpresse fibroso-squamoso; stipite solido, firmo, æquali, cortinato-fibrilloso, pallescenti, apice pruinato, intus rubescenti; lamellis emarginatis, subdistantibus, ex albo-sordido subcinnamomeis. 3156

*Hab.* ad vias etc. Europæ, præcox. — Odor gratus pirinus v. Violæ; pileus e fusco ochraceo-pallescens, 2½-6 cm. latus, carne rubenti; stipes 6 cm. longus, 8-9 mm. crassus; sporæ 10-14 ≃ 6-8 leves.

16. **Inocybe violascens** Quél. 14 suppl. p. 4, t. XII, fig. 6. — Pileo campanulato, conico, tenui, fissili, fibrilloso-ruguloso, castaneo apice lilacino; stipite cavo, sericeo, albo, apice striato et lilacino, cortina annulari sericea, albida; carne alba sericella, stipitis ad apicem amœne violacea, acri, virosa; lamellis adnatis, angustis, lilacinis, dein fuligineis; sporis ovatis, 12-15 μ. d. flavis. 3157

*Hab.* cæspitosa in graminosis Saintonge Galliæ (B. Brunaud). — *I. corydalinæ* affinis, *I. geophylæ* var. *violaceæ* similis. Pileus 2,5 cm. latus.

17. **Inocybe corydalina** Quél. Jura III, p. 543, t. V, f. 10, Pat. tab. 532. — Pileo campanulato, dein expanso, 5 cm. lato, fissili, albido, radiato-fibrilloso, umbone virenti nitido; stipite fibroso-carnoso, fragili, curvo, basi dilatato, striato, pruinoso, albido; lamellis adnato-emarginatis, albidis dein pallide brunneis, acie undulata alba; sporis ovoideis brunneis, 10 μ. longis. 3158

*Hab.* solitarie in silvis collinis umbrosis, Jura Galliæ. — Caro albida Corydalim grave et persistenter redolens.

18. **Inocybe incarnata** Bres. Fungi Trident. p. 49, tab. LIII, Cooke Illustr. t. 473. — Pileo carnoso e convexo-campanulato expanso et gibboso vel late umbonato, e fibrilloso squamuloso, margine fimbriato-villosulo, flavido rufescenti carneove tincto, 6-8 cm. lato; lamellis confertis, postice sinuato-adnatis, latis, acie subfimbriata, ex albido cinereo-cinnamomeis, demum rubro-maculatis vel ex integro rubescentibus; stipite solido basi attenuato-subradicato, subfibrilloso, carneo-roseo, apice albo furfuraceo, 6-8 cm. longo, 10-15 cm. crasso. 3159

*Hab.* in silvis abietinis solo calcareo, rara, sed suis locis quo-

tannis obvia, Valle di Sole Trento et pr. Bristol et Dinedor Britannicæ. — Caro pilei alba, fracta intense rubescens, stipitis jam primitus rubra, odore forti gratissimo, pirino, persistenti prædita, sapore miti. Sporæ late subovatæ, intus minutissime granulosæ, 9-11 ≃ 6-7; basidia clavata 40 ≃ 8; cystidia fusoidea, fuscidulo-muricellata, 55-65 ≃ 15-20. Habitus *In. piriodoræ.*

19. **Inocybe albidula** Britz. Hym. Südb. IV, p. e53, f. 164. — Pileo 3160
obcampanulato, dein expanso, fibrilloso, vix squamuloso, flavo-albido roseo maculato; stipite concolori, filamentoso; lamellis remotiusculis albo-flavidis, dein flavo-brunneis, acie demum rufescenti; carne alba; sporis 10 ≃ 6, levibus.

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 2. cm. latus; stipes 1 cm. et ultra longus, 2 cm. latus; odor gravis. *Inocybæ incarnatæ* Bres. proxima.

20. **Inocybe scabra** Müll. in Fr. S. M. I, p. 255, Hym. Eur. p. 228, 3161
Cooke Ill. t. 391, Pat. t. 539, Sow. t. 20, Berk. Outl. pag. 153, *A. erinaceus* Pers. M. E. 3, n. 321 (var.). — Pileo carnoso, e conico-convexo obtuse gibbo, squamis fibrosis adpressis adsperso; stipite solido, crasso, æquali, sericeo-fibrilloso, cortinato; lamellis adnexis, confertis, subfuligineis.

*Hab.* in quercetis etc. Europæ. — Pileus fuligineo-pallens, nec extus nec intus rubens, 4 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 6–9 mm. crassus; sporæ ovoideæ, leves, 7 ≃ 3-4 (Pat.), 13-15 μ. long. (Quél.), 8-9 ≃ 4-5 (Cobelli), 11 ≃ 6 (Cooke). — Var. *firmior* pileo fusco-alutaceo, squamis fuscis maculato, stipite velutino.

21. **Inocybe adæquata** Britz. Derm. et Melan. p. 154, f. 29. — Pi- 3162
leo campanulato, dein expanso, subfibrilloso-squamoso, flavo- vel rufo-brunneo; stipite albido, fibrilloso-rufo; carne albida, rufescenti; lamellis adnexis, crassis, remotiusculis, pallide griseolis, dein griseo-brunneis, acie albida; sporis globoso-oblongis, 12-14 ≃ 6-8.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — *Inoc. scabræ* proxima. Pileus 6 cm. et ultra latus, stipes 14 cm. longus, 15 mm. crass.

22. **Inocybe lacera** Fr. S. M. I, p. 257, Hym. Eur. pag. 229, Pat. 3163
t. 531, Pers. M. Eur. 3, n. 330, Berk. Outl. pag. 154, Hoffm. Ic. t. 12, f. 1, *A. cristatus* Scop. Carn. n. 1548, *A. vialis* Alb. et Schw. *A. scaber* Secr. n. 321; *B.* gracilior, stipite subcavo, lamellis angustioribus, *A. rimosus* β. Pers. Myc. Eur. 3, n. 333. — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, obtuse umbonato, squamoso-fibrilloso; stipite farcto, tenui, brevi, fusco-fibrilloso, apice nudo,

intus rubenti; lamellis adnexis, latis, ventricosis, ex albo-rufescenti murinis.

*Hab.* ad terram nudam vulgata in pineto-montanis Europæ. — Maxime variat, sed stipes numquam apice pulverulentus, 3–5 cm. longus, 2–4 mm. crassus; pileus primo leviusculus, mox squamosus, demum squarrosus, murinus, expallens, sublutescens; odor paullum notabilis; sporæ ovatæ, apiculatæ, leves 12–15 ≃ 6–7.

23. **Inocybe abjecta** Karst. Hattsv. I, p. 456. — Pileo carnosulo, e 3064
subcampanulato v. convexo expanso, levi, fuscescenti, albo-fibroso, disco squamoso-fibroso, 1–2,5 cm. lato; stipite solido, æquali, sat tenaci, pallido, albo-floccoso, apice albo-pruinoso, 3–4 cm. longo, vix 3 mm. crasso; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, antice ventricosis, pallide cinnamomeo-olivascentibus; sporis ellipsoideis, flavidis, 10–13 ≃ 5–7 mm.

*Hab.* supra terram nudam juxta vias in Syrjöas in Fennia. — Cæspitosa; pileus subinde subumbonatus, fusco-pallescens, dein fuscus, siccus ochraceo-fuscidulus, fibrillis albis undique obtectus, disco albo-squamoso-subsquarroso; stipes flexuosus, undique albo-fibroso-squamosus; lamellæ acie primo subtiliter flocculoso-crenulatæ; caro alba, non rubens; odor et sapor haud notabiles. Ad *I. laceram* proxime accedit.

24. **Inocybe flocculosa** Berk. Engl. Fl. V, p. 97, Outl. p. 154, Pass. 3165
Fung. Parm. Fr. Hym. Eur. p. 229, Cooke Ill. t. 393. — Pileo subcarnoso, campanulato-convexo, umbonato, sericeo-squamuloso, brunneo-fulvo; stipite fibrilloso, pallide rubenti, apice pruinoso; lamellis adnatis, ventricosis, rubellis, demum obscure ferrugineis; sporis inæquilateris, subinde leniter elongatis, levibus, 7–7,5 μ. d. v. 9 μ. longis.

*Hab.* in terra nuda v. graminosa Europæ. — Stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus, velo albo-fibrilloso, fugaci; pileus $2^1/_2$ cm. latus; odor farinæ recentis.

25. **Inocybe Bongardii** Weinm. p. 190, Fr. Epicr. p. 173, Hym. Eur. 3166
p. 229, Ic. t. 107, f. 1–2, Pat. t. 530, Bern. Roch. t. 19, f. 2–3, Kalchb. t. 20, f. 2, *A. epochnius* Fr. ined. — Pileo carnosulo, campanulato, obtuso, disco squamoso, versus marginem lacero-fibrilloso; stipite solido, rigido, rufescenti-pallido, deorsum rubello-sericeo, apice albo-pulverulento; lamellis adnato-ventricosis, latis, e pallido-rubello cinnamomeis; sporis 10–12 ≃ 6 long., ovatis subgibbis, levibus.

*Hab.* ad vias passim in pinetis Europæ solitaria. — Odor gra-

tus (Bergamotto sec. Weinm.); stipes 6-8 cm. long., 4 mm. crass., non cortinatus; pileus 2-4 cm. latus, udus fuscescens, siccus pallescens, non rimosus; caro rubella; lamellæ haud confertæ.

26. **Inocybe mutica** Fr. Monogr. II, p. 346, Hym. Eur. p. 230, Ic. t. 109, f. 1, Cooke Ill. t. 382. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtusissimo demumque centro depresso, squamuloso, albido, fusco-fibrilloso; stipite cavo, deorsum attenuato, fibrilloso, albo-stramineo et fuscescenti; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, ex albo fuscescentibus. 3167

*Hab.* ad latera viarum et in silvis frondosis Sueciæ et pr. Coed Coch. Brit. — Species firma, eumorpha. Stipes 4-6 cm. longus, 6-11 mm. cr.; pileus $2^1/_2$-6 cm. latus; sporæ ovoideæ, leves, $6 \simeq 4$.

27. **Inocybe Merletii** Quél. in Guill. Cat. Champ. Sud-Ouest p. 41 et in Ass. Fr. Av. Sc. 1884, p. 3, t. VIII, f. 7. — Pileo convexo, griseo, fibris griseo-fuligineis striatulo; stipite fibroso-carnoso, albido, fibrillis fuligineis tomentoque arachnoideo, albo obtecto; carne firma, alba, aere carneola, inodora; lamellis sinuatis, lacteo-griseis, dein brunneis; sporis ovato-oblongis, 11-14 $\mu$. fuligineis. 3168

*Hab.* sub Populorum umbra, Gironda Galliæ (Merlet, Forquignon). — Pileus 3-5 cm. latus. *Inocybæ muticæ* similis et affinis.

28. **Inocybe carpta** Scop. Carn. p. 449 (*Agar*), Fr. Epicr. p. 173, Hym. Eur. p. 230, Cooke Ill. t. 426, nec Bres. Trid. t. LIV, Oudem. p. 26, e descr. *A. capronatus* Desm., *A. brunneo-villosus* Jungh. l. c. t. 6, f. 5 (brevipes). — Pileo carnoso, e convexo explanato, depresso stipiteque cavo, deorsum attenuato, lanuginoso-filamentosis; lamellis adfixis, ventricosis, latis, brunneo-fuscis; sporis ovatis levibus, $8\text{-}9 \simeq 4\text{-}5$. 3169

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Pileus 3 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus. Obscure fusca, undique fibrillosa. Sapor dulcamarus. Homonyma spec. Bres. Trid. t. 54 pileo umbonato; sporis angulatis v. trapezioideis, $10\text{-}12 \simeq 5\text{-}6$; basidiis $30 \simeq 6\text{-}8$; cystidiis fusidulo-muricellatis $55\text{-}65 \simeq 15\text{-}20$ valde differt et potius ad *I. maritimam* accedit.

29. **Inocybe deglubens** Fr. Epicr. p. 173, Hym. Eur. p. 230, Cooke Ill. t. 394, Berk. et Br. n. 1117, Oudem. p. 26. Cfr. Pers. M. E. 3, n. 326 (potius *I. rimosa*) et Secr. n. 313. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, obtuse umbonato, adpresse fibrilloso-lacero, disco subsquamoso; stipite solido, adpresse fibrilloso, pallido, apice obscure furfurato; lamellis adnato-ventricosis, subdistantibus, e sordido cinnamomeis. 3170

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ. — Statura *I. laceræ*, sed colore et punctis non albis, in apice stipitis distinctissima; pileus spadiceo-rufescens, dein lutescens, fibras obscuriores squamose deglubens; caro alba; sporæ ovato-oblongæ, leves, 10 ≃ 6. — Var. **trivialis** Karst. Symb. myc. IX, p. 43: pileo carnoso, tenui, e conico campanulato vel convexo, demum explanato, vulgo depresso, obtuse umbonato, longitudinaliter fibroso-lacerato et rimoso, disco nunc levi, nunc lacerato squamoso, pallescenti vel murino in fusco-luteum vel spadiceum vergente usque ad 5 cm. lato; stipite solido, æquali, firmo, stricto vel subflexuoso, fibrilloso, dein glabrescenti, apice albido-pallescenti subfarinaceo, dein extus intusque obscurato, subrufescenti, usque ad 6 cm. alto, 3-4 mm. crasso; lamellis adnexis vel subadnatis, confertis ventricosis ex albido argillaceis, demum fuscescentibus, 2-3 mm. latis; sporis cymbæformibus, levibus, 10-12 ≃ 4-5. In graminosis Mustiala Fenniæ, autumno.

30. **Inocybe absistens** Britz. Derm. et Melan. p. 155, f. 23. — Pileo 3171
fibrilloso-squamoso, pallide brunneolo; stipite albido, rufescenti, sursum albo-maculato; carne albida, rufa; lamellis latis, postice adnatis, griseo-flavis, acie albida; sporis 14-16 ≃ 6-8.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 4 cm. latus; stipes 5 cm. et ultra longus, 4 mm. circ. crassus. — Inter *Inoc. deglubentem* et *Inoc. obscuram* media.

31. **Inocybe obscura** Pers. Syn. p. 347 (*Agar.*), Cooke Ill. t. 427, Saund. 3172
et Sm. t. 21, fig. inf. Fr. Monogr. II, p. 300, Hym. Eur. p. 231, Ic. t. 107, f. 1-2, Pat. t. 542, *A. calamistratus* Weinm. Ross. n. 396. — Pileo subcarnoso, e campanulato plano, umbonato, longitudinaliter fibrilloso, disco squamoso, e cæruleo fuscescenti; stipite farcto, fibrilloso, violaceo-fuscescenti; lamellis uncinato-adnexis, confertis, ventricosis, ex olivaceo brunneis; sporis ovoideis, levibus, flavidis, uniguttulatis, 6-9 ≃ 4-6.

*Hab.* in pinetis locis humidis Europæ, subcæspitosa. — Pileus 2 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-5 mm. crassus. — Var. **rufus** Pat. tab. anal. n. 543: pileo brunneo-rufo; lamellis ventricosis violaceis; sporis ovoideo-apiculatis. In silvis Galliæ.

32. **Inocybe hirtella** Bres. Fungi Trident. p. 52, tab. LVIII, f. 1. — 3173
Pileo carnoso e conico-campanulato expanso-umbonato, margine mox fisso, flavo-stramineo, squamulis saturatioribus pilosis dense obsito, centro glabro, $1\frac{1}{2}$-$2\frac{1}{2}$ cm. lato; lamellis adnatis, subconfertis ex albido fuscescentibus, acie albo-pruinata; stipite furcato,

albo, ætate substramineo, sublente albo-plumoso, deorsum attenuato, basi bulbillo subterraneo prædito, 2-4 cm. longo, 2-4 mm. crasso; carne alba, odore amygdalino, levi prædita; sporis amygdaliformibus, intus granulosis, 10-12 ≃ 6; basidiis clavatis, 25-30 ≃ 8; cystidiis fusoideis, apice fuscidulo-muricellatis, 60-70 ≃ 12-15.

*Hab.* locis herbidis pascuisque sub coryletis obvia, autumno. Vale di Sole, Trento. — *Inocybæ calosporæ* et *In. muticæ* affinis.

33. **Inocybe connexifolia** Gill. Tab. anal. p. 111 et ic. — Pileo sub- 3174
carnoso, conico dein expanso, margine inflexo, obtuse umbonato, squamis fibrillosis adpressis, præcipue centro consperso, prope marginem subnudo, 3-4 cm. lato; stipite subæquali farcto, fibroso-squamuloso ex albo subincarnato, sursum albo, 5-7 cm. long., 5-8 mm. cr.; lamellis arcuatis, denticulo stipiti adnexis sæpe venoso-connexis, sordide albis, dein olivaceo-rufis, demum cinnamomeis; sporis ovoideis levibus.

*Hab.* ad terram in silvis Galliæ bor. — Caro pallida, fracta rubens; odor fructuum; sapor subnullus.

34. **Inocybe asinina** Kalchbr. in litt. cum ic. ad Fr. Hym. Eur. p. 230. 3175
— Pileo carnoso, e convexo plano, leviter gibbo, adpresse fibrilloso, cano, demum argillaceo-rufescenti; stipite solido, e velo supero laxe fibrilloso et cingulato-annulato, alutaceo-fuscidulo; lamellis sinuato-adnexis, subconfertis, flavo-cinereis, dein cinnamomeis.

*Hab.* sub Pinu silvestri in luco prope Olaszinum. — Singularis velo annulari-collapso et fibrillis pilei adpressis; caro albo-flavescens; sapor et odor nulli.

**) *Goniosporæ:* sporis angulosis.

35. **Inocybe maritima** Fr. Obs. 2, p. 51, Hym. Eur. p. 229, Cooke 3176
Ill. t. 392, Higgins Fung. Liverpool. n. 77, Fl. Dan. 1846, f. 1? *A. impexus* Lasch [in pinetis arenosis Germaniæ borealis]. — Pileo convexo-expanso, obtuso, flocculoso-fibrilloso, subsquamoso, hygrophano; stipite solido, flocculoso-fibrilloso, fumoso; lamellis adnato-ventricosis, latis, subdistantibus, e griseo ferruginascentibus.

*Hab.* copiose in arena uda marina in Europa per æstatem. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 4-6 mm. crassus; sporæ globoso-stellatæ, 10 μ. d. Vix olens, ex umbrino canescens, carne sordida; stipes apice haud pruinatus.

36. **Inocybe maritimoides** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 87. — Pileo sub- 3177
conico vel convexo, sicco, obtuso, dense squamuloso, squamis mi-

nutis erectis vel fibrillosis, margine fibrilloso, obscure brunneo; stipite æquali, solido, fibrilloso, pileo pallidiore; lamellis confertis, postice rotundatis et adnatis ventricosis, albidis, dein brunneo-ochraceis; sporis irregularibus, angulatis, 7,5-8,5 ≃ 5-6,2, brunneo-ochraceis.

*Hab.* in silvulis Karner Amer bor. — *Inoc. maritimæ* proxima. Fungus circ. 2,5 cm. altus, pileus 12-25 mm. latus, stipes 4 mm. crassus.

37. **Inocybe capucina** Fr. Vet. Ak. Förh. 1873, V, p. 5, Hym. Eur. p. 230, Ic. t. 108, f. 2, Pat. t. 529. — Pileo carnoso, conico-campanulato, acuto, undique fibrilloso-squamoso, obscure fusco, circa marginem pallidiore, carne alba; stipite solido, curto, æquali, fibrilloso, fusco; lamellis adnatis, angustis, antice attenuatis, confertis, fuscis. 3178

*Hab.* ad terram in alnetis Europæ. — Singularis pilei forma subtriangulari; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus; pileus $2^1/_2$-6 cm. altus; sporæ angulosæ, 10 μ. diam.

38. **Inocybe umbrina** Bres. Fungi Trident. p. 50, tab. LV. — Pileo carnoso, e convexo-campanulato, plano-umbonato, brunneo-castaneo, subviscido, fibrilloso-lanuginoso demum eximie rimoso, disco interdum verruculoso, 2-$3^1/_2$ cm. lato; lamellis strictis, confertis, postice attenuato- vel sinuato-adnatis, e lurido citrinis rufescenti-cinnamomeis, acie subobscuriore; stipite e farcto subcavo, pileo subconcolori, fibrilloso-cortinato, basi piloso, apice obsolete albido furfuraceo, bulbilloso, interdum bulbo subturbinato, 4-6 cm. longo, 3-5 mm. crasso. 3179

*Hab.* in silvis coniferis vel frondosis, sæpe denso agmine vel subcæspitosa in montibus Tridentinis, æstate-autumno. — Caro lurida absque odore et sapore speciali; sporæ substellatæ 7-8 ≃ 5-6; basidia clavata 25 ≃ 8; cystidia fusoideo-ventricosa apice fusculo-muricellata 60-70 ≃ 14-18; velum griseo-fuscidulum. Junior valde *In. carpiæ* similis, vetusta vero *In. asterosporæ*, sed ab utraque certe specifice diversa.

39. **Inocybe analogica** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 152, f. 148. — Pileo obcampanulato, dein expenso medio conico-umbonato, flavo-aureo, medio brunneo-fibrilloso et molliter squamuloso; stipite brunneo, albo-filamentoso, carne albo-rufescenti; lamellis confertiusculis, flavo-brunneis, adnatis; sporis irregulariter angulatis, 8-16 ≃ 6-7. 3180

*Hab.* in pascuis prope Mödishosen Bavariæ australis. — Odor nullus *In. carpiæ* Scop. proxima.

40. **Inocybe calospora** Quèl. in Bres. Fungi Trident. p. 19, tab. XXI, 3181
Pat. t. 549, Gill. C. F. cum ic. — Pileo carnosulo, conico-campanulato, dein expanso-umbonato, rufescenti-fusco, sublutescenti, primo villoso-fibrilloso, postice squamis concoloribus adpressis vestito, margine fibrilloso albidoque, sicco, 2-3 cm. lato; lamellis confertis, e pallido cinnamomeo-fulventibus, acie albido-pruinata, ventricosis, liberis; stipite farcto, rufescenti-livido, glabro apice albo pruinato, bulboso, 3-5 cm. longo, 2-4 mm. crasso; carne subconcolori, inodora saporeque acidulo; sporis globosis, eximie aculeatis, 10 μ. diam., fulvo-ferrugineis, basidiis clavatis, 30 ≃ 8, cystidiis fusoideis, apice fuscidulo-muriculatis, 45-55 ≃ 8-10.

*Hab.* locis udis ad margines rivulorum in nemore frondoso pr. Magras Trento et in Gallia. — Ab *Inoc. scabella*, cui probabiliter a Fries subjuncta, ob sporas præsertim distinguenda.

41. **Inocybe Gaillardi** Gill. Tab. anal. p. 112 et ic. Pat. tab. 8. — 3182
Pileo submembranaceo, convexo-plano, umbone conico conspicue dense granulato-squamuloso, margine inciso, rufo-ferrugineo, 1-2 cm. lat.; stipite æquali, glabro, concolore seu pallidiore, fistuloso, 1-1,5 cm. long., 1 mm. cr.; lamellis copiosis, liberis vel subadnexis, convexis, 2 mm. latis, rufo-ferrugineis; sporis sphæricis muricatis.

*Hab.* in humidis silvaticis in Gallia bor. — Caro albida; odor et sapor nulli.

42. **Inocybe echinata** Roth Catal. 2, t. 9, f. 5 (*Agar.*), Alb. et Schwein. 3183
n. 593, Secret. n. 91, Cooke Ill. tab. 395, p. 215, Hym. Eur. p. 282, Sacc. Ag. echin. p. 6, *A. fumoso-purpureus* Lasch n. 428, *A. oxyosmus* Mont. in Ann. Sc. Nat. 1836, t. 10, f. 3, Brigant. t. 27, f. 1-3, *A. Hookeri* Kl. in Engl. Fl. V, p. 97, *A. hæmatophyllus* Berk. Mag. Zool. Bot. t. XV, f. 1. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, obtuso, fuligineo, primo floccoso-pulverulento, dein squamoso; stipite fistuloso, æquali, infra cortinam subannularem floccoso-pulverulento lamellisque liberis, confertis, miniatis demum fuscis.

*Hab.* in hortis ad humum, inter ramenta lignea, præsertim in calidariis in Europa. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 2-4 cm. longus, 2-4 mm. crassus; sporæ ovato-oblongæ, leves, 4-5 ≃ 2-3, dilute ferrugineæ. Est sane inter nobilissimas et maxime singulares species; tota primo densa fuligine flocculosa obtecta; odor Cucumeris.

III. *Rimosæ:* pileo longitudinaliter fibroso, mox rimoso passimque adpresse squamoso; stipite albicante, colore pilei leviter tincto, fibrilloso.

*) *Leiosporæ:* sporis levibus (v. ignotis).

43. **Inocybe phæocephala** Bull. t. 555, f. 1, (*Agar.*), DC. Fl. fr. II, p. 186, Berk. et Br. n. 1233, Seyn. Montp. p. 100, Fr. Hym. Eur. p. 231, Cooke Ill. t. 396. — Pileo carnoso, conico-campanulato, umbonato, repando, squamuloso, badio-fuligineo; stipite solido, subbulboso, superne pileo concolore, inferne albo, villoso; lamellis liberis, arcuatis, e flavo terreis. 3184

*Hab.* ad terram in pinetis Galliæ, Angliæ. — Species elata, robusta; sporæ ovoideæ leves, 6 ≃ 4, ferrugineæ. — Cel. Seynes vero indicat sporas argillaceas et polygonales *Rhodosporarum* et ad *Pluteos* ducit. Num eadem species?

44. **Inocybe perlata** Cooke in Grevillea. — Pileo carnoso, convexo, dein expanso, late umbonato, longitudinaliter fibroso, fibris obscurioribus, fuscis, margine pallidiore, incurvo, disco obscure fuligineo, subnigro; stipite solido, æquali, rigido vel curvulo, subinde contorto, striato, inferne obscuro, sursum pallido, farinaceo, carne sordide alba; lamellis adnatis, sæpe postice rotundatis, sublatis, pallidis, dein umbrinis; sporis ellipticis, subirregularibus, levibus. 3185

*Hab.* ad terram in silvis Epping pr. Oxford Angliæ. — *Inoc. fibrosæ* proxima. — Pileus 7,5-10 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 12-20 mm. crassus.

45. **Inocybe schista** Cooke et Sm. Handb. II ed. p. 154, Ill. t. 504. — Pileo obtuse campanulato, late subumbonato, badio-brunneo, longitrorsum rimoso, fibrilloso; stipite obtuso, æquali, torto, solido, pileo pallidiore; lamellis adnatis, dente decurrentibus, latiusculis, rufescentibus, acie serrata. 3186

*Hab.* in silvis Shrewsbury Britanniæ.

46. **Inocybe hiulca** Fr. Epicr. p. 175, Hym. Eur. p. 232, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 397, Berk. et Br. n. 1118, Kalchb. t. 20, f. 1, Batt. t. 18, C. *A. lacerus* Secr. n. 318, 319 etiam h. l. videntur. — Pileo carnosulo, conico-expanso, umbonato, fibrilloso, rimoso-squamoso; stipite farcto, elongato, sericeo-fibrilloso, apice albo-pruinoso carneque albo-carneis; lamellis subliberis, vix confertis, latis, albo-carneis, basi obscurioribus, demum olivaceis. 3187

*Hab.* ad terram pinetorum Europæ. — Odor obsoletus; stipes 6-8 cm. longus, 4-5 mm. crassus, subcurvatus, æqualis, basi bul-

billosa; pileus fuscus, olivascens; sporæ 8-10 ≃ 5, ovato-oblongæ, leves.

47. **Inocybe fallaciosa** Britz. Derm. et Mel. p. 155, f. 137. — Pileo 3188
medio tantum fibrilloso-squamuloso; lamellis subconfertiusculis, amœne carneis; sporis oblongo-rotundatis, 14 ≃ 6-8.

*Hab.* in silvis prope Biburg Bavariæ australis. — *I. hiulcæ* proxima.

48. **Inocybe Curreyi** Berk. Outl. p. 155, Cooke Ill. t. 398, Fr. Hym. 3189
Eur. pag. 232, Pat. tab. n. 537. — Pileo carnoso, e convexo expanso, obtuso, fibroso, subrimoso, fuscescenti-pallido; stipite recto, sursum attenuato, subtiliter fibrilloso, fusco; lamellis liberis, lutescentibus, dein brunneo-olivaceis.

*Hab.* in silvis Angliæ. — Similis *I. fastigiatæ*, sed sporæ cymbiformes, leves, 11 ≃ 6; in *I. fastigiata* scabræ.

49. **Inocybe rimosa** Bull. t. 388 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p 258, Hym. Eur. 3190
p. 232, Cooke Ill. t. 384, Bern. Roch. t. 19, f. 4, Sowerb. t. 323, Grev. t. 128, Batsch f. 107, Krombh. t. 44, f. 10-12, Kickx p. 168; *B.* pileo adpresse squamoso: *A. morosus* Jungh. t. 6, f. 6. — Pileo carnoso, tenui, campanulato, sericeo-fibroso, expanso longitudinaliter rimoso; stipite solido, firmo, glabello, subbulboso, apice albo-farinaceo; lamellis liberis, subventricosis, argillaceo-fuscescentibus; cystidiis cylindraceis, hyalinis, apice fuscidulo-muriculatis; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, flavidis.

*Hab.* in silvis Europæ et ad terram prope Minussinsk in Sibiria. — Odor terreus; bulbus subturbinatus; pileus vulgo e fusco lutescens, $2^1/_2$-6 cm. latus, carne alba; stipes 2-6 cm. longus, 4-5 mm. crassus.

50. **Inocybe maculata** Boud. Bull. Soc. bot. Fr. 1885, pag. 282. — 3191
Pileo medio carnoso, campanulato, dein expanso, umbonato, rimuloso, fibrillis brunneis adpressis flavido-fuligineo, apicem versus squamis pilosis, albidis, zonatis obtecto; stipite cylindrico, farcto, basi vix incrassato, pileo concolori, subtiliter fibrilloso, apice furfuraceo, pallidiore; lamellis subliberis, flavis, olivaceis; sporis oblongis vel cymbiformibus, guttulatis, 10-13 ≃ 5-6, levibus, brunneis.

*Hab.* in terra argillacea pr. Montmorency, Troyes, Ecouen Galliæ. — Fungus 3-8 cm. altus; lamellæ 5 mm. circ. latæ; odor subnullus, caro albida vel vix colorata. *Inoc. rimosæ* proxima, a qua sporis majoribus squamisque pileum obtegentibus distinguitur.

51. **Inocybe tenebrosa** Quél. in Ass. Fr. Av. Sc. 1884, p. 2, t. VIII, 3192

f. 8, Guill. Cat. Champ. Sud-Ouest p. 41. — Pileo campanulato, subtiliter ramuloso-rimoso, brunneo-fuligineo, apice obscuriore; stipite gracili, fibroso-carnoso, fibrillis striato, fuligineo-atro vel olivaceo, apicem versus albido; carne firma, straminea, spirituosa; lamellis angustis, attenuatis, adnatis, ochraceis, dein brunneis, arachnoideo-reticulatis; sporis ovatis vel reniformibus, 7-8 μ., flavis.

*Hab.* in silvis arenosis prope Bordeaux Galliæ (Forquignon). — *Inocybæ brunneæ* peraffinis. Pileus 2-3 cm. latus.

52. **Inocybe brunnea** Quél. Champ. Norm. p. 14, t. II, f. 7. — Pileo 3193
5 cm. lato, campanulato, umbonato, fibrilloso-sericeo, demum rimosulo, castaneo; stipite farcto, basi incrassato, fibrilloso, striato, brunneo-pallido, apice pruinoso atque albo; carne alba; lamellis emarginatis, uncinatis, albo-gilvis, demum alutaceo-fuligineis, acie minute crenulatis et albis; sporis ovoideis, 12 μ. subreniformibus, fuligineis.

*Hab.* locis graminosis silvarum Normandiæ et Juræ. — Proxima *I. rimosæ*.

53. **Inocybe eutheles** Berk. et Br. n. 1004, tab. 13, fig. 2, Fr. Hym. 3194
Eur. p. 232, Cooke Ill. t. 386. — Pileo tenui, e campanulato expanso, sericeo-nitenti, subsquamuloso, cervino, umbone carnoso prominenti; stipite solido, subæquali, fibroso, striato, pallido; lamellis adnatis, pallidis, acie denticulata alba; sporis ovato-ellipticis, levibus, 7-10 μ. longis.

*Hab.* inter folia pinea Europæ. — Odor farinaceus.

54. **Inocybe præpostera** Britz. Derm. et Mel. p. 156, f. 42. — Pileo 3195
obcampanulato, fibrilloso, parum rimoso, flavo-brunneolo; stipite basi incrassato, farcto; lamellis adnexis, rarius adnatis, numerosis, pallide griseo-flavis; sporis oblongis, 10-14 ≃ 6.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 6 cm. latus stipes 6 cm. longus, 7 mm. circ. crassus, odor nullus. — *I. destrictæ* proxima.

55. **Inocybe injuncta** Britz. Derm. et Mel. p. 156, fig. 41. — Pileo 3196
expanso, acute umbonato, fibrilloso rimuloso, nitido, flavido; stipite basi incrassato, sursum albo-floccoso, semper albido-rufo; carne concolori; lamellis confertis, adnatis, griseo-flavis; sporis oblongis 10-14 ≃ 5-9.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 7 cm. et ultra latus; stipes 12 cm. longus, basi 8, sursum 5 mm. circ. crassus. *I. eutheles* proxima.

56. **Inocybe destricta** Fr. Epicr. p. 174, Monogr. I, p. 343, Hym. 3197

Eur. p. 232, Ic. t. 108, f. 3, Cooke Ill. t. 387. — Pileo carnoso, e campanulato explanato, umbonato, rimoso, fibrilloso, dein lacerato-squamoso, e pallido rufescenti; stipite solido, glabro, fibrilloso, striato, albo-rubescenti; lamellis uncinato-adnatis, confertis, ex albido griseo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis ad terram Europæ, etiam in horto botanico Upsaliensi, pr. Coed Coch Britanniæ et in Italia. — Caro tenuis, alba; odor ingratus; sporæ ovatæ 7-10 ≃ 5-6.

57. **Inocybe perbrevis** Weinm. p. 185, Hoffm. Ic. t. 14, f. 1, Fr. Hym. 3198
Eur. p. 233, Pat. t. 356, Cooke Ill. t. 519. *A. ereus* Secr. n. 304. — Pileo carnosulo, convexo, obtuse umbonato, fibroso squamosove, margine substriato demum fisso; stipite farcto, brevi, pallido, albo-fibrilloso, basi subattenuato; lamellis uncinato-adnexis, subdistantibus, albido-fuscescentibus argillaceisve.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Parva sed firmula, e fusco rufove lutescens; stipite vix 2½ cm. longo, cortinato, opaco, apice pruinoso. Caro alba; sporæ ovatæ, 10-12 ≃ 5, leves.

58. **Inocybe descissa** Fr. Epicr. p. 174, Hym. Eur. p. 233, Cooke 3199
Ill. t. 428, Batt. t. 18, *F.* Secr. n. 314 (var. squamosa). — Pileo carnosulo, conico-campanulato, fibrilloso, rimoso-partito; stipite subcavo, æquali, undulato, fibrilloso, apice albo-pulverulento; lamellis subliberis, linearibus, confertis, ex albido fuscescentibus; sporis ovatis 10-16 ≃ 5-7 (Britz.) v. 8 ≃ 4-5 (Cooke).

*Hab.* in silvis Europæ, rarior. — Fragilis, *I. geophyllâ* tenuior; stipite extus intusque albo, pileo albo-fuscescenti, margine sæpe striato. Forma *aurivenia* pileo fuscescenti luteo-venoso hanc et sequentem jungit. — ***In. auricoma** Batsch f. 21, Fr. Hym. Eur. p. 233: minor, tenuior, pileo lutescenti, margine striato; stipite fistuloso; lamellis adfixis, ventricosis, albido-fuscis. Ad terram deustam; ab *I. geophylla* lutescenti caute separanda, eximie rimosa. Sporæ 8-10 ≃ 6. (Britz.).

59. **Inocybe grata** Weinm. p. 185, Hym. Eur. p. 233, Secr. n. 311, 3200
qui Bull. t. 522, f. 2 huc ducit. — Pileo carnosulo, conico-campanulato, fibrilloso, expanso rimoso, umbonato, disco squamoso obscuriore; stipite farcto, nitido, fibrilloso, flexuoso, albo-rufescenti; lamellis adnexis, confertis, tenuibus, ex olivaceo-pallido fuscescentibus.

*Hab.* locis graminosis Europæ. — *I. geophyllæ* vel *I. scabellæ* potius prope accedit, odore grato aniseo facile distincta; pileus albido- v. flavido-rufescens; stipes apice obsolete pruinatus.

60. **Inocybe Godeyi** Gillet, Hymenomyc. de Fr. p. 517, *I. Trinii* Pat. tab. 345. — Pileo carnoso e conico-obtuso campanulato, margine revoluto, squamoso fibrosoque-rimoso; stipite farcto, æquali, levi, apice flocculoso; lamellis liberis, confertis, olivaceo-pallidis, acie albo-flocculosis; sporis phaseoliformibus, levibus, 6–8 ≃ 3–4. 3201

*Hab.* ad terram in silvis sub Abietibus prope Verviers et Bruxelles in Belgio. — Pileus initio lutescenti-sordido demum ochraceo-rubro, 3–5 cm. diam.; stipes sæpe basi inflatus et incurvus, pileo concolor at subtus lamellas pallidior; caro alba plus minus rubescens; odor fortis, ingratus. Totus fungus irregulariter ochraceo-rubro tinctus.

61. **Inocybe jurana** Pat. Tab. anal. n. 551. — Pileo mammillato, amplo, 6–15 cm. lato, rimoso, lacero, fibrilloso, margine squamuloso, rufo-violaceo, vertice atro-violaceo; stipite elato, fibroso, superne pruinoso albido, deorsum violaceo; lamellis latis distantibus, ochraceis, acie albida flocculosa; sporis ovoideis, levibus, ochraceis, 10 ≃ 6; basidiis normalibus; cystidiis nullis. 3202

*Hab.* ad terram in silvis quercinis Lons-le-Saunier Juræ, sept. — Caro umbonis et stipitis violacea; odor levis.

62. **Inocybe fraudans** Britz. Derm. et Mel. p. 157, f. 36. — Pileo fibrilloso, subrimuloso, expanso, late medio umbonato, flavido, albo-rufescenti; stipite albo, brunneo-rufescenti, fibrilloso, sursum albo-maculato; carne alba, albido-rufula, marginem versus rufescenti; lamellis ventricosis, adnexis, alutaceis; sporis oblongis, ovatis vel utrinque acutis, 10 ≃ 6–7. 3203

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 6 cm. latus; stipes 10 cm. et ultra longus, 1 cm. crassus; odor acer, fructuum.

63. **Inocybe posterula** Britz. Derm. et Mel. p. 156, f. 123. — Pileo primo obcampanulato, dein expanso, fibrilloso, subrimoso, vix nitido, pallide rufo-flavo; stipite plerumque inferne incrassato, albido, pallide flavescenti; carne alba, odore saporeque destituta; lamellis subadnatis, remotiusculis, pallidissime griseo-flavis; sporis oblongis, 8–9 ≃ 4–5. 3204

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 4 cm. latus; stipes 7 cm. longus, 5 mm. crassus.

64. **Inocybe indissimilis** Britz. Derm. et Mel. p. 157, f. 131. — Pileo fibrilloso, subrimuloso, expanso, medio umbonato, brunneolo, nitidiusculo; stipite fibrilloso, albido, rufescenti; carne alba; lamellis ventricosis, adnatis, pallide albido-brunneis; sporis 8–10 ≃ 4–6. 3205

*Hab.* in fagetis prope Althegnenberg et Oberstaufen Bavariæ. Pileus 7 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 7 mm. crassus; odor gravis. *Inocybæ fraudanti* Britz. proxima.

65. **Inocybe deducta** Britz. Derm. et Mel. p. 156, f. 30. — Pileo ex- 3206
panso, gibboso, longitudinaliter rimoso, pallide rufo-flavescenti; stipite basi incrassato, albido, radiculis filamentosis; carne alba, difracta rufescenti, sine odore; lamellis subconfertis, pallidis, terreis, basi albidis, postice subdecurrentibus, adnatis; sporis globoso-oblongis, 10-16 ≃ 6.

*Hab.* ad Siebentischwald in Bavaria australi. — Pileus usque 7 cm. latus; stipes 12 cm. longus, sursum 9 mm. crassus, basi fere duplo crassior.

**) *Goniosporæ:* sporis angulosis.

66. **Inocybe fibrosa** Sowerb. t. 414 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 231, 3207
Cooke Ill. t. 454, Bres. Trid. t. 56, *A. repandus* Fr. Syst. Myc. I, pag. 255, Pers. M. Eur. 3, n. 280 β, Weinm. p. 184 (Secr. n. 308 an *In. fastigiata?*). — Alba; pileo carnoso, tenui, obtuse campanulato, sericeo-levi, demum rimoso, margine infracto, flexuoso; stipite solido, longo, striato, apice squamoso-flocculoso; lamellis liberis, confertis, lineari-lanceolatis, albido-pallidis; sporis ovoideo- vel ellipsoideo-oblongatis, uniguttulatis, dilutissime flavescentibus vel subhyalinis, 10-13 ≃ 5-6, levissime angulosis; basidiis 30-35 ≃ 8-10; cystidiis 70-90 ≃ 10-16.

*Hab.* in silvis arenosis Europæ. — Pileus 8 cm. usque latus; stipes 6 cm. longus, 6-7 mm. crassus. Insignis species, sequentibus elatior, virosa, carne alba. Variat pileo lutescenti.

67. **Inocybe fastigiata** Schaeff. t. 26 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 174, Hym. 3208
Eur. p. 231, Bern. Roch. t. 21, f. 1-2, Cooke Ill. t. 383, Kickx p. 167, *A. rimosus* major Fr. S. M., *Monomyces jujubinus* maior Batt. p. 42, Clus. Pern. g. XII, sp. 5, Sterb. 22, D. E. — Pileo carnoso, tenui, conico-campanulato, longitudinaliter fibroso rimosoque; stipite solido, valido, subtorto, fibroso-sericeo; lamellis liberis, confertis, ventricosis, e luteo fusco-olivaceis; basidiis ovato-clavatis, 25-30 ≃ 10 apice tribus sterigmatibus acutis longiusculis ornatis, cystidiis clavato-subcapitatis, magnis, 60-70 μ. long., apice 20 μ. cr.; sporis ellipticis vel subsphæroideis, undique irregulariter undulato-gibbosis, basi inæquilateraliter acuminato-angulatis, 8-12 ≃ 6-10, vivide rubiginoso-fuligineis.

*Hab.* in regionibus campestribus Europæ, frequens Upsaliæ in

Suecia et in graminosis prope Populorum basim in Ramos Mejia Argentinæ Amer. merid. — Magna, fragilis. Stipes vulgo curvatus vel adscendens, mollis, fuscescenti-pallidus, subattenuatus, 3-6 cm. longus; pileus luteo-fuscus, sublobatus, 2-3 cm. latus. — Var. **superba** Fr. Ic. t. 108, f. 1: pileo fulvo vel rufo, lamellis angustioribus pallidis. In Suecia.

68. **Inocybe inedita** Britz. Derm. et Mel. p. 150, fig. 143. *A. fastigiatus* Britz. Hyporr. f. 27, nec Schäff. *A. fibrosus* Bres. Trid. p. 52, f. 52, nec Sow. — Pileo stipite carneque albis, dein flavidis; pileo fibrilloso-sericeo-nitenti; lamellis albidis, dein griseo-rufis, confertis; sporis globoso-angulatis, 8-10 ≃ 6-7. 3209

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 1 cm. latus; stipes 1 cm. longus, 25 mm. crassus; odor et sapor nulli.

69. **Inocybe mixtilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 152, f. 21, *In. rimosa* Britz. Derm. et Mel. p. 150, fig. 21, nec alior. — Pileo subviscoso, fibrilloso, rimuloso, pallide flavo-aureo, obcampanulato, dein expanso, medio flavo-rufo umbonatoque; stipite ex albido flavo; lamellis confertis, pallide griseo-violaceis; sporis oblongis, breviter obtuseque angulosis, 10 ≃ 6. 3210

*Hab.* in silvis Bavariæ australis.

70. **Inocybe albipes** Gill. Tab. anal. p. 113. — Pileo carnoso, tenui, 4-5 cm. lato, conico dein campanulato demum plano-mammillato, longitudinaliter fibrilloso-rivuloso, margine sinuato, senio fisso, sordide luteo, centro obscuriore; stipite toto albo, squamuloso, farcto, firmo, striato, 6-8 cm. longo; lamellis liberis, numerosis, ventricosis, crassiusculis, albo-flavidis dein brunneolis; sporis inæqualibus, scabris. 3211

*Hab.* in Gallia boreali. — Caro alba, odor et sapor subnulli.

71. **Inocybe umboninota** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 87. — Pileo late campanulato vel expanso, prominenti-umbonato, rimoso-fibrilloso, obscure-brunneo; stipite æquali vel basi leniter incrassato, solido, fibrilloso, pileo pallidiore, apice pruinoso; lamellis primo albidis, dein ferrugineo-brunneis; sporis nodulosis, 7,5-8,5 μ. latis. 3212

*Hab.* ad terram muscosam in silvis Caroga Amer. bor. — Fungus 3,5-5 cm. altus, pileus 12,5-21 mm. latus, stipes 2-4 mm. circ. crassus. Ab *Inocybe rimosa* differt sporarum causa, ab *Inocybe asterospora* forma umbonis.

72. **Inocybe asterospora** Quél. in Bull. Soc. Bot. Fr. XXVI, p. 50, Quél. et Lebr. Champ. t. II, f. 6, Pat. t. 546, Gill. C. F. cum ic. (sub *In. rimosa*). — Pileo convexo-umbonato, fibrilloso-rimoso, 3213

brunneo; stipite striato, pubescenti, rufulo; lamellis ex albo-fuscis; sporis subglobosis stellato-spinulosis 7-10 ≃ 5-8; bas. 25-30 ≃ 7-10; cyst. 58-64 ≃ 12-18.

*Hab.* ad terram in silvis in Gallia, Italia, Britannia.

73. **Inocybe proximella** Karst. Symb. Myc. IX, p. 44. — Pileo carnoso tenui, e conico-convexo expanso umbonato, levigato dein longitudinaliter fibroso-lacerato subrimosoque, pallescenti, disco vulgo, præcipue umbone in fusco-ferrugineum seu spadiceum vergenti, carne alba 2-4 cm. lata; stipite farcto sursum leviter attenuato, e bulbis basi vulgo adscendenti, interdum flexuoso, subfibrilloso, apice vix furfuraceo, pallescenti, intus albo, 6-8 cm. alto, medio 3-4 mm. crasso; lamellis adnatis, confertis, ventricosis, e pallido argillaceis, demum fuscescentibus, 2-3 mm. latis; sporis angulosis, oblongis 8-9 ≃ 5-6. 3214

*Hab.* in silva acerosa, inter muscos prope Mustiala Fenniæ. — Ab affini *Inocybe asterospora* differre videtur stipite ebulbi, subfibrilloso, pallescenti lamellisque ventricosis.

74. **Inocybe margarispora** Berk. in Cooke Handb. II, ed. p. 157 et Ill. t. 505. — Pileo campanulato dein expanso et late umbonato, undulato, ochraceo-fulvo, sericeo, squamis fibrillosis consperso; stipite elongato, æquali, pallido, solido, fibrilloso; lamellis attingentibus subadnexis, pallidis; sporis globosis eximie obtuse tuberculatis, 8 μ. diam. 3215

*Hab.* ad terram Coed Coch in Britannia. — Pileus 5 cm. lat., stipes 10 cm. long.

75. **Inocybe Trinii** Weinm. p. 194, Fr. Hym. Eur. p. 233, Cooke Ill. t. 428. — Pileo carnosulo, hemisphærico, obtuso, longitudinaliter rufescenti-fibrilloso; stipite farcto, æquali, gracili, laxe rufo-fibrilloso, albo-farinaceo; lamellis rotundatis, ventricosis, cinnamomeis, acie albo-floccosis. 3216

*Hab.* in nemoribus graminosis in Rossia et Britannia. — Rara, insignis, heteroclita, odore caryophyllaceo. Pileus vix rimosus nec squamosus, 1¼ cm. latus, albido-rufescens, siccus fulvens; sporæ globosæ, stellato-muricatæ, 8-10 μ. diam. *In. Trinii* Quél. et Pat. est lejospora, hinc diversa. Cfr. n. 60.

76. **Inocybe grammata** Quél. et Le Bret. Champ. Norm. p. 14, t. II, f. 8. — Pileo campanulato, fibroso-striato, demum rimoso, albo-gilvo, postremo fuligineo vel alutaceo; margine cortina sericea alba, demum argentea obtecto; carne alba, odore terreo vel rancido pollenti; stipite fibroso, bulboso, striato, tomentoso carneque 3217

albis in roseum virgentibus; lamellis adnatis, griseis, demum fuligineo-cinnamomeis; sporis ovoideis 10 μ. angulosis, fuligineis.

*Hab.* in silvis arenosis Normandiæ, prope Rouen et Saint-Saent (A. Le Breton).

77. **Inocybe prætervisa** Quèl. in Bres. Fungi Trident. pag. 35, tab. XXXVIII, Lucand Suit. t. 109, Pat. t. 115. — Pileo carnoso, conico-campanulato, demum expanso-umbonato aut gibboso, margine sæpe lobato dein fisso, lubrico, mox eximie longitudinaliter rimoso, fibrilloso, centro glabro, alutaceo-ochraceo, marginem versus interdum fuscidulo, 3-6 cm. lato; lamellis ex albo cinereo-cinnamomeis confertis, attenuato-adnexis, fere liberis, acie fimbriata; stipite solido, tereti, glabro vel subfibrilloso, apice pruinato, albo demum stramineo, basi marginato-bulboso, 4-7 cm. longo, 4-8 mm. crasso; sporis elongatis, angulosis, ochraceo-flavis, guttulatis, 10-11 ≃ 5-6; basidiis clavatis 30-35 ≃ 8; cystidiis fusoideo-ventricosis, apice fuscidulo-muricellatis, 55-75 ≃ 20-30. 3218

*Hab.* locis herbidis in silvis coniferis alpinis abunde, Valle di Sole et di Rabbi Trento et in Gallia. — Caro alba odore subterreo, sapore miti.

78. **Inocybe devulgata** Britz. Derm. et Mel. p. 149, f. 140. — Pileo campanulato, demum expanso, semper medio prominenti, fibrilloso, dein longitudinaliter rimuloso, flavo-brunneo, medio obscuriore; stipite basi incrassato, farcto, extus albo, pallide flavo-rufo, intus rufescenti-albo; lamellis adnexo-adnatis, confertiusculis, griseo-flavis, rufo-griseis, acie subalbido-maculata; sporis globoso-angulatis, 10-12 ≃ 6-8. 3219

*Hab.* in silvis prope Kaufbeuren et Oberstaufen Bavariæ. — Pileus 3,5 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 5 mm. crassus; odor nullus.

IV. *Velutinæ*: pilei haud rimosi cuticula fibrilloso-contexta, levigata v. adpresse squamosa, disco levi; stipite polito, glabro, albicante, apice farinaceo.

*) *Leiosporæ*: sporis levibus (v. ignotis).

79. **Inocybe sambucina** Fr. S. M. I, p. 257, Hym. Eur. p. 234, Ic. t. 109, f. 2, Cooke Ill. t. 399, Lasch n. 578, Weinm. p. 189, Pers. M. E. 3, n. 194, *A. candidus* Fr. Obs. I, p. 8, non Batsch; *B.* lamellis demum spadiceis: *A. obesus* Pers. Syn. — Alba; pileo carnoso, firmo, convexo-expanso, obtuso, fibrilloso-sericeo, levi (glabello); stipite solido, obeso, glabro, striato, albo; lamellis subadnexis, confertis, ventricosis, unicoloribus, albidis. 3220

*Hab.* in pinetis montosis glareosis Europæ copiose, semper solitaria. — Compacta, virosa, alba pileoque (sæpe flexuoso, haud infracto nec rimoso) lutescenti, 4-7 cm. lato; stipes validus, sæpe decumbens, apice obsolete pruinosus, $2^1/_2$-4 cm. longus, 1-2 cm. crassus; sporæ ovoideæ, leves, 10-12 ≃ 6-7.

80. **Inocybe cæsariata** Fr. Epicr. p. 176 (var. tenuior), Monogr. II, p. 301, Hym. Eur. p. 234, Cooke Ill. t. 388. — Pileo carnoso, e convexo explanato, gibbo, subfulvo, ochraceo-fibrilloso squamulosoque; stipite solido, æquali, admodum fibrilloso, ochraceo-pallescenti; lamellis subadnatis, integerrimis, pallide ochraceis; sporis ovoideis, 10-12 ≃ 6, levibus. 3221

*Hab.* in fagetis Europæ raro. — Colore ochraceo et fibrillis copiosis facile distincta species.

81. **Inocybe delecta** Karst. Hattsv. I, p. 460, *A. cæsariatus* v. *fibrillosus* Fr. Ic. t. 109, f. 3. — Pileo subcarnoso, e convexo plano, vix depresso, vix umbonato, levi, fibrilloso-squamoso, sordide fulvo- vel rufo-melleo, sicco dilute cinnamomeo-rufescenti, circiter 5 cm. lato; stipite solido, æquali, curvulo, sordide lutescenti vel subpallido, albido-fibrilloso, apice subnudo, 3-5 cm. longo, 5 mm. crasso; lamellis emarginatis, confertis, ventricosis, pallide melleis, dein subolivascente-melleis, demum fuscis, acie flocculoso-crenulata pallidiore (subalbida). 3222

*Hab.* juxta viam in pineto Syrjöas in Fennia et in Suecia. — Caro lutescens, dein alba; odor et sapor nulli.

82. **Inocybe lucifuga** Fr. El. p. 32, S. M. I, p. 258, Hym. Eur. p. 234, Cooke Ill. t. 429, Pat. t. 533, Weinm. p. 191, Berk. et Br. n. 792, *A. dulcamarus* Pers. Syn. p. 324 (stipite glabro), Ic. pict. t. 15, f. 2. Cfr. n. 6, *A. relicinus* Secr. n. 302; *B.* pileo adpresse squamoso, tenuiore, lamellis latioribus: *A. albo-crenatus* Jungh. l. c. t. 6, f. 4. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, subumbonato, adpresse fibrilloso squamulosove; stipite solido, firmo, æquali, pallido, glabro, apice subpruinoso; lamellis subliberis, confertis, planis, ex albido-luteo olivaceis. 3223

*Hab.* in pinetis etc. Europæ. — Prioribus affinis, sed vulgo firmior, cortina obsoleta, lamellarum colore pure obscureque olivaceo facile distincta; pileus $2^1/_2$ cm. latus, fuscus, olivaceus, expallens, carne alba; stipes 6-8 cm. longus; sporæ ellipsoideæ 10 ≃ 6, leves; odor fortis.

83. **Inocybe tomentella** Fr. Epicr. p. 176, Hym. Eur. p. 234, *A. tomentosus* Jungh. l. c. t. 6, f. 7, non Bull. Bolt. — Pileo carnoso, 3224

convexo, obtuso, fibrilloso-tomentoso; stipite solido, æquali, albo, apice pruinoso, medio annulari-cortinato, ceterum glabro; lamellis subadnatis, planis, argillaceo-cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Hercyniæ. — Firmula, 4 cm. metiens; pileo subbrunneo, facie Hebelomatis insignis.

84. **Inocybe sindonia** Fr. Epicr. p. 176, Monogr. I, p. 346, Hym. Eur. p. 234, Cooke Ill. t. 400, Berk. Outl. p. 156, Batt. t. 18; *B.* Sow. t. 365 optime congruit, sed nostro duplo fere major. — Pileo carnoso, tenui, conico-convexo, gibbo-obtuso, velutino-villoso, cortina subappendiculato; stipite medulla discreta disparente demum cavo, glabrato; lamellis attenuato-adnexis, lanceolatis, albido-fuscescentibus. 3225

*Hab.* locis humidis, umbrosis Europæ. — Pileus non fibrillosus, demum glaber, siccus albidus, sordide lutescens etc.; stipes albidus, levigatus; sporæ ellipsoideo-oblongæ, 10 ≃ 5, leves.

85. **Inocybe Clarkii** Berk. et Br. n. 1345, Fr. Hym. Eur. pag. 704, Cooke Ill. t. 429. — Pileo campanulato, sericeo, albo; stipite farcto, subæquali, flocculoso; lamellis adnexis, albo-marginatis. 3226

*Hab.* ad terram Angliæ. — Affinis dicitur *I. sindoniæ*, habitu *I. geophyllæ*, a qua differt stipite flocculoso, 4 cm. longo, 5 mm. crasso. Pileus 16 mm. latus, sed $2^1/_2$ cm. crassus; sporæ ovato-oblongæ, 8-10 ≃ 6, leves.

86. **Inocybe geophylla** Sowerb. t. 124, Fr. S. M. I, p. 258, Hym. Eur. pag. 235, Bern. Roch. t. 18, f. 3, Gill. C. F. c. ic., Weinm. p. 192 et Lasch n. 385 (uterque de colore variante optime). — Pileo subcarnoso, conico, dein expanso, umbonato, levi, fibrilloso-sericeo; stipite farcto, æquali, firmulo, albo, apice albo-farinaceo, cortina fibrillosa; lamellis adnexis, confertis, ex albo sordidis, demum terreis; cystidiis cylindraceo-fusoideis, 60 ≃ 15, apice capitulato-verrucosis; basidiis clavulatis, 35 ≃ 8; sporis ovoideo-oblongis, 8 ≃ 5, fuligineis, 1-guttatis. 3227

*Hab.* in silvis Europæ et ad terram prope Minussinsk in Sibiria vulgaris. — Pileus 1-2 cm. lat.; stipes 6 cm. long., 2-5 mm. cr. Variat pileo (rarius rimoso-squamoso) albo (*A. albus* Schum. *A. argillaceus* Pers. Ic. pict. t. 14, f. 2, Secr. n. 322), lilacino, adulto vero albicante (*A. geophilus* Pers. Secr. n. 323, *A. affinis* Pers. Ic. descr. t. 1, f. 1), fuscescenti (*A. pleoceps* Pers. M. E. 3, p. 196, Secr. n. 303 ex p.?), lateritio (Weinm. l. c.), lutescenti (Bull. t. 522, f. 2, justo tenuior, Secr. n. 324, manifeste varius). Etiam lamellæ demum tinguntur, ut v. gr. in lutescenti argillaceæ; idem

in plerisque observatur. Caro alba. Odor terreus. [*A. inodorus* Bull., a Pers. h. l. primo citatus, lamellarum colore, si accurate depictus, differt]. — Var. **fulva** Pat. Tab. n. 544: pileo ochraceo-rufo, margine pallidiore; sporis levibus 8-10 ≃ 5. Ad terram in Gallia. — Var. **violacea** Pat. Tab. n. 545: pileo violaceo; sporis levibus, 10 ≃ 5. Ad terram in Gallia.

87. **Inocybe æmula** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 155. *In. scabella* Britz. Derm. et Mel. p. 158, f. 28, nec Fr. nec Cooke. — Pileo e conico convexo dein subplano, 2-3 cm. lato, flavo-ochraceo fibrilloso; stipite cylindrico subcurvo, cavo, concolore, 4 cm. long., 4 mm. cr.; lamellis flavo-brunneis, acie pallidioribus; sporis oblongo-ovoideis, 8-11 ≃ 4-6, levibus. 3228

*Hab.* in umbrosis Bavariæ inferioris, autumno.

88. **Inocybe mammillaris** Passer. Fung. Parm. n. 189, p. 76, Fr. Hym. Eur. p. 235. — Alba; pileo convexo, mammilloso, squamuloso; stipite cavo, æquali, flexuoso; lamellis emarginato-adnexis, acie alba; sporis levibus. 3229

*Hab.* in Italia (Passerini). — Num diversa sit ab *In. descissa*, non liquet.

89. **Inocybe subexilis** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 87. — Pileo tenui, convexo vel subcampanulato, dein expanso, umbonato, margine fibrilloso, primo pallide castaneo, demum flavido aut subochraceo; stipite æquali, solido, flexuoso, subtiliter pruinoso, striatulo, roseo-albido, dein flavido; lamellis angustis, subconfertis, postice rotundatis, subventricosis, albidis, dein subochraceis; sporis subglobosis, 7,5 μ. diam., nodulosis. 3230

*Hab.* ad terram muscosam in silvis Caroga Americæ bor. — Totus fungus 16-25 mm. altus, pileus 6-10 mm. latus, stipes circ. 1 mm. crassus. *Inocybe paludinellæ* Peck affinis, a qua statura minori, sporarum forma et pilei colore differt.

90. **Inocybe insequens** Britz. Derm. et Mel. p. 157, f. 50. — Pileo expanso, sæpe medio excavato, fibrilloso, rufo-brunneo; stipite basim versus attenuato, cavo, carne alba; lamellis numerosis, pallide brunneis, adnexis, sæpius etiam subadnatis; sporis rotundato-oblongis, utrinque acutatis, 8-10 ≃ 4. 3231

*Hab.* in silvis fagineis Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. latus; stipes 3 cm. altus, basi 5 mm., sursum 9 mm. crassus; odor et sapor nulli.

91. **Inocybe subinsequens** Britz. Derm. et Mel. p. 157, f. 49. — Pileo convexo, sæpe late umbonato, fibrilloso, rufo-brunneo; sti- 3232

pite sursum fumoso-albo v. albido, fibrilloso, subcavo; carne alba; lamellis crassis numerosis, adnexis, ventricosis, non confertis, pallide griseo-brunneolis; sporis rotundato-oblongis, utrinque acutatis, 12-14 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 5 cm. latus; stipes 7 cm. longus, 7 mm. crassus.

92. **Inocybe deflectens** Britz. Derm. et Mel. p. 158, f. 33. — Pileo 3233
hemisphærico, fibrilloso, obscure brunneo; stipite albido, brunneolo, vix cavo; carne albida; lamellis subconfertis, adnatis, pallide griseo-flavis; sporis oblongo-rotundatis, 14-16 ≃ 4-5.

*Hab.* in silvis arenosis prope Biburg Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 2 cm. et ultra longus, 5 mm. latus.

93. **Inocybe prætermissa** Karst. Symb. Myc. Fenn. XIII, p. 3. — Pi- 3234
leo carnoso, campanulato-convexo, dein expanso, subumbonato, squamoso-fibrilloso, fusco, 3 cm. lato; stipite farcto, æquali, subflexuoso, rufescenti fumoso-fusco fibrillis albido-rufescentibus flocculoso, apice albo-pulverulento, ad basim (an semper?) æruginascenti, 4-5 cm. longit.; lamellis adnatis albis, pallide argillaceis, demum subcinnamomeis, margine albis crenatisque; sporis oblongato-ellipsoideis, flavescentibus, 10-13 ≃ 5-6.

*Hab.* ad margines viarum in pinetis, circa Mustiala Fenniæ.

94. **Inocybe gomphoides** Kalchbr. in Grevillea VIII, p. 152, t. 142, 3235
f. 8. — Pileo carnosulo, campanulato, vertice gompho globoso ornato, fibrilloso, fuscescenti; stipite farcto, subæquali, basi bulbilloso ibidemque mycelio albo incrustato, ceterum rufo-pallido; lamellis adscendentibus subliberis, confertis, linearibus, angustis, strictis, griseo-umbrinis.

*Hab.* in Richmond River N. S. W. Australiæ. — Pileus 18-20 mm. latus altusque; stipes 5 cm. longus, 3 mm. circ. crassus. Ob pilei apicem nodulo pisiformi præditum valde distincta.

95. **Inocybe rubescens** Gill. Champ. Fr. tab. (diagnosis deest). *In.* 3236
*Trinii* var. Pat. Tab. n. 344. — Pileo conico, dein convexo-expanso, 4-8 cm. lat., margine inæquali, dein fisso, fibrilloso-levigato, pallide albo-argillaceo, rubescenti-variegato; stipite 1-2 cm. crasso, subincarnato, farcto; lamellis adnexis ochraceis, acie albidis; sporis ovato-reniformibus, levibus; cystidiis apice muriculatis.

*Hab.* in silvaticis Galliæ bor. — Caro alba. Cystidia in icone Pat. l. c. non muriculata.

**) *Goniosporæ:* sporis angulosis.

96. **Inocybe commixta** Bres. Fungi Trident. p. 53, tab. LVIII, f. 2. 3237
— Pileo carnoso e conico-campanulato expanso-umbonato, candido vel albido-cinereo, sericeo-fibrilloso, margine sæpius fisso, sicco, 2-3 cm. lato; lamellis confertissimis, strictis, liberis, ex albo griseo-cinnamomeis, acie minutissime fimbriata; stipite solido, albo, subtiliter pruinato, apice furfuraceo æquali, basi turbinato-bulboso, 2-4 cm. longo, 3-6 mm. crasso; carne alba ad basim stipitis fracta substraminea, odore terreo-nauseoso, sapore miti; sporis angulato-stellatis, 10 ≃ 7; basidiis clavatis, 20-25 ≃ 6-7; cystidiis fusoideo-ventricosis, apice fuscidulo-muricellatis, 40-45 ≃ 12-14.

*Hab.* in silvis coniferis sat frequens, Vale di Sole Trento, æstate-autumno. — *In. geophyllæ* albæ simillima, a qua stipite turbinato bulboso et sporis angulatis specifice distinguitur.

97. **Inocybe umbratica** Quél. Quelq. esp. II, p. 3, t. VI, f. 7. — Pileo convexo, dein explanato, mammillato, tenui, pruinoso, dein sericeo et rimuloso, albo vel medio flaveolo; stipite farcto, gracili, glabriusculo, apice pruinoso-flocculoso, basi incrassato, albo, jove pluvio pellucido; carne alba, virosa; lamellis angustis, liberis, albis, dein carneis, denique fuligineis; sporis angulato-echinatis, 8–10 μ. diam., pallide ochraceis. 3238

*Hab.* ad truncos udos in Gallia. — *In. geophyllæ* similis.

98. **Inocybe scabella** Fr. S. M. I, p. 259, Hym. Eur. p. 235, Ic. t. 110, f. 2, Pat. t. 547, Cooke Ill. t. 402, Secr. n. 325, forte etiam var. n. 303, Berk. et Br. n. 1235, Oudem. n. 26. — Pileo carnosulo, e campanulato plano, sicco, in squamulas fibrillasve lacerato, umbone obtuso, levi, glabro; stipite subfarcto, tenui, glabro, rufescenti v. pallescenti, apice pruinoso; lamellis adnexis, ventricosis, subdistantibus, pallide sordidis; sporis granulatis. 3239

*Hab.* locis graminosis in silvis Europæ et ad terram pr. Minussinsk in Sibiria. — Pileus 8-10 mm. latus; stipes 2-6 cm. longus, 2 mm. crassus; sporæ ellipsoideæ, stellato-angulosæ, 10-12 ≃ 6-7. Prioribus longe tenuior, caro pallida, stipes lamellæque non albæ, cortina vix ulla, pileus non rimosus, odor obsoletus. Variat colore rufescenti-fuscescenti (lamellis tum fuscescenti-albidis), lutescenti (lam. argillaceis) stipitis et squamularum v. fibrillarum in pileo pallidiore v. albido; etiam stipite flexuoso et cavo. *In. scabella* Pat. Tab. 229, lejospora, ad *In. cæsariatam* propius accedit.

99. **Inocybe rufo-alba** Pat. et Doass. in Rev. Myc. 1886, p. 26 et 3240

Tab. n. 548. — Pileo convexo, mammillato, brunneo, tomento albo, subtili sericeo, pileum albidum efformante obtecto, umbone excepto quod semper brunneum; stipite gracili, æquali, ferrugineo, subfistuloso, pubescenti, basi non bulboso, sæpe fibrillis albis instructo; lamellis subliberis, brunneo-ferrugineis; sporis angulatis, 9–10 ≃ 1–5.

*Hab.* ad terram prope Eaux-Bonnes in M. Pyrenæis Galliæ. — *In. scabellæ* affinis. Fungus 1–3 cm. altus.

100. **Inocybe paludinella** Peck 31 Rep. p. 34. — Pileo tenui, plano vel leniter convexo, umbonato, subfibrilloso, albido vel pallido; stipite levi, æquali, pileo concolore, mycelio albo basi abunde obvoluto; lamellis angustis, confertis ex albido subferrugineis; sporis subellipsoideis, nodulosis, 8 ≃ 5. 3241

*Hab.* in solo depresso atque humido sub fruticibus, Sandlake Amer. fœder. — Gregaria, 2½–5 cm. metiens; pileus 1–2 cm. latus, stipes fere 2 mm. crassus. Pileo umbonato, pallido sporisque nodulosis recognitu facilis.

101. **Inocybe Rennyi** B. et Br. Ann. N. H. n. 1761, Cooke Ill. t. 520. — Parva; pileo hemisphærico, fulvo, centro brunneo; stipite deorsum attenuato, fibrilloso, fulvescenti sursum pallidiore; sporis reniformibus, nucleatis, 13–18 μ. long., verruculosis. 3242

*Hab.* ad terram Hereford Britanniæ.

102. **Inocybe impensibilis** Britz. Derm. et Mel. p. 150, fig. 126. — Pileo obcampanulato, vix fibrilloso, ochraceo, non nitenti; stipite basi expanso, albo, haud pellucido et nitido; carne alba; lamellis adnatis, pallide griseo-rufis; sporis 10 ≃ 6, illis *Inocybæ rimosæ* similibus. 3243

*Hab.* in silvis altit. 1000 m. in Bavaria australi. — Pileus 1,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 3 mm. circ. crassus.

103. **Inocybe confusula** Britz. Derm. p. 149, fig. 125. — Pileo obcampanulato, dein expanso, medio prominenti, fibrilloso, brunneo-opaco; stipite basi incrassatulo, farcto, ex albo rufescenti; lamellis adnexis vel subliberis, confertis, albidis, demum griseo-rufis; sporis 8–10 ≃ 4-5, globoso-angulatis. 3244

*Hab.* in silvis montanis herbosis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 4 mm. crassus; odor nullus.

104. **Inocybe transitoria** Britz. Hypor. p. 137, fig. 11. — Pileo subconvexo, dein obcampanulato-expanso, brunneo, fibrilloso, vix nitidulo; stipite pallide carneo-brunneo, farcto, basi tuberculis 3245

usque ad 8 instructo; lamellis adnexis, postice liberis, primo albo-rufulis, dein rufo-brunneis; carne alba; sporis globosis, 5–7-angulato-rotundatis, 10 ≃ 8.

*Hab.* in fagetis ad terram pr. Krumbach Bavariæ. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 3 cm. altus, 3 mm. circ. crassus.

105. **Inocybe assimilata** Britz. Hypor. p. 137, f. 12. — Pileo convexo vel fere obcampanulato, e brunneo rufo, subtiliter fibrilloso, sericeo-nitenti; stipite pallide brunneo-rufo, nitidulo, farcto, basi bulbilloso; carne albida, in stipite brunneola; lamellis adnexis, postice liberis, rufo-brunneis, subdistantibus acie albidis; sporis irregulariter hexagonis, 8 ≃ 4–6. 3246

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 3 cm. et ultra longus, 2 mm. crassus, basi vero 5 mm. circ. cr.

106. **Inocybe iterata** Britz. Hym. Südb. IV, p. 152, *Ag. semiflexus* Britz. Derm. et Mel. p. 150 fig. 142, nec B. et Br. — Pileo plano umbonato, fulvo, margine albido, fibrilloso, sicco argillaceo; lamellis confertis, ex albido flavis; stipite initio albido, subdiaphano, dein pallide rufo-brunneo; sporis oblongis, inæqualiter multangulis, 8 ≃ 4–5. 3247

*Hab.* ad caudices vetustos, Oberstaufen Bavariæ australis.

V. *Viscidæ:* pileo levigato, viscido. (Cfr. *In. strigiceps*).

*) *Goniosporæ:* sporis angulosis v. echinatis.

107. **Inocybe trechispora** Berk. Outl. p. 156, t. 8, f. 6, Fr. Monogr. II, p. 346, Hym. Eur. p. 236, Cooke Ill. t. 403, Passer. Fung. Parm. — Pileo submembranaceo, convexo, acute umbonato, primo viscido, dein sicco sericeo, umbone gilvo, margine pallidiore; stipite farcto, æquali, striatulo, farinoso, albo; lamellis emarginatis, ventricosis, rufescenti-griseis; cystidiis maximis, raris, clavato-stipitatis, 55 ≃ 22; basidiis subteretibus, 30 ≃ 8; sporis obovato-oblongis, 14–15 ≃ 6–7, valde angulosis, ochraceo-ferrugineis. 3248

*Hab.* in silvis Europæ inter Filices raro. — Statura *In. geophyllæ*. Variat pileo albido.

108. **Inocybe viscosissima** Fr. Ic. sel. p. 9, t. 110, f. 2, *Inoc. umbonata* Quél. Soc. Franc. 1876, t. II, fig. 4. — Pileo carnosulo, convexo, acute umbonato, umbrino-fusco, valde glutinoso, stillante, demum sericello; stipite subfistuloso, æquali, glabro, pallido; lamellis rotundato-liberis, ventricosis, rufescentibus. 3249

*Hab.* in pinetis circa Upsaliam Sueciæ. — Stipes 2,5 cm. long.,

2 mm. cr.; pileus 2,5 cm. lat. Dicitur peraffinis *In. trechisporæ*, hinc videtur goniospora.

109. **Inocybe tricholoma** Alb. et Schwein. p. 188 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 270, Hym. Eur. p. 236, Cooke Ill. t. 404, Weinm. pag. 189, *A. gnaphaliocephalus* Bull. t. 576, f. 1 (lamellis ferrugineis)?, Kalchbr. t. 20, f. 3. — Albida; pileo carnosulo, plano-depresso, viscidulo, pilis albis, adpressis margine strigoso-ciliato; stipite farcto, tenui, sursum squamuloso; lamellis decurrentibus, argillaceo-fuscescentibus; sporis sphæroideis, dilute fuscidulis, echinulatis, circiter 4 μ. diam. 3250

*Hab.* in silvis Europæ, dispersa. — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus, 1-3 mm. crassus. E charactere pertinet ad Flammulas; his vero nullo modo affinis, maxime vero præcedentibus.

**) *Lejosporæ:* sporis levibus (v. ignotis).

110. **Inocybe vatricosa** Fr. Syst. M. I, p. 259, Monogr. I, pag. 347, Hym. Eur. p. 236, Ic. t. 110, f. 3, Cooke Ill. t. 403, Weinm. p. 194, Berk. et Br. n. 1005. — Pileo carnosulo, e convexo plano, subumbonato, glabro, viscido, circa marginem sericeo, albido vel argillaceo-albo; stipite fistuloso, contorto, pulverulento, apice albo-squamuloso, subconcolori; lamellis emarginatis, ventricosis, ex albo fuscescentibus. 3251

*Hab.* ad terram nudam silvarum Europæ, sed etiam ad frustula lignea. — Catervatim vel subcæspitose crescens, inodora, pusilla; pileus vix 3 cm. latus; stipes e velo albo-flocculosus, valde (e situ forsan) curvatus, 3 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

111. **Inocybe imbecillis** Passer. Fung. Parm. p. 76, n. 187, Fr. Hym. Eur. p. 236. — Pileo carnoso, glabro, viscidulo, ex albo argillaceo; stipite solido, longo, cylindrico, aquoso, sursum albo-farinaceo; lamellis rotundatis, primo albicantibus, dein roseo-ferrugina-scentibus, siccis maculatis; sporis ferrugineis. 3252

*Hab.* in Italia circa Parmam. — Caro valde aquosa; odor debilis, non ingratus; sapor nullus.

112. **Inocybe Whitei** B. et Br. Ann. N. H. n. 1527, Grev. V, p. 2, Cooke Ill. t. 404. — Pileo convexo, primo hemisphærico, fulvo, margine albo, leniter viscido, velo albo, fibrilloso, dein expanso; stipite albido dein brunneo, subglabro, solido; lamellis primo albis, adnexis. 3253

*Hab.* in silvis pineis, Rannoch Angliæ. — Statura *In. geophyllæ* at *In. vatricosæ* affinis.

113. **Inocybe comatella** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 87, t. II, f. 5-8. 3254
— Pileo submembranaceo, convexo vel expanso, pilis albidis vel griseis instructo, margine fimbriato; stipite æquali, solido, flexuoso, pallido vel brunneo-rufo, dein obscuriore, leniter farinaceo vel pruinoso-fibrilloso, basi mycelio albido prædito; lamellis subdistantibus, adnatis, pallide cinnamomeis; sporis subellipticis, 7,5-10 ≃ 5-6,5, levibus.

*Hab.* ad truncos ramosque inter folia emortua, Caroga Amer. bor. — Totus fungus 12-25 mm. altus, pileus 4-8,5 mm. latus, stipes vix 1 mm. crassus. Inter *In. tricholomam* et *In. strigicipitem* fere media.

114. **Inocybe strigiceps** Fr. p. 183, Hym. Eur. p. 236, Monogr. I, 3255
p. 350, Oudem. p. 27. — Pileo carnosulo, convexo-obtuso, dein explanato, sericeo pilisque longis simul strigoso, rufescenti, margine primo involuto pilisque elongatis, deflexis, crinito-ciliato; stipite farcto, toto villoso, albo; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, albido-fuscescentibus.

*Hab.* in fagetis Europæ inter folia decidua raro. — Stipes 4-6 cm. longus; pileus siccus, 1-2 cm. latus. *A. gnaphaliocephalus* Bull. potius ad *I. tricholomam* spectat.

115. **Inocybe eriocephala** Fr. Monogr. I, p. 351, Hym. Eur. p. 237, Ic. 3256
t. 110, f. 4. — Albido-gilva; pileo sericeo, circa marginem villo albo appendiculato; stipite fistuloso, demum compresso, sericeo-levigato; lamellis adnatis.

*Hab.* ad ligna putrida in fagetis Scaniæ et pr. Upsaliam. — Stipes 5-7 cm. long., 2-4 mm. cr.; pileus 1,3 cm. latus.

**HEBELOMA** Fr. Syst. Myc. I, p. 249 (Etym. *hebe* pubes et *loma* fimbria). — Velum partiale fibrillosum v. obsoletum. Stipes carnosus, fibrosus, vestitus, apice subfarinaceus. Pilei margo primo incurvus. Lamellæ sinuato-adnatæ, acie plus minus discolore, albida. Pilei cuticula contigua, glabra, subviscida. Sporæ subargillaceæ. Fungi terrestres, olentes, valde suspecti, quidam venenati.

Dispositio ex odore in Fr. Monographia magis naturalis est, sed sequens e velo, præeunte ipso auctore, systematico genio melius respondet. Species odore fœtido Raphani et præcipue *H. crustuliniforme* Bull., sistunt *A. fastibilem* Pers.

A. *Exannulata.*

I. *Indusiata:* velo manifesto cortinata, quo pileus circa marginem sæpe superficiali-sericeus.

1. **Hebeloma musivum** Fr. Epicr. p. 178, Hym. Eur. p. 237, Ic. t. 111, f. 1, Cooke Ill. t. 405. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, viscido, demum squamuloso; stipite solido, æquali, valido, toto fibrilloso, apice subpruinato lamellisque emarginatis, subconfertis flavidis. 3257

*Hab.* in pinetis Europæ, raro. — Odor debilis, non ingratus; stipes 10 cm. longus, 13 mm. crassus, carnosus, apice interdum cavus, cortina fugaci; pileus 5–10 cm. latus, flavus v. disco crustulinus; caro flava; sporæ 10–12 ≃ 4–6. Valde variat, facie Flammulæ v. Cortinarii. Huc *Cortin. sulphureus* Lindgr. Bot. Not. 1845.

2. **Hebeloma sinuosum** Fr. Epicr. p. 178, Monogr. I, p. 323, Hym. Eur. p. 237, Secr. n. 574, (Bull. t. 579, f. 1, etiam hoc non male refert), Batt. t. 16, f. *D*. — Pileo compacto-molli, convexo-plano, repando, obtuso, viscidulo, levi, glabrato; stipite cavo, valido, fibroso-molli, sursum albo-floccoso-squamoso; lamellis emarginato-liberis, latis, subconfertis, e pallido ferrugineis. 3258

*Hab.* in silvis frondosis, v. c. Upsaliæ in Suecia et Germania. — E maximis, 8–14 cm. altum et latum, odore grato, debili a sqq. facile distinctum. Pileus gilvus v. testaceo-pallescens; lamellæ detritæ ad latera albidæ, passim albo-fuligineæ.

3. **Hebeloma fastibile** Fr. Epicr. p. 178, Hym. Eur. p. 237, Ic. t. 111, f. 2, Cooke Handb. p. 113, Ill. t. 406, Pat. t. 342, Berk. et Br. n. 905, Kickx p. 168. Nulla veterum bona icon. Synonyma ambigua: *A. gilvus* Schaeff. t. 221, *A. obesus* Schum. n. 1785, Batt. t. XV, *D* (ex qua Pers. M. E. 3, n. 186), Clus. Pern. gen. XIV, sp. 1; *B.* pileo purpureo-brunneo, Paul. t. 53, f. 2? — Pileo compacto, convexo-plano, repando, obtuso, viscido, glabro; stipite solido, firmo, subbulboso, albo, fibroso-squamoso, cortina manifesta; lamellis emarginatis, subdistantibus, e pallescenti-albo argillaceo-cinnamomeis; sporis ovoideis, 10 ≃ 7–8 vel 10–12 ≃ 5–6. 3259

*Hab.* in silvis campestribus Europæ, prope Minussinsk in Sibiria, in insulis Spetsbergensibus (J. Vahl) et in Amer. fœder. — Pileus gilvus, alutaceus, albicans, $2^1/_2$–8 cm. latus; stipes 6–12 cm. longus, 4 mm., $2^1/_2$ cm. usque crassus; lamellæ guttas aqueas plorant. Odor saporque Raphani, americans. Cortina interdum peronata. Cfr. Secr. n. 560–562. — Var. **alba**: stipite longiore, æquali, subcavo, apice fibroso-squamoso, lamellis distantibus. *A. spiloleucus* Krombh. t. 62, f. 3–5, etiam Upsaliæ occurrit. *A. sulcatus* Lindgr. l. c. est elegans forma pilei margine sulcato vel rugoso-plicato.

4. **Hebeloma glutinosum** Lindgr. Bot. Not. 1845, p. 199, Fr. Monogr. I, p. 324, Hym. Eur. p. 238, Ic. t. 112, f. 1, Cooke Ill. t. 430. — Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, glutine tenaci viscoso, squamulis superficialibus albis adsperso, luteo-albo, discoideo; stipite farcto, subbulboso, albo-squamuloso apiceque farinoso, cortinato; lamellis sinuato-adnexis, confertis, e flavente argillaceo-cinnamomeis. 3260

*Hab.* ad ramenta lignea et folia emortua faginea in Ostrogothia et prope Hereford Britanniæ. — Stipes firmus, intus demum ferrugineus; pileus jove udo mucosus, 8 cm. latus; odor mitis; sporæ 10-12 ≃ 5-6.

5. **Hebeloma testaceum** Batsch f. 198 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 238, *A. fastibilis* var. Pers. et vulgo, Klotzsch t. 387, Cooke Ill. t. 408, Quél. p. 231, Secr. n. 563. — Pileo carnoso, campanulato-convexo, obtuso, levi, subviscido; stipite cavo, subbulboso, flocculoso-fibrilloso, pallido, apice farinaceo; lamellis attenuato-subliberis, lanceolatis, confertis, e pallido ferrugineis, adscendentibus. 3261

*Hab.* in silvis Europæ et ad terram prope Minussinsk in Sibiria raro. — Stipes subclavatus, basi solidus, demum obscurior; cortina fugax; pileus 5-8 cm. latus, testaceo-pallens, subopacus; odor Raphani; sporæ 8-10 ≃ 4-5; bas. 33-35 ≃ 6-8.

6. **Hebeloma firmum** Pers. Ic. descript. t. 5, f. 3-4 (*Agar.*), Fr. Mon. I, p. 330, Hym. Eur. p. 238, Ic. t. 112, f. 3, Cooke Ill. t. 409. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, umbonato, viscido, lateritio, discoideo; stipite solido, firmo, pallido, deorsum attenuato, ubique squamulis floccosis vestito; lamellis rotundatis, confertis, aridis, ex argillaceo ferrugineis, acie albo-serratis. 3262

*Hab.* in pinetis ad terram in Europa et circa Adventbay, raro. — Cortina adest manifesta; lamellæ haud plorantes, hinc immaculatæ; odor debilis; sporæ 10-12 ≃ 5-6. Forma suecica a cl. Fr. picta l. c. differt pileo convexo-plano obtuso nec campanulato umbonato. Figuræ Cookei l. c. utramque referunt.

7. **Hebeloma mitratum** Fr. Ic. sel. Hym. II, p. 11, t. 112, f. 2, *Ag. firmus* Fr. Hym. p. 238, nec Pers. — Pileo campanulato-gibbo, viscido, sæpe rimoso-diffracto, testaceo-lutescenti, umbone prominenti valido, fusco-expallenti, margine pallidiore; stipite solido v. dein fistuloso, æquali, albido-lutescente e cortina obscuriore lutescenti, fibroso; lamellis confertis sinuato-adnatis e pallido sordide vel argillaceo-ferruginascentibus. 3263

*Hab.* in collibus silvosis Ostrogothiæ (v. Post). — Pileus 5 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 6-10 mm. cr.

8. **Hebeloma claviceps** Fr. Hym. Eur. p. 238, Cooke Ill. t. 410, *A. Clavus* Batsch f. 199, non Linn. *A. claviceps* Fr. Monogr. II, p. 346, Berk. et Br. n. 1236, Quél. p. 231. — Pileo e convexo expanso, disco gibbo, carnoso, levi, nudo, pallido; stipite farcto, æquali, ubique albo-farinoso, deorsum fusco; lamellis emarginatis, confertis, aridis, pallidis. 3264

*Hab.* in silvis, præcipue fagetis, Europæ. — Stipes vix 2½ cm. longus, pileus 2-5 mm. latus, sporæ 10-11 ≃ 5-7. A præcedente, cum quo s. n. *A. Clavi* in Epicrisi conjunxit Fries, teste ipso auctore, omnino diversum videtur statura multo minore, pilei forma, colore pallido etc.

9. **Hebeloma birrum** Fr. Epicr. p. 324, Hym. Eur. p. 239. — Pileo carnoso, convexo-plano, discoideo, circa marginem fibris superficialibus, fasciculatis, albis squamoso; stipite solido, fusiformi-radicato, floccis albis squamoso-imbricatis sublanato, apice farinoso fibrilloso-que cortinato; lamellis rotundatis, dein truncato-liberis, confertis, punctatis, argillaceis. 3265

*Hab.* in fagetis umbrosis raro, in Europa. — E nobilissimis, sq. affine. Odor debilis, minime Raphani; stipes 8 cm. longus, 7 mm. crass., tenax, rectus; pileus 4 cm. latus, crustulinus, disco ruguloso.

10. **Hebeloma punctatum** Fr. El. p. 30, Hym. Eur. p. 239, Ic. t. 113, f. 1, Weinm. p. 207, Berk. et Br. n. 906, Cooke p. 111, Schum. n. 1709, e descr., Secr. n. 643. — Pileo carnoso, planiusculo, e sericeo glabrato, disco obscuriore papillis viscosis punctato; stipite cavo, æquali, e velo fibrilloso sericeo, pallescenti, apice albo-pruinoso; lamellis arcuato-adfixis, angustis, confertis, e pallido ferrugineis spadiceisve; sporis sphæroideo-ellipsoideis, chlorino-hyalinis vel dilutissime flavescentibus, 7-11 ≃ 5-6. 3266

*Hab.* et abundat in silvis montanis Europæ, autumno seriore. — Odor non Raphani, debilis; stipes sat gracilis, subflexuosus, demum fuscescens, ne in prima quidem infantia farctus, ceterum congruit cum *A. thelephoro* (stipite solido) Pers. Syn. p. 307. Stipes 6-11 cm. longus, 4-9 mm. crassus; pileus subumbonatus, crustulinus, in ambitu albo-sericeus, 2-6 cm. latus.

11. **Hebeloma versipelle** Fr. Epicr. p. 179, Hym. Eur. p. 239, Berk. et Br. n. 907, *A. decoratus* Lindgr. Bot. Not. 1845, *A. lubricus* Aman. *A. thelephoroides* Secr. n. 576, Sterb. t. 20, *B.* — Pileo carnoso, convexo, plano, glutine tenaci viscoso, discoideo, ambitum versus adglutinato-sericeo, dein glabro; stipite fistuloso, tanaci, al- 3267

bo-sericeo apiceque pruinoso; lamellis rotundatis, confertis, latis ex albo-carneo argillaceis.

*Hab.* locis graminosis ad vias, in Europa et prope Minussinsk in Sibiria, præcoce, subcæspitosum. — Ex ætate et jove mire mutatur. Serico e velo fibrilloso evanido, stipes fibrilloso-striatus, intus fuscescens; pileus tenuis, subpunctatus, regularis, crustulinus, demum repandus, siccus alutaceus, opacus; lamellæ 6-11 mm. latæ; sporæ ovoideæ 12 μ. longæ; odor debilis, non ingratus.

12. **Hebeloma mesophæum** Fr. Epicr. p. 179, Monogr. I, pag. 327, 3268
Berk. et Br. n. 908, Hym. Eur. p. 240, Bern. Roch. t. 53, f. 4, Cooke Ill. t. 411 et 412 (f. *minor*), Hoffm. Ic. t. 6, f. 2, *A. fastibilis* var. *mesophæus* Pes. Myc. Europ. 3, p. 173 et *A. hebeloma* Secr. n. 566 hujus loci videntur. — Pileo carnosulo, e conico-convexo plano, levi, viscoso, subnudo, gilvo, disco spadiceo; stipite subfistuloso, tenaci, æquali, gracili, fibrilloso, ex albido ferrugineo, apice pruinoso; lamellis emarginatis, confertis, tenuibus, argillaceo-ferrugineis.

*Hab.* in pinetis, campis, ambulacris Europæ, vulgatum. — Ab *H. fastibili* valde diversum. Stipes tenax, 5-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus, cortina fugaci; pileus 2½ cm. latus, gilvus v. pallescens, rarissime circa marginem fibrillosus; lamellæ unicolores; sporæ 8-10 ≃ 5. — ***H. holophæum** Fr. Hym. Eur. p. 240, Icon. t. 113, f. 3: pileo umbonato, ubique obscure fusco, velo cortinæformi subannulato; stipite fuscescenti; lamellis leviter sinuatis. Cum forma typica.

13. **Hebeloma Micropyramis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 540. 3269
— Pileo campanulato umbone prominenti papillæformi, verrucis pulvereque ferrugineis obsito; stipite gracili flexuoso; lamellis latiusculis, postice rotundatis, adnexis, olivaceo-fuscis, acie albidis; sporis ovatis, 6 μ. long.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus, stipes 5 cm. longus.

14. **Hebeloma erysibodes** Mont. Syll. Crypt. n. 372. — Ferrugineum; 3270
pileo carnoso convexo, obtuse vel obsolete umbonato expanso, disco squamoso, margine inflexo striatulo; stipite basi incrassato, solido, apice spongioso-farcto, sicco striato glabro; lamellis tridymis, confertis, latissimis, triquetris seu postice truncatis, uncinato-adnexis, subdecurrentibus, tabacinis; sporis ovoideis, ferrugineis, uni- aut binucleolatis, 8 μ. long.

*Hab.* in umbrosis ad terram muscosam et inter muscos, Co-

lumbus Amer. merid. (SULLIVANT). — Pileus 7-9 cm. latus, 4 cm. circiter inclusis lamellis postice latissimis altus; stipes carnosus (?) 4-6 cm. longus, medio 6-basi 12 mm. crassus, pileo concolor. Pilei forma illam *A. ovini* Bull. t. 580, N., in memoriam revocat. Umbo pilei, ad instar apicis stipitis, cui continuus, est spongioso-anfractuosus.

15. **Hebeloma subochraceum** Peck 23 Rep. p. 96. — Pileo tenui, co- 3271
nico v. convexo, plerumque expanso, vulgo umbonato, fibrilloso, pallide ochraceo-luteo; stipite æquali, albido, leviter fibrilloso, solido; lamellis potius latis, adnexis, emarginatis, ex albido brunneo-luteis.

*Hab.* ad terram in silvulis atque locis patentibus, Sandlake et West Albany Amer. fœder. — Altitudine $2^1/_2$-5 cm. metiens, latitudine 18-37 mm.

16. **Hebeloma griseo-scabrosum** Peck 26 Rep. p. 57. — Pileo he- 3272
misphærico v. convexo, sicco, fibris squamisque adpressis rugoso, cinereo, in iuventute margine albido; stipite firmo, æquali v. deorsum leniter attenuato, solido, fibrilloso vel squamuloso, subconcolore; sporis glabris, $9 \simeq 5$.

*Hab.* ad terram in silvis Bethlehem Amer. fœder. — Gregarium, 4-5 cm. altitudine metiens; pileus $1^1/_4$-2 cm. latus; stipes 2-3 mm. crassus.

17. **Hebeloma infidum** Peck 27 Rep. p. 95. — Pileo firmo, campa- 3273
nulato vel expanso, subumbonato, disco leniter squamuloso, sæpe margine rimoso, albido; stipite æquali vel basi leviter bulboso-incrassato, minute furfuraceo, cavo, pileo concolore; lamellis confertis e pallido cinnamomeo-brunneis; sporis globosis, noduloso-exasperatis, 8 $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram muscosam in nemoribus paludosis, in montibus Adirondak Amer. fœder. — Statura 5 cm. metiens, pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. latus, stipes 2-5 mm. crassus. Admodum refert *Inocybem geophyllam*, sed separandum pileo leniter squamuloso sporisque asperis; pilei margo plerumque profunde fissus ita ut pileus faciem stellatam præbeat ob lobos radiantes.

18. **Hebeloma fusco-discum** Peck 27 Rep. p. 95, tab. 1, fig. 3-6. — 3274
Pileo initio subviscido, fibrillis nigrescenti-brunneis obtecto, demum campanulato v. expanso, umbonato, albido, disco persistenter nigrescenti-brunneo; stipite æquali, solido, apice albido atque pruinoso, in reliquo brunneo-fibrilloso; lamellis confertis, albidis demum brunneis, acie minute exasperatis; sporis $9 \simeq 4^1/_2$.

*Hab.* in pascuo vetusto sub arboribus, Forestburg Amer. fœder. — Pellicula subviscida, secernibilis. Odor similis illi florum Castaneæ.

19. **Hebeloma olidum** Cooke et Mass. Grev. XV, p. 93. — Pileo car- 3275
nosо, convexo, viscido, rufo-brunneo, squamulis pallidis superficialibus consperso, margine incurvo pallidiore; stipite subæquali, fistuloso, glabro; lamellis lanceolatis, attenuato-subliberis, pallido-argillaceis; sporis 10 ≃ 6

*Hab.* ad terram, Lake Bonney Australiæ (Wehl). — Odor fœtidus; pileus vix 2,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 4 mm. crassus.

20. **Hebeloma mutatum** Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p. 67. — 3276
Pileo tenui, firmo, convexo lateve conico, gibboso vel late umbonato, e squamis floccosis, fasciculatis, squarrosis dein, excepto disco elabentibus, rugoso, obscure brunneo; stipite gracili, æquali, solido, firmo, floccoso-squamoso, sæpe basi incurvo, pileo concolori; lamellis latis, confertis, postice rotundatis profundeque emarginatis, sursum adnatis, obscure ferrugineo-brunneis, acie albida; sporis ellipticis, 10 μ. longis.

*Hab.* ad terram udam in silvis M. Catskill Amer. borealis. — Fungus 5-7,5 cm. altus, pileus 12-25 mm. latus, stipes 2 mm. circ. crassus.

21. **Hebeloma medianum** Britz. Derm. et Mel. p. 159, f. 39. — Pi- 3277
leo hemisphærico, albo, obtuse medio umbonato, flavo-brunneo, margine fragmentis veli ? albidis instructo; stipite farcto, inferne incrassato; carne albida sine ordine; lamellis non confertis, pallide flavo-brunneis, basi alba; sporis 8-10 ≃ 5-6.

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes ultra 5 cm. sæpe longus, sursum 5 mm. crassus.

22. **Hebeloma deflectens** Karst. Hattsv. I. p. 475. — Pileo carnosulo, 3278
convexo-plano, dein late depresso, levi, ruguloso, sicco, furfuraceo-squamuloso, læte alutaceo-flavo, 2,5-3,5 cm. lato; stipite æquali, tereti, rarissime superne compresso, fistuloso, tenaci, radicanti, pallidiore, undique albido-furfurato, 5-8 cm. longo, 2-3 mm. crasso; lamellis adnatis vel subadfixis, lanceolatis, confertis, laxis, ex albido argillaceo-ochraceis, demum subfuscis vel cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, inæqualibus, flavescentibus diaphanis, 7-9 ≃ 5-6.

*Hab.* in pascuis et dumetis aliquoties in regione Mustialensi in Fennia, in insula quoque Runsala lectum. — Solitarium vel gre-

garium. Odor Raphani fortis. Velum nullum. Ad *Flammulam* vergit.

23. **Hebeloma pyrrholepidum** Mont. Syll. Crypt. n. 371. — Pileo 3279
carnosulo, e conico campanulato umbonato, squamis confertis fibrosis obducto croceo-fulvo; stipite apice fibroso-spongioso ampliato sericeo fibrilloso-corticato; lamellis linearibus, attenuato-affixis, cinnamomeis, acie alba denticulatis; sposis oblongis, ferrugineis, 10 $\mu$. circiter long. nucleo conformi.

*Hab.* ad terram graminosam Columbus Amer. merid. (Sullivant). — Gregarium. Facies *Lep. clypeolariæ*, demto annulo; pileus 2 cm. lat., $^1/_3$ cm. alt.; stipes 5-6 cm. long., basi 1-2 mm., sursum 3-4 mm. cr. *Inocybæ scabræ* affine, a qua colore rufo tandem cinnamomeo, pileo squamis reflexis hirto, stipite cavo, lamellis acie pulverulenta ad speciem denticulatis satis distinctum videtur.

24. **Hebeloma stellatosporum** Peck 26 Rep. p. 57. — Pileo convexo, 3280
sicco, rugoso, squamis innumeris squarrosis v. erectis exasperato; stipite æquali, squamoso, concolore; lamellis e pallido brunneis; sporis subglobosis, rugosis, minute nodulosis, 8 $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram in silvis Croghan Amer. fœder. — Statura 5 cm. adæquans, pileus $2^1/_2$ cm. latus, stipes 2 mm. crassus. Cum *H. mutato* strictam præbet similitudinem, sed distinguendum squamis persistentibus sporisque rugosis.

25. **Hebeloma fragilius** Peck 27 Rep. p. 95. — Parvum, fragile, pal- 3281
lide argillaceo-ochraceum; pileo tenui, e convexo expanso vel centro depresso, plerumque margine irregulari vel undato, initio minute squamuloso; stipite gracili, squamuloso, cavo, sæpe basi in discum tenuem expanso; lamellis confertis, in iuventute pileo aliquantulum pallidioribus, acie minute erosis.

*Hab.* locis humidis, inter folia putrescentia in aquitrinis, Indianlake Americ. fœder. — Statura circiter $2^1/_2$ cm. metiens, pileus 6-13 mm. latus, stipes vix 2 mm. crassus. Pilei squamulæ facile separabiles atque ætate evanescentes, plerumque e pilei margine dependentes ad instar fimbriæ.

26. **Hebeloma subcollariatum** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1492, Stev. 3282
Hym. Brit. I, p. 259, Cooke Ill. t. 506 (var.). — Pileo convexo, subcarnoso, pallido, centro subfusco, leviter glutinoso, velo floccoso evanescente; stipite farcto demum subtiliter fistuloso, basi brunneo pulverulento; lamellis ventricosis, secedentibus, collarium breve interruptum formantibus, argillaceis, acie candidis; sporis ellipticis uninucleatis, 12,5 $\mu$. longis.

*Hab.* ad terram nudam Sibbertoft. — Pileus circ. 2,5 cm. latus. *Hebelomati mesophæo* proximum, cujus forte varietatem sistit.

27. **Hebeloma senescens** (Batsch) B. et Br. Ann. N. H. n. 1941, Cooke Ill. t. 407, *Ag. senescens* Batsch Cont. II, p. 35, f. 197. 3283
— Pileo convexo, dein plano, leniter viscoso, ochraceo-badio, margine extimo albo, tomentello; stipite initio bulboso et deorsum brunneo, dein, apice albo, tomentoso excepto, squamuloso, solido; lamellis confertis, initio pallidis, adnexis, dein cinnamomeis; carne alba.

*Hab.* sub Pinis Gwrwch Castle Britanniæ. — Pileus subinde semiglobosus 7 cm. lat., stipes 12 cm. long.

II. *Denudata*: pileo glabro, cortina primitus nulla.

28. **Hebeloma sinapizans** Fr. Epicr. p. 180, Hym. Eur. p. 240, Cooke Ill. t. 413, Saund. et Sm. t. 2, Berk. et Br. n. 1237, Paul. t. 82, *A. grandis* Pers. M. E. 3, n. 283 ob saporem virosum hujus var. regularis. — Pileo compacto, convexo-plano, subrepando, levi, glabro, viscidulo; stipite subsolido, valido, æquali, fibrilloso, striato, albido, apice albo-squamoso; lamellis profunde emarginatis, latis, siccis, confertis, integerrimis, argillaceo-cinnamomeis. 3284

*Hab.* locis humosis silvarum Europæ, solitarium. — Valde refert n. 2, sed odor Raphani, stipes rigidus, haud laxe fibrosus, velum nullum; stipes 5-15 cm. longus, 2½ cm. crassus; pileus 7-13 cm. latus, pallescens, disco subgilvo; lamellæ fere liberæ; sporæ 12 ≃ 6. Sq. admodum affine. — B. **repandum**: lamellis arcuato-decurrentibus. *A. repandus* Schum. (Fl. Dan. t. 1497 ad sq. accedit.). *A. flexuosus* With. Pers. M. E. 3, n. 282.

29. **Hebeloma crustuliniforme** Bull. t. 308, 546 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 180, Hym. Eur. p. 241, Sverig. ätl. o. gift. Svamp. t. 64, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 414, Berk. Outl. t. 9, f. 1 (forma obesa, inconsueta), *A. fastibilis* Vulgo, Weinm. pag. 205, *A. circinans* Pers. Obs. *Pycromyces pessundatus* Batt. t. 47; *B.* lamellis spadiceis, Paul. t. 152. — Pileo carnoso, convexo-plano, subrepando, glabro, subviscoso; stipite farcto cavove, firmo, subbulboso, flocculoso-squamoso, albido; lamellis adnexis, confertis, angustis, tenuibus, ex albido aquose cinnamomeis, acie crenulatis, guttatis; sporis ellipsoideis, utrinque acutiusculis, plerumque inæquilateralibus, 10-12 ≃ 5-7, argillaceo-fuligineis, basid. tereti-clavatis 23-25 ≃ 10. 3285

*Hab.* vulgatissimum in Europa. — Odor fortis, fœtidus, Raphani; stipes subbulbosus, medullatus, albidus vel flavidus, altit.

circiter 8 cm. (latit. fere pilei æqualis); pileus lateritius, gilvo-pallescens, albicans, disco sæpe obscuriore, sub lente punctato; lamellæ jove udo guttas aqueas plorantes, siccæ maculatæ, quod præterea evenit tantum in præcedente, a quo cortina nulla differt. Mire statura variat, ut plures forsan distinguas. Cfr. Secr. n. 569-572.

30. **Hebeloma austro-americanum** Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 12. — 3286
Pileo glaberrimo, levissimo, primo subhemisphærico, 8½ cm. diam., dein explanato-expanso, 12-15 cm. ac sæpe centro depressulo, margine repando, integro v. parce minuteque fisso, lateritio-gilvo v. lateritio-griseolo, medio non v. obscuriore, iove sicco tenacello-fragili, in senectute varie lobato-fisso, cute non difficile separanda; stipite albo, carnosulo, tereti, 11-14 cm. l., 8½-13 mm. cr., basi incrassatulo-clavulato, levi vel furfuraceo-squamuloso præcipue apicem versus, ubi etiam incrassatulo; lamellis sæpius dimacriis, latiusculis, confertiusculis, antice acute rotundatis, deorsum rotundato-subliberis, latioribus, crassiusculis, superne sæpius costato-rugulosis, acie undulata, subcrenulata pallida, primo fulvescentibus dein lateritio-gilvis pulveraceo-tectis, carne pilei candida, compactiuscula, subexsucca, immutabili, crassiuscula, in stipitem (an hymenophorum?) descendente; illa stipitis externe fibroso-ténacella, interne medullosa, sæpe per ætatem evanescente; odore intensissimo, nauseoso-viroso, peculiari, fere *Russulæ fœtidæ* putrescentis; basidiis cylindraceo-clavulatis, 30-35 ≃ 8-9, hyalinis, sterigmatibus minutis; sporis elliptico-sublimoniformibus, 13-15 ≃ 9-10, dense granuloso-farctis, rubiginoso-lateritiis.

*Hab.* ad terram gregarium, vulgatissimum in umbrosis prope el Parque de Palermo, in Argentina Amer. merid.

31. **Hebeloma elatum** Batsch f. 188, opt. (*Agar.*), Berk. et Br. n. 1238, 3287
Saund. et Sm. t. 42, f. 1 (forma curta), Secr. n. 568, minime Pers. Fr. Hym. Eur. p. 241, Gill. C. F. c. ic. Bern. Roch. t. 18, f. 1. —
Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, subviscoso; stipite farcto, elongato, cylindrico, torto, adpresse fibrilloso, apice farinaceo pallescente; lamellis rotundatis, confertis, aridis, dilute ferrugineis.

*Hab.* inter folia abiegna Europæ. — Odor Raphani, fortissimus, amarus; stipes 11 cm. longus, 3-10 mm. crassus, fibris tortis contextus; pileus orbicularis, 8 cm. latus, alutaceus, margine tenuis; lamellæ 7 mm. latæ, immaculatæ; sporæ 11-14 ≃ 6-7; basidia 32-40 ≃ 10.

32. **Hebeloma longicaudum** Pers. Syn. p. 332, (*Agar.*) Fr. S. M. I, p. 248, 3288

Hym. Eur. pag. 241, Cooke Ill. t. 415, Secr. n. 581, Berk. Outl. t. 9, f. 2, Batt. t. 21, F. — Pileo carnoso, convexo-expanso, levi, glabro, viscoso; stipite subcavo, fragili, subæquali, albo, apice albo-farinaceo; lamellis emarginatis, confertis, serrulatis, aridis, albo-argillaceis; sporis 9-10 ≃ 5-6.

*Hab.* in nemorosis Europæ. — Odor haud ingratus, neutiquam Raphani; stipes obsolete fibrillosus, basi subincrassata, demum fulvescens, 11 cm. longus, 4-9 mm. crassus; pileus argillaceus, albicans, subrepandus, carne molli aquosa, sed non hygrophanus, 4 cm. latus. — Var. **radicatum** Cooke Ill. 416: stipite basi radiciformi attenuata instructo; sporis 10 ≃ 5. In pinetis Britanniæ.

33. **Hebeloma lugens** Jungh. in Linn. V. pag. 399, Fr. Hym. Eur. p. 241, *A. lubricus* Secr. n. 580, *A. cinnamomeus* Pollich. Sterb. t. 19, H. — Pileo carnoso, convexo-plano, glabro, subviscido; stipite solido, nitido, fibrilloso-striato, subbulboso, apice farinaceo albo; lamellis subliberis, fragilibus, confertis, e pallido ferrugineis, acie crenulatis obscurioribus. 3289

*Hab.* in nemoribus Europæ, socialis. — Odor fortis, sed non Raphani; stipes 6-8 cm. longus, 6-9 mm. crassus; pileus 6-8 cm. latus, brunneus, sublutescens; lamellæ 5 mm. latæ; sporæ 10 ≃ 6.

34. **Hebeloma truncatum** Schaeff. t. 251 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 242, Cooke Ill. t. 417, *A. obesus* β. Pers. Syn. p. 330. [Secr. n. 579, ad var. tenuiorem etiam accedit]. — Pileo compacto, convexo-plano, undulato-flexuoso, glabro, subsicco; stipite solido, obeso, æquali, toto subtiliter pruinoso, albo; lamellis emarginato-liberis, confertis, aridis, ex albo incarnatis, dein ferrugineis. 3290

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ et ad terram prope Minussinsk in Sibiria. — Stipes vix $2^1/_2$ cm. longus, 8-11 mm. crassus, nec fibrillosus, nec squamosus; pileus obtusus, 6-8 cm. latus, vix viscosus, subrufus, margine pallidior, carne crassa, alba; odor debilis, non ingratus; sporæ, teste Quél., subincarnatæ, 10-12 ≃ 5-6; auctor hinc species ad *Tricholoma* immerito refert; sed sec. Cooke sporæ ovato-apiculatæ, argillaceæ, 12-13 ≃ 5-7.

35. **Hebeloma nudipes** Fr. Epicr. p. 181, Hym. Eur. p. 242, Cooke Ill. t. 418, Kalchbr. Hung. t. 14, f. 4. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, subglabro, viscidulo, margine tenui; stipite solido, æquali, pelliculoso, glabro, nudo, candido, basi fibrilloso; lamellis emarginatis, confertis, aridis, argillaceis; sporis ellipsoideis, flavescentibus, uniguttulatis, levibus, 8-10 ≃ 4-5. 3291

*Hab.* in silvis Europæ, serotinum, et in terra nuda, Gracemere

Queensland Australiæ (O' Shanesy). — Stipes fibrosus, sed pellicula secernibili tectus, non vestitus, 4 cm. longus, 8-10 mm. crassus; pileus inæqualis, 5 cm. latus, vix virgatus, alutaceo-pallescens; caro aquosa; odor debilis, non ingratus; sporæ 8-10 ≃ 4-5 v. 12 ≃ 6.

36. **Hebeloma ischnostylum** Cooke Grev. XII, p. 98, Ill. t. 420. — 3292
Pileo viscidulo, glabro, æquali, e convexo expanso lateque umbonato, albo vel disco pallidulo, inodoro (vel odore debili *Spirææ*), margine tenui; stipite gracili, æquali vel basi aliquantulum attenuato, solido, glabro, nudo; lamellis postice rotundatis adnatisque, acie serrulatis, ex albido argillaceis; sporis 12 ≃ 7.

*Hab.* ad terram inter herbas Shrewsbury Amer. fœder. — Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 3-4 mm. crassus. *H. nudipedi* affine sed evidenter minime huius speciei varietas.

37. **Hebeloma capniocephalum** Bull. t. 547, f. 2 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. 3293
p. 242, Cooke Ill. t. 419. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, margine demum nigrescente; stipite farcto, deorsum attenuato, rufescenti-fibrilloso-striato, pubescente; lamellis emarginatis, latis, vix confertis, ferrugineis.

*Hab.* ad terram Galliæ et Britanniæ. — Proximis medium ut cum utroque jungere in animo fuerit; pileus gilvus, 5-8 cm. latus, disco obscuriore, ut videatur hygrophanus; caro albida, ad latera tenuis (ex icone). Affine v. idem videtur Secr. n. 578 (pileo viscido, odore moschato). Sporæ ovoideæ, griseo-olivaceæ, 12-14 ≃ 7-8; hinc Quél. ad *Tricholoma* hanc speciem ducit sed, ut videtur, immerito.

38. **Hebeloma diffractum** Fr. Epicr. p. 182, Hym. Eur. p. 242, Ic. 3294
t. 114, f. 1, Bern. Roch, t. 18, f. 2. — Pileo carnoso, tenui, convexo, obtuso, glabro, subsicco, demum diffracto-squamoso; stipite cavo, albo, deorsum attenuato, sursum albo-floccoso squamoso; lamellis emarginatis, ventricosis, latis, e pallido ferrugineis.

*Hab.* supra acus Pini in silvis densis montosis Europæ. — Odor debilis, haud gratus; stipes 2-4 cm. longus, deorsum farctus, subfusiformis; pileus mollis, 4-5 cm. latus, alutaceus; sporæ 10-11 ≃ 4-5.

39. **Hebeloma subzonatum** Weinm. p. 207, Fr. Hym. Eur. p. 242, *A.* 3295
*fastibilis concentricus* Secr. n. 573. — Pileo carnosulo, campanulato-explanato, obtuso, viscido, zonis squamuloso-innatis, obscurioribus ornato; stipite medullato-farcto, æquali, bulbilloso, fibrilloso, apice pruinoso, lamellis arcuato-adnatis, confertis, angustis, ex albido-carneo cinnamomeis.

*Hab.* inter folia in Europa raro. — Odor fortis; sapor dulcamarus; pileus albicans, subdiscoideus, 2-4 cm. latus.

40. **Hebeloma spoliatum** Fr. Epicr. p. 182, Hym. Eur. p. 243. Cfr. 3296
Secr. n. 582. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, viscoso, levi, glabro; stipite fistuloso, æquali, radicato, tenaci, glabro, apice pruinoso; lamellis rotundatis, latis, confertis, ex albido dilute ferrugineis.

*Hab.* catervatim in pinetis montosis Europæ et prope Minussinsk in Sibiria nec non Somerset East Africæ australis (Mac Owan), serotinum. — Odor non ingratus; pileus testaceo-alutaceus; lamellæ primo subliberæ, dein attenuato-adnexæ. Primitus sine velo et fibrillis in stipite $2^1/_2$-6 cm. longo, 4 mm. crasso, albo, demum fuscescente; sporæ $10 \simeq 6$.

41. **Hebeloma psamminum** Berk. Dec. 506, in Hook. Journ. (1856), ?297
p. 132. — Albescens; pileo convexo glabro, exsiccato rubro-fusco; stipite gracili glabro; lamellis ventricosis, postice attenuato-affixis, pallidis; sporis subuniformibus, 8 $\mu$. long. minute echinulatis.

*Hab.* ad terram Panurê (Spruce). — Pileus 13 mm. latus mollis; stipes 4 cm. longus, 1 mm. circiter crassus.

42. **Hebeloma latericolor** Mont. Syll. Crypt. n. 373. — Cæspitosum; 3298
pileo carnoso, convexo, margine primitus involuto, glabro levi rubricoso; stipite cylindrico e fibroso farcto demum cavo, basi incrassato; cortina contexta fugaci; lamellis latis, tridymis, emarginato-adfixis, subdecurrentibus, subsecedentibus, e griseo lurido-cinnamomeis, acie albis; sporis pallide ochraceis, ovoideo-oblongis, 7,5 $\mu$. long.; basidiis longis, quadricornibus; cystidiis acuminato-mucronatis.

*Hab.* circa radices truncorum emortuorum ad terram, oct.-decemb. Columbus Amer. merid. (Sullivant). — Pileus 4-7 cm. lat. stipes 6-7 cm. long., 6-18 mm. cr. Species ex icone *Coll. fusipedi* subsimilis, a qua vero, speciminibus collatis, stipitè basi haud attenuato, imo sporis ochraceis nec albis certe longe distat.

43. **Hebeloma tortuosum** Karst. Hattsv. I, p. 475. — Pileo subcar- 3299
noso, e convexo expanso, gibbo, levi, rufo-alutaceo (pallidiore), glabro 2 cm. lato; stipite deorsum attenuato, cavo, contorto, pallido, apice albo-floccoso-squamoso, circ. 7 cm. longo; lamellis subconfertis, rotundato-adnexis, e pallido melleis; sporis ovoideis, flavescentibus, $6\text{-}9 \simeq 4\text{-}5$.

*Hab.* in alneto Mustiala in Fennia.

44. **Hebeloma veniferum** B. et C. N. Pac. exp. n. 39. — Pileo te- 3300

nui striato glabro, margine reflexo albido; stipite æquali, bruñneolo; lamellis angustis, liberis, umbrinis; interstitiis eximie venosis.

*Hab.* locis humidis in insula Arakamlchechene in Behring freto. — Pulcherrima species affinis *Inocybi rimosæ*, sed distinguenda pileo glabro, interstitiis reticulatis, margine reflexo etc.

45. **Hebeloma catervarium** Lév. Ann. d. Sc. Nat. Fêv. 1846 p. 113. 3301
— Cæspitosum; pileo carnoso, convexo, expanso, nudo, rubiginoso; stipite elongato, pleno, nudo, cylindrico, striato, pileo dilutiore; velo fibrilloso fugaci; lamellis latis confertis, postice sinuatis, dente adnatis ferrugineis.

*Hab.* ad truncos arborum Neilgherries, Madras (Perrottet). — Pileus 3-6 cm. latus; stipes circiter 5 mm. crassus.

46. **Hebeloma sarcophyllum** Peck 23 Rep. p. 96, t. 1, f. 7-11. — Pi- 3302
leo carnoso, breviter atque obtuse conico vel convexo, glabro, albo, margine incurvo; stipite æquali, glabro, albo, firmo, farcto, superne farinoso-squamuloso; lamellis latis, haud confertis, adnexis, profunde emarginatis, sordide carneis; sporis glabris, obscurissimis, ferrugineis.

*Hab.* ad terram in herbidis humidis Greenbush et Ticonderoga Amer. fœder. — Altitudine 2½-5 cm., latitudine 1-4 cm. adæquans; sapor nonnihil amaricans.

47. **Hebeloma sacchariolens** Quél. Champ. Norm. p. 10, t. X, fig. 6. 3303
— Pileo campanulato, convexo, 2-3 cm. lato, tenui, glabro, viscoso, albido, disco rufescenti; stipite gracili, subfistuloso, striatulo, sericeo, apice pruinoso, basi albo-fibrilloso rufescenti; lamellis sinuato-adnexis, crenulatis, ex albido alutaceis acie candidis; sporis amygdalinis, rufis, 12 μ.

*Hab.* gregarium in nemoribus siliceis Normandiæ (A. Lebreton), Montmorency (Boudier), Vogesorum (Dr. A. Mougeot filius). — Odor fortis sacchari tosti.

48. **Hebeloma pallido-marginatum** Peck 25 Rep. p. 78. — Pileo fra- 3304
gili, late convexo, sæpe irregulari, glabro, hygrophano, udo brunneo, margine pallido, sicco ochraceo vel subatomaceo; stipite vulgo longo atque flexuoso, æquali vel sursum conico, cavo, pileo aliquantulum pallidiore, basi albo-floccoso; lamellis confertis, tenuibus versus stipitem rotundatis leviterque emarginatis, antice attenuatis, ochraceo-brunneis; sporis subellipsoideis, 10 ≃ 5.

*Hab.* terram in locis paludosis vel humidis, Sandlake Amer. fœder. — Gregarium, 2½-3 cm. altum, pileo 1¼-2½ cm. lato; stipite 2 mm. crasso.

49. **Hebeloma Colvini** Peck 28 Rep. p. 49. — Pileo carnoso, convexo 3305
vel expanso, plerumque gibboso vel late umbonato, raro centro depresso, glabro, argillaceo vel alutaceo in pallido-ochraceum vergente; stipite flexuoso, sericeo fibrilloso, farcto vel cavo, basim versus solido, albido; lamellis confertis, latis, emarginatis vel postice rotundatis, ex albido vel pallido brunneis; sporis subellipsoideis, 10–13 μ. long.

*Hab.* in collibus sabulosis prope West Albany in Amer. fœder. — Statura 5–10 cm. metiens; pileus $2^1/_2$–8 cm. latus; stipes 2–7 mm. crassus. Habitu singularis. Mycelium sabulam conglobat in massam stipitis basi adhærentem.

50. **Hebeloma parvifructum** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 88. — Pileo 3306
convexo, dein expanso, subviscido, sordide albo, dein griseo-brunneo vel ætate provecta pallide castaneo, sæpe margine pallidiore; stipite æquali, sericeo-fibrilloso, solido, albo, basim versus ferrugineo vel brunneo maculato, apice pruinoso et substriato; lamellis latis subconfertis, leniter emarginatis, primo albis, dein brunneo-ochraceis; sporis oblongis, 6–7 ≃ 4–4,5, brunneo-ochraceis.

*Hab.* ad terram arenosam in pinetis West Albany Amer. bor. — Fungus 7,5–10 cm. altus, velo arachnoideo albo instructus; pileus 5–7,5 cm. latus; stipes 7–12 mm. circ. crassus.

51. **Hebeloma subsaponaceum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XIII, p. 3. 3307
— Pileo carnoso, convexo-plano, orbiculari, obtuso, levi, nudo, sicco, gilvo-pallido, sicco subsaturatiore; stipite e farcto cavo, elongato, æquali, plerumque leniter flexuoso, adpresse fibrilloso, apice subfarinaceo, pallescente, deorsum, præcipue tactu, umbrino; lamellis adnatis, secedentibus, confertis, aridis, acie subtilissime crenulatis, ex albido-argillaceo dilute ferrugineis; sporis ovoideo-oblongis, eguttulatis aut primitus 1-guttulatis, 6–10 ≃ 4–6, levibus.

*Hab.* inter folia in abiegno prope lacum Salois, Tammela Feniæ. — Catervatim crescit. Pileus usque ad 3 cm. latus; stipes 2–3 cm. longus, 3–4 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ; sapor acerbus, odor gravis, saponaceus. *Hebel. elato* proximum at odore saporeque, stipite haud torto magnitudineque minori distinguendum.

52. **Hebeloma apolectum** Britz. Hym. Südb. IV, p. 156, f. 174; *A. tele-* 3308
*phorus* Pers. Syn. p. 307? — Pileo hemisphærico, parum umbonato, margine revoluto, viscoso, opaco, pallide flavo; stipite carneque flavo-albidis; lamellis distantibus, flavo-brunneolis; sporis 8–10 ≃ 6.

*Hab.* ad Hochmoor prope Oberstaufen Bavariæ australis altit. circ. 1200 m.

53. **Hebeloma sordidulum** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 88. — Pileo te- 3309
nui, firmiusculo, convexo, udo viscido, brunneo-rufo vel cinnamomeo-brunneo, margine pallidiori vel albido, carne alba, Raphani odore; stipite brevi, æquali, farcto vel cavo, leniter fibrilloso, albo, apice pruinoso; sporis subellipticis, 12-13,5 ≃ 6,5-7; lamellis latis, confertis, postice rotundatis, leniter adnexis, pallidis, demum brunneo-ochraceis.

*Hab.* in terra arenosa in apricis Karner Americæ borealis. — Totus fungus circ. 2,5 cm. altitudine metiens, pileus 2-3,5 cm. latus, stipes 3-5 mm. crassus.

54. **Hebeloma illicitum** Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p. 68, t. IV, 3310
f. 1-5. — Pileo carnoso, firmo, late convexo vel expanso, glabro, hygrophano, udo obscurissime brunneo, sicco pallidiori; stipite firmo, æquali, cavo, scabro, apice evidenter striato, pileo pallidiori, mycelio albo instructo; lamellis confertis, latis, antice attenuatis, planis vel ventricosis, postice rotundatis, dente leniter decurrenti, pallide brunneis; sporis subellipticis, 6 μ. longis.

*Hab.* ad ramulos truncosque putrescentes in silvis Greig Amer. bor. — Fungus compactus, gregarius vel cæspitosus, 3,5-5 cm. altus; pileus 2,5-4 cm. latus; stipes 4 mm. circ. crassus.

55. **Hebeloma excedens** Peck 24 Rep. of the Bot. 1872, p, 68. — 3311
Pileo tenui, convexo, gibboso vel late umbonato, pallide ex alutaceo rubescente; stipite æquali, valido, sericeo-fibrilloso, pileo concolori; lamellis latiusculis, confertis, profunde emarginatis, marginem non attingentibus, acie subtiliter erosis, pallidis, dein brunneolis; sporis subellipticis, 7 μ. longis.

*Hab.* in terra arenosa in pinetis Saratoga Amer. bor. — Fungus 5 cm. altus, pileus 2,5 cm. latus, stipes 2-4 mm. crassus; odor et sapor Raphani.

56. **Hebeloma Stocseki** Schulz. Myk. Beob. Nord-Ung. p. 193, n. 138, 3312
Britz. Derm. et Mel. p. 159, f. 52, 55. — Pileo convexo, levissimo ex albido flavo, centro fulvente; stipite cylindraceo deorsum incrassato, sæpe striato-torto, albido; lamellis adnexis, angustis, utrinque attenuatis, rufescentibus; sporis 10 ≃ 4-6, oblongis, basi apiculatis.

*Hab.* in silvis prope Strassberg Bavar. et Ofen Hung. — Pileus 3-5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 1 cm. cr.

57. **Hebeloma ignobile** Berk. Lond. Journ. Bot. I, p. 452. — Pileo 3313
rufo-fusco, glabro, plano, centro depresso, margine tenui submembranaceo; stipite subtenui, glabro, incurvo, æquali, solido; lamel-

lis latis, ventricosis, postice sinuatis, dente decurrente; sporis ferrugineis.

*Hab.* in silvis, New Ireland (J. B. Hinds). — Pileus sesquicentimetrum vel ultra latus; stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus.

58. **Hebeloma Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885, p. 134. — Pileo carnosulo, margine tenui, ex umbonato-campanulato convexo, 2-4 cm. et ultra lato, ex albo ochraceo, tandem rufo-fusco, levissimo, jove pluvio subviscoso, pellicula separabili; lamellis antice rotundatis, postice subsinuato-adnexis, usque 9 mm. latis, e subconferto subdistantibus ex albido dilute-cinnamomeis; stipite cylindrico, sæpe basim curvato, contiguo, e farcto cavo sed non vere tubuloso, albo a basi fuscidulo, subsericeo, vertice subfarinoso, variabili, 2-6 mm. crasso, 2,5-5,5 cm. et ultra longo; carne albida; odore singulari, nec ingrato; sapore dulci, bono; sporis sordide ferrugineis, ellipsoideis subovatis, inæquilateralibus, 10-12 ≃ 5-6. 3314

*Hab.* in silvis Kunjevce et Erkvenac, gregatim, post diuturnas pluvias in Slavonia.

59. **Hebeloma Syrjense** Karst. Hattsv. I, p. 475. — Pileo subcarnoso, e convexo expanso, obtuso, sicco, levi, glabro, testaceo; stipite fistuloso, æquali, flexuoso, torto, sursum albo-flocculoso-pulverulento, albo, mox basi, demum toto umbrino; lamellis adnexis, confertis, pallidis, acie subtiliter flocculoso-crenulatis; sporis ellipsoideis, flavescentibus, uniguttulatis, 10-11 ≃ 5-6. 3315

*Hab.* in pineto Syrjöas prope Mustiala Fenniæ inter muscos, mense Sept. — Basi cohærens, subcæspitosum. Pileus primo micore albo irroratus, 4-6 cm. latus; stipes demum totus, etiam intus, umbrinus, 12 cm. circiter longus; odor vix notabilis.

III. *Pusilla:* pileo vix 2-3 cm. lato. — Statura Naucoriarum.

60. **Hebeloma sterile** Jungh. Linn. V, t. 6, f. 8, Fr. Hym. Eur. p. 243. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, glabro, levi, sicco stipiteque solido, æquali, glabro, apice floccoso-pruinoso violaceis; lamellis liberis, angustis, ferrugineis. 3316

*Hab.* in silvis Hercyniæ. — Parvum, colore inconsueto notabile.

61. **Hebeloma Magnimamma** Fr. Monogr. II, p. 299, Hym. Eur. p. 243, Ic. 114, f. 4, Cooke Ill. t. 508. — Pileo disco carnoso, in umbonem mammiformem extuberante, convexo-plano, nudo, testaceo, expallente; stipite obsolete fistuloso, æquali, glabro, nudo, gilvo-pallido; lamellis obtuse adnatis, confertis, e pallido ferrugineis. 3317

*Hab.* ad terram nemorum in Ostrogothia et in herbosis in Bri-

tannia. — Velum nullum et pileus sine indumento sericeo; pileus in ambitu tenuis, non hygrophanus, 2-3 cm. lat.; stipes 2-3 cm. long., 2-3 mm. cr.

62. **Hebeloma Odini** Fr. Monogr. II, p. 300, Hym. Eur. p. 243, Ic. t. 114, f. 3. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, nudo, badio, circa marginem fulvo; stipite farcto, fibroso, fibrilloso, badio-fulvo; lamellis leviter sinuatis, primo luteis, dein fulvis. 3318

*Hab.* in tumulo Odini prope Upsaliam in Suecia. — Gregarium, parvum, coloribus Flammularum. Stipes vix $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. circiter crassus.

63. **Hebeloma petiginosum** Fr. Syst. Myc. I, p. 259, Hym. Eur. p. 243, Ic. t. 114, f. 4, Cooke Ill. t. 508, Lasch l. c., Secr. n. 326, Pers. M. E. 3, n. 257, 263, B. *A. rufipes* Pers. Ic. descr. t. 1, f. 5? ab ipso dein neglectus. — Pileo carnosulo, e conico-convexo expanso, sicco, disco gibbo fusco, ambitu cano-sericeo; stipite farcto, tenaci, gracili, pulverulento, testaceo-rufescente; lamellis liberis, ventricosis, e flavo olivaceo-spadiceis; basidiis tereti-clavulatis, 25-30 ≃ 7; sporis ovoideis 8-10 ≃ 6, basi subapiculatis, dilute fuligineis. 3319

*Hab.* ad terram umbrosam in fagetis etc. Europæ. — Alii haud affine, habitu *H. geophylli*, tenue, parvum, pileo 8-17 mm. lato, demum lutescente; stipite 2-6 cm. longo, 2 mm. crasso; lamellæ sæpe pulchre ciliatulæ.

B. *Subannulata* (Roumeguerites Karst.).

64. **Hebeloma strophosum** Fr. Epicr. p. 161, Monogr. I, p. 325, Hym. Eur. p. 240, *Roumeguerites strophosus* Karst. Hattsv. I, p. 452. — Pileo carnoso, e convexo plano, subumbonato, udo, viscido, crustulino, circa marginem albo-sericeo; stipite cavo, curto, albo-sericeo, apice annulato; lamellis ex adnexo liberis, confertis, ventricosis, carneis, demum argillaceo-cinnamomeis. 3320

*Hab.* locis graminosis in pinetis, glareosis, ad ripas amnium in Europa. — Species eximie distincta annulo supero floccoso, ex quo ad Pholiotas pertineret; quum vero nulla cum his adsit affinitas, evidens vero cum præcedentibus, hoc loco insertum fuit. Stipes 2-5 cm. longus, non pulverulentus, sed adpresse sericeus; pileus 4 cm. latus, minus viscidus; lamellæ demum remotæ; odor non Raphani.

65. **Hebeloma elatellum** (Karst.) *Roumeguerites elatellus* Karst. Symb. Myc. Fam. IX, p. 43, Ic. sel. t. XIV. — Glaberrimum; pi- 3321

leo carnosulo, hemisphærico levissimo, fuscescente pallido, interdum guttato-maculato, sicco livido-lutescente, circiter 3 cm. lato; stipite elato æquali, basi leviter incrassato, subundulato, substricto, nudo, albido vel albo, circiter 14 cm. alto et 4 mm. crasso; annulo infero, membranaceo, integro, persistente, fuscescente pallente; lamellis adnatis, dente decurrentibus, admodum confertis, argillaceo-pallidis, linearibus; sporis ellipsoideis, flavidis, 8 ≃ 4–5; odore nullo.

*Hab.* in pinetis Syrjöas prope Mustiala Fenniæ, sept.

**FLAMMULA** Fr. Syst. Myc. I. p. 250 (Etym. *flamma* ob colores sæpe igneo-flavos). — Velum fibrillosum v. nullum. Stipes carnoso-fibrosus, sursum haud farinosus. Pileus carnosus, margine pilei primo involuto. Lamellæ decurrentes v. sine sinu adnatæ, vulgo integerrimæ, unicolores — Paucæ terrestres, plurimæ lignatiles in Pholiotas transeuntes.

I. Gymnotæ. Velum nullum; pileus siccus, sæpius squamulosus. Sporæ ferrugineæ v. fusco-ferrugineæ.

1. **Flammula gymnopodia** Bull. t. 601, f. 1 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. 3322
p. 244, Cooke Ill. t. 431. — Obscure ferruginea; pileo carnoso, campanulato-convexo, squamuloso; stipite solido, glabrato, æquali; lamellis longe decurrentibus, arcuatis, confertis.

*Hab.* ad terram Galliæ raro; post Bulliardum in Vogesis legit Mougeot. Species major, cæspitosa, distinctissima. Stipites adscendentes, 5 cm. v. ultra longi, 8 cm. crassi; pilei 5–8 cm. lati.

2. **Flammula vinosa** Bull. t. 54 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 244, Gonn. et 3323
Rab. t. 9, f. 4, (non descriptio), Cooke Ill. t. 437. — Pileo carnoso, expanso, demum depresso, sicco, ferrugineo-cervino stipiteque solido, firmo, basi subincrassato subtiliter flocculosis; lamellis decurrentibus, confertis, simplicibus, angustis, ferrugineis.

*Hab.* ad terram Europæ australioris et in Britannia. Sporæ pallidæ umbrinæ, 5 μ. longæ, ovatæ. Species post Bulliardum in Britannia recenter reperta et vere nobilis. *Ag. vinosus* Weinm. (*A. Weinmanni* Fr. Ep. p. 183) differre videtur sed in «Hymen. eur.» omissus est. *A. propinquus* Pers. vix dubie *Paxilli* species.

3. **Flammula clitopila** Cooke et Smith Grev. XIII, p. 59, Illustr. t. 3324
500. — Pileo carnosulo, convexo, disco depresso atque umbilicato, glabro, sicco purpureo-brunneo; stipite ventricoso, erecto, cavo, fuligineo, versus basim paucis fibrillis hic illic adsperso, intus brun-

neo; lamellis vix confertis, ventricosis, leniter adnexis, pallidis; sporis 10-11 ≃ 7.

*Hab.* inter Abietes, Stonchouse, Glocester, Britanniæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes 6–8 cm. longus, 1 mm. centro crassus. Affinis *Ag. Weinmanni* Fr. (Cfr. *F. vinosa*) cujus pro varietate haberi posset, sed differt pileo minime virgato, stipite ventricoso cavo atque lamellis haud decurrentibus.

4. **Flammula compernis** Fr. Epicr. p. 183 *Ag. curvipes* Bert. herb. 3325
— Pileo subcarnoso, convexo, levigato, umbone obscuriore, badio; stipite farcto, curvato, furfuraceo-squamuloso, pallido, basi incrassato; lamellis adnatis e pallido alutaceis.

*Hab.* ad parietes argillaceas in Chili. — Statura 2-3 cm.; pileus glabellus, flavescens, margine integro; sporæ ignotæ.

5. **Flammula paradoxa** Kalchbr. Fung. Hung. t. 16, f. 1, Fr. Hym. 3326
Eur. p. 244. — Pileo carnoso, e convexo plano, sicco, tomentoso, rufo-umbrino; stipite solido, subradicato, inæquali, fibrilloso, luteo subrubente; lamellis decurrentibus, distantibus, venoso-connexis, e luteo aureis, tritis rubentibus; sporis oblongis, circiter 9-10 ≃ 4, vel 16-17 ≃ 6-7 sec. Anglos.

*Hab.* locis graminosis, muscosis Hungariæ borealis et pr. Augsburg Germaniæ (Britzelmayr). Stipes variat fusiformis et bulbosus, cute sæpius in lacinias revolutas dirupta; pileus 5-8 cm. latus, senior lobatus; lamellæ variant morbose crispatæ et anastomosantes, quod in variis speciebus vidimus. Auctores nonnulli hanc speciem ad gen. *Paxillum* referunt. Sec. Quél. Ench. p. 93 huc spectat *Clit. Pelletieri* Lév. et Gill. Cfr. n. 698.

6. **Flammula Tammii** Fr. Monogr. II, p. 301, Hym. Eur. p. 244, Ic. 3327
t. 115, f. 2. — Pileo carnoso, convexo, sicco, floccoso-sericello, obscure luteo, in brunneum vergenti; stipite solido, sericeo-fibrilloso, æquali, luteo-rufescente; lamellis adnatis, subconfertis, aureo-fulvis; sporis fulvo-ferrugineis, oblongis, 3-guttatis.

*Hab.* ad terram nudam per multos annos ad Tvetaberg Sudermanniæ, jam mense junio. Gregaria, subcæspitosa; statura varians. — Pileus 4–11 cm. latus. Quélet dubitanter ad *Fl. vinosam* refert. Patouillard (Tab. anal. n. 354) huc ducit *Pl. paradoxam* et *Clitocyben Pelletieri.*

7. **Flammula abrupta** Fr. Monogr. I, p. 348, Hym. Eur. p. 245, Ic. 3328
t. 115, f. 1. — Pileo carnoso, e convexo plano demumque disco depresso, obsolete umbonato, glabro, nitide fulvo; stipite subsolido, fibrilloso, luteo-fulvente; lamellis adnatis, dente decurrentibus, vix

confertis, e pallido fulvis; sporis ovoideo-vel ellipsoideo-sphæroideis, flavescentibus, 5-7 ≃ 3-5.

*Hab.* in terra silvæ prope Upsaliam copiose lecta. — Colore splendido *Ph. aureæ* v. *Cortinarii limonii* insignis, ceterum admodum varia, habitu Cortinarii, sed velum nullum nec lamellæ pulverulentæ; stipes sursum demum cavus, nunc curtus bulbosus, nunc elongatus et attenuatus, peculiari ratione apicem versus rimoso-squarrosus.

8. **Flammula floccifera** Berk. et Br. n. 909, t. 14, f. 1, Cooke Ill. t. 438, Fr. Hym. Eur. p. 245. — Cæspitosa; pileo subcarnoso, e convexo plano, fulvo, fibrillis niveis adsperso; stipite fistuloso, e squamulis sericeis albo, deorsum attenuato, intus umbrino; lamellis adnatis, latiusculis, ferrugineis, acie albis. 3329

*Hab.* ad frustula lignea Tiliæ in Anglia. — Stipes 4 cm. longus, 6 mm. crassus, furfuraceus; pileus 5 cm. latus, siccitate subzonatus. Caro sub cuticula fulvescit.

9. **Flammula muricella** Fr. Monogr. II, p. 302, Hym. Eur. p. 245, Ic. t. 120, f. 1. — Pileo carnosulo, e convexo plano, fulvo, ubique squamulis minutis, innatis, suberectis, obscurioribus muricato; stipite solido, æquali, glabro, pallescenti; lamellis adnatis, confertis, sordide luteis; sporis fusco-ferrugineis. 3330

*Hab.* ad terram argillaceam compactam in Europa post largas pluvias, raro. — Parva, vix $2^1/_2$ cm. lata. *Fl. carbonariæ*, ut videtur affinis.

10. **Flammula seducta** Britz. Derm. et Mel. p. 160, f. 115. — Pileo expanso, nunc subexcavato, nunc medio fere umbonato, piloso, flavorufo, margine angulato-dentato, revoluto; stipite fibrilloso, concolori, cavo; lamellis adnatis, subventricosis, decurrentibus, primo albidis, dein olivaceis, distantibus; sporis oblongis, 10 ≃ 4-6. 3331

*Hab.* in silvis ad Haspelmoor Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 4 mm. crassus. *P. muricellæ* proxima.

11. **Flammula decipiens** Worth. Smith in Seem. Journ. 1869, t. 95, f. 5-8, Fr. Hym. Eur. p. 245, Cooke Ill. f. 438. — Pileo carnoso, convexo, sicco, minute squamuloso, brunneo, pallescenti, umbone albido; stipite torto, striato, fulvo, deorsum attenuato; lamellis decurrentibus, confertis, læte brunneis; sporis ovatis vel uno apice apiculatis, 8 ≃ 4. 3332

*Hab.* locis adustis Europæ ad terram in societate *Fl. carbonariæ*, a qua non modo lamellis decurrentibus, sed etiam pileo

sicco squamuloso differt. Pileus $2^1/_2$ cm. latus, stipes 5 cm. longus, caro pallida.

12. **Flammula anepsia** Mont. Syll. Crypt. n. 374. — Pileo carnosulo, convexo, hemisphærico, centro depresso levi, rubro-cinnamomeo; stipite tereti fistuloso, basi decumbente attenuato; lamellis didymis, distantibus, adnato-decurrentibus, e ferrugineo cinnamomeo-badiis; sporis ferrugineis, amygdaloideis, 10 μ. long. 3333

*Hab.* in fragmentis ligneis terra semisepultis, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pilei cæspitosi, 2,5-5 cm. lat., 2 cm. alti; stipes 4-7 cm. long., 3-4 mm. cr.

13. **Flammula holocirrha** B. C. N. Pac. exp. n. 40. — Minor, fulva; pileo sub lente floccis squamulisve, innatis subtiliter notato, quandoque glabro; stipite tenui, fibrilloso-striato; lamellis flavo-punctatis, decurrentibus; sporis minutissime echinulatis. 333

*Hab.* in ligno emortuo in insulis Bonin. Affinis *Fl. penetranti* sed minor.

14. **Flammula filicea** Cooke in Seem. Journ. 1863, p. 65, t. 3, f. 1, Ill. t. 450, Fr. Hym. Eur. p. 253. — Pileo carnoso, convexo-plano, squamuloso-fibrilloso, aureo; stipite lutescenti, basi obscuriore, fibrilloso, cortina margini pilei adhærente; lamellis adnatis, confertis, sulphureis, demum cinnamomeis; sporis 8 ≃ 5. 3335

*Hab.* in Filice arborea in Angliam introducta. — Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, stipes 4-6 cm. longus.

15. **Flammula Crœsus** B. C. Fung. Un. t. Ex. Expl. t. 195, tab. 1, fig. 2. — Aurea; pileo carnoso, excentrico pilis innatis subtiliter squamoso; stipite brevi, obeso; lamellis postice emarginatis confertis; sporis minoribus, ellipticis. 3336

*Hab.* ad ligna, Waya-ruru Bay in New Zealand. — Pileus 8 cm. latus; stipes 14 mm. longus, 8 mm. crassus; pileo pallidior, furfuraceo-tomentosus; lamellæ latæ, emarginatæ vel postice sinuatæ, vix adnatæ, uniformiter aureo-luteæ haud maculatæ. Stricte affinis *Pholiotæ spectabili*, sed differt stipite excentrico.

16. **Flammula Crocias** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 541. — Cæspitosa; pileo convexo squamulis pilosis erectis obsito; stipite squamuloso; lamellis adnatis, latiusculis, croceis; sporis 6 μ. long. 3337

*Hab.* in ligno emortuo in regione centrali Ceylon (Thwaites). Pulcherrima species. Stipes sæpe sursum vel deorsum incrassatus.

17. **Flammula dilepis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 541. — Pileo e convexo umbonato, depresso, luteo, squamulis obsito; sti- 3338

pite curvo, glabro, pallido, farcto; lamellis ventricosis, postice sinuatis, adnato-decurrentibus, flavis; sporis 6 μ. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 2-2½ cm. latus; caro subcandida; stipes 3 cm. longus, 2 mm. crassus, extus intusque pallidus; lamellæ 2 mm. latæ. Pluribus notis refert *Naucoriam heliocaem* B. et Br.

18. **Flammula aureo-brunnea** B. et C. Journ. Linn. Soc. vol. X, p. 3339
289. — Pileo adpresso fibroso, tenui, aureo, margine inflexo; stipite solido, adpresso-piloso, pallide fusco; lamellis latis, adnatis, aureis.

*Hab.* ad caudices emarcidos in montibus Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 8 mm. crassus.

19. **Flammula chrysopella** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 250. — 3340
Pileo umbilicato, adpresse tomentoso, quandoque depresso, margine subsulcato; stipite elongato, graciliore, basi incrassato, fusco; lamellis latis, decurrentibus, luride aureis.

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Cæspitosa; pileus 4 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-7 mm. crassus

20. **Flammula chrysotricha** B. et C. Linn. Soc. Journ. X, p. 250. — 3341
Aurea; pileo obtuso, carnoso, excentrico, pilis depressis, liberis vestito; stipite pallidiore, deorsum incrassato, pulverulento-fibrilloso; lamellis latis, adnexis.

*Hab.* ad caudices emarcidos in montanis, Cuba (C. WRIGHT). — Pileus 2½-4 cm. latus; stipes 2½ cm. longus, 8 mm. crassus. Stricte affinis *Fl. aureo-brunneæ* et *chrysopellæ*.

21. **Flammula helvoliceps** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 390. — 3342
Pileo tenui e convexo depresso, glabro, helvolo; stipite æquali, solido, glabro, basi substrigoso, fusco; lamellis adnatis, arcuatis, ferrugineo-vinosis; sporis majoribus.

*Hab.* ad caudices putrescentes, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2½ cm. latus, stipes 2½-3 cm. longus. A *Flammula chrysopella*, quam nonnihil refert, mox distincta sporis multo majoribus.

22. **Flammula Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, t. IV, p. 135, *Ag.* 3343
(Naucoria) *vulpecula* Schulz. in Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1876, p. 424. — Pileo fere globoso, mox semiglobato, vertice subdepresso, rarius in adultis toto explanato, carnosulo, læte croceo-cinnamomeo, squamulis adnatis, obscurioribus obsito; lamellis late adnatis, mox liberis, postice 4-6,6 mm. latis, antice subæqualiter

cuspidatis, confertis, pileo dilutioribus; stipite dilutiore adhuc, fere luteo, inferne leviter incrassato, basi tomentosa, globuliformi et obscuriore insidenti, cavo, fibrilloso-squamuloso; sporis obscuro-ferrugineis, subphaseoliformibus, 6–8 μ. longis.

*Hab.* catervatim ad truncos putridos carpineos, rarius, pr. Kunjevce Slavoniæ. — Pileus 13–26 mm. latus; stipes 33–40 mm. altus, apice 1,5–4,5 mm. crassus; caro sordide luteola; odor et sapor fere nulli.

23. **Flammula Baylei** B. et Br. F. Brisb. II, p. 54. — Aurantiaca; 3344
pileo primum e campanulato hemisphærico demum expanso, lanato, adulto particulis furfuraceis flavo-rufis sparso, margine inflexo; stipite brevi, curvo, æquali, primum floccoso, ochraceo, demum obscure brunneo; lamellis distantibus, dente adnatis, pileo concoloribus, ramosis.

*Hab.* cæspitose ad ligna putrescentia Brisbane Queensland (Bailey). — Pileus 4–12 mm. latus, stipes 10–15 mm. longus.

24. **Flammula alutiphylla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 541. — 3345
Pileo convexo, aurantiaco, subtiliter tomentoso, postice fuliginoso; stipite compresso, pallido; lamellis adnexis, nitide alutaceis, margine albo.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon Indiæ (Thwaites). — Videtur pulcherrima species.

25. **Flammula peregrina** Fr. Elench. I, p. 31, Epicr. p. 191 et Pl. 3346
Preiss. p. 132. — Pileo carnoso, planiusculo, ferrugineo, squamuloso, dein glabro, corrugi; lamellis subdecurrentibus, ferrugineis; stipite solido, æquali, glabro.

*Hab.* ad truncos insulæ St. Crucis et in Australia occ. — Stipes subincurvus, pallescens, deorsum obscurior, 2,5–4 cm. longus, crassitie admodum varius, pennæ cygneæ v. gallinaceæ, omnino levis et glaber; pileus planus et in centro sæpe depressus, 2,5–5 cm. et ultra latus; specimina minora minute et regulariter ferrugineo-squamulosa, majora vero glabrata et regulariter corrugata; lamellæ latæ, subconfertæ, ferrugineæ, sporis concoloribus.

26. **Flammula brasiliensis** Fr. Linnæa 1830, p. 500 et Epicr. p. 190. 3347
— Pileo carnoso, planiusculo, levi, sulphureo stipiteque tenui, fistuloso, æquali, fuscescenti tenuibus, glabris; lamellis adnatis, confertis, angustis, ferrugineis.

*Hab.* ad truncos in Brasilia (Beyrich, Lund). — Habitus *Cantharelli*. Pileus 1–1,5 cm. lat., stipes vix 2 mm. cr.

27. **Flammula ricensis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 24. — Pileo carnoso, 3348

convexo, obtuso levi, (pruinoso?), fulvo-ferrugineo, margine arcte involuto; stipite cavo, brevi, nudo, pallido, basi inflato; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* ad terram in Costa Rica, copiose. — Velum nullum; stipes 2,5 cm. vix longus, minorum a basi ad apicem attenuatus, majorum basi inflatus, inferne 6-8 mm. circ. crassus, haud cartilagineus; pileus siccus absque floccis squamisque at impolitus; caro tenuis, fulvella; lamellæ 2 mm. latæ, haud decolorantes v. pulveraceæ ut in *F. peregrinæ* similis.

28. **Flammula phlyctophora** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 30, f. 2. — 3349
Pileo hemisphærico-expanso, obtuso, 4-5 cm. lato, croceo-aurantio, squamulis fibrillosis saturatioribus amœne consperso, margine subinvoluto; lamellis confertis, croceo-sanguineis, breve decurrentibus; stipite cylindraceo, 4-5 cm. longo, 8-9 mm. cr., fibrilloso, atro-sanguineo, basi leviter attenuato pallidiore.

*Hab.* in lignis putrescentibus in Algeria.

II. Lubricæ. Pileus pellicula contigua subseparabili, glabra, viscosa tectus; cortina manifesta, fibrillosa. Sporæ ferrugineæ, haud fulventes, ultimarum fusco-ferrugineæ. Gregariæ, terrestres, rarius lignatiles. Respondent *Hebelomatibus*, sed lamellis haud sinuatis, pellicula magis viscosa subseparabili, stipite apice non pruinoso, odore etc. facile distinctæ.

29. **Flammula lenta** Pers. Syn. p. 257 (*Agar.*), Fr. S. M. p. 253, Hym. 3350
Eur. p. 246, Cooke Ill. t. 439, 440, Weinm. p. 213, Secr. n. 218, Berk. Engl. Fl. V. p. 95. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, viscoso; stipite subfarcto, longo, æquali, squamoso; lamellis adnatis, ex albido argillaceis; sporis ellipsoideis, dilutissime flavescentibus, 6-7 ≃ 3-4; bas. 20 ≃ 6; cyst. 50 ≃ 10.

*Hab.* inter folia, præcipue Fagi, copiose; rarius ad ligna in Europa et Carol. inf. Amer. fœder. — Tota albida; pileus udus valde glutinosus, primo squamis secedentibus adspersus, 6-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus. Variat argillaceus et livens.

30. **Flammula phlegmatica** Berk. Dec. n. 379. — Fragilis; pileo car- 3351
noso, expanso, pallide umbrino, viscosissimo, carne umbrina; stipite incurvo, concolore, sursum pallidiore, cavo; lamellis pallide alutaceis, adnatis, postice attenuatis; sporis 6 μ. long.

*Hab.* in pinetis, Sikkim Indiæ 3400 m. alt. (Hooker). — Inodora; pileus 6 cm. latus, centro depressus; stipes 6 cm. longus, leniter fibrillosus, haud squamosus, intus luteus; lamellæ modice latæ. Fere affinis *Fl. lentæ*.

31. **Flammula lubrica** Fr. S. M. I, p. 252, Hym. Eur. p. 246, Ic. t. 3352

116, f. 1, Berk. et Br. n. 1245 nec obstat Pers. Syn. p. 307, licet minor., Weinm. l. c. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, viscoso; stipite solido, subattenuato, fibrilloso, albido, apice striato; lamellis adnatis, latis, e pallido argillaceis.

*Hab.* circa truncos et in graminosis pinguibus in Europa et prope Minussinsk in Sibiria. *Fl. lenta* affini vulgo major; pileo cinnamomeo v. fulvo, interdum pallido, 6-11 cm. lato, disco fulvo, squamoso-maculoso; stipite 6-11 cm. longo, 6-11 mm. crasso; sporæ 6-7 ≃ 3-4; caro alba, vix olens.

32. **Flammula lupina** Fr. Epicr. p. 185, Hym. Eur. p. 246. — Pileo 3353
carnoso, explanato depressove, levi, viscoso; stipite farcto, curto, firmo, inæquali, fibrillis adpressis ferrugineo-tincto, apice albo; lamellis adnato-decurrentibus, subconfertis, latis, pallido-argillaceis.

*Hab.* locis graminosis, ad vias in Europa. — Stipes nunc sursum, nunc deorsum incrassatus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 8-11 cm. latus, pellicula facile separabili, sed minus glutinosa; caro mollis, alba, stipitis pileo concolor; sporæ 8-9 ≃ 4-5. Duplex: A) odore fortissimo, amarissimo, pileo e fusco v. crustulino alutaceo, stipite ferruginascenti; B) mitior, pileo fulvo, stipite lamellisque flavidis.

33. **Flammula mixta** Fr. Epicr. p. 185, Hym. Eur. p. 246, Berk. et 3354
Br. n. 1239 bis, Cooke Ill. t. 474. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, viscoso, disco obscuriore ruguloso; stipite cavo, curvato, pallido, fusco-fibrilloso deorsumque rufo-squamoso; lamellis subdecurrentibus, confertis, albido-argillaceis.

*Hab.* ad terram in pineto-montosis Europæ, subcæspitosa. — Inodora, carne firmula aquosa; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, 6-9 mm. crassus, subflexuosus, basi subincrassatus; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, crustulinus, margine pallidior; sporæ 11-12 ≃ 6-7. Bull. t. 562, f. F. O. hunc sat bene refert.

34. **Flammula juncina** Smith in Journ. Bot. 1873, p. 336, Cooke Ill. 3355
t. 475. — Pileo carnoso, 4 cm. lato, hemisphærico, sulphureo luteo, disco læte brunneo; stipite elongato, tenui, 10 cm. longo, versus terram attenuato, fibris paucis obsito; velo nullo; lamellis latis, tenuissimis, rubro-brunneis.

*Hab.* in Juncis emortuis in vetusta argillæ fodina, North Wootton Britanniæ (Plowright). — Sapor nauseosus atque ingratus, nonnihil amaricans. Affinis *Fl. mixtæ*.

35. **Flammula decussata** Fr. Epicr. p. 185, Hym. Eur. p. 246, Kalchbr. 3356
Ic. t. 15, f. 1. — Pileo carnoso, plano, obscurius umbonato, vi-

scoso, fibrillis innatis radiantibus virgato; stipite farcto, æquali, adpresse fibrilloso, fulventi; lamellis adnatis, confertis, angustis, e flavido argillaceis.

*Hab.* in fagetis montosis Europæ. — Stipes 4-6 cm. longus, 4 mm. crassus, apice nudus, pallens; pileus 4 cm. latus, crustulinus, carne sub pellicula lutescente.

36. **Flammula gummosa** Lasch l. c. n. 325, Fr. Monogr. I, p. 354, 3357
Hym. Eur. p. 247, Ic. t. 116, f. 2, Berk. et Br. n. 1119, Cooke Ill. t. 441, Quél. p. 97, *A. tricolor* Tratt. Austr. f. 38. Est omnino Secr. n. 275 et 806, si velum adesset. — Pileo carnoso, plano, e floccoso-squamuloso levi, viscoso; stipite farcto, sericeo-fibrilloso, basi rubiginoso; lamellis adnatis, confertis, e flavo cinnamomeis.

*Hab.* locis graminosis pinguibus, v. c. circa radices Fraxini in Europa et ad truncos prope Minussinsk in Sibiria. — Pileus e conico depressus, pallide flavus v. virescens, margine pallidior, 6-10 cm. latus; stipes 8-13 cm. longus, 6-9 mm. crassus; caro lutescens.

37. **Flammula spumosa** Fr. S. M. I, p. 252, Hym. Eur. p. 247, Ic. 3358
t. 116, f. 2, Cooke Handb. p. 122 et Ill. t. 476, Berk. et Br. n. 1240, Lasch, Weinm. p. 212, non Secr. — Pileo carnoso, tenui, levi, viscoso stipiteque cavo, æquali, tenui, fibrilloso flavidis, decoloribus; lamellis adnatis, e luteo tandem ferrugineis; sporis subellipsoideis, flavis, 7-8 ≃ 4 v. 5 ≃ 4.

*Hab.* in pinetis graminosis ad terram vulgatissima, raro ad truncos in Europa et in Carol. inf. Amer. fœder. — Gregaria, flava, eximie cortinata, carne flavo-virenti; stipes basi attenuatus, demum obscurior.

38. **Flammula carbonaria** Fr. S. M. I, p. 252, Hym. Eur. p. 247, 3359
Cooke Ill. t. 442, Weinm. p. 212, Berk. et Br. n. 1120, Worth. Sm. in Seem. Journ. 1869, Quél. p. 232. — Pileo carnoso, planiusculo, tenui, levi, viscoso; stipite anguste fistuloso, tenui, rigido, squamuloso, pallido; lamellis adnatis, argillaceo-fuscescentibus; sporis ferrugineo-fuscis, 10-11 ≃ 5-6.

*Hab.* ad terram adustam, carbones etc. vulgaris in Europa. — Gregaria, tenax, 2-3 cm. longa; pileo subfulvo 2½ cm. lato; carne lutea stipite 2 mm. crasso. Claudit seriem naturalissimam, *Naucoriis* II quodammodo continuatam. *A. ixodes* Secr. n. 343 huic affinis lamellarum colore aliquantulum differt.

39. **Flammula macrophala** Berk. Dec. n. 293. — Sulphurea; pileo e 3360

conico subhemisphærico, carnoso, umbonato, glabro; stipite fistuloso, velo flocculoso; lamellis distantibus, postice rotundatis; sporis pallide ferrugineis.

*Hab.* ad truncos arborum, Darjeeling Indiæ 2100-2400 m. alt. (Hooker). — Inodora, cæspitosa, potius firma atque coriacea; pileus 5 cm. latus, umbone frequenter centro depresso; caro lutea; stipes 8 cm. longus, 8 mm. crassus, cavitate in profundam pilei substantiam producta, basi rufus; velum gossypinum pilei margini adhærens, e quo longis lemniscis dependet; lamellæ demum ob sporas maculatæ.

40. **Flammula tilopoda** K. et Mac-Ow. in Grevillea. — Pileo carnosulo, convexo-plano, leviter umbonato, pellicula viscosa, secernibili tecto, pallide flavo; stipite tenui fistuloso, crasso subæquali, pileo concolori, squamulis fibrosis, raris vestito; carne flavo-virenti; lamellis adnatis, confertis, ferrugineis. 3361

*Hab.* in terra circa truncos vel in ipsis truncis muscosis Somerset East Africæ australis. — Cæspitosa vel subfasciculata; pileus 0,5-2 cm. latus; stipes 3-7 cm. longus, 1-2 mm. crassus.

41. **Flammula Sarrazini** Roum. Rev. Myc. V. p. 249, t. 41, f. 22. — Pileo carnoso, compacto, plano-depresso, dein difformi, margine subinvoluto, levi, udo viscido, albido, medio purpurascente; cuticula haud secernibili, velo fugaci; stipite brevissimo, cylindraceo, crasso, levi, farcto, irregulariter lacunoso-sulcato, cinereo-albido, basi valde incrassato; carne alba, odore terebenthinaceo; sporis sphæroideis, flavidis. 3362

*Hab.* ad ramos siccos Betulæ in silvis Chantilly pr. Senlis Galliæ. — Pileus 2.5-3 cm. latus; stipes vix 1 cm. longus, circ. 5 mm. crassus.

III. Udæ. Pilei cuticula contigua, haud discreta v. separabilis, glabra (indumento passim superficiali), jove pluvio uda v. subviscidula. Cortina manifesta, appendiculata. Sporæ haud fulventes v. ochraceæ. — Pholiotis affines, cæspitosæ, lignatiles, inter se distinctissimæ.

42. **Flammula Fusus** Batsch f. 189 (certe, sed pro auctoris more pusio) [*Agar.*], Alb. et Schw. n. 596, Fr. Hym. Eur. p. 247, *A. pomposus* Bolt. t. 5, Secr. n. 350, *A. hybridus* Bull. t. 398, non alior. — Pileo compacto, convexo-expanso, levi, viscidulo; stipite farcto, firmo, subconcolore, fibrilloso-striato, deorsum subfusiformi-attenuato, radicato; lamellis subdecurrentibus, e pallide luteo ferruginascentibus; sporis fusco-ferrugineis, 8-12 ≃ 5-6. 3363

*Hab.* ad terram et ligna prostrata, simplex vel. cæspitosa in

Europa. — Odor non amarus. Ceteris firmior, pileo subtestaceo, velo appendiculato, carne lutescente. Lamellarum color videtur variabilis, griseo-virescens etc. — *F. filia Fr. Ic. t. 117, f. 1, Cooke Ill. t. 432: pileo carnoso, tenui, e convexo plano, glabro, jove pluvio udo, gilvo; stipite fistuloso, elato, glabro, pallido, intus rubente; lamellis adnatis, subconfertis ex albo pallidis; sporis 10-11 ⩾ 50. In silvis Ostrogothiæ et Britanniæ.

43. **Flammula rufipunctata** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 540. — 3364
Pileo depresso, tenui, punctato, estriato; stipite subæquali, liturato, solido; lamellis ventricosis, e pallido ferrugineis, decurrentibus; sporis 6 μ. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4-5 cm. latus, pallido rufus, punctis obscurioribus notatus; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, pallidus; mycelium album, filiforme; lamellæ 3 mm. latæ. Affinis *Fl. Fuso*. Exstat forma minus distincte punctata.

44. **Flammula cortinata** Dec. Fl. fr. p. 51 (*Agar.*), Fr. Epicr. p. 186, 3365
Hym. Eur. p. 248, Seyn. Montp. p. 87. — Pileo carnoso, convexo, glabro, discoideo, cortina appendiculato; stipite cavo, æquali, squamuloso, albo; lamellis adnatis, ferrugineis.

*Hab.* ad terram et ligna prostrata in silvis ilicinis Galliæ, valde cæspitosa.

45. **Flammula cortinella** Dec. l. c. Dub. Syn. p. 813, Fr. Hym. Eur. 3366
p. 248. — Pileo ovoideo-convexo; stipite basi albo-villoso; lamellis ex albido rufo-lilacinis, demum rufo-vinosis.

*Hab.* ad Salices in Europa. — Pileus luteo-griseus prope terram, pallide luteus ad truncos.

46. **Flammula astragalina** Fr. S. M. I, p. 251, Hym. Eur. p. 248, Ic. 3367
t. 117, f. 2, Cooke Ill. t. 435, Weinm. p. 209, Wahl. Suec. p. 939, *A. flavidus* β. Alb. et Schw. p. 160, *A. Neesii* Barla in Act. Nat. Cur. 1857, p. 245, t. 16, f. 1-4 (descr. omnino convenit, minus figuræ). Cfr. Secr. n. 277. — Pileo carnoso, convexo-explanato, discoideo, primo circa marginem superficiali-sericeo; stipite subcavo, flexuoso, fibrilloso-squamoso, pallido; lamellis adnatis, confertis, e pallide flavis ferruginascentibus; sporis sordide ferrugineis, parcis, 10 μ. longis.

*Hab.* ad truncos Pini in Europa. — Eximia, perelegans. Stipes elongatus, basi attenuatus, subconcolor, 5-11 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus subudus, sanguineo-crocatus, dein margine pallens,

$2^1/_2$-6 cm. latus, carne concolore vulnerata nigrescente; lamellæ basi pileo concolores, acie juniorum obtusa flocculosa.

47. **Flammula alnicola** Fr. S. M. I, p. 250, Hym. Eur. p. 248, Cooke Ill. t. 443, Berk. et Br. n. 1242, Quél. p. 233, *A. velatus* Schum. p. 339, *A. amarus* Bull. t. 562 (var. salicicola). — Pileo carnoso, convexo-plano, udo, levi, primitus subfibrilloso-squamoso glabrove; stipite subcavo, radicato-attenuato, fibrilloso, e luteo ferruginascente; lamellis subadnatis, latis, e pallido ferrugineis; sporis subellipsoideis, flavidis, 8 × 5. 3368

*Hab.* ad truncos arborum in Europa. — Odor americans; pileus 6-9 cm. latus e luteo ferruginascens, raro virescens, carne concolore; stipes curvato-flexuosus, flavus, dein ferrugineus, 6-8 cm. longus, 6-11 mm. crassus; lamellæ nunc rotundatæ, nunc decurrentes; velum nunc fibrillosum, nunc telosum (Bull. l. c. f. J.). Duplex Friesio obvia, notis evidentibus haud separanda: A) pileo irregulari, circa marginem fibrilloso; lamellis primo sordide pallidis; B) salicicola, pileo subgibbo, glabro, raro primitus floccoso-squamoso; lamellis primo lutescenti-pallidis.

48. **Flammula flavida** Pers. Syn. p. 295 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 250, et Obs. Myc. 2 p. 29, Hym. Eur. p. 248, Cooke Ill. t. 444, Weinm. p. 208, Berk. Outl. p. 158, Kickx p. 169. Cfr. Tratt. Austr. f. 14. Schaeff. t. 35 (optime et certissime). — Pileo carnoso, convexo-plano, æquali, glabro, udo; stipite subcavo, fibrilloso, e flavo ferruginascenti; lamellis adnatis, e luteo ferrugineis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavescentibus, 6-8 × 4-5. 3369

*Hab.* ad truncos Pini cæspitosa in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, in Carol. inf. Amer. borealis et N. S. Wales Australiæ. — Stipes deorsum nunc incrassatus, nunc attenuatus; pileus flavus, subæqualis, $2^1/_2$-6 cm. latus; stipes circiter 7 cm. longus; lamellæ primitus albidæ, mox flavæ.

49. **Flammula inaurata** Smith in Journ. Bot. 1873, p. 336, Cooke Ill. t. 477. — Pileo carnoso, $2^1/_2$ cm. vel ultra lato, udo, glabro, velo distincto prædito; stipite incurvo, subcavo, squamis innatis vestito; lamellis latis adnatis, dente decurrentibus, pallide luteo-argillaceis. 3370

*Hab.* ad Salices, North Wootton Britanniæ (C. B. Plowright). — Tota sulphureo-lutea; sapor mitis, insipidus. — Affinis *Fl. flavidæ* atque *Pholiotæ junoniæ*.

50. **Flammula conissans** Fr. Epicr. p. 187, Hym. Eur. p. 249, Cooke Ill. t. 445, Berk. et Br. n. 1243, Kickx p. 169, *A. pulverulentus* Bull. t. 178 (eximie, non Scop. etc.). — Pileo carnoso, tenui, con- 3371

vexo-explanato, æquali, udo, glabro; stipite cavo, sericeo-fibrilloso, pallido; lamellis adnatis, tenuibus, confertissimis, e pallido sordide argillaceis.

*Hab.* ad truncos Salicum cæspitoso-stipata in Europa. — Prioribus tenuior, habitu *Hyph. fascicularis*, non pulverulenta, sed sporas ferrugineas («tabacinas» Bull.) copiosissimas spargens. Stipés albo-flavescens nec ferruginascens, arrhizus, æqualis v. basi attenuatus; pileus alutaceo-flavidus, viscidulus, 5 cm. diam.; sporæ 8 ≃ 4.

51. **Flammula Janus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 541. — Cæ- 3372
spitosa, sulphurea; pileo convexo, obtuso, umbonatove, subcarnoso; stipite subæquali, fistuloso, glabro; lamellis angustis, e subfusco ferrugineis; sporis 6-8 ≃ 4-5.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites) et pr. M. Boschberg Africæ australis. — Pileus 2-2½ cm. latus, carneo-citrinus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus, curvus; lamellæ arcuatæ, leviter adnatæ. Affinis *Fl. conissanti.*

52. **Flammula inopoda** Fr. S. M. I, p. 251, Obs. 2, p. 32, Hym. Eur. 3373
p. 249, Ic. t. 118, f. 1, Cooke Ill. t. 446, Weinm. p. 209, Berk. Engl. Fl. V, p. 95, *A. ramoso-radicatus* Bolt. t. 148 (exacte), Batt. t. 22, *C.* (ex icone; in descr. manifeste confundit *Col. velutipedem* et *Fl. spumosam*). — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, udo, glabro; stipite fistuloso, tenui, flexuoso, adpresse fibrilloso, demum deorsum testaceo; lamellis adnatis, confertis, linearibus, albido-flavis, pallidis; sporis subellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, chlorino-hyalinis (sub. micr.), 7-10 ≃ 4-6.

*Hab.* ad truncos Pini etc. cæspitosa v. gregaria in Europa. — Pileus jove udo viscidulus, melleo-alutaceus, expallens, ambitu pallidior, 4-8 cm. latus; stipes 3-5 cm. longus, 5-10 mm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 6; caro concolor, sicca alba. Lamellæ subinde pallide virent, sed aridæ.

53. **Flammula apicrea** Fr. Epicr. p. 188, Hym. Eur. p. 249, Cooke 3374
Ill. t. 436, *A. lignatilis* Bull. t. 554 *A.* (*B.* major), *A. picreus* Secr. n. 260. — Pileo carnoso, tenui, planiusculo, levi, glabro, udo; stipite cavo, æquali, arrhizo, pallido, basi fibrillisque ferrugineis; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, nitide ferrugineis.

*Hab.* ad truncos subcæspitosa in Europa. — Valde similis *F. alnicolæ*, sed lamellarum color subimmutabilis, caro hygrophana, pileus expallens alutaceus, disco fulvente, odor mitis. Sporæ 6-7 μ. longæ. Sq. utique propior.

54. **Flammula austera** Fr. Epicr. p. 188, Monogr. I, p. 359, Hym. Eur. 3375

p. 249. — Pileo carnoso, e campanulato-convexo expanso, obtuso, udo discoideo, e fibrilloso glabro, hygrophano; stipite cavo, æquali, arrhizo, fibrilloso-sericeo, albido; lamellis adnatis, subdecurrentibus, confertis, semper cinnamomeis.

*Hab.* ad truncos Pini in Europa. — Odor acidissimus. Cortina nitida, alba. Sub velo sericeo stipitis mollis color ferrugineus; medulla alba, cava; pileus melleus (ut *Phol. marginatæ*), disco fusco.

55. **Flammula azyma** Fr. Epicr. p. 188, Hym. Eur. p. 250, Bull. t. 530, 3376
f. 2, Quél. t. 7, f. 2. — Pileo carnoso, tenui, convexo-expanso, obtuso, udo, levi, hygrophano, sicco flocculoso rimosoque-squamuloso; stipite subcavo, firmulo, fibrilloso-cortinato, pallido; lamellis adnatis, subdistantibus, gilvis, acie albidis; sporis ovoideis, 10 $\mu$. l.

*Hab.* ad truncos Mali in Europa. — Mitis, dilute ferruginea; stipes $2^1/_2$-6 cm. longus, 4-7 mm. crassus, basi albo-lanatus; pileus $2^1/_2$ cm. latus, versiformis et versipellis. Fere idem Batt. t. 23, f. *A.* et Secr. n. 336.

56. **Flammula Halliana** Peck 23 Rep. p. 90. — Pileo tenui, hemisphæ- 3377
rico vel convexo, glabro, hygrophano, aquose cinnamomeo, udo margine obscure striatulo, sicco sordide luteo; stipite æquali, leviter fibrilloso, cavo, annulo levi, rubescenti-brunneo; lamellis confertis, subarcuatis, leviter decurrentibus, antice acuminatis, margine excedente, cinnamomeis.

*Hab.* in pascuis, Bethlehem Amer. fœder. — Statura 6-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 5-7 mm. crassus; sapor aliquantulum amaricans.

IV. Sapineæ Fr. Epicr. p. 188. Pileus vix pelliculosus (carne vero scissili v. superne in squamas lacerata), haud viscosus, primitus subnaucosus. Velum stipiti fibrilloso-adpressum, haud appendiculato-cortinatum, fere nullum v. in stipite annulari-cingulatum. — Præcipue vero dignoscuntur lamellis e flavido v. luteo fulventibus, sporis ochraceis fulvisve. Subcæspitosæ, semper pinicolæ, sed inter ramenta pinea passim terrestres, seriem maxime contiguam sistentes, sed bene distinctæ. Cfr. *Phol. curvipes.*

57. **Flammula stabilis** Weinm. Ross. p. 210, Fr. Hym. Eur. p. 250. — 3378
Pileo compacto, convexo-plano, levi, glabro, disco obscuriore gibbo; stipite farcto, valido, rigido, inæquali, rigido, albido cortinaque ochraceo-fibrillosis; lamellis ex albido fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* ad truncos Pini, in Europa raro. — Valde robusta, rigida, stipite 10-20 cm. longo, nunc sursum, nunc deorsum attenuato, pileo ochraceo.

58. **Flammula limonia** C. et Mass. Grev. XV, p. 94. — Pileo carno- 3379

so, convexo-plano, levi, udo, sulphureo; stipite æquali, farcto, flavido-albo, levi; lamellis subadnatis, sulphureis, demum aquose cinnamomeis; sporis ellipticis, 15-16 ≃ 8-9.

*Hab.* ad terram humosam, Lake Bonney Australiæ (Wehl). — Pileus 5-7 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 7-8 mm. cr.

59. **Flammula deludens** Britz. Derm. et Mel. p. 161, f. 75. — Pileo 3380
conico apice obtuso, demum expanso, opaco-flavo, sulcato-rugoso; stipite fibrilloso-rimuloso, sursum flavo, deorsum rufo-brunneo, cavo; lamellis adnexis, flavidis, subdistantibus, acie albidis; odore et sapore nullis; sporis globoso-oblongis, 10-13 ≃ 6.

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. et ultra latus; stipes 12 cm. circ. longus, 4-5 mm. crassus.

60. **Flammula penetrans** Fr. Obs. I, p. 23, Hym. Eur. p. 250, Ic. 3381
t. 118, f. 2, Quél. p. 233, *A. sapinei* var. S. M., Weinm. l. c. — Pileo carnoso, convexo-plano, sicco, glabello (sub lente naucoso); stipite subcavo, e sericeo striato, pallido, cortina flocculosa fugacissima alba; lamellis adnatis, ex albo-flavido fulvo-maculatis.

*Hab.* abunde ad ligna Pini, cæspitosa vel gregaria in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, in Amer. fœder., Cuba et Australia ad Clarence River (Müller). — Pileus siccus, disco carnosior, luteo-fulvus vel aureus, vulgo vero expallens flavescens, 5 cm. diam.; carne albida; lamellæ hinc inde fulvo-maculatæ; sporæ 8-9 ≃ 4-5. Variat ad terram stipite fusiformi, farcto, flavo-pallescente, pileo aureo, sporis 6-7 ≃ 4. Var. **australis** Berk. F. Austr. n. 22: lamellis cum stipite pileo aurantiaco-fulvo dilutioribus. Ad terram Australiæ (probabiliter inter fragmenta pinea). Exstat quoque forma maior lamellis haud maculatis.

61. **Flammula hybrida** Fr. Obs. II, p. 30, Monogr. I, p. 360; Hym. 4382
Eur. p. 250, Cooke Ill. t. 615, Weinm. l. c. Secr. n. 130, Berk. et Br. n. 1243. — Pileo carnoso, hemisphærico, expanso, obtuso, glabro, levi, udo; stipite farcto, molli, sursum attenuato, fulvente, e villo sericeo adpresso striatulo, albicante annularique-cortinato; lamellis adnatis, subconfertis, pallide luteis fulventibus; sporis ellipsoideis vel sphæroideo ellipsoideis, 7-9 ≃ 4-5, ochraceis.

*Hab.* cum proximis, sæpe ad terram inter ramenta lignea in Europa. — Stipes etiam excavatus, basi albo-villosus, 3-4 cm. longus, $^1/_2$-1 cm. crassus; pileus regularis, disco compactus, primo cinnamomeo-fulvus, dein fulvo-aurantius, carne pallida, 4-5 cm. latus. Sow. t. 221 utique ex hac regione, sed ex habitu *F. inopoda.*

62. **Flammula Harmoge** Fr. Epicr. p. 189, Hym. Eur. p. 251, *A. ful-* 3383

*vo-marginatus* Weinm. Ross. p. 200. — Pileo campanulato, adpresse squamuloso, disco carnoso ærugineo; stipite floccoso-farcto, tenui, attenuato, glabriusculo, velo floccoso-radiato; lamellis adnatis, subconfertis, emarginatis, latis, e sulphureo fulvo-croceis; sporis croceis.

*Hab.* ad ligna pinea fabrefacta in Europa et pr. Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Stipes 4-6 cm. longus, 3-5 mm. crassus, pileo concolor; pileus subviscidus, marginem versus lilacinus vel incarnatus, sæpe sed non semper fulvo-marginatus, 3-8 cm. latus, siccus albido-alutaceus; annulus fibrosus lacer evanidus; caro firma albida, in pileo cyanescens, in stipite flavescens; sed harmoge singularis.

63. **Flammula polychroa** Berk. Dec. n. 112. — Pileo plano, late umbo- 3384
nato, multi-colori, primum purpureo viscido; disco carnoso; stipite firmo, subligneo, primum furfuraceo; velo floccoso, flavo-purpureo; lamellis pallido-purpureis, demum flavo-fuscis, adnato-decurrentibus.

*Hab.* in truncis putridis ramulisque, Waynesville, Ohio Amer. fœder. — Pileus 6-8 cm. latus, solitarius vel cæspitosus a luteo nitido ad alutaceum varians; umbone brunneo luteo vel purpureo; stipes $2^1/_2$-4 cm. longus, 4 mm. crassus. Affinis *Fl. Harmoge* sed lamellis diversis.

64. **Flammula sapinea** Fr. Syst. Myc. I, p. 239, Epicr. p. 189, Hym. 3385
Eur. p. 251, Ic. t. 118, fig. 3, Cooke Ill. t. 447, Berk. et Br. n. 1006. — Pileo compacto, convexo-plano, obtusissimo, subtiliter flocculoso-squamuloso, dein rimoso-diffracto, aureo-fulvo; stipite subfarcto, difformi, crasso, sulcato, radicato, lutescente, ecortinato; lamellis adnatis, latis, aureis, dein fulvo-cinnamomeis; sporis subellipsoideis, flavidis, $8 \simeq 5$.

*Hab.* ad ligna pinea in montanis Europæ et ad ligna emortua in Carolina australi, Cincinnati Amer. fœder., Cuba Simla (Hooker), Venezuela N. S. Wales Queensland, New Zealand et Peradenya Ceylon (Thwaites). — Subcæspitosa. Stipes vulgo curtus, circiter 6 cm. longus, 6-11 mm. crassus, solidus cavusve, tritus fuscescens, sæpe compressus, lacunosus etc.; pileus $2^1/_2$-10 cm. latus, disco subopacus, margine nitens dilutior; caro crassa, sed mollis haud scissilis, lutescens; odor fortis. Cortinæ lutescentis vestigia vix manifesta. — Var. **terrestris** cæspitosa, stipite fusiformi-radicato, elongato. — Var. **australis** Kalchbr. in Thüm. F. Entr. I. differt lamellis eximiè decurrentibus. Fascicularis ad truncos arborum Conception del Paraguay Amer. merid.

65. **Flammula oxylepis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 542. — 3386
Pileo plano depresso, squamulis erectis acutis hispido; stipite gracili; annulo flocculoso e sporis fulvo; lamellis arcuatis; sporis 6 μ. long. oblique ovatis.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $1^1/_4$ cm. latus, fuscus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ, fuscæ. Affinis *Fl. sapineæ*.

66. **Flammula chrysomyces** Berk. Dec. n. 289. — Cæspitosa; pileo 3387
convexo, umbonato, sicco innato-flocculoso, carnoso stipiteque deorsum incrassato, cavo, aureo; lamellis ventricosis, adnexis, carnosis, ex aureo fulvis flavo-punctatis; sporis ochraceis.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ 2100-2400 m. alt. (Hook.). — Odor debilis saccharinus; pileus 8 cm. vel ultra latus, fragilis; stipes 8 cm. longus, crassitudine admodum varians e floccoso glaber; annulus plus minus evanescens; lamellæ e luteo cinnamomeæ. Forsan arcte cognata *Fl. sapineæ*, sed lamellæ postice rotundatæ et minime adnatæ. Lamellæ maculatæ sicut in *Fl. penetrante* in qua præterea adnatæ sunt.

67. **Flammula Liquiritiæ** Pers. Syn. p. 306 (*Agar.*), Fr. Monogr. I, 3388
p. 362, Hym. Eur. p. 251, Ic. t. 119, f. 1, *A. picreus* b. Ed I, p. 190, *A. sapinei* var. Weinm. p. 668. — Pileo subcarnoso, scissili, convexo-plano, subumbonato, glabro, udo, margine demum striatulo; stipite cavo, fibroso, striato, primo albo-sericeo, fulvo-ferrugineo; lamellis ex adnato rotundatis, confertis, 6 mm. latis, aureis, dein fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* ad truncos abiegnos, subcæspitosa, in Europa et prope Kanygino in Sibiria. — Stipes 6 cm. longus, 4-7 mm. crassus, absque pruina et cortina, basi incrassatus villosus, intus luteo-fulvus; pileus $2^1/_2$-8 cm. latus, aureus v. aurantio-fulvus, demum flaccidus, carne tenui lutea; odor acidus.

68. **Flammula picrea** Fr. S. M. I, p. 239, Hym. Eur. p. 251, Ic. t. 119, 3389
f. 2, Cooke Ill. t. 448, Weinm. p. 211, Berk. et Br. n. 1244. Etiam Pers. Syn. et Ic. descr. e textu, sed t. 4, f. 7 (licet longe minor), *Fl. sapineam* sistit. — Pileo carnosulo, scissili, convexo-expanso, levi, glabro; stipite fistuloso, tenui, subumbrino, sursum attenuato, ecortinato, primo pulverulento; lamellis ex adnato subsecedentibus, confertis, angustis, e luteo ferruginascentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, 8-10 = 5-6.

*Hab.* in truncis Pini frequens, subcæspitosa in Europa et Rockhampton, Queensland Australiæ in truncis emortuis *Encepha-*

*larti Dennisonii* (Thozet). — Stipes facile compressus, interdum sericeo-pallens, sed tritus obscurior, 6-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus udus rufo- v. badio-cinnamomeo-expallens, fulvescens etc., circiter $2^1/_2$ cm. latus, carne concolore; lamellæ subinde vere decurrentes. Variat pileo campanulato, stipite gracili stricto æquali; etiam pileo rimuloso-papilloso, disco subsquamuloso.

69. **Flammula delimis** Britz. Derm. et Mel. p. 161, f. 68 sinistra. — 3390
Pileo subhemisphærico, subinde centro elevato, flavido, hygrophano; stipite fibrilloso, sursum albido, deorsum rufo-brunneo; lamellis late adnatis, subventricosis, subdecurrentibus, confertis, ex albido flavis; sporis oblongis, $10 \simeq 5$-6.

*Hab.* ad fragmenta lignea in Siebentischwald Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 3-4 mm. crassus.

70. **Flammula limulata** Fr. Obs. II, p. 28, Hym. Eur. p. 252, Ic. 3391
t. 119, f. 3, Weinm. Ross. p. 301, Karst. Fenn. *A. muricatus* c. Fr. S. M. — Pileo carnosulo, e convexo irregulari, floccis innatis dense papilloso-rivuloso; stipite fistuloso, tenui, fibrilloso, subvilloso, fuscescente; lamellis adnatis, ventricosis, confertis, e luteo cinnamomeis; sporis ellipsoideis, flavidis, $6$-$7 \simeq 3$-$4$.

*Hab.* ad ligna Pini raro, sed abunde cæspitosa ad ripas amnium serragine pinea tectas in pineto-montanis Europæ. — Mire similis *Pholiotæ muricatæ* (semper fagicolæ), sed vix adest cortina manifesta; potius analoga, quam affinis forma. Tenuis, pileus fulvus, 3-5 cm. latus; stipes 3-5 cm. longus, 2-4 mm. crassus; sporæ $6$-$7 \simeq 3$-$4$.

71. **Flammula holocrocina** Berk. Dec. n. 150. — Cæspitosa crocea; 3392
pileis convexis, carnosulis, furfuraceo-sericeis, centro glabrescentibus; stipitibus solidis; lamellis angustis, decurrentibus; sporis minutis, fuscis, late cymbiformibus.

*Hab.* in ligno emortuo, Ambegamoa Ceylon. — Pilei $2^1/_2$-5 cm. lati fusco-lutei nitentes; stipes $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. longus, crassitudine admodum varians, fibrillosus. Ab affinibus dignoscitur lamellis angustis breviter decurrentibus.

72. **Flammula purpureo-nitens** C. et Mass. Grev. XV, p. 94. — Pi- 3393
leo convexo, carnoso, glabro, nitente purpureo-fusco, margine levi; stipite æquali, adscendente, fibrilloso, solido, pallidiore; carne pallida; lamellis adnexis, subdistantibus, latis, ferrugineis; sporis ovatis, cinnamomeis, $8 \simeq 5$

*Hab.* in lignis, Lower Murray River Victoria Australiæ (French). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 4-6 mm. cr.

73. **Flammula micromegala** Berk. Challeng. 74-75, n. 259. — Pusilla; pileo e convexo depresso, glaberrimo, fulvo; stipite tenui obscuriore; lamellis umbrinis, ventricosis, adnexis v. leviter adnatis. 3394

*Hab.* in ligno putrescente in Japonia. — Pileus 8-9 mm. latus, stipes 12-13 mm. longus. Fungus siccus habitu rigido, primo Polypori speciem parvulam similis.

74. **Flammula goniospora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 541. — Albida; pileo convexo subcarnoso, obtuso; stipite flexuoso, cavo, e basi suborbiculari tomentosa oriundo; lamellis subventricosis late adnatis; sporis angulatis, 5 $\mu$. latis. 3395

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Gregaria; pileus circiter 2 cm. latus, sordide albus, nonnumquam zona obscuriore ornatus, siccitate haud evanescente, carnoso, carneo-albo; stipes 2½ cm. longus; lamellæ 2 mm. latæ; sporæ subquadrangulares vel bipaliiformes.

75. **Flammula paupercula** Ces. Myc. Born. pag. 2. — Concolor, tota cinnamomea; pileo 13 mm. lato, convexo levi; lamellis decurrenti-adnatis; stipite pileum æquante, ad apicem incrassato; sporis ovoideis, 6-7 $\mu$. longis. 3396

*Hab.* ad ligna Sarawak Bornei (Beccari). — *Fl. goniosporæ* affinis, præsertim ex basi stipitis in discum orbicularem tomentosum expansa; sporæ vero ovoideæ minime angulatæ.

V. Sericellæ. Cortinatæ, pilei cute sericella, sicca vel primitus viscida.

76. **Flammula Agardhii** Lund. Fung. Holm. in Fr. S. V. Sc. II, p. 291, Monogr. I, p. 349, Hym. Eur. p. 252. — Pileo carnoso, margine tenui, e convexo explanato, obtuso, sicco, fibrilloso-sericeo, levigato, fulvo-ferrugineo; stipite farcto, æquali, flexuoso, fibrilloso-cortinato; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, ex argillaceo fusco-ferrugineis, acie pallidiore crenulata. 3397

*Hab.* in pratis Europæ bor. inter gramina. — Stipes 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

77. **Flammula ochrochlora** Fr. Monogr. II, p. 301, Hym. Eur. p. 252, Ic. t. 120, f. 2, Cooke Ill. t. 616. — Cæspitosa; pileo carnoso, convexo-explanato, obtuse umbonato, sicco, sericello, subsquamuloso, stramineo-viridi; stipite cavo, squamoso et albo-flocculoso, flexuoso, basi intusque ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, ex albido virentibus, demum olivaceis. 3398

*Hab.* ad truncos vetustos salicinos Europæ. — Statura et habi-

tus *Hypholomatis fasciculares*, sed sporæ pure ferrugineæ ovoideæ, 8-10 ≃ 4.

78. **Flammula helomorpha** Fr. Epicr. p. 184, Hym. Eur. p. 252, Ic. t. 120, f. 4. Berk. et Br. n. 1239, Cooke Ill. t. 449, Quél. p. 97, Secr. n. 887 vix differt. — Alba; pileo carnoso, convexo-plano, gibbo, inæquali, viscido, sicco, sericeo-levigato, margine nudo; stipite solido, inæquali, curvato, levi, glabello; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, ex albo alutaceis; sporis ellipsoideis, 10 ≃ 6. 3399

*Hab.* in pinetis ericetosis ad terram in Europa rara, serotina. — Stipes circiter $2^1/_2$ cm. longus, 4-7 mm. crassus, deorsum subattenuatus, sursum sub lente sericellus; pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, subangulatus; lamellæ 2 mm. latæ.

79. **Flammula scamba** Fr. Obs. 2, p. 45, El. p. 36, S. M. I, p. 504, Hym. Eur. p. 253, Ic. t. 120, f. 3, Cooke Ill. t. 449, Berk. Outl. p. 121 (minime Secr.). — Pileo subcarnoso, convexo-plano subdepressoque, floccoso-villoso, jove udo viscido; stipite subfarcto, brevi, incurvo, flocculoso cortinatoque, albo, deorsum attenuato; lamellis subdecurrentibus, flavo-argillaceis; sporis ellipsoideis, flavidis, 10-12 ≃ 5-6. 3400

*Hab.* in pinetis ad terram nudam lignaque putridissima in Europa. — Parva, vix $2^1/_2$ cm. alta, alba, pileo demum argillaceo-albo, 4 cm. lato, stipite ferruginascente.

**NAUCORIA** Fr. Syst. Myc. I, p. 260 (Etym. *nàucum*, ex ipso auctore, sed ratio obscura). — Velum nullum v. fugax, squamulosum. Stipes cartilagineus, fistulosus v. spongioso-farctus. Pileus plus minus carnosus, convexo-planus v. conicus, margine primitus inflexo. Lamellæ liberæ v. adnatæ, nec decurrentes. — Lignatiles v. terrestres, subradicatæ, vix olidæ. *Collybiis* et *Leptoniis* respondentes.

A. Gymnotæ. Pileus glaber. Velum nullum. Sporæ ferrugineæ nec ferrugineo-fuscescentes.

*) Lamellis liberis v. leviter adnexis.

1. **Naucoria lugubris** Fr. Syst. Myc. I, p. 254, Monogr. I, pag. 364, Hym. Eur. p. 253, Ic. t. 21, f. 1. — Pileo carnoso, e campanulato expanso, undulato, gibbo, levi, glabro, e pallido ferruginascente, opaco; stipite farcto, rigido, glabro, fusiformi-radicato, pallido; lamellis liberis, perlatis, confertis, e pallido ferrugineis; spo- 3401

ris sphæroideo- v. ovoideo-ellipsoideis, flavidis vel flavescentibus, 8 ≃ 5 v. subglobosis 7 μ. diam. v. usque 10 μ. long. rugulosis.

*Hab.* ad terram graminosam Europæ. — Species insignis. Stipes 11 cm. longus, 8–10 mm. crassus, basi demum rubiginosus; pileus 6–8 cm. latus, passim tenaciter viscidus. In pineto legit Fries formam insignem pileo bullato, disco spadiceo, stipite brevi (5 cm.), quæ Secret. n. 812.

2. **Naucoria festiva** Fr. Epicr. p. 192, Monogr. I, p. 365, Hym. Eur. 3402
p. 253, Bres. Trid. t. XXII. — Pileo carnoso, convexo, subgibbo, levi, glutinoso, vulgo olivaceo-fusco, sicco isabellino; stipite cavo, subradicato, versicolore; lamellis liberis, ventricosis, confertis, ferruginascentibus.

*Hab.* in terra foliis acerosis tecta in Europa. — Species nobilissima, sed ob coloris varietatem ægre definienda; stipes 5 cm. longus, 4–5 mm. crassus si æqualis, sed variat ventricosus et compressus, violaceus, rufus etc.; pileus $2^1/_2$–5 cm. latus, siccus olivaceo-stramineus, badius, rufus; lamellæ primo ex albido olivaceæ v. lutescentes vel sanguineo-rufæ; sporæ 8 ≃ 4, guttatæ, in fundo nigro sordide ochraceæ, subargillaceæ, in albo ferrugineæ apparent; basidia clavata 25–30 ≃ 6–8.

3. **Naucoria Christinæ** Fr. Epicr. p. 192, Monogr. l. c., Hym. Eur. 3403
p. 254, Ic. t. 121, f. 1. — Pileo carnoso, tenui, conico-acuto, subrepando, viscoso, udo igneo-cinnamomeo, sicco fulvo nitido, expallente; stipite fistuloso, tenaci, radicato, cylindrico, glabro, rubiginoso-sanguineo; lamellis liberis, confertis, e pallido igneo-crocatis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, dilutissime flavescentibus (sub lente), 4–5 ≃ 3–4.

*Hab.* ad terram sterilem tam in pinetis quam silvis frondosis Sueciæ, Fenniæ, Germaniæ etc. — E fungis elegantissimis. Stipes 6–10 cm. longus, 3–6 mm. crassus, demum badius; pileus facie *Hygroph. conici*, 2–3 cm. latus, expansus umbonatus, sæpe rugis elevatis costatus. Sec. Quél. sporæ amygdaloideæ, 10–12 μ. longæ, hinc ad speciem diversam pertinentes.

4. **Naucoria Jennyæ** Karst. in Hedw. 1881, p. 178. — Pileo carnoso 3404
tenui, conico-convexo, dein expanso, umbone conico, acuto, orbiculari, sicco, ferrugineo-fulvo, expallente, levi, nitente, glaberrimo, circ. 3 cm. lato; stipite fistuloso, in radicem longam attenuato, eximie cartilagineo, tenacissimo, æquali, nudo nitido, fulvo-badio, apice pallidiori, circ. 10 cm. longo, 2–4 mm. crasso; lamellis leviter adnexis, secedentibus aut omnino liberis, valde confertis, postice

plus minus ventricosis, nudis, e lutescente pallido fulvis submaculatis, 1-2 mm. latis; sporis ovoideis flavescentibus hyalinis (sub. micr.), 4-5 ≃ 3.

*Hab.* prope Mustiala Fenniæ in silva acerosa, aug. — *Nauc. Christinæ* proxima.

5. **Naucoria hilaris** Fr. Epicr. p. 192, Hym. Eur. pag. 254, Var. *B.* 3405
pileo undulato-repando; stipite inæquali, compresso: Secr. n. 805. — Pileo carnoso, tenui, levi, subviscido, aurantio-fulvo, nitido; stipite cavo, fragili, stricto, nitente-flavo; lamellis subliberis, ventricosis, convexis, flavo-ferrugineis.

*Hab.* ad terram in pinetis Europæ admodum rara. — Pileus 2½-3 cm. latus; stipes 2½-5 cm. longus; *N. Christinæ* robustior, sed fragilis, carne lutea. [Antecedentes quatuor species sistunt cum hac gregem maxime naturalem, a sequentibus eximie distinctam].

6. **Naucoria subglobosa** Alb. et Schwein. pag. 169, Fr. Hym. Eur. 3406
p. 254. — Pileo carnosulo, hemisphærico, levi, subviscido, flavido; stipite farcto, tenui, æquali, brevi, striato lamellisque subliberis, latissimis, convexis, concoloribus; sporis ochraceis, 8 ≃ 4.

*Hab.* in pinetis siccis Europæ et ad terram Aiken in Carol. inf. Amer. borealis. — Statura *Str. semiglobatæ* stipes 2½ cm. longus, pileus 1 cm. latus, lamellæ rhombeæ.

7. **Naucoria hamadryas** Fr. Monogr. I, p. 366, Hym. Eur. p. 254, 3407
Ic. t. 121, f. 3. — Pileo subcarnoso, e convexo expanso, gibbo, levi, badio-ferrugineo, vetusto et sicco helvolo; stipite cavo, æquali, glabro, pallido; lamellis attenuato-adnexis, subliberis, ferrugineis.

*Hab.* in silvis Europæ et ad terram. — Species clare distincta, pileo 4-5 cm. lato; stipes 5-8 cm. longus, 7 mm. crassus, fragilis; velum nullum.

8. **Naucoria nimbosa** Fr. Hym. Eur. p. 254. — Pileo carnosulo, e 3408
convexo expanso, umbonato, pruinato-velutino, rufo-fusco; stipite farcto, æquali, undique pruinato-velutino, inferne fusco, superne pallido; lamellis rotundato-adnexis, demum subliberis, latis, ferruginascentibus, acie fimbriatis; sporis ferrugineis, 10-11 ≃ 6.

*Hab.* ad margines fossarum Sueciæ (Post). — Velum nullum; stipes 12½ cm. longus, 2-5 mm. crassus, intus albidus; pileus 1¼-2½ cm. latus, siccitate in ochraceum transiens.

9. **Naucoria Cidaris** Fr. Epicr. p. 192, Monogr. I, p. 367, Hym. Eur. 3409
p. 255, Cooke Ill. t. 451. — Pileo carnosulo, e conico campanulato, levi, argillaceo-cinnamomeo, sicco alutaceo, margine undulato striatulo; stipite fistuloso, fusiformi, brevi, glabro, fusco-ni-

gro; lamellis ex adfixo secedentibus, ventricosis, confertis, melleis.

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ ad terram circa truncos. — Inodora. Stipes 4 cm. longus, ab apice pallidiore ad basim attenuatus; pileus $2^1/_2$ cm. altus et latus; sporæ ovoideæ 10 $\mu$. long. — Var. **minor** Fr. Ic. t. 123, f. 2. In Suecia.

10. **Naucoria Cucumis** Pers. Syn. p. 310 (*Agar.*), Fr. Elench. p. 34, Hym. Eur. p. 255, Cooke Ill. t. 452, Berk. Outl. p. 159, Secr. n. 809, *A. fuscipes* Sowerb. t. 344. — Pileo carnosulo, late campanulato, glabro, udo badio-fusco, circa marginem pallidiore; stipite tenui, firmo, glabro, fusco-nigricante, apice incrassato, cavo, pruinoso; lamellis leviter adnexis, ventricosis, e pallido croceis. 3410

*Hab.* ad terram et inter fragmenta lignea in Europa. — Odor Cucumeris; pileus $2^1/_2$–4 cm. latus, sed occurrunt formæ minores in humo hortorum; stipes 4–6 cm. longus, 2–3 mm. crassus; sporæ 9–10 ≃ 5–6.

11. **Naucoria pelidna** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 543. — Pileo conico livido, margine plicato crenato; stipite concolori, sursum dilatato, roseo-farcto; lamellis ventricosis, ascendentibus, rubro-rufis; sporis 8 $\mu$. long. 3411

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus, roseus, livido-cœruleo maculatus; stipes 18 mm. longus. Admodum refert formam pusillam *N. Cucumeris*.

12. **Naucoria anguinea** Fr. Epicr. p. 193, Monogr. I, p. 268, Hym. Eur. p. 255, Ic. t. 122, f. 1, Cooke Ill. t. 455. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, gibbo, levi, gilvo-alutaceo, zona sericea prope marginem; stipite subcavo, dense albo-fibrilloso, badio; lamellis subliberis, confertis, linearibus, ex isabellino ferrugineis. 3412

*Hab.* ad terram in silvis Europæ et Rockhampton, in Queensland Australiæ (Thozet). — *N. Cucumeri* affinis, sed major, robustior et veli vestigiis circa marginem insignis. Stipes 5–8 cm. longus, 4–7 mm. crassus, subflexuosus; pileus 3 cm. latus; lamellæ rarius colore peregrino purpurascente tinctæ.

13. **Naucoria micans** Fr. Epicr. p. 193, Hym. Eur. p. 255. *A. alnicola* Secret. n. 807, Var b. *Rosarum* duplo minor, pileo aurantio, lamellis flavis. — Pileo carnosulo, convexo, gibbo, levi, nitidulo, luteo, submaculato; stipite subfistuloso, tenaci, pruinato, rufo-fusco; lamellis emarginato-adnexis, confertis, e flavo-virescente ferrugineis. 3413

*Hab.* typus in truncis Alni, var. in ramis exsiccatis Rosæ cin-

namomeæ in Europa. — Stipes 2-3 cm. longus, fibrillis adpressis levigatus; pileus passim purpureo-maculatus, carne lutea.

14. **Naucoria arboria** Britz. Hym. Südb. IV, p. 156, f. 169. — Pileo haud nitido, rufo-flavido, leniter umbonato, medio compressulo at scabro; stipite sursum dilute flavo, luteo maculato, deorsum rufo-brunneo, cavo; carne rufo-flavescente, in inferiore stipitis parte brunneo-rufa; lamellis primo albidis, dein flavo-lilacinis; sporis oblongis 8 ≃ 4. 3414

*Hab.* gregatim ad truncos pirinos inter muscos pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — *N. micanti* proxima.

15. **Naucoria Centunculus** Fr. Syst. Myc I, p. 262, Hym. Eur. p. 255, Cooke Ill. t. 601, Berk. Outl. p. 159, Lasch in litt. ad Fr. (egregie), *A. limbatus* Quélet p. 234. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, e lurido-viridi lutescente, expallente; stipite fistuloso, basi albo-villoso, sursum albo-pulverulento; lamellis secedentibus, crassis, latis, cinereo-flavis; sporis ochraceis. 3415

*Hab.* ad ligna putrescentia Fagi, in Europa. — Species admodum singularis, alii vix affinis, statura varians, sed semper pusilla. Stipes vulgo incurvus, sæpe excentricus, $2^1/_2$ cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus 16-22 mm. latus, etiam fusco-olivaceus, decolorans, sub lente sericellus, margine primitus sulphureo-pulverulento; lamellæ vetustæ convexæ, crispatæ, acie flocculis luteo-viridibus denticulatæ.

16. **Naucoria microphues** B. et Br. Jour. Linn. Soc. XI, p. 542. — Pileo plano, albicante, usque ad centrum striato; stipite filiformi albo, basi substrigoso; lamellis distantibus liberis; sporis puris, 8 μ. long. 3416

*Hab.* in solo sabuloso, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 7 mm. latus, margine crenatus; stipes 2 cm. longus, $^1/_2$ mm. crassus; lamellæ segmentiformes. Affinis *N. Centunculo.*

17. **Naucoria læta** Lambotte Flore Mycol. Belge I, p. 185. — Pileo carnosulo, convexo, plano, centro obtuso, levi, glabro; stipite gracili, elongato, glabro, farcto, pileo concolore; lamellis liberis, rotundatis, confertis, angustissimis, pileo concoloribus; sporis ochraceo-luteis. 3417

*Hab.* cæspitosa inter herbas, sub umbra Alnorum, Mongombroux pr. Verviers in Belgio. — Pileus $1^1/_2$-2 cm. latus; caro fragilis, lutescenti-pallida; stipes 5 cm. long., apice subfloccosus, levigatus, cylindricus, demum fistulosus, extus subcartilagineus, admodum nitens. Fungus amœne luteus, nitidus. Affinis *N. Centunculo.*

18. **Naucoria horizontalis** Bull. t. 324 (*Agar.*), Sowerb. t. 341, Berk. Outl. p. 159, Fr. Hym. Eur. p. 256, Cooke Ill. t. 601. — Aquose cinnamomea; pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, levi; stipite solido, brevissimo, incurvo, nudo; lamellis rotundato-liberis, latis, planis. 3418

*Hab.* ad cortices Piri, Ulmi etc. in Europa. — Catervatim nascitur ut *Mycena corticola*, humilior, primo obtutu subsessilis. Pileus pro ratione admodum carnosus, 8-10 mm. carnosus, latus, rufescens; stipes 1 cm. longus, 2 mm. crassus.

19. **Naucoria micromegala** Berk. Dec. n. 380. — Pileo convexo, subcampanulato, valde carnoso; stipite incurvo, e mycelio orbiculari oriundo; lamellis latis, postice rotundatis, liberis, alutaceis. 3419

*Hab.* in ligno emortuo, Myrong, Khassya in India. — Inodora, Pileus siccus, subcoriaceus, 18 mm. latus, fusco-fulvo-ochraceus; margo incurvus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus concolor; lamellæ latissimæ. Affinis *N. horizontali*.

20. **Naucoria rimulincola** Rabenh. Exs. n. 1511, Flora 1851, p. 505, Fr. Hym. Eur. p. 256, Cooke Ill. t. 509 *B*. — Cinnamomea; pileo hemisphærico, umbilicato, plicato, ruguloso-tomentoso; stipite subexcentrico, brevi, incurvo, basi subincrassato; lamellis adnexis, subdistantibus, crassis, perlatis, albido-crenulatis; sporis ovoideis, majusculis, 12-15 ≃ 7, dilute ferrugineis, 1-2 (raro pluri)- guttulatis. 3420

*Hab.* ad caudices arborum in Europa.

21. **Naucoria semiflexa** Berk. et Br. n. 1246, Fr. Hym. Eur. p. 256, Cooke Ill. t. 509 *A*. — Pileo carnosulo, e campanulato hemisphærico, castaneo, hygrophano, margine velo subtili albo ornato, carne alba; stipite solido, semihorizontali; lamellis adnexis, distantibus, fulvis; sporis oblongis, echinulatis, 8-10 ≃ 6-8. 3421

*Hab.* ad cortices arborum in Europa. — Stipes 2 cm. longus, 1 mm. crassus; pileus 1 cm. latus.

22. **Naucoria pygmæa** Bull. t. 525, f. 2 (*Agar.*), Fr. Monogr. I, p. 368, Hym. Eur. p. 256. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, glabro, margine striato, ochracco-alutaceo; stipite fistuloso, tenui, flexuoso, glabro, albo; lamellis rotundato-adnexis, ventricosis, ferrugineis. 3422

*Hab.* ad basim truncorum in Europa et Ceylon Indiæ (Thwaites) et Somerset East et Natal Africæ (Mac Owan et Wood). — Stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus 10-18 mm. latus. Similis *Ph. blattariæ*, sed velum nullum.

23. **Naucoria abjecta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 543. — Pi- 3423

leo e campanulato depresso, tenui, striato, livido griseove; stipite gracili subtiliter fistuloso; lamellis ventricosis luteis; sporis 8 μ. longis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8-13 mm. latus; stipes 18-25 mm. longus, haud 1 mm. crassus; lamellæ circiter 1 mm. latæ, argillaceæ. Exstat forma pileo griseo, lamellis latioribus stipiteque tenuiori basi obscuro.

24. **Naucoria phædropis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 542. — 3424
Pileo e campanulato plano, sulcato-striato, fulvo; stipite clavato, albido, fistuloso; lamellis postice rotundatis, liberis, fulvis; sporis oblique ovatis, 8-15 ≃ 5-8.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 cm. latus, margine ornatus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ ventricosæ vel falciformes. Exsiccatione in vinoso-rubrum vergit.

25. **Naucoria autumnalis** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 92. — Pileo te- 3425
nui, carnoso, convexo, levi, hygrophano, dilute cinnamomeo et, udo, margine striatulo, siccitate sordide flavo; stipite gracili, æquali, cavo, fibrilloso, pileo pallidiori; lamellis confertis, leniter emarginatis, spurie decurrenti-denticulatis, evidenter e stipite sejunctis, flavidis, dein cinnamomeis.

*Hab.* in lignis putrescentibus in silvis North Greenbush Americæ borealis, novemb. — Affinis *N. semiorbiculari*, 2,5-5 cm. alta; pileus 1,5-3 cm. latus.

26. **Naucoria nasuta** Kalchbr. Wint. Pilzfl. I, p. 852. — Pileo tenui, 3426
carnosulo, umbone papilliformi elongato instructo, ad marginem sulcato, glabro, ochraceo; stipite fistuloso, æquali, tortuoso, fibrilloso, subferrugineo; lamellis emarginatis, denticulo decurrentibus subconfertis, latis, ventricosis, ferrugineis.

*Hab.* in Germania et N. S. Wales Australiæ. — Pileus 12-13 mm. latus et ultra; umbo prominens, dein rufescens; stipes 5 cm. longus, circ. 2 mm. crassus.

27. **Naucoria russa** C. et Mass. Grev. XV, p. 94. — Pileo convexo- 3427
explanato, tenui, levi, glabro, lateritio-rufo, margine levi; stipite æquali, subconcolore, deorsum albido-tomentoso, fistuloso, carne pallida; lamellis liberis, ventricosis, subdistantibus, ferrugineis; sporis ellipticis, 8 ≃ 4.

*Hab.* ad terram Goutbourn Valley Vict. Australiæ. — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 4 mm. cr.

28. **Naucoria rubricata** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1873, Cooke Ill. 3428

t. 509 c. — Cæspitosa, alba, dein rufo-tincta; pileo minuto, demum explanato; stipite gracili, cavo, basi furfuraceo-granulato; lamellis postice adnexis, fronte rotundatis, albidis, dein carneolis, demum brunneis.

*Hab.* ad ramos putrescentes Rubi, Hereford Britanniæ (Miss Ruth Berkeley). — Statura 1,3 cm.; pileus 6-7 mm. lat.

**) Lamellis adnatis, pileo convexo-plano.

29. **Naucoria enchymosa** Fr. Epicr. p. 194, Hym. Eur. p. 256, Lund. Holm. p. 42. — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, obtuso, glabro, disco subtiliter punctato, udo olivaceo, sicco alutaceo; stipite fistuloso, adpresse fibrilloso, è pallido concolore; lamellis adnatis, confertis, planis, e fulvo ferrugineis; sporis fulvo-ferrugineis. 3429

*Hab.* ad terram locis siccioribus in pinetis Europæ. — Stipes $1^1/_4$ cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus $2^1/_2$ cm. latus, velo nullo. Hujus loci videntur Batt. t. 28, f. M. et Secr. n. 840. *A.*

30. **Naucoria hyperella** Fr. Elench. p. 35, Monogr. II, p. 302, Hym. Eur. p. 257, Weinm. Ross. p. 221, Batt. t. 28 *C.* — Pileo submembranaceo, e convexo plano, umbonato, glabro, fuscescente, sicco canescente-ferrugineo; stipite fistuloso, filiformi, sericeo-fibrilloso, pallido; lamellis adnatis, confertis, obscure ferrugineis. 3430

*Hab.* in pinetis in Rossia, Suecia, Germania et Fennia catervatim nascens. — Stipes $1\text{-}1^1/_2$ cm. longus, basi terram in bulbillum spurium conglobans; pileus $1^1/_4$ cm. latus.

31. **Naucoria coprinicepsBerk.** Journ. Linn. Soc. X, p. 290. — Pileo e convexo plano, margine demum revoluto, tenui, glabro, albo; stipite ex albo subrufo, æquali, leviter fistuloso; lamellis latis, adnatis, pallide fuscis. 3431

*Hab.* ad caudices, Cuba Amer. centr. (Wright). — Pileus $1^1/_4$ cm. latus, stipes $1^1/_4$ cm. longus. Sicca fulva. Species hæc, et *N. euthyramma* certe in eadem sectione collocandæ ac *N. hyperella.*

32. **Naucoria euthygramma** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 290. — Tenerrima; pileo convexo, striato, pallide umbrino; stipite gracili hyalino, basi strigoso; lamellis fuscis adnexis. 3432

*Hab.* ad ligna emarcida, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus; stipes 12 mm. longus, filiformis; sporæ sæpe minutæ ut in *N. coprinoidi.* Habitus *Psathyrellæ disseminatæ* sed valde differt colore sporarumque magnitudine.

33. **Naucoria abstrusa** Fr. Epicr. p. 195, Hym. Eur. p. 257, Ic. t. 122, f. 2, Cooke Ill. t. 456. — Pileo subcarnoso, convexo, obtuso, levi, 3433

glabro, viscido, argillaceo-ferrugineo; stipite fistuloso, rigido, glabro, ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, planis, aquose ferrugineis.

*Hab.* ad terram humosam in nemoribus frondosis Europæ. — Stipes 2½ cm. longus, 2 mm. crassus, basi obscurior; pileus 4 cm. latus, ambitu tenuis, sed totus fungus firmulus; sporæ 10 ≃ 5.

34. **Naucoria innocua** Lasch n. 398, Fr. Hym. Eur. p. 257. — Pileo 3434
carnosulo, convexo, obtuso, glabriusculo (sub lente fibrilloso-levigato), striato, rufo expallente; stipite farcto albo-fibrilloso; lamellis adnatis, subconfertis, flavo-ochraceis; sporis rubiginosis, 10 ≃ 4-6.

*Hab.* locis humidis in Germania. — Pileus 2½-4 cm. latus, rufus, siccus pallescens, levis; stipes 4-6 cm. longus, 2-4 mm. crassus, basi lanatus.

35. **Naucoria cerodes** Fr. Epicr. p. 195, Hym. Eur. p. 257, Cooke Ill. 3435
t. 489, Quél. p. 233. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, orbiculari, levi, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, æquali, nudo, luteo, basi ferrugineo; lamellis adnatis, planis, latis, ochraceo-cinnamomeis; sporis ellipsoideis, fuscescentibus, 12-16 ≃ 6-8. — *A.* stipite rigido, recto, unciali, primo farcto. *A. pumilus* Alb. et Schw. *B.* stipite molliore, elongato, flexuoso (Batsch f. 8) curvatoque.

*Hab.* ad terram apricam, v. c. locis adustis in Europa et ad terram Ceylon (Thwaites, Gardner). — Sec. B. et Br. sporæ 7 μ. tantum longæ. *B.* major, inter muscos humidos, serotina; stipes 2-5 mm. crassus, demum totus ferruginascens; pileus 1-2½ cm. latus, e ceraceo ochraceus, vix striatus, sed in *B.* udo lamellæ subdistantes pellucentes. [Schaeff. t. 203 sat bene refert *A*, sed lamellis differt].

36. **Naucoria panurensis** Berk. Dec. n. 507, Hook. Journ. 1856. — 3436
Pileo convexo, fulvello squamoso; stipite tenui, concolore, fibrilloso; lamellis latis, adnatis e sporis fulvescentibus; sporis 6 μ. long. cymbiformibus, obscurissime echinulatis.

*Hab.* ad terram, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus 2½-5 cm. latus, fulvus squamis obscurioribus, adpressis, minutis, triangularibus maculatus; stipes 2½ cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus, fibrosus, solidus. Affinis *N. cerodi.*

37. **Naucoria melinoides** Fr. Syst. Myc. p. 266 (var. major), Monogr. 3437
I, p. 371, Hym. Eur. p. 257, Cooke Ill. t. 457, Weinm. Ross. p. 219, Berk. Outl. t. 9, f. 3, Quél. p. 99, Bull. t. 560, f. 1 *F*, tantum. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuse umbonato, levi, glabro, fulvo, sicco ochraceo; stipite cavo, crassiusculo, sursum

pruinoso luteo, basi albo; lamellis adnatis, triquetro-oblongis, denticulatis, confertis, melleis.

*Hab.* in collibus apricis Europæ inter gramina brevia rarior. Stipes vulgo brevis, $2^1/_2$–5 cm. longus, vix 2 mm. crassus, sed inter muscos elongatus uti prior. Pileus 10–25 mm. latus; sporæ ellipticæ 10–12 ≃ 4–5, 1–2-guttulatæ. Ex *A. melinoide β leimophilo* Poll. Ver. III, 668 (in pratis prov. Vicetinæ et Veronensis nascente) Cl. Heufler speciem distinctam effecit, quia eidem Pollinius lamellas liberas adscribit, quæ e contra adnatæ sunt in *N. melinoide* Fr. Specimina vero in herbar. Polliniano asservata Hygrophori speciem potius sistere mihi videntur.

38. **Naucoria khasiensis** Berk. Dec. n. 402. — Pileo convexo, sub- 3438
umbonato, subcarnoso; stipite elongato, flexuoso, solido; lamellis latis, ventricosis, adnexis, ochraceo-cinnamomeis; sporis ochraceis, nitentibus, 10 μ. long.

*Hab.* inter herbas in montibus Khasia, Kala Pauce, 1500 m. alt. in India (Hook.). — Inodora, fragilis. Pileus 18 mm. latus, subhemisphæricus, minute umbonatus, luteus, testaceo-argillaceo adumbratus; stipes 13 cm. longus, circiter 2 mm. crassus, luteus, solidus. *N. cerodem* atque *N. melinoidem* assimilat sed stipite solido, pileo carnosiore lamellisque adnexis.

39. **Naucoria marasmioides** Berk. Dec. n. 508, Hook. Journ. 1856. — 3439
Pileo convexo, subconico, fulvo, pulverulento; stipite gracili, spadiceo, glabro; lamellis latiusculis, postice emarginatis; sporis 6 μ. long., minute echinulatis.

*Hab.* ad fragmenta lignea, Panuré Brasiliæ (Spruce). — Pileus $1^1/_4$ cm. vel ultra latus particulis erectis abundanter vestitus; stipes 4 cm. longus, haud 2 mm. crassus; lamellæ subventricosæ postice emarginatæ atque adnatæ. Affinis *N. cerodi.*

40. **Naucoria pusiola** Fr. S. M. p. 264, El. p. 36, Hym. Eur. p. 258, 3440
Ic. t. 124, f. 4, Cooke Ill. t. 457, Weinm. p. 222, Pers. M. E. 3, n. 274 et n. 272, t. 25, f. 1 (ex ic., status vetustus). — Pileo carnosulo, hemisphærico-expanso, obtuso, levi, glabro, viscidulo; stipite fistuloso, filiformi, glabro, luteo, nitido; lamellis adnatis, confertis, planis, segmentoideis, e pallido cinnamomeis.

*Hab.* ad terram et g.acilescens, flexilis inter muscos in Europa. — Stipes 2–3 cm. longus, subviscidus, citrinus; pileus 6–7 mm. latus, fulvo-luteus, ut præcedens nitidus nec ut Galerarum similium hygrophano-atomatus v. sericellus; sporæ 8 ≃ 4.

41. **Naucoria miserrima** Karst. Hattsv. I, p. 550. — Pileo plano, um- 3441

bonato, subsulcato-striato, dein fisso, albicante (sicco), glabro, circiter 1 cm. lato; stipite æquali, basi apiceque leviter incrassato, fistuloso, stricto, nudo, albido, 1-5 cm. longo; lamellis adfixis, distantibus, latis, ventricosis, subochraceis.

*Hab.* in terra arenosa nuda juxta vias in pineto Syrjöas in Fennia.

42. **Naucoria lenticeps** Peck 31 Rep. p. 34. — Pileo tenui, convexo vel explanato, fusco-ochraceo vel subolivaceo, disco brunneo vel nigrescenti-brunneo; stipite gracili, cavo, sursum pallido squamulosoque; lamellis planis, subdistantibus, adnatis, dente decurrentibus, albidis vel pallidis; sporis latis, 13-19 = 8-10. 3442

*Hab.* in solo sabuloso juxta vias ferratas, Center Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$-4 cm. metiens; pileus $1^1/_4$-2 cm. latus; stipes vix 2 mm. crassus.

43. **Naucoria vernalis** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 91. — Pileo tenui, carnoso, convexo, dein depressulo, margine deflexo, umbonato, hygrophano, sordide flavo, udo obscuriori; stipite longo, flexuoso, striato-sulcato, cavo, basi albo-villoso, brunneo; lamellis angustis, adnexis, cinnamomeis. 3443

*Hab.* in lignis putrescentibus, Greenbush in America bereali, majo. — 5 cm. alta, pileus 2-3 cm. latus, stipes 2,5 mm. crassus.

44. **Naucoria fulva** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 91. — Pileo tenui, convexo, dein expanso, umbonato, brunneo-flavo, udo obscuriori; stipite æquali, solido, subflexuoso, pileo pallidiori; lamellis latis, emarginatis, decurrenti-denticulatis, cinnamomeis. 3444

*Hab.* ad terram in pinetis prope Bethlehem in America boreali, novemb. — 2,5-3,5 cm. alta; pileus 1-2 cm. latus.

45. **Naucoria lignicola** Peck 23 Rep. St. Mus. p. 91. — Pileo tenui, convexo, umbonato, levi vel vix fibrilloso, hygrophano, dilute cinnamomeo et, udo, margine striatulo, sicco sordide flavo; stipite gracili, æquali, cavo, vix fibrilloso, firmo, subcurvo, rufo-brunneo; lamellis angustis, confertis, adhærentibus, cinnamomeis. 3445

*Hab.* ad ligna putrida in silvis prope Sandlake in America boreali, junio. — Statura 2,5-5 cm.; pileus 1,5-3 cm. latus.

46. **Naucoria argillosa** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pileo primo convexo, pallide fusco-luteo; stipite cavo, deorsum attenuato, albo; lamellis angustis, adnexis, ex albo argillaceis. 3446

*Hab.* ad terram in silvis Carol. inf. Amer. bor. (Ravenel, Curtis). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 7 mm. crassus, cartilaginosus, radicatus; velum nullum; lamellæ confertæ;

sporæ permultæ, humiditate gelatinosæ. Habitus fere *Collybiæ maculatæ*.

***) Lamellis adnatis, pileo e campanulato expanso.

47. **Naucoria nucea** Bolt. t. 70 (optime) (*Agar.*), Fr. in Linn. X, p. 57, 3447
Monogr. I, p. 372, Hym. Eur. p. 258, Cooke Ill. t. 490, Weinm. Ross. p. 668. — Pileo submembranaceo, globoso-campanulato, umbilicato, punctato, dilute castaneo, margine incurvo, sublobato; stipite fistuloso, gracili, sericeo-fibrilloso; lamellis attenuato-adnatis, adscendentibus, subcrispis, cinnamomeis; sporis uno apice vel utrinque apiculatis, 11 ≃ 6.

*Hab.* in pinetis inter muscos, raro. — Species omnino abnormis, sed specimina suecica et petropolitana cum scoticis ad unguem congruunt. Stipes 8 cm. longus, 2 mm. crassus, sat tenax; pileus 1–2½ cm. latus.

48. **Naucoria glandiformis** Smith in Cooke Ill. t. 490 b, *Agaricus* 3448
*nuceus* Smith in Herb. Mus. Brit. — Pileo initio obtuse campanulato, demum subhemisphærico vel avellanæformi, nuceo-brunneo, glabro, levigato; stipite erecto, elongato, æquali, e farcto cavo, pallido, plerumque contorto; lamellis latissimis, postice rotundatis, adnatis, umbrinis; sporis late amygdaliformibus, 10-12 ≃ 6-8.

*Hab.* ad terram, Teignmouth, Devon Britanniæ. — Pileus fere 2½ cm. latus et altus, nuceo-brunneus, disco obscuriore; stipes 8–11 cm. longus, 5 mm. crassus, pallidus.

49. **Naucoria striipes** Cooke Ill. t. 478. — Cæspitosa vel gregaria; 3449
pileo campanulato, obtuso, demum expanso, ochraceo, glabro, levigato; stipite erecto, vel flexuoso, æquali, cavo, albo, longitudinaliter striato; lamellis subdistantibus, postice leviter adnatis, fulvo-ferrugineis.

*Hab.* in herbosis, Kew Gardens in Britannia. — Pileus 2½–4 cm. latus; stipes 5–8 cm. longus, 4 mm. crassus.

50. **Naucoria scolecina** Fr. Epicr. p. 194, Hym. Eur. p. 258, Ic. t. 124, 3450
f. 1, Cooke Ill. t. 491, Berk. et Br. n. 1247. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, plano, margine striatulo, badio-ferrugineo; stipite fistuloso, æquali, flexuoso, rufo-ferrugineo, albo-farinoso; lamellis adnatis, subdistantibus, ex albo-carneo ferrugineis, acie flocculosis; sporis subellipsoideis, flavescentibus, 9–12 ≃ 5–6.

*Hab.* locis humidis inter folia alnea in Suecia et simili loco in Anglia et in Fennia. — Stipes 5–8 cm. longus, 2 mm. crassus, basi

fuscescens; pileus 1-2 cm. latus, opacus, circa marginem dilutior; lamellæ postice latiores; sporæ obscure ferrugineæ.

51. **Naucoria sideroides** Bull. t. 588 (*Agar.*), Dec. Fl. fr. 5, p. 46, Fr. Epicr. p. 196, Hym. Eur. p. 258, Cooke Ill. t. 458, Berk. et Br. n. 1007, Quél. p. 99, *A. hemisphæricus* Scop. Carn. p. 448. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, umbonato, glabro, viscidulo; stipite farcto, attenuato, levi, pallido; lamellis dente decurrente uncinato-adfixis, angustis, confertis, ex ochreo-pallido cinnamomeis; sporis ellipsoideis v. sphæroideo-ellipsoideis, chlorino-hyalinis vel dilutissime flavescentibus, 6-10 ≃ 4-6. 3451

*Hab.* ad vias, inter ramenta lignea in Europa, in truncis Pini Upsaliæ in Suecia, in trunco Fraxini in Britannia. — Stipes 8 cm. longus, 2-5 mm. crassus, e pallido lutescens, basi demum ferrugineus; pileus 1-2½ cm. latus, helvolus, siccus ochraceus, nitens, margine primo incurvus, dein striatulus. Velum prorsus nullum, hinc vix Secr. n. 247.

52. **Naucoria intercepta** Britz. Derm. et Mel. p. 162, f. 85. — Pileo campaniformi, demum expanso, semper acutiuscule medio elevato, rufo-flavescente; stipite subcavo, concolori; lamellis adnatis, remotis, subconcoloribus; sporis 9-10 ≃ 4-5. 3452

*Hab.* in quercetis prope Westheim Bavariæ australis. — Fragilis; stipes 5 cm. altus, 3-4 mm. crassus; pileus 2,5-3 cm. latus,

53. **Naucoria stictica** Fr. Monogr. I, p. 375, Hym. Eur. p. 259, Ic. t. 123, f. 1, Linn. 1835, p. 56, Weinm. Ross. p. 669. — Pileo carnosulo, convexo-plano, orbiculari, levi, granulis minutis sparsis superficialibus punctato, hygrophano; stipite subfarcto, tenui, fusco-ferruginascente; lamellis adnatis, confertis, dilute cinnamomeis. 3453

*Hab.* inter ramenta Pini in Rossia (Weinmann) et in Suecia. — Stipes 6 cm. longus vel ultra, basi villosus; pileus 2½ cm. latus fuscescenti-ochraceus, siccus alutaceus; sporæ 12-14 ≃ 6.

54. **Naucoria badipes** Fr. Epicr. p. 196, Hym. Eur. p. 259, Ic. t. 123, fig. 3, Cooke Ill. tab. 491, *A. badipus* Pers. Syn. p. 318? (Persoonii descriptio in varios quadrat.). — Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, subumbonato, glabro, udo ad umbonem striato-pellucido; stipite fistuloso, æquali, rigido, ferrugineo, ad medium squamis fibrillosis albis variegato; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, gilvo-ferrugineis. 3454

*Hab.* locis humidis in pinetis campestribus Europæ. — Stipes 6-8 cm. longus, 2-3 mm. crassus, subflexuosus, supra medium dilutior, levis, nudus, basi fuscus; pileus 8-14 mm. latus, udus gilvo-

ferrugineus, siccus levis alutaceus, margine fere recto; sporæ 10–12 μ. longæ, ovoideæ. Facile *Galera*; squamæ veli indicium.

55. **Naucoria camerina** Fr. Epicr. p. 196, Hym. Eur. p. 259, Ic. t. 124, f. 2, *A. badipus* P. ex Secr. n. 838 (reliqua syn. manifeste aliena). — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, obtuse umbonato, glabro, udo, margine striato; stipite fistuloso, flexuoso, adpresse fibrilloso, æquali, umbrino; lamellis adnatis, confertis, lutescenti-cinnamomeis. 3455

*Hab.* ad truncos, præcipue Pini in silvis montanis Europæ. — Stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, sub pileo tantum pallens; pileus 1 cm. et infra latus, ochreo-alutaceus, siccus pallens, opacus, disco subobscuriore, carne albida; lamellæ plano-adscendentes; velum nullum; sporæ ovoideæ 6-8 ≃ 4, v. usque 15 μ. long. (Quél.) Ne commutetur cum forma pusilla cortinata *Pholiotæ marginatæ*.

56. **Naucoria acuta** Cooke in Grevillea XIV, p. 129. — Pileo carnoso, conico-campanulato, acuto umbonato, glabro, levi, opaco, ochraceo; stipite gracili, fistuloso, adpresse fibrilloso, æquali, albido-flavescente; lamellis adnatis, subconfertis, lutescenti-cinnamomeis, acie pallidiore. 3456

*Hab.* in lignis putrescentibus in Nova Zelandia (Colenso). — *N. camerinæ* et *N. triscopodæ* proxima. Pileus 3–5 mm. latus; stipes 2, 5 cm. longus, 0,5 mm. crassus.

57. **Naucoria triscopoda** Fr. Monogr. I, p. 375, Hym. Eur. p. 259, Ic. t. 124, f. 3, Cooke Ill. t. 458. — Pileo carnosulo, primo e conico hemisphærico, obtuso, dein convexo-plano, umbonato, levi, glabro, badio, sicco ochraceo; stipite subtiliter fistuloso, filiformi, glabro, ferrugineo, basi umbrino; lamellis adnatis, tenuibus, subconfertis, obscure ferrugineis. 3457

*Hab.* ad ligna putrida arborum frondosarum in Europa. — Pileus circiter 1 cm. latus, stipes $2^1/_2$ cm. longus; sporæ 6-8 ≃ 3–4. Color *Galeræ spartææ*, sed indole priori proxima.

58. **Naucoria bellula** Peck 26 Rep. p. 58. — Pileo tenui, udo, convexo, glabro, nitido, aquose cinnamomeo; stipite æquali, cavo, vulgo curvo, glabro, rubescenti-brunneo; lamellis confertis, angustis, emarginatis, luteis, ætate obscurioribus; sporis 5 ≃ 3. 3458

*Hab.* in caulibus putrescentibus Conii maculati in silvis Lowville et Sandlake Amer. fœder. — Plerumque cæspitosa.

59. **Naucoria geminella** Peck 26 Rep. p. 58. — Pileo convexo, levigato, sicco, firmo, lutescenti-brunneo, margine pallidiore; stipite æquali, glabro, medulla alba repleto vel cavo, pileo concolore; 3459

carne alba; lamellis confertis, emarginatis, pallido-luteis; sporis 8 ≃ 5.

*Hab.* ad ligna emarcida Croghan Amer. fœder. — Habitu atque statura admodum refert *N. bellulam*, sed sporarum colore et dimensione differt.

60. **Naucoria disco-morbida** Peck 26 Rep. p. 58. — Pileo tenui, convexo v. expanso, glabro, subviscido, rubescenti-brunneo vel fuscescenti-castaneo; stipite æquali, farcto, glabro, apice subtiliter farinaceo, albo; carne alba; lamellis angustis, confertis, minute serrulatis, albis vel pallidis, demum brunnescentibus; sporis nucleatis, 10 ≃ 4. 3460

*Hab.* ad terram in silvis Croghan et Capake Amer. fœder. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 2-5 mm. crassus.

61. **Naucoria pruinatipes** Peck 29 Rep. p. 39. — Pileo regulari, convexo, glabro, hygrophano, udo brunneo, sicco ochraceo-luteo; carne albida; stipite æquali, firmo, farcto vel cavo, e squamulis flocculentis vel farinaceis pruinoso, striato, pallido vel cinereo; lamellis confertis, subexplanatis, postice rotundatis, pallide cinnamomeis; sporis subellipsoideis, brunnescenti-ferrugineis, 4 μ. long. 3461

*Hab.* ad terram in silvis Greig Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$-5 cm. adæquans, pileus $2^1/_2$-4 cm. latus, stipes circiter 2 mm. cr.

62. **Naucoria contraria** Peck 30 Rep. p. 41. — Pileo tenui e convexo plano v. centro depresso, plerumque umbilicato atque margine striato, glabro, alutaceo; stipite æquali, cavo, rubescente vel lutescenti-brunneo, fibrillis sericeis vel minutis fragmentis veli albi floccosi ornato; lamellis laxis, adnatis, postice latissimis, demum ventricosis v. subtriquetris, ochraceis; sporis luteis, ellipsoideis, 8 ≃ 5. 3462

*Hab.* ad terram herbosam in silvis Schenevus et West Albany Amer. fœder. — Pilei color ætate expallescit, sed lamellarum diu servatur. Ad stipitis basim frequenter abundat mycelium album; pilei margo ætate iuvenili sæpe minutis veli floccosi fragmentis instructus est.

63. **Naucoria oinodes** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 291. — Pileo umbonato, striato, hemisphærico, vinoso, glabro; stipite brevi fusco; lamellis adnatis, ferrugineo-rubris, distantibus; sporis ferrugineis. 3463

*Hab.* in ligno emarcido Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Gregaria; pileus 6-8 mm. latus, stipes 12 mm. longus.

64. **Naucoria curvo-marginata** Peck 23 Rep. of the Bot. p. 92, t. II, 3464

f. 1-5. — Pileo tenui, convexo, levi, rufo-flavescente, margine pallidiore lamellas excedente; stipite æquali, solido, undulato, corpusculis albidis, sericeis ornato; lamellis subventricosis, emarginatis, decurrenti-denticulatis, pallide flavis vel albidis, carneolis.

*Hab.* inter muscos in silvaticis North Elba Amer. bor. augusto. — Fungus 5-7,5 cm. altus; pileus 10-15 mm. latus.

65. **Naucoria flacca** Karst. Symb. VII, p. 4, Ic. sel. t. XVII. — Pileo 3465
carnoso, conico-campanulato, umbonato, glabrato, alutaceo- v. helvolo-cinnamomeo; stipite fistuloso, cartilagineo, æquali, pileo pallidiore, deorsum subumbrino, albido-fibrilloso; lamellis adnatis, mox liberis, subconfertis, concoloribus; sporis subellipsoideis, inæquilateralibus, utrinque leviter attenuatis, uniguttatis, flavis, diaphanis, 9-11 ≃ 5-6.

*Hab.* inter muscos in pinetis in agro Mustialensi Fenniæ. — Odor nullus; cutis stipitis vulgo fibris tortis contexta; pileus 15 mm. latus; stipes 6-7 cm. longus, 1-1,5 cm. crassus; lamellæ 3 mm. latæ.

66. **Naucoria amarescens** Quél. Quelq. esp. (1882) p. 8, *Galera ra-* 3466
*vida* Fr. in Quél. Champ. I, p. 103, t. VII, f. 4. — Pileo subtiliter ruguloso, udo, demum excoriato, brunneo ferrugineo dein argillaceo, margine leniter incurvo; stipite albo vel flavido dein fuligineo-atro, carne e flavido rufa, dein amarissima; lamellis sinuatis, denticulo præditis, latis, ventricosis, distantibus, pallide flavis, dein flavis; sporis ovatis, 10 μ. longis, flavis.

*Hab.* gregatim in areis carbonariis, Jura. — Pileus 2-3 cm. latus, stipes 2-8 cm. longus.

II. Phæotæ. Pileus nudus. Lamellæ et sporæ fusco-ferrugineæ. Velum potentiale, sed raro manifestum.

*) *Pediadeæ*: in arvis et campis nascentes.

67. **Naucoria amœna** Weinm. Ross. p. 233, Fr. El. p. 33, Hym. Eur. 3467
p. 260, Batt. t. 15, A. — Pileo carnoso, planiusculo, levi, subviscoso; stipite farcto-fibroso, æquali, levi, fibrilloso, albo-nitente; lamellis adnatis, confertis, linearibus, ex albo-livido ferrugina-scentibus.

*Hab.* in agris Europæ australis, vaporariis Europæ borealis. — Sqq. major, stipite 8-10 cm. longo, 4 mm. et ultra crasso; pileus sordide luteus, a disco ferruginascente expallens; caro in medio 2-5 mm. crassa; lamellæ 2-5 mm. latæ; sporæ 8-9 ≃ 4-5.

68. **Naucoria vervacti** Fr. S. M. I, p. 263, Hym. Eur. p. 260, Cooke 3468

Ill. t. 617, Weinm. p. 234, Berk. Outl. p. 160, *A. arvalis* Secr. n. 833, excl. syn. Batt. t. 13, F. Pers. M. E. 3, n. 270*, 273, Etiam Batsch f. 108 h. l. cfr. descr. — Pileo carnoso, convexo-plano umbonatove, levi, glabro, viscido, sicco nitido; stipite e farcto cavo, attenuato, glabro, rigido, arrhizo, albido; lamellis dente decurrente adnatis, confertis, dein ventricosis, e pallido ferrugineo-fuscis.

*Hab.* in pratis pinguibus, vervactis Europæ australis, Scaniæ et Germaniæ. — Stipes brevis, circiter 2-4 cm. metiens crassiusculus, 4-7 mm. nunc sursum, nunc deorsum attenuatus; pileus luteus, 2-3 cm. latus; sporæ 12-16 ≃ 8-10.

69. **Naucoria pediades** Fr. S. M. I, p. 290, Hym. Eur. p. 260, Cooke 3469
Ill. t. 492, Pat. t. 346, Weinm. p. 233, Secr. p. 260, Berk. Outl. p. 160, Kickx p. 170, Seyn. Montp. pag. 89, *A. arvalis* Letell. t. 675; *B. Ag. pusillus* Schaeff. t. 203, *A. pumilus* Pers. M. E. 3, p. 163, non Syn. Vaill. Par. p. 65, n. 32. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso depressove, sicco, demum impolito; stipite medullato, subflexuoso, sericello, lutescente, basi bulbilloso; lamellis adnexis, latis, subdistantibus, e fuscescente sordide cinnamomeis; basidiis clavulatis, 30-32 ≃ 10-14; sporis ellipticis utrinque plus minusve rotundatis v. acutatis, 10-12 ≃ 4-5, intensiuscule fulvo-rubiginosis; basid. 20-24 ≃ 7-8; cystid. 30-40 ≃ 8-10.

*Hab.* in campis vulgatissimus fungus per totum annum in Europa, in pratis et hortis prope Minussinsk in Sibiria, ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites), in pratis prope Somerset East Promont. Bonæ Spei (Mac Owan), in pascuis Aiken Carol. inf. Amer. bor. et in Australia. — Statura variabilis; stipes vulgo elongatus, 8-11 cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus 2½-6 cm. latus e gilvo-ochraceo alutaceus. — Var. **major** Berk. Journ. Linn. Soc. XI, p. 543: pileo 4-6 cm. lato, levigato, inæquali, umbonato, sporis 13 ≃ 10. Ad terram Peradenya Ceylon (Gardner, Thwaites). Odor farinæ fortis.

70. **Naucoria semiorbicularis** Bull. t. 422 (*Agar.*), Secr. n. 100, Fr. Mon. 3470
I, p. 376, Hym. Eur. p. 260, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 493, Berk. Outl. t. 9, f. 4, *A. longipes* Scop. Carn. p. 446 hanc v. præcedd. spectat. — Pileo carnosulo, hemisphærico, expanso, levi, glabro, subviscido, demum rivuloso; stipite gracili, tenaci, substricto, pallide ferrugineo, nitido, tubulum fistulosum liberum includente; lamellis adnatis, perlatis, confertis, e pallido ferrugineis; sporis 12-13 ≃ 8.

*Hab.* in marginibus viarum, ruderatis etc. in Europa, India, America fœder. — Pileus 2½-6 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 10 ≃ 5-6 v. 12-14 ≃ 6-8. Color in vivo fulvo-ferrugineus, in siccis ochraceus. Veli nullum vestigium in hac [«annulatum» Secr.], sed in præcc. subannulatum rarissime occurrit.

71. **Naucoria highlandensis** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 67. — Pileo convexo subinde expanso, glabro, viscido, flavo-rufo, sæpius margine pallidiori; stipite æquali, cavo, subtiliter floccoso-squamoso, flavido; lamellis confertis, postice rotundatis; sporis 8 μ. longis. 3471

*Hab.* in terra arescente prope Highland Falls Americæ bor. — Fungus gregarius, 2,5-4 cm. altus, pileus 15-30 mm. latus, stipes 2 mm. crassus. *Naucoriæ semiorbiculari* affinis at pileo viscidiori, lamellis pallidioribus, stipite squamuloso et sporis minutis distinguitur.

72. **Naucoria arvalis** Fr. S. M. I, p. 263, Hym. Eur. p. 261, Cooke Ill. t. 489, Weinm. p. 234, Batt. t. 28, *D.* [Bull. t. 422, f. 2, ceterum aliena, staturam et radicem optime refert]. — Pileo carnosulo, tenaci, convexo-plano, sicco expallente; stipite fistuloso, tenui, pulverulento, lutescente, radice longa filiformi; lamellis adnexis, subdistantibus, fusco-albis, dein ferrugineis. 3472

*Hab.* ad terram cultam in Europa. — Magnopere a prioribus diversa, ad *Galeram antipodam* accedens. Pileus udus luteo-fuscus, siccus ochraceus, 2½ cm. latus; pileus 6-8 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

73. **Naucoria arenicola** Berk. Fung. Uitenhag. n. 6. — Pileo hemisphærico, subcarnoso, glabro; stipite gossypino-farcto, basi clavæformi radicante; lamellis subargillaceis, latis, planis, dente decurrentibus; sporis ellipsoideis, pallide luteo-brunneis. 3473

*Hab.* in solo sabuloso Uitenhage Africæ austr. (Zeyher). — Pileus 1¼ cm. latus; stipes 4 cm. longus, vix 2 mm. crassus, basi globulum (ex arena conglobata) efformans, siccus fortiter striatus, sicut pileus pallide ochraceus; lamellæ latissimæ. Stricte affinis *N. vervacti* et *N. arvali.*

74. **Naucoria tabacina** Dec. Fl. fr. 5, p. 46? Fr. Hym. Eur. p. 261, Cooke Ill. t. 493. — Badio-fusca; pileo carnosulo, planiusculo, obtusissimo, levi, glabro, hygrophano, margine involuto; stipite cavo, glabro; lamellis adnatis, confertis, planis, demum badio-cinnamomeis. 3474

*Hab.* in Europa, vulgata juxta vias, subcæspitosa. — Uda sub-

unicolor, habitu *N. Cucumeris;* pileus dein badio-cinnamomeus, siccus sordide alutaceus, 6–10 mm. latus, sat carnosus; lamellæ sublineares, postice haud latiores, primitus gilvæ, mox umbrinæ, demum ferruginascentes; sporæ 8–9 ≃ 4–5; stipes nunc 5 cm. longus, æqualis, flexuosus; nunc duplo brevior, crassior, basi attenuatus. Velum eximium teloso-appendiculatum in paucis individuis exstat, in aliis ejusdem cæspitis jam primitus nullum.

75. **Naucoria tabacella** Sacc. Mich. II, p. 528. — Sparsa, tota cinnamomeo-tabacina; pileo convexo, centro squamuloso; stipite tereti subsolido, tenacello, cinnamomeo, fibrilloso, basi subincrassato; sporis ovoideis, 10–11 ≃ 6, uni-biguttulatis, fuligineis, basidiis clavulatis, 38 ≃ 8–9, hyalinis, 4-corniculatis suffultis. 3475

*Hab.* in solo sabuloso, Vittorio in Italia boreali. — Ad *N. erinaceam, N. pediadem* et *N. tabacinam* accedens, sed certe distinguenda.

76. **Naucoria undulosa** Jungh. Linn. V, t. 6, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 261. — Pileo submembranaceo, convexo, levi, umbone carnoso stipiteque solido, firmo, undulato, glabro, nudo spadiceis nitidis; lamellis adnatis, ovatis, distantibus, subconcoloribus; sporis breviter ovatis, 6 ≃ 4. 3476

*Hab.* in campis apricis Mansfeldiæ, in Britannia, in Germania nec non Somerset East et Port Natal Africæ. — Fusco-brunnea, stipite 6 cm. longo. Potius *Scorpioideis* quam *Pediadeis* affinis.

77. **Naucoria albo-lutea** Mont. Guy., n. 281. — Pileo carnosulo, convexo-plano, albo-luteo, nudo, glabro; stipite cartilagineo, fistuloso, longiusculo, concolori, basi incurvo; lamellis tridymis, subconfertis, undulato-ventricosis, dente filiformi stipiti adnexis, primo ferrugineis tandem fuscis; sporis ovoideis, ferrugineo-fuscis, 16 μ. longis. 3477

*Hab.* in sabulosis horti hospitii nautici apud Cayennam (Leprieur). — Affinis *N. pediadi*; pileus 1,5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 3 mm. cr.

78. **Naucoria Cisneroi** Sp. F. Arg. Pug. III, n. 6. — Solitaria v. 2–5 cæspitosa; pileo carnosulo-tenaci, primo hemisphærico-subgloboso dein hemisphærico-subcampanulato, obtuse convexo-acuminato amœne et sordide virescenti-citrino, centro non v. saturius colorato, estrio, glabro, levi, jove pluvio viscidulo, centro cute hygrophana, margine intus revoluto dein recto, integro, in senectute tenuissime albicanti 0,5–1 cm. diam.; carne tenuissima alba, tenacello-subfloccosa, in stipitem descendente, a lamellis discreta; lamellis di-trimacriis, membranaceis, cinnamomeis, subdistantibus apice acutiuscule 3478

acuminatis deorsum subconstricto-adnatis, 1 mm. lat., acie integerrima; stipite fulvo-flavescente, cyliudraceo, tereti levi, solido, cartilagineo-tenaci, udo levi, sicco longitudinaliter striato-subsulcato, basi non v. vix incrassato, mycelio floccoso-fibroso, tenaci, latiuscule effuso, candido donato, 1-2 cm. long., 1,5-2 mm. crass.; basidiis clavatis, basim versus subconstrictis, apice 2-3 sterigmatibus parvulis, conicis, acutiusculis ornatis, 30 ≃ 10, hyalinis, cystidiis subsimilibus, sporis ellipticis v. globosis inæquilateralibus, basi subacuminato-angulatis, rubiginosis, 10-12 ≃ 7-9.

*Hab.* ad ramenta atque detrita organica a flumine dejecta et pro plantarum cultura collecta, quæ in domo sua Buenos Aires leg. Cl. J. Cisneros. — Totus fungus tenacello-cartilagineus, sericeo-subnitens, siccus rugulosus.

79. **Naucoria januarensis** Mont. Cent. VII, p. 28. — Pileo carnosulo, convexo-depresso, hemisphærico, livido-glabro; stipite gracili, æquali, solido, concolori; lamellis tetradymis, longioribus stipiti adnexis, latissimis, margine horizontali, brunneis. 3497

*Hab.* subsolitaria in pascuis subhumidis prope Rio de Janeiro Brasiliæ, julio (Weddell).

80. **Naucoria smidioides** Mont. Cent. VII, p. 28. — Aurantiaca, cæspitosa; pileo planiusculo vel convexo undato, squamulis griseis minutis adsperso, margine tandem ascendente; stipite subcentrali flexuoso, cavo, intus umbrino; lamellis tridymis, scalpelliformibus, adnexo-recedentibus. 3480

*Hab.* ad truncos putrescentes locis apertis ad vias, Marica pr. Rio de Janeiro Brasil., augusto (Weddell). — Unicolor. Lamellæ primitus aurantiæ, demum brunneæ.

**) *Scorpioideæ:* locis incultis, udis, silvaticis crescentes.

81. **Naucoria tenax** Fr. Syst. Myc. I, p. 290, Hym. Eur. p. 261, Cooke Ill. t. 617, Weinm. p. 252, Berk. et Br. n. 1243, Kickx p. 170. — Pileo subcarnoso, e campanulato expanso, glabro, viscidulo, hygrophano; stipite e farcto cavo, æquali, flavo-fuscescente, fibrillis adpressis striatulo, glabello, cortina fugaci; lamellis adnatis, subdistantibus, acie integris, albidis. 3481

*Hab.* in silvis abiegnis etc. Europæ et prope Minussinsk in Sibiria. — Stipes e loco nunc magis ferruginascens, nunc olivascens, 5-12 cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus [interdum rugulosus] udus vulgo cinnamomeus (margine aquose flavente, alii forsan dixerint virente), siccus ochraceus, sed intercurrit fusco-lutescens,

2-3 cm. latus; lamellæ e pallide olivaceo-fuscescente ferruginascentes; sporæ 5 ≃ 4.

82. **Naucoria Tavastensis** Karst. Hattsv. I, p. 430, *Stropharia Tavastensis* Karst. M. F. III, p. 138. — Pileo carnoso, e convexo applanato, demum sæpe disco depresso, interdum umbonato, sublevi, glabro, circa marginem squamis floccosis, concentricis, albido-flavescentibus, majusculis eleganter ornato, primo livido-lutescente, dein sordide alutaceo-fulvescente vel sordide subbadio, subhygrophano, viscidulo?; stipite stricto, fragili, subæquali, apice incrassato, solido, fibrilloso-squamoso, pallescente, dein fuscescente, lacerato, annulo interdum submembranaceo, lutescente, fugaci; lamellis adnexis, confertis, ex albido argillaceo-ferrugineis vel fuscescentibus; sporis ellipsoideis, fuscis, pellucidis, 15-17 ≃ 8-9. 3482

*Hab.* ad margines fossarum rivulorumque in sphagneto Pellinsuo prope Mustiala et in parœcia Storkyrö Ostrobotniæ australis in Fennia. — Species ab ipso auctore olim quoque relata ad *Tubariam paludosam*, hinc anceps. Solitaria. Pileus 4-6 cm. latus; stipes 7-9 cm. longus.

83. **Naucoria Myosotis** Fr. Syst. Myc. I, l. c., Hym. Eur. p. 261, Ic. t. 125, f. 1, Cooke Ill. t. 494, Lasch, Weinm. p. 253. — Pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, pelliculoso-viscoso, decolore; stipite fistuloso, gracili, pallido, fibrilloso squamosoque-cortinato; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, demum brunneo-ferrugineis, acie serrata alba. 3483

*Hab.* locis humidis Europæ et Sarawak Bornei. — Pileus 2-2½ cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-5 mm. crassus; sporæ 16-18 ≃ 6-9. Statura prioris. Fibrillæ stipitis locis humidis nigrescunt. Pilei color peculiaris ex olivaceo. h. e. fusco-viridi, flavescens. Cfr. Secr. n. 104-106.

84. **Naucoria Drummondii** Berk. Dec. n. 28. — Pileo convexo, glabro, viscoso; stipite fibrilloso, fistuloso, sursum farinaceo, basi tomentoso, tomento super matricem expanso; lamellis argillaceis, ventricosis, denticulatis. 3484

*Hab.* in ligno marcido in Australia occid. — Pileus 3 mm. latus; stipes 2 cm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ subdistantes, denticulo adnatæ, acie candidæ. Ætate juvenili fungus candidissimus. Affinis *N. Myosotidi*.

85. **Naucoria scorpioides** Fr. Epicr. p. 199, Hym. Eur. p. 262. — Pileo carnosulo, e conico-convexo expanso, glabro, vix viscidulo, expallente; stipite fistuloso, gracili, flexuoso, sicco, pallido, albo- 3485

fibrilloso apiceque pruinoso; lamellis adnatis, denticulo decurrentibus, pallido-nebulosis, acie concolore, integra.

*Hab.* in paludosis turfosis Europæ. — *N. Myosotidi* cognata, sed pileus e subtestaceo alutaceus v. isabellinus, circa umbonem demum depressus, lamellæ albidæ v. flavidæ, cortina haud manifesta. Sporæ 5-6 $\mu$. longæ.

86. **Naucoria temulenta** Fr. S. M. I, p. 268, Hym. Eur. p. 262, Ic. t. 125, f. 1, Cooke Ill. t. 459, Weinm. p. 222, Quél. p. 234, Batsch t. 7, ob fig. *d*, huc spectat. — Pileo submembranaceo, e campanulato convexo, glabro, hygrophano, margine striatulo; stipite medullari-fistuloso, tenui, tenaci, polito, flexuoso, glabro, apice pulverulento; lamellis antice attenuatis, adnatis, subdistantibus, e lurido umbrino-ferrugineis. 3486

*Hab.* locis humidis silvarum Europæ. — Gracilis, pileo 1-2½ cm. lato subumbonato, numquam depresso nec pelliculoso, ferrugineo, sicco ochraceo-alutaceo, exstrio; stipite 7-8 cm. longo, 2-3 mm. lato. Velum nullum.

87. **Naucoria descendens** Berk. Dec. n. 381. — Pileo hemisphærico, exumbonato, sicco, glabro, sublateritio expallente; stipite obliquo, annulato, fistuloso, basi incrassato; lamellis pileo subconcoloribus adnatis, albo-marginatis. 3487

*Hab.* in pinetis, inter muscos, Sikkim Indiæ, 3400 m. alt. (Hook.). — Inodora; pileus 2½-4 cm. latus, obtusus vel levissime conicus, obscure rubro-brunneus demum alutaceus, margine plerumque reflexo, subtiliter striato; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, annulo brevi superiori spongioso; lamellis cinnamomeis. Affinis *N. temulentæ*.

88. **Naucoria heliophila** Fr. Hym. Eur. p. 262. — Pileo carnosulo, convexo, umbonato, levi, sicco, aureo-fulgente, nitido; stipite fistuloso, impolito, pallido, punctis sparsis nigris notato; lamellis adnatis, confertissimis, planis, pallidis. 3488

*Hab.* ad terram mense junio Upsaliæ in Suecia (J. G. Lagergren). — Gregaria, subcæspitosa, tenax; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, quasi adpresse villosus; pileus 2½ cm. latus; color lamellarum peculiaris, demum cum sporis fusco-ferrugineus. *Flammulæ carbonariæ* forsan proxima.

89. **Naucoria reducta** Fr. Monogr. I, p. 379, Epicr. p. 98, sporis ignotis, Hym. Eur. p. 262, Ic. t. 125, f. 3. — Pileo disco carnosulo, convexo-plano, hygrophano, ad medium striato, membranaceo; stipite fistuloso, sursum attenuato, tenaci, succineo-fusco, apice dilu- 3489

tiore pruinato; lamellis subadnatis, latis, ventricosis, e sordide luteo ferruginascentibus.

*Hab.* locis humidis silvarum Europæ et ad terram prope Minussinsk in Sibiria raro. — Stipes 5–8 cm. longus, fissilis; pileus 8–22 mm. latus, olivascens v. fuscescenti-melleus.

90. **Naucoria latissima** Cooke Ill. t. 482, *Ag. pediades* Smith in Her. Mus. Brit. — Pileo subgloboso, demum hemisphærico, disco carnoso, margine primitus incurvo; stipite deorsum attenuato, radicato, cavo, glabro, inferne fusco-brunneo, superne pallido; lamellis latissimis, postice rotundatis, leviter adnatis, fulvo umbrinis. 3490

*Hab.* in sepulchreto, Ely Britanniæ. — Pileus $1^1/_4$–4 cm. latus; stipes 4–5 cm. longus, 5–9 mm. apice crassus.

91. **Naucoria conferciens** Britz. Derm. et Mel. p. 163, f. 89. — Pileo hemisphærico, sæpius medio parum compresso, dilutissime flavescente, marginem versus pallidiore; stipite subcavo, sursum flavo-albo, medio subrufescente, deorsum obscuriori; lamellis subventricosis, late adnatis, distantibus, albidis; sporis oblongis, $12 \simeq 6$. 3491

*Hab.* in silvulis prope Mödishofen Bavariæ australis. — Mollis, fragilis; pileus 2–3 cm. latus; stipes 9 cm. longus, 2–3 mm. crassus.

92. **Naucoria conciliascens** Britz. Derm. et Mel. p. 164, f. 93. — Pileo applanato-expanso, medio elevato, flavo-rufo, margine albido; stipite farcto, sursum ex albido flavo, deorsum rufo-brunneo, fibris albis, tenuibus instructo; lamellis late adnatis, subinde leniter ventricosis, distantibus, primo pallide griseo-flavis, dein griseo-brunneis; sporis oblongis, $10–12 \simeq 6$. 3492

*Hab.* in silvulis prope Mödishofen Bavariæ australis. — Mollis, fragilis; pileus 3 cm. et ultra latus; stipes 7 cm. longus, 2–3 mm. crassus.

93. **Naucoria suspiciosa** Britz. Derm. et Mel. p. 164, f. 94. — Pileo sordide flavo, marginem versus pallidiori, primo hemisphærico, dein expanso, semper medio subumbonato; stipite sublevi, sursum albido et pellucido, deorsum brunneo-rufescente; lamellis adnatis, leniter ventricosis, haud confertis, griseo-brunneolis; sporis oblongis, $10 \simeq 6$. 3493

*Hab.* inter Sphagna in silvulis Bavariæ australis. — Subfragilis; pileus 2,5 cm. latus; stipes 4–11 mm. longus; odor acutiusculus.

94. **Naucoria vexabilis** Britz. Derm. et Mel. pag. 164, f. 92. — Pileo campanulato, dein expanso, plerumque medio umbonato, flavo-brunneoque, sensim marginem versus ad flavum vergente, udo viscoso; stipite sursum albo vel albido maculato, deorsum rufo- 3494

brunneo, fibrilloso-squamoso, cavo; lamellis duris, subdistantibus, leniter adnatis, latissimis, primo albis, dein carneis, demum brunneo-rufis; sporis granulosis, oblongis, 16-20 ≃ 8-9.

*Hab.* inter Sphagna in silvis Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. et ultra latus; stipes 12 cm. longus, 3-4 mm. crassus. — Var. **secundata** Britz. l. c.: a typo pileo obscuriori, lamellis latiusculis, semper flavis differt. Habitat cum specie iisdem in locis.

95. **Naucoria frusticola** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 158. — Dense 3495
cæspitosa; pileo convexo, umbilicato, fulvo; stipite gracili, deorsum incrassato, furfuraceo, pallidiore; lamellis olivaceo-ferrugineis, emarginatis, decurrentibus; sporis 7 $\mu$. long.

*Hab.* ad radices herbarum, Lofty-range S. Australia. — Pileus 6-12 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $1-1^1/_2$ mm. crassus. Affinis *Crep. inquilino*. Lamellæ distincte decurrentes.

96. **Naucoria scrupea** Berk. Dec. n. 289. — Pileo hemisphærico, car- 3496
noso, umbonato, lacunoso, viscido, margine incurvato; stipite elato cavo; lamellis angustis arcuatis, postice rotundatis.

*Hab.* ad terram humidam, Darjeeling 2250 m. alt. Indiæ (Hook.). — Odor *Ag. campestris;* pileus 5 cm. vel ultra crassus, hemisphæricus fusco-luteus, rufo-maculatus; stipes 15 cm. vel ultra longus, sursum attenuatus, pallido rufus; lamellæ fusco-cinnamomeæ, acie albæ. Affinis *Hyphol. lacrimabundo.* Videtur peculiarem saporem præbere.

III. Lepidotæ. (Naucoriæ typicæ). Pileus flocculosus v. squamulosus. Velum manifestum. Sporæ ferrugineæ. Confer *Tubariam paludosam* et *stagninam.*

*) Pilei squamulis superficialibus, secedentibus.

97. **Naucoria porriginosa** Fr. Epicr. p. 200, Hym. Eur. p. 263, Cooke 3497
Ill. t. 510, Batt. t. 19, f. E. sat bene nostrum refert. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, viscido, fulvo, expallente, flocculis superficialibus, croceis, secedentibus adsperso; stipite fistuloso, æquali, molliusculo, sericeo-levigato, pallido; lamellis adnatis, integerrimis, confertis, flavo-cinnamomeis.

*Hab.* inter ramenta Ribis Grossulariæ in Europa. Ceteris hujus gregis major, elegantior, *Pholiotam flammantem* in memoriam revocans; pileus haud depressus, nec siccus sericeus.

98. **Naucoria lapponica** Fr. Hym. Eur. pag. 263, *A. eximius* C. P. 3498
Laest. Lapp. Torn. p. 45. — Pileo carnosulo, primo convexo, umbonato, dein plano, viscoso, rufo-brunneo, discoideo, squamulis pi-

losis flavis consperso; stipite fistuloso, elongato, cute secernibili induto; lamellis emarginatis, dente decurrentibus, serrulatis, ex albo brunneis.

*Hab.* in Lapponia Tornensi ad terram. — Præcedenti videtur admodum affinis. Stipes 8-13 cm. altus, pileus $2^1/_2$ cm. latus.

99. **Naucoria sobria** Fr. Obs. M. 2, p. 25, γ, Hym. Eur. p. 263, Gill. C. F. c. ic. Cooke Ill. t. 511 et Handb. p. 130, Secr. n. 331 ex syn., Berk. et Br. n. 912, *A. pusillus* Lasch n. 399. — Pileo carnosulo, convexo-plano, viscidulo, subsericello, disco obscuriore, velo pruinoso, fugaci; stipite subfistuloso, fibrilloso, basi fuscescente, albo-floccoso; lamellis adnatis, confertis, latis, croceo-pallidis. 3499

*Hab.* in dumetis humidis Europæ et ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Velum exiguum, ad marginem pilei et stipitem primitus furfuraceum; pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, subluteus, non bibulus et hygrophanus, unde nomen; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ denticulo tantum decurrentes, acie albicantes; sporæ 14-16 ≃ 10. — Var. **dispersa** (Pers.) B. et Br. Ann. N. H. 1348, Cooke Ill. t. 511: pileo convexo, ochraceo, delicate punctulato; margine furfuraceo; stipite sursum incrassato v. æquali, furfuraceo, fistuloso, annulo appendiculato; lamellis pallidis, adnatis, planis. In herbosis in Britannia. Pileus 6-9 mm. latus; stipes $2\text{-}2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus; lamellarum acies alba.

100. **Naucoria siparioides** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo hemisphærico flavo-fusco, subtiliter squamulato-verrucoso; stipite fistuloso, fibrilloso, fusco, basi flavo-tomentoso; lamellis latis, secedentibus, distantibus; sporis subellipsoideis, 6 μ. long. 3500

*Hab.* in paludosis exsiccatis, New England Amer. bor. (C. J. Sprague). — Pileus 12-18 mm. latus; caro tenuis, fragilis; stipes $2^1/_2$ cm. longus, haud 2 mm. crassus.

101. **Naucoria lonchophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 544. — Pileo hemisphærico, acute umbonato, furfuraceo; stipite subæquali, farcto, parce furfuraceo; lamellis arcuatis, cinnamomeis; sporis 6 μ. long. 3501

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5-8 mm. latus, fulvus; stipes 12 mm. longus, 1 mm. crassus concolor; lamellæ angustæ.

102. **Naucoria gnaphalopoda** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 544. — Pusilla; pileo convexo, tabacino, tomentoso, quandoque particulis flavis obsito; stipite conico albido-velutino; lamellis ventricosis, tabacinis, flavo-marginatis; sporis 8 μ. long. 3502

*Hab.* in ligno valde carioso, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 6 mm. latus; stipes brevissimus, conicus.

103. **Naucoria Nicotiana** B. et C. N. Pac. exp. n. 42. — Pileo convexo, diffracto-squamoso, fusco; squamis squarrulosis, margine appendiculato; stipite sursum attenuato, fibrilloso-squamoso, subcæruleo; lamellis ventricosis arcuato-adnexis. 3503

*Hab.* in clivis humidis collium in freto Behring. — Affinis *N. conspersæ* et *escharoidi.*

104. **Naucoria? trichialis** Lév. Champ. Mus. p. 113. — Gregaria; pileo subcarnoso e convexo plano pilis badiis penicillatis vestito, versus marginem incurvum confertioribus; lamellis sat confertis adnatis, nigricantibus, velo fibrilloso fugaci; stipite brevi, farcto, badio, villoso. 3504

*Hab.* ad culmos Bambusæ arundinaceæ, Java (ZOLLINGER). — Pileus latus 4-6 mm. (an potius cm.?).

**) Pileo innato-squamuloso.

105. **Naucoria erinacea** Fr. El. p. 33, Hym. Eur. p. 263, Cooke Ill. t. 480, Weinm. Ross. p. 215 (diagnosis vitiosa), Sow. t. 417 (optima), Berk. Outl. p. 161, *A. adpressus* Brig. t. 41, f. 1-5, *A. aridus* Pers. M. E. 3, n. 327, Batt. t. 28, f. K. — Pileo carnosulo, convexo, subumbilicato, hirto-fasciculato, squamoso; stipite tenui, fistuloso, brevi, incurvo, hirto; lamellis adnatis, subconfertis, integerrimis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 9-15 ≃ 6-9. 3505

*Hab.* ad ramos dejectos, raro in Europa. — Parva, arida, pileo stipiteque $1^1/_4$ cm. metientibus, tota umbrino-ferruginea. Sporæ 9-14 ≃ 6-8.

106. **Naucoria Bowmanni** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 128. — Pusilla; pileo convexo, umbilicato, innato-floccoso-scabro; stipite gracili, floccoso, glabrescente; lamellis breviter adnatis, distantibus, ventricosis; sporis 7 *μ.* long. 3506

*Hab.* ad terram, Herbert's Creek Australiæ (E. M. BOWMAN). — Pileus 4-9 mm. latus; stipes $1^1/_2$ mm. longus, 1 mm. crassus. Eidem sectioni cum *N. erinacea* adscribenda.

107. **Naucoria siparia** Fr. S. M. I, p. 261, Hym. Eur. p. 263, Ic. t. 126, f. 2, Cooke Ill. t. 480, Weinm. p. 215, Pers. M. E. 3, n. 258, Letell. Ann. Sc. Nat. 1835, p. 92, Berk. Outl. p. 161, *A. vestitus* Chev. Par. p. 215, t. 6, f. 9 (brevipes, junior). — Pileo carnosulo, plano, obtuso stipiteque farcto, apice glabro, pruinoso squamoso-lanuginosis; lamellis adnatis, latis, subdistantibus, acie floccosis. 3507

*Hab.* ad stipites Filicum etc. in Europa. — *N. erinaceæ* valde affinis, mollior, stipite demum longiore 1-2½ cm. metiente, pileo 6-11 mm. lato, tota rufo-ferruginea, sipario tecta.

108. **Naucoria Curcuma** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pileo hemisphærico, fusco-luteo, e floccis fasciculatis brevibus frequentissime squamuloso; carne lutea; stipite solido, fusco, fibrilloso; lamellis ventricosis, emarginatis, subadnatis, ferrugineo-ochraceis. 3508

*Hab.* ad caudicem vetustum in Carolina infer. Americæ bor. (Curtis). — Pileus 2 cm. latus, obscure brunneo-luteus; stipes 2½-4 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ obscure ochraceæ; mycelium fulvum. Affinis *N. erinaceæ* et *N. siparicæ*.

109. **Naucoria conspersa** Pers. Ic. descr. t. 12, f. 3 (*Agar.*), A. et S. p. 166, Fr. S. M. I, p. 260, Hym. Eur. p. 264, Cooke Ill. t. 512, Bern. Roch. t. 16, f. 3, Weinm. p. 214, Krombh. t. 3, f. 12, Secr. n. 339, Berk. et Br. n. 911. — Fragilis; pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, leviusculo, mox furfuraceo diffracteque squamoso, hygrophano; stipite fibrilloso, cinnamomeo-fusco, apice squamuloso-furfuraceo; lamellis adnatis, subsecedentibus, confertis, cinnamomeis. 3509

*Hab.* in campis apricis Europæ minor brevipes, in uliginosis major. — Pileus badio-cinnamomeus, siccus ochraceus, 1-2½ cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ nunc lineares, nunc ventricosæ. Valde affinis *N. scolecina*, velo squamisque absolute destituta; similis tantum *N. tabacina*, haud squamulosa sed hygrophanarum more solum sicca sericeo-atomata.

110. **Naucoria pennsylvanica** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pileo e conico umbilicato, subcarnoso, squamuloso; stipite fibrilloso-furfuraceo; lamellis latiusculis, denticulatis, adnexis, subdistantibus; sporis subellipsoideis, 8-9 μ. long. 3510

*Hab.* inter fragmenta lignea in Pennsylvania Amer. fœder. (Dr. Michener). — Pileus 2½ cm. latus, fulvus squamis minutis erectis sæpe verruciformibus vestitus; stipes 2½ cm. longus; lamellæ latæ, acie denticulatæ, albæ; sporæ dicuntur longiores quam in *N. conspersa*.

111. **Naucoria fulvo-alba** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 544. — Pileo campanulato, obtuso, fulvo, papillis pulverulentis obsito; stipite gracili, subtiliter fistuloso, candido; lamellis ventricosis, fulvis; sporis argillaceis, 5 μ. long. 3511

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 7 mm. latus; stipes 17 mm. longus, haud 1 mm. crassus, pulverulentus; lamellæ 1½ mm. latæ. Affinis *N. conspersæ*.

112. **Naucoria stellulata** B. et C. N. Pac. exp. n. 41. — Pileo convexo, tenui, badio, sicco rufescente, verrucis pyramidatis, basi sericeo-stellatis, centro aspero, margine squamuloso; lamellis adnexis ferrugineis. 3512

*Hab.* in ligno putrescenti, in Iaponia. Affinis *N. conspersæ*.

113. **Naucoria suavis** Bres. Fungi Trident. p. 53, Tab. LIX. — Pileo carnoso e campanulato expanso, umbonato depressove, subhygrophano, tabacino, centro luride fulvo, expallente, squamulis, furfuraceis, concoloribus ex integro obsito, 2-3½ cm. lato; lamellis confertis, pallide brunneo-fulvis, postice rotundato-adnatis; stipite fusco, æquali, fibrilloso, basi subventricosa alboque tomentosa, 3½-5 cm. longo, 3-5 mm. lato; carne subconcolori, odore pirino gratissimo prædita; sporis ovatis vel subamygdaliformibus 9-10 ≃ 4½-5; basidiis clavatis; cystidiis phialiformibus. 3513

*Hab.* in herbidis humidiusculis, sub Alnis, gregaria, Selva di Dimaro agr. Trident. — *Naucoriæ escharoidi* valde affinis, at colore obscuriore et odore suavi, exacte *Inocybæ piriodoræ*, optime distinguenda.

114. **Naucoria escharoides** Fr. S. M. I, p. 260, Hym. Eur. p. 264, Weinm, p. 214, Lasch n. 388, Secr. n. 332, Cooke Ill. t. 512, Quèl. p. 102. Var. est Schaeff. t. 226, locis siccioribus lecta. — Pileo carnosulo, conico-convexo, explanato, obtuso, squamuloso-furfuraceo stipiteque fistuloso, flexuoso, adpresse fibrilloso, glabriusculo pallescentibus; lamellis adfixis, laxis, ventricosis, pallido-argillaceis cinnamomeisve; sporis ellipsoideo-oblongis, 14-16 ≃ 7 (Cooke). 3514

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ. — Gregaria, fragilis; pileo 1¼ cm. lato primo expallente, alutaceo-albicante, demum disco stipiteque 2½ cm. longo fuscescentibus. Lamellæ demum emarginatæ, laxæ, subliberæ, colore variæ; sporæ sec alios auctores 7-9 ≃ 5 vel 16 ≃ 15, hinc species diversæ latent.

115. **Naucoria limbata** Bull. t. 563, f. 2 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 264, Gill. C. F. c. ic. — Pileo carnosulo, convexo-expanso, obtuso, primo levi, dein concentrice flocculoso-squamuloso, margine striato, demum fisso; stipite fistuloso, glabro, ex albido lutescente; lamellis liberis, ventricosis, confertis, ochraceo-argillaceis. 3515

*Hab.* ad terram in Europa. — Stipes 3-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus, subadscendens; pileus circiter 2 cm. latus; tota demum argillaceo-ochracea; sporæ 6-9 ≃ 4-6. Omnibus notis essentialibus convenire videtur Batt. t. 28, f. F. G. (Pers. M. E. 3, n. 267), sed pileus subrufus dicitur. — * **N. sublimbata** Fr. Hym. Eur. p. 264,

Ic. t. 126, f. 1: statura et plurimis notis cum priore conveniens, sed stipes solidus pileusque testaceo-pallentes, lamellæ ferrugineæ. Confer plenam descriptionem in Fr. Monogr. I, p. 383.

116. **Naucoria ochra** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 544. — 3516
Ochracea; pileo plano verrucis pulveraceis obsito; stipite e farcto cavo furfuraceo; lamellis ventricosis adnexis; sporis $2^1/_2$–$5 \simeq 4$.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 19 mm. latus; caro brunnea; stipes 4 cm. longus, fere 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ, postice rotundatæ. Affinis *N. conspersæ*, *escharoidi* et *limbatæ*.

117. **Naucoria Wieslandri** Fr. Monogr. I, p. 385, Hym. Eur. p. 264, 3517
Ic. t. 126, f. 3. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, glabro, fulvo, cuticula areolato-rivulosa, hinc papillis verrucosis, stipatis, obscurioribus guttato; stipite fistuloso, filiformi, subnudo, nigricante; lamellis adnatis, latis, demum obscure ferrugineis.

*Hab.* ad terram in silvarum penetralibus Europæ. raro. — Stipes 5 cm. longus, sed pileus tantum 2–5 mm. latus.

118. **Naucoria fluminensis** Mont. Ann. 2, II, p. 78, et Syll. Crypt. 3518
n. 375. — Parvula; pileo membranaceo, convexo, centro mamilloso, stipiteque bulboso, fistuloso, pilis fasciculatis, fulvis vestitis; lamellis utrinque attenuatis, adnexis, cinnamomeis.

*Hab.* in corticibus ramulorum emortuorum circa Rio de Janeiro in Amer. merid. (Gaudichaud). — Pili *Lentinorum*, sed lamellæ *Agarici*.

119. **Naucoria pectinata** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 250. — 3519
Cæspitosa; pileo e convexo plano depressove, glabro, tenui, profunde striato, helvolo; stipite glabro, brunneo; lamellis angustis, pileo concoloribus, adnexis; sporis abundantibus, ferrugineis.

*Hab.* ad caudices, fascicularis, in ins. Cuba. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 5 mm. crassus. Evidenter affinis *Tub. furfuraceæ*.

120. **Naucoria papularis** Fr. Nov. Symb. Myc. Mant. p. 225. — Pi- 3520
leo carnoso, plano, obtuso, albido, papulis innatis, stipatis, persistentibus concoloribus, asperato; stipite fistuloso, tenaci, æquali, pallido; lamellis adnatis, dente decurrentibus, distantibus e pallido cinnamomeis.

*Hab.* in insula St. Thomæ (Krebs). — Gregaria, immo cæspitosa, habitu ad *Marasmium oreadem*, affinitate vero ad *N. pediadem* potius accedens, lamellis vero distantibus nec fuscescentibus pileoque papuloso longe diversa. — Pileus 2,5–5 cm. latus; sti-

pes 4-5 cm. longus, 2-4 mm. crassus, subfibrosus extusque fibrillosus.

*** Pileo squamis destituto, sericeo atomatove. Cfr. *Tub. furfuraceam* senilem.

121. **Naucoria segestria** Fr. S. M. I, p. 262, Hym. Eur. p. 265, Secr. n. 835, Weinm. p. 236, Pers. M. E. 3, n. 261, 264. — Pileo carnosulo, molli, convexo-expanso, obtuso depressove, sericeo, hygrophano; stipite molli, tenaci, fibrilloso, pallido; lamellis adnatis, confertis, angustis, cinnamomeis. 3521

*Hab.* inter ramenta, folia, muscos in Europa. — Pileus 1-2½ cm. latus, alutaceo-pallescens; velum fibrillosum, tantum marginale; stipes 2-6 cm. longus, 2 mm. latus; sporæ 9-10 ≃ 6.

122. **Naucoria pannosa** Fr. S. M. I, p. 261, Hym. Eur. p. 265, Weinm. p. 215. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, fuscescente, pilis albis sericeo; stipite obsolete fistuloso, filiformi, glabriusculo, pallido; lamellis adnexis, ventricosis, distantibus, pallide umbrinis. 3522

*Hab.* ad terram udam umbrosam in Europa, rara. — Nobilissima, stipite 2½ cm. longo; pileo 6-8 mm. lato, tenello, vix striato.

123. **Naucoria hibala** Kalchbr. in Hazl. Comm. ad Ic. Hung. t. XVII, f. 3, *Ag. Centunculus* Kalchbr. l. c. p. 28, nec Fr. — Pileo convexo-depresso, hygrophano, superficie pannoso, fuligineo-umbrino v. olivaceo-fusco, sicco flaventi-cinereo; stipite basi albo-villoso, squamulis farinaceis flavidulis (nec albis) pulverulento-velutino; lamellis adnatis, angustis, confertis, acie flocculoso-cinerea, subdentata. 3523

*Hab.* in trunco putrido ad Olaszinum Scepusii Hungariæ.

124. **Naucoria carpophila** Fr. Obs. I, p. 45, Hym. Eur. p. 265, Ic. t. 126, f. 4, Cooke Ill. t. 513, Berk. et Br. n. 910, Quél. p. 902, *A. dispersus* Pers. ex Lasch. Cfr. n. 99; B. *A. naucicola* Secr. n. 333. — Pileo submembranaceo, convexo, obtuso, atomis nitidis furfurato (non piloso, raro squamuloso); stipite subfarcto, brevi, tenui, e furfuraceo nudo, pallido; lamellis rotundato-adnexis, subliberis, latis, subdistantibus, crenulatis, ochraceis. 3524

*Hab.* ad pericarpia et folia Fagi, nuces Coryli in Europa. — Pusilla, sicca pallida, immo albicans, uda obscurior; pileus 4-7 mm. latus; stipes vix 2½ cm. longus. Ex Laschio simplicissimus *Tub. trigonophyllæ* status.

125. **Naucoria graminicola** Nees Syst. f. 186 (*Agar.*), Fr. El. p. 34, Hym. Eur. p. 265, Cooke Ill. t. 513, Weinm. p. 216, Krombh. t. 3, f. 13 (speciosior, stipite ramoso). — Pileo submembranaceo, 3525

convexo, papillato, hirto-tomentoso; stipite gracili, tenaci, hirsuto, fuscescente; lamellis leviter adnexis, subdistantibus, ochraceo-pallidis.

*Hab.* ad stipulas, culmos graminum etc. in Europa. — Eximia, pileo 6-7 mm. lato, sub lente pilis strigosis tecto, e fusco cervino-ochraceo. Cfr. Pers. M. E. 3, n. 260. Sporæ inquirendæ; ab aliis censetur forma *Coll. stipitaricæ*.

126. **Naucoria pityrodes** Briganti Neap. t. 42, f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 265. — Pusilla, arida; pileo submembranaceo, e convexo plano, umbonato, subtiliter squamuloso-villoso, ex albido rufescente, margine striato, denticulato; stipite fistuloso, tenaci, squamuloso-scabro, fulvo, deorsum strigoso; lamellis leviter adnexis, ventricosis, pallidis. 3526

*Hab.* ad culmos semivivos Agrostidis vulgaris in Europa.

127. **Naucoria effugiens** Quélet Jur. p. 307, Suppl. t. 2, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 266. — Minima; pileo tenui, convexo-plano, diaphano, ochraceo, demum griseo-olivaceo, granulis cristallinis nitidis obtecto; stipite tenui, solido, arrhizo, incurvo, farinoso; lamellis sinuato-liberis, ventricosis, lutescentibus; sporis brunneis. 3527

*Hab.* ad ramos siccos Piri in Europa, raro, 2 mm. parum excedens. Stipes et lamellæ etiam in olivaceum vergunt.

128. **Naucoria heliocaes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 544. — Pileo convexo, tarde depresso, subcarnoso, punctato, ochraceo; stipite subæquali, farcto, glabro, albido; lamellis adnatis, pallide ferrugineis; sporis 5-6 $\mu$. long. 3528

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$-4 cm. latus, caro, illa proxima cuticulæ excepta, alba; stipes flexuosus 4-5 cm. longus, 2-4 mm. crassus, farctus, sed non medullatus; lamellæ 2-4 mm. latæ, distantes, segmentiformes.

129. **Naucoria siennophylla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 545. — Pileo plano, umbrino, pulverulento, margine crenato; stipite gracili, fistuloso; lamellis adnatis, nitide cinnamomeis; sporis oblongis, 10 $\mu$. long. 3529

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, haud 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ.

130. **Naucoria Bellotiana** Berk. Chall. Exp. n. 5. — Pileo convexo carnoso; stipite sursum granulato-pulverulento, deorsum incrassato, e massa claviformi oriundo; lamellis argillaceis; sporis obliquis, minute pedicellatis, 13 $\mu$. long. late nucleatis. 3530

*Hab.* in insulis Bellot (Feilden).

131. **Naucoria Periniana** Sacc. et Cub. *Ag. nicotianus* Berk. in Ann. Mag. Nat. Hist. 1885, p. 385, nec *N. Nicotiana* n. 103, — Pileo hemisphærico, fusco-pulverulento, 12-14 mm. lat., margine striato-lacerato; stipite flexuoso, tenui, farcto, concolore 14 mm. long., 1 mm. cr.; lamellis latis, postice truncatis, sinuatis, breviter adnexis. 3531

*Hab.* in ins. Zanzibar. — Exstante *homonyma* specie (*N. Nicotiana*) libentissime præsentem dicamus eximio Ab. Josepho Perin Seminarii Patavini professori, qui editionem ultimorum *Sylloges* voluminum summa peritia curavit. — **Naucoria echinospora** (t. 129, f. 5-9). In calidario Orchidearum. Hujus nominis habeo schedulam excerptam ex Grevillea, sed nunc locus diagnoseos fugit.

**PLUTEOLUS** Fr. Hym. p. 266 (Etym. *Pluteus* cui analogum genus). — Pileus carnosulus, viscidus, e conico v. campanulato expansus, margine primitus recto, stipite adpresso. Stipes subcartilagineus, ab hymenophoro discretus. Lamellæ rotundato-liberæ omnino *Pluteorum*. — Ob has notas necesse videtur *Pluteolos* peculiare genus censere, *Pluteis*, inter Rhodosporas, analogum.

1. **Pluteolus reticulatus** Pers. Ic. descr. t. 4, f. 4-6 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 238, Hym. Eur. p. 266, Cooke Ill. t. 495, Berk. Outl. t. 9, f. 5. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, viscoso, venis anastomosantibus reticulato, dilute violaceo, margine striato; stipite fragili, fibrilloso; lamellis liberis, ventricosis, confertis, croceo-ferrugineis; sporis obscure ferrugineis. 3532

*Hab.* ad truncos vetustos, mucidos Fagi in Europa. — Pileus 2-6 cm. latus. *Pluteis* valde similis, sed sporis diversus. — ***Pl. dictyotus** Kalchbr. Hung. t. XXXII, fig. 4: terrestris; pileo lamellis stipiteque dilute lutescentibus. In pascuis pr. Olaszinum Hungariæ. Pileus 2-3 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 4-5 mm. cr. Sec. Quél. hæc forma hungarica sisteret *Galeram pygmæo-affinem*.

2. **Pluteolus aleuriatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 238, Hym. Eur. p. 266, Ic. t. 126, f. 5. — Pileo submembranaceo, e conico convexo-plano, viscoso, striato; stipite tenui, pulverulento, subincurvo, albo; lamellis liberis, ventricosis sporisque croceo-ochraceis. 3533

*Hab.* in Fagis vetustis, sæpe locis cariosis in truncis vivis, in Europa. — Pileus 2 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ late ochraceæ. Priore minor, tenuior, pileo cæsio, livido-roseo.

**GALERA** Fr. S. M. I, p. 264 (Etym. *galera* v. *galerus*). — Velum nullum v. fibrillosum. Stipes subcartilagineus, cum hymenophoro contiguus, tubulosus [tubulo subcavo]. Pileus plus minus membranaceus, e conico v. ovali expansus, striatus, margine primitus recto, stipiti appresso. Lamellæ haud decurrentes. — Graciles, fragiles, Mycenis et Nolaneis respondentes, quarum statura facile dignoscuntur. Character typicus a Naucoriis manifestus, sed in una alterave Naucoriarum specie margo vix distincte incurvatus, licet ex habitu reliquisque notis inter Naucorias recipiantur v. c. *N. Cucumis*, *N. Cidaris*, *N. badipes*.

* *Conocephalæ*: pileo conico-campanulato, hygrophano, leviusculo, sicco atomato-molli; stipite striato; lamellis adscendentibus, in coni fundo insertis, subconfertis. Velum nullum.

1. **Galera hapala** Fr. S. M. I, p. 265, Hym. Eur. p. 267, Ic. t. 127, f. 1, Weinm. Ross. p. 217, Buxb. C. 4, t. 34, f. 1, major, hujus habitum exprimit. — Pileo submembranaceo, campanulato, æquali, obtuso, levi, hygrophano; stipite procero, fragili, stricto, sursum attenuato, albo-velutino; lamellis subliberis, linearibus, ex albido ochraceis; sporis ellipsoideis, 12-14 ≃ 7-8. 3534

   *Hab.* in graminosis pinguibus Europæ. — Major, pileo udo lividO pallescente, sicco albo, 4-6 cm. lato. — * **G. sphærobasis** v. Post in Fr. Hym. Eur. p. 267: pileo campanulato, levi; stipite breviore, glabro, basi sphærico; sporis ellipsoideis 12-14 ≃ 5-7. Reliqua prioris.

2. **Galera japonica** B. et C. N. Pac. exp. n. 43. — Magna; pileo conico-campanulato, tenui, spadiceo; stipite elato, gracili, fibrilloso, basi incrassato; lamellis adscendentibus, peroxydatis. 3535

   *Hab.* in ligno emortuo, Hakodadi Iaponiæ. Affinis *G. hapalæ*.

3. **Galera lateritia** Fr. S. M. l. c. (c. syn.), Hym. Eur. p. 267, Ic. t. 127. f. 2, Cooke Ill. t. 460, Fl. Dan. t. 1846, f. 2, Berk. Outl. p. 162, Batt. t. 28, T. — Pileo submembranaceo, e glandiformi conico, levi, hygrophano; stipite procero, fragili, stricto, sursum attenuato, albo-pruinoso; lamellis subliberis, linearibus, perangustis, fulvo-ferrugineis; sporis 12-14 ≃ 8-10. 3536

   *Hab.* in fimetosis, graminosis pinguibus Europæ et ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus e gilvo ochraceus, udus margine dense striatulus; stipes 8 cm. vel ultra longus, albus.

4. **Galera tenera** Schaeff. t. 70, f. 6-8 (*Agar.*), Fr. S. M. l. c. (c. syn.), Hym. Eur. p. 267, Cooke Ill. t. 461, Bern. Roch. t. 16, f. 2, Sow. 3537

t. 33, Bull. t. 535, f. 1, Bolt. t. 66, f. 2, Brigant. t. 19, f. 5-10, Kickx p. 170. — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, obtuso, hygrophano; stipite stricto, fragili, subnitido, concolore; lamellis adnatis, confertis, adscendentibus, latioribus, cinnamomeis; sporis ellipsoideis, utrinque acutiusculis, rubiginoso-fuligineis, 11-15 ≃ 6-10; basid. 18-22 ≃ 7-9.

*Hab.* locis graminosis, ad fimum, truncos, vulgaris in Europa, in pascuis Amer. fœder., ad viarum latera en Barracas del Sur, Wangaratta Brasiliæ, P. Natal et Somerset Eeast Africæ, Victoria et Tasmania. — Pileus 1-3 cm. latus, stipes 8-11 cm. longus. Statura maxime varia, uda unicolor; in sicco pileus (udus striatulus) stipesque expallent. Eadem omnino, pube brevi erectà in statu udo tecta omnium (exc. Secr.) sensu est *A. pilosellus* Pers. Var. jove sicciore nata: *A. gilvo-brunneus* Jungh. l. c. t. 6, f. 12. — Var. **hyalopoda** Bres. in Hedw. 1885: pileo ex ovoideo semiglobato, membranaceo, exstrio, glabro, levi, dilute-fusco, 5-8 mm. lato, 4-5 mm. alto; lamellis subdistantibus, subventricosis, 2-2,5 mm. latis, subadnexis tandem liberis et utrinque rotundatis, fuscescente-luteis; stipite subfiliformi, apice vix 1 mm. crasso, deorsum parum incrassato, leniter flexuoso, cavo, 2,4-3,5 cm. longo, levi, glabro, albo; sporis fuscescente-ferrugineis, oblongo-ellipsoideis, 6-8 ≃ 3. In pascuis in Slavonia, gregaria.

5. **Galera teneroides** Peck 26 Rep. p. 59. — Pileo tenui, campa- 3538
nulato v. expanso, hygrophano, udo brunneo-cinnamomeo atque striatulo, sicco pallidiore; stipite stricto, æquali, cavo, pileo concolore; lamellis angustis, confertis, luteo-cinnamomeis; sporis subluteis, subellipsoideis, 8-9 μ. long.

*Hab.* ad terram juxta vias in silvis, Greig Americ. fœder. — Gregaria, statura $2^1/_2$-4 cm. adæquans; pileus 17-25 mm. latus, 1 mm. crassus. Species admodum affinis *G. teneræ*, a qua distinguitur pileo expansiore, lamellis angustioribus, stipite breviori sporisque minoribus, pallidioribus. Color fere similis *G. teneræ*.

6. **Galera vinolenta** Berk. Dec. n. 382. — Pileo campanulato, vinoso- 3539
fulvo expallente, margine striato; stipite elongato deorsum incrassato lamellisque adscendentibus vinosis; sporis alutaceis, 4 μ. long.

*Hab.* inter muscos atque in ligno emarcido in pinetis, Sikkim Indiæ, 3300 m. alt. (Hooker). — Pileus 13 mm. latus; caro obscure vinoso-rubra a stipite discreta; stipes $5^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus. Affinis *G. teneræ*.

7. **Galera flexipes** Karst. Myc. Fenn. III, p. 371. — Pileo campa- 3540

nulato, obtuso, carnosulo-membranaceo, udo ferrugineo et pellucide striatulo, jove sicco ochraceo-pallente, 1. cm. vel paullo ultra lato; stipite æquali, flexuoso, e pallido ferruginascente, albo-fibrilloso, apice albo-pruinoso, 2–3 cm. alto, 1,5 mm. circiter crasso; lamellis adnexis, confertis, oblongatis, acie leniter crenulatis, pallido-ferruginascentibus; sporis ellipsoideis, levibus, eguttulatis, flavescentibus seu fuscidulis, 10–12 ≃ 5-6.

*Hab.* inter ramenta lignea prope Mustiala in Fennia parcius lecta. — Gregaria. Ab affini *G. tenera* stipite flexuoso, breviore, pileo obtusiore aliisque notis differens.

8. **Galera pubescens** Gill. Champ. Fr. p. 553 c. ic. — Pileo submembranaceo, campanulato-conico, reticulato-rugoso, atomato-puberulo, ochraceo v. brunneo, hygrophano, udo striatulo; stipite usque 15-18 cm. long. fibroso, æquali, fistuloso, atomato-puberulo et sursum striatulo; lamellis linearibus, adnexis, ascendentibus, basi venulosis, intermixtis minutis, ochraceo-ferrugineis; sporis ovoideis majusculis. 3541

*Hab.* in stercoratis ad vias, autumno, in Gallia.

9. **Galera siliginea** Fr. Obs. II, p. 168, Hym. Eur. p. 267, Secr. n. 968, Quélet p. 104, *A. infirmus* Lasch n. 581 inter hanc et *N. lateritiam* medius. — Pileo membranaceo, e globoso-campanulato expanso, inæquali, levi, haud expallente; stipite subflexuoso, æquali, pallido, subpruinoso; lamellis adnatis, late linearibus, subconfertis, ochraceis. 3542

*Hab.* locis graminosis, ad fimum, truncos in Europa et in floribus dejectis Caryotæ urentis, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Omnino separari potest stipite pallido, haud stricto, basi sæpe attenuato, pileo subgriseo, magis convexo, margine sæpe flexuoso. Sporæ 11–13 ≃ 5–7.

10. **Galera ovalis** Fr. Monogr. I, p. 389, Hym. Eur. p. 268, Cooke Ill. t. 462, Berk. et Br. n. 1250, *A. campanulatus* Bull. t. 552, f. 1, S. M. I, p. 295, c. syn. — Pileo submembranaceo, ovali-campanulato, levi, hygrophano; stipite stricto, æquali, striatulo, subconcolore; lamellis subliberis, ventricosis, perlatis, ferrugineis. 3543

*Hab.* in fimetosis Europæ. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 11 cm. longus; sporæ 10–12 ≃ 6. Valde fragilis, uda obscure ferruginea; velum subannulatum.

11. **Galera Rabenhorstii** Fr. Hym. Eur. p. 268, *A. leucophyllus* Rabenh. Crypt. Fl. p. 472, non aliorum. — Pileo membranaceo, ex acute conico expanso, umbilicato, pellucide striato, olivaceo; sti- 3544

pite subtenaci, fibroso-striato, albido-fusco, basi incrassato, floccoso-subradicato; lamellis adnato-secedentibus, lanceolatis, albis, demum brunneo-rufescentibus.

*Hab.* locis humidis, nemorosis, montanis Germaniæ. — Pileus 1-2 cm. altus et latus; stipes 6-11 cm. longus, 3 mm. crassus. Affinitas haud clara.

12. **Galera antipoda** Lasch n. 401, Fr. Monogr. II, p. 303, Hym. Eur. 3545
p. 268, Ic. t. 128, f. 2, Cooke Ill. t. 463 *a*, Berk. et Br. n. 1251. — Pileo campanulato-convexo, levi, ochraceo, hygrophano, sicco atomato, disco carnosulo; stipite stricto, curto, striato, farinaceo, basi bulboso, fusiformi-radicato; lamellis subliberis, confertis, lanceolatis, flavido-ochraceis.

*Hab.* in hortis, stercorariis, in Europa, prima æstate. — Simplex, rigidula. Stipes 2-3 cm. longus, 2 mm. crassus, pileo dilutior; pileus 1-2½ cm. latus, «non striatus», udus saturate ochraceus, siccus pallens, fere albus; sporæ 10-12 ≃ 4-6 (sec. Cooke 16 ≃ 8) et dein lamellæ rubiginosæ. Cum sq. junxit acutissimus Weinmann, sed originalia specimina differunt. Medius ex ic. est *A. digitaliformis* Bull. t. 525, f. 1, sed sporas nigras indicat Secr. n. 975.

13. **Galera conferta** Bolt. t. 18 (exsicc.). Fr. Hym. Eur. p. 268, Cooke 3546
Ill. t. 463 *b* (ex Bolton), *A. vaporariorum* Weinm. Flora Ratisb. 1832, p. 431, *A. antipus* Weinm. Ross. p. 235. — Pileo submembranaceo, acute conico-campanulato, striato, glabro, hygrophano; stipite gracili, sericeo, nitente, nudo, basi æquali longissime radicata; lamellis leviter adnexis, subdistantibus, ex albo fuscescenti-ochraceis; sporis fusco-ferrugineis.

*Hab.* inter corticem vaporariorum in Europa per annum. — Admodum conferta, subcæspitosa, fragillissima, *Nauc. arvali* cognata. Pileus fuscus, siccus fusco-ochraceus.

14. **Galera Spicula** Lasch n. 580, Fr. Monogr. II, p. 303, Hym. Eur. 3547
p. 268, Quél. t. 7, f. 5. — Pileo membranaceo, e conico campanulato, udo striato, brunneo-ochraceo, sicco levi flocculoso; stipite stricto, gracili, albo-floccoso, basi incrassato, fibrilloso; lamellis adnatis, adscendentibus, subdistantibus, cinnamomeis.

*Hab.* ad truncos et folia decidua in Europa. — Stipes 4-6 cm. longus, 1-2 mm. crassus; pileus 8-18 mm. latus. Batsch f. 92 forsan hujus status abnormis.

15. **Galera spartea** Fr. Syst. Myc. I, p. 266, El. p. 34, Hym. Eur. 3548
p. 269, Cooke Ill. t. 481, Berk. Outl. p. 163, Quél. p. 105. *A. atro-rufus* Bolt. t. 51, f. 1 (optime). — Pileo membranaceo, e cam-

panulato-convexo expanso, obtuso, hygrophano, sicco levi, glabro; stipite tenui, rigido, flexili, glabro; lamellis adnatis, confertis, planis, cinnamomeis.

*Hab.* inter muscos, locis deustis etc.. Europæ, rarior, sed eximia. — Certe e grege *G. tenerœ*, sed pluribus notis ad n. 17 accedens. Pileus 10-12 mm. latus, cinnamomeus, udus striato-pellucidus, omnino excarnis, siccus alutaceus; stipes 4 cm. longus, æque crassus.

16. **Galera peroxydata** Berk. Lond. Journ. 1843, p. 411. — Pileo 3549
campanulato subhemisphærico, umbone apiculiformi, membranaceo sicco ruguloso; stipite tenuissimo delicato, deorsum subarcuato, glabro; lamellis distantibus, adscendentibus, subangustis, adnatis, nec ventricosis; sporis lateritiis.

*Hab.* ad terram nudam, Uitenhage ad Promont. Bonæ Spei (Zeyher). — Pileus 11 mm. latus, sordide rubro-brunneus, siccus rugosus; stipes 4 cm. longus, fistulosus. Affinis *G. sparteæ*, a qua tamen differt lamellis angustis, adscendentibus, haud confertis planisque.

17. **Galera pygmæo-affinis** Fr. Monogr. I, p. 389, Hym. Eur. p. 269, 3550
Ic. t. 128, f. 1, Cooke Ill. t. 481 *b*, *A. pygmæus* Fr. Summ. veg. Scand. p. 293. — Pileo submembranaceo, e campanulato explanato, sicco, exstrio, subtiliter corrugi, melleo-alutaceo; stipite fistuloso, æquali, stricto, candido; lamellis subliberis, tenuibus, confertis, ex argillaceo ferrugineo-ochraceis.

*Hab.* locis graminosis ad basim arborum in Europa. — Similis *Nauc. pygmææ* sed differt stipite elongato (6-8 cm.), apice pruinoso, pilei forma Galerarum, lamellis perangustis.

18. **Galera Martiana** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 251. — Hel- 3551
vola; pileo tenui, umbonato, plano, glabro; stipite gracili leviter sursum deorsumque incrassato; lamellis latis, ventricosis, læte ferrugineis, liberis; sporis nitide ochraceis.

*Hab.* in ligno putri, Cuba Amer. centralis (C. Wright). — Pileus 6 mm. latus; stipes 18 mm. longus, capillaris.

19. **Galera kerguelensis** Berk. Journ. of Bot. 1876. — Cæspitosa, 3552
fulva; pileo e breviter campanulato, convexo, levi, carnuloso; margine tenui striato; stipite æquali, apice pulverulento-granulato; lamellis distantibus, ventricosis, adnatis.

*Hab.* inter muscos in palude prope Vulcan Cove, Kerguelen. — Cæspitosa, mycelio copioso adhærens. Pileus 8 mm. latus; stipes fere 2½ cm. longus, 1-2 mm. crassus; lamellæ circiter 12 breviter sed vere adnatæ nec breviter decurrentes. Carnosior for-

ma *G. Hypnorum*, cum qua procul dubio strictam affinitatem præbet atque dum ad *Tubariam Embolum* accedit lamellis pro ratione paucis, earum insertionis modo differt.

20. **Galera Hilariana** Mont. Cent. I, n. 56, Syll. Crypt. n. 379, Fries Epicr. I, p. 203. — Pileo subcarnoso, membranaceo, convexo, tenuissime e centro radiato, glabro, margine striatulo lamellisque confertis, angustis, emarginato-adnexis, cinnamomeo-luteis; stipite farcto, tenui, rubiginoso-lanuginoso. 3553

*Hab.* in truncis Brasiliæ prope Rio de Janeiro (Aug. de Saint-Hilaire). — Pileus 7-17 mm. lat.; stipes $2^1/_2$-5 cm. long., 1-2 mm. cr.

21. **Galera ruderum** Bert. et Mont. Cent. n. 63, Syll. Crypt. n. 380, Fr. Epicr. p. 203, *Cortinarius ruderum* Mont. Fl. Chil. p. 345. — Pileo conico-campanulato, subobtuso, submembranaceo, levi, glabro, initio flavo-fusco, demum pallescenti-umbrino; stipite fistuloso, sericeo-fibrilloso, albicante, demum pileo concolori; lamellis inæqualibus, liberis, pallidioribus. 3554

*Hab.* in hortis et ruderatis inter quisquilias in Chili (Bertero). — Stipes $2^1/_2$ cm. vel ultra longus.

22. **Galera Umbellula** Mont. Guy. n. 282, Syll. Crypt. n. 377. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, sicco rufo-fuligineo, lineolato; stipite fistuloso, glabro, fibrilloso-striatulo, curvulo, lutescente; lamellis convexis, cinnamomeis, attenuato-adnexis, antice rotundato-subtruncatis; sporis ferrugineis, ovoideo-oblongis, a latere visis reniformibus, 15 $\mu$. long. 3555

*Hab.* in foliis dejectis in silvis Cayennæ (Leprieur). — Pileus 1-3 cm. lat., 2 cm. alt. stipes 5-8 cm. long., 1-2 mm. cr.

23. **Galera lirata** B. et C. North Pac. Exp. n. 44. — Pusilla; pileo umbilicato, sulcato, atomato, rufo; stipite brevi; lamellis paucis, latis, adnatis. 3556

*Hab.* ad corticem arborum exsiccatarum, Mare Island S. Francisco Bay Californiæ. — Simulat Marasmium, habitu *Mycenæ corticolæ*.

24. **Galera callista** Peck 26 Rep. p. 59. — Pileo tenui, expanso, subumbonato, glabro, viscido, margine striatulo, olivaceo v. ochraceo, umbone castaneo, nitido; stipite æquali, cavo, pruinoso, luteo; lamellis tenuibus, confertis, ventricosis, adnexis, sed a stipite facile separabilibus; sporis $9 \simeq 5$. 3557

*Hab.* in lacunis exsiccatis in silvis humidis, Croghan Amer. fœderat. — Statura $2^1/_2$-4 cm. metiens, pileus 11-23 mm. latus, stipes 1 mm. crassus.

25. **Galera crocospora** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pileo membranaceo, e conico convexo, depresso, viscido, sordide fusco-expallente sulcato; stipite albo sericeo-nitente; lamellis breviter adnatis e pallido ferrugineo-crocatis. 3558

*Hab.* ad stoream humidam in domo in Carolina infer. Amer. bor. (Ravenel). — Gregaria; pileus $2^1/_2$ cm. vel ultra latus, margine costis prominentibus notato, siccus rugosus apice levigato; stipes 8–10 cm. longus, gracilis; velum nullum; lamellæ plurimæ; sporæ latæ. Eidem sectioni cum *G. ruderum* certe adscribenda.

26. **Galera nemoricola** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 16. — Solitaria vel laxe gregaria, inodora; pileo campanulato- v. hemisphærico-expanso, tenui-membranaceo, centro valide mammillato-umbonato, margine acuto, recto, leniter densiusculeque striato, glabro, levi cinerescenti-fulvo, ad umbonem fuscescente; lamellis tenui-membranaceis, confertissimis, latiusculis, pileo saturatioribus rufescentibus v. ferrugineis, acie integris, utrinque attenuatis, postice cum stipite contiguis ac in fundo coni pilei adscendentibus; stipite tereti elongatulo, subgracili cartilagineo-tenacello, fistuloso, levi, griseo- v. plumbeo-fuscescente, glabro, basim versus parce gradatimque incrassatulo et albo-pruinuloso vel velutino, mycelio fibroso, tenacello, candido, late repente radicato; sporis elliptico-ovoideis, sæpe inæquilateralibus, 7–9 ≃ 5–6, rubiginosis, granuloso-farctis. 3559

*Hab.* ad folia instrata nec non ramenta putrescentia in silvis subvirgineis prope Guarapì Brasiliæ decembr. (Balansa). — Pileus 2–2,5 cm. latus; stipes 4–5 cm. longus, 1,5–2,5 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ.

27. **Galera sulcatipes** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 132. — Pileo tenui, ovato, dein conico vel subcampanulato, hygrophano, castaneo, plerumque udo, margine striato, sicco pallidiori; stipite gracili, recto vel flexuoso, æquali, cavo, tenaciusculo, striato-sulcato, sericeo basi floccoso-pruinoso, albo, sæpius basi cæruleo vel viridi tincto; lamellis adscendentibus, subdistantibus adnatis, albidis, dein ferrugineo-cinnamomeis, acie subinde albidis; sporis ellipticis, 6–8 ≃ 4, ferrugineo-cinnamomeis. 3560

*Hab.* gregatim in truncis East Berne Amer. bor. — Totus fungus 4–7,5 cm. altus, pileus 12–20 mm. latus, stipes 2 mm. crassus.

28. **Galera macromastes** Fr. Nov. Symb. Myc. Mant. p. 226. — Pileo cylindraceo e membranaceo coriaceo, umbone centrali, obtuso, orbiculari, prominente stipiteque cavo firmo conico-attenuato gla- 3561

bris, pallidis; lamellis liberis, sublinearibus, primitus cohærentibus; sporis ochraceo-ferrugineis.

*Hab.* in insula St. Thomæ (KREBS). — Pileus 1–4 cm. altus; stipes 3,5–4 cm. longus, primo breviusculus, basi 6–12 mm. crassus, apice vix 5 mm. crassus.

29. **Galera fulvella** Mont. Cent. VII, p. 29. — Tota fulva; pileo carnoso submembranaceo, conico-campanulato, levi, subumbonato; stipite longo, glabro, levi, radicato, fistuloso; lamellis tridymis lanceolatis, liberis, cinnamomeo-fulvis. 3562

*Hab.* in silvis Brasiliæ centralis (WEDDELL).

30. **Galera mucidolens** Berk. Dec. n. 76, Lond. Journ. 1845, p. 301. — Olida; pileo pluteiformi, lobato, glabro, viscido, fuligineo; stipite fibrilloso; lamellis liberis; sporis fusco-ferrugineis. 3563

*Hab.* ad truncos emarcidos in silvis, Ohio Amer. bor. (T. G. LEA). — Pileus 5–8 cm. latus, e fusco-fuligineo brunneus; stipes 5 cm. vel ultra longus, fibris brunneis vestitus; sporæ non croceo ferrugineæ sicut in *Pluteolo reticulato* cum quo affinitatem præbet.

31. **Galera tortipes** Mont. Syll. Crypt. n. 378. — Unicolor, helvola; pileo submembranaceo, convexo, campanulato, disco levi, margine striato fisso-crenulato; stipite longiusculo, fistuloso, striato, tortili; lamellis tridymis, confertis, linearibus angustis adnexis (secedentibus) ex helvolo cinnamomeis, acie pallidis; sporis fulvis oblongis vel ellipsoideis, 7–8 ≃ 4–5. 3564

*Hab.* in silvis umbrosis ad terram, julio, pr. Columbum (Ohio) Amer. fœder. (SULLIVANT). — Pileus 3,5 cm. alt., 4 cm. lat.; stipes 15 cm. long., 5 mm. cr.

32. **Galera coprinoides** Peck 26 Rep. p. 59. — Pileo membranaceo, mox expanso, sæpe margine rimoso, disco parvo, levi plicato-sulcato, luteo in ochraceum vergente; stipite æquali, cavo, minute piloso-pruinoso, albo; lamellis confertis, leviter postice rotundatis, concoloribus; sporis 7 ≃ 5. 3565

*Hab.* in herbosis, Sterling Amer. fœder. — Statura 2½ cm. metiens, pileus 13 mm. latus, stipes 1 mm. crassus. Pilei structura illam in memoriam revocat plurimorum Coprinorum minorum.

**) *Bryogenæ:* pileo membranaceo, campanulato, striato, glabro, hygrophano, sicco levi, opaco, subsericello; stipite tenui, laxo, flexili; lamellis late et plane adnatis, latis, subdenticulatis. — Tenellæ, muscicolæ, cortina fugacissima.

33. **Galera vittiformis** Fr. Epicr. p. 207, Hym. Eur. p. 269, Cooke 3566

Ill. t. 464, Quèl. p. 105, *A. campanulatus* Schaeff. t. 63, f. 4-6 (stipite flavido), Cfr. Secr. n. 980. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, papillato, margine striato, subspadiceo; stipite æquali, flexili, levi; lamellis adnatis, adscendentibus, linearibus, ex argillaceo cinnamomeis.

*Hab.* inter muscos, ad vias in Europa. — Stipes rubiginosus, 4 cm. longus, 1 mm. crassus, sub lente pilis hispidulus, apice tantum lutescens; pileus 6-11 mm. altus et latus, brunneo-ferrugineus. disco lato, levigato, raro in papillam prominente; sporæ 12 ≃ 6-8. Certe est ex hoc grege, nec *Conocephalarum*.

34. **Galera rubiginosa** Pers. Syn. p. 385 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 269, 3567
Ic. t. 128, f. 3, Cooke Ill. t. 464, Berk. et Br. n. 1252, Kickx p. 170, Mich. Gen. t. 75, f. 8, vix Secr. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, undique sulcato-striato, hygrophano; stipite filiformi, æquali, tenaci, nitido, glabro, rubiginoso; lamellis adnatis, adscendentibus, distantibus, latis, opacis.

*Hab.* inter muscos in Europa. — Stipes 6 cm. longus, flexilis, inter muscos altiores longior, strictior; pileus 8-10 mm. latus, cinnamomeus v. melleus, siccus alutaceus; lamellæ concolores, sed non expallentes, leviter modo ventricosæ; sporæ 10-12 ≃ 5-6. Formis mediis cum sq. forsan confluit.

35. **Galera Hypnorum** Batsch f. 96 (optime) (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. 3568
I, p. 267, Hym. Eur. p. 270, Pat. t. 230, Cooke Ill. t. 465, Sow. t. 282, Bull. t. 560, f. 1, C-E, Secr. n. 976, Lasch l. c. n. 407, Weinm. p. 220, Kickx p. 171. — Pileo membranaceo, campanulato, subpapillato, glabro, striato, hygrophano; stipite tenui, flexuoso, laxo, concolore, apice pruinoso; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, laxis, demum planis, cinnamomeo-fulvis; sporis ellipsoideis, flavidis, 9-12 ≃ 5-7.

*Hab.* inter muscos vulgata in Europa, prope Minussinsk in Sibiria, in Amer. fæder., Torrens River Australiæ et in Beeren Eiland ad Adventbay, Brandewijnebay, Nordcap. ect. (J. Vahl). — Parva, mollis, tota subochracea, sed color expallens variat fulvus etc., etiam lamellarum. Pileus 6-14 mm. latus, disco carnosior, levis, etiam si in papillam non prominet; stipes 2-3 cm. longus. Habemus quoque similem colore ferrugineo-aurantio.

36. **Galera Bryorum** Pers. Syn. p. 385 (*Agar.*), Gill. C. F. cum ico- 3569
ne, Secr. n. 982 *A*, Fr. Hym. Eur. p. 270. — Major, aquose cinnamomea, papilla subcornea; sporis 10 ≃ 6. Cetera præcedentis.

*Hab.* cum præced. in Europa. — Stipes in utraque nunc pal-

lidior, nunc obscurior. — Pro varietate hujus speciei monstrosa habenda sunt specimina inter Hypna in Syrjöas in Fennia copiose crescentia, quorum descriptiones a clar. Karsten datas hoc loco subjungere liceat. Pileo campanulato, papilla grandiuscula, obtusa, margine revoluto, striato, subochraceo, hygrophano, circ. 1 cm. long., 1–1,5 cm. lat.; stipite flexuoso, apice pruinoso, pallido, albo-sericeo, 8–10 cm. longo, circiter 2 mm. crasso; lamellis distantibus latis, venoso-connexis, e pallido-ochraceo cinnamomeo-fulvis; sporis ellipsoideis, flavidis, 9-12 ≃ 5–6.

37. **Galera Sphagnorum** Pers. Syn. p. 386 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. 3570
I. c. Hym. Eur. p. 270, Berk. et Br. n. 1008, Lasch et Weinm. Ill. cc., Secr. n. 982 *C*, Bull. l. c. f. *H.* — *Galerâ Hypnorum* duplo triplove major, luteo-ochracea; stipite elongato, subfibrilloso, fulvente.

*Hab.* in pineto-montanis et alpinis vulgatissima per annum in paludibus sphagnosis in Europa prope M. Boschberg Africæ australis et in Australia occidentali. — Stipes 8–13 cm. longus, pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, expallens, disco lato. Facile species distincta.

38. **Galera mniophila** Lasch n. 410, Weinm. p. 221, Schaeff. t. 63, 3571
excl. f. 4–6, Mich. t. 80, f. 8 (e loco), Fr. Hym. Eur. p. 270, Cooke Ill. t. 466. — Pileo membranaceo, campanulato, subpapillato, striato, fusco-flavido; stipite æquali, flexili, luteo, apice farinaceo, basi floccoso; lamellis obtuse adnatis, plano-adscendentibus, latis, subdistantibus, flavido-ochraceis,

*Hab.* inter muscos, præcipue Mnia in Europa. — Stipes 6–8 cm. longus, 2–3 mm. crassus, etiam fibrillosus; pileus $1^1/_4$ cm. et ultra latus, disco levi, siccus fere argillaceus; etiam lamellæ sordidæ; sporæ 12–16 ≃ 6.

39. **Galera aquatilis** Fr. S. M. I, p. 267, Hym. Eur. p. 270. — Pileo 3572
membranaceo, campanulato-convexo, subpapillato, glabro, aquoso, hygrophano, margine striatulo; stipite longissimo, gracili, levi, glaberrimo, pallido; lamellis adnatis, distantibus, planis, triquetris, pallidis.

*Hab.* in aquosis, nemoribus udis Europæ, raro. — Stipes 13 cm. longus et ultra, 1 mm. crassus, substrictus seu rigidulo-flexilis, ex albido lutescens (fusco-violascens in Secr. n. 983); pileus $1^1/_4$ cm. latus, nunc melleo-pallidus, nunc hyalinus, siccus mollis, albicans, papilla lutescente; sporæ 10–14 ≃ 6. Species nobilis, affinis *Tub. paludosæ*, sed velo nullo, lamellis haud decurrentibus facile

distincta. Non est *A. sphagnorum* Pers., ut e lamellis pallidis forsan crederes.

40. **Galera tenuissima** Weinm. p. 219, Fr. Hym. Eur. p. 271, Quél. Ass. fr. 1884, t. XII, f. 8. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, glabro, striatulo, olivascente; stipite gracillimo, flexili, glabro lamellisque adnatis, confertis cinnamomeis. 3573

*Hab.* inter muscos Europæ. — Gregaria, fragilis, stipite $2^1/_2$–5 cm. longo; pileo 4 mm. alto et lato, udo pallide, sicco obscurius olivaceo. Sporæ 10-13 $\mu$. longæ.

41. **Galera minuta** Quél. Champ. Jura p. 438, t. I, f. 5, Cooke Ill. t. 466. — Pileo campanulato, membranaceo, striato, subhyalino-brunneolo, molli, mox aere flaccido; stipite subcapillari, glabro, fulvo, nitente, basi arachnoideo-expansa, albida; lamellis adnato-arcuatis, serratis, flavidis dein argillaceis, acie albida; sporis ovatis, 6 $\mu$. diam., ochraceis. 3574

*Hab.* ad terram humosam in umbrosis Jura et pr. Wrothan, Kent Britanniæ. — Pileus 2-3 mm. latus, stipes 1 cm. longus. *G. tenuissimæ* proxima videtur.

42. **Galera algerica** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 31, f. 1 (sine diagnosi). — Pileo conico-hemisphærico, tenui, estrio, levi, glabro, cinnamomeo, 7 mm. lato; stipite filiformi, pallido, fistuloso, glabro; lamellis subconfertis tabacinis, denticulo adnatis, latiusculis, antice acutis, margine recto. 3575

*Hab.* in Algeria.

43. **Galera glauco-purpurea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 545. — Pileo plano-depresso, mucoso, luride cæruleo-purpureo, striato; stipite subæquali, candido; lamellis pallide fuscis; sporis elongatis metulæformibus, luteo-brunneis, oblique lanceolatis, 15 $\mu$. long. 3576

*Hab.* in ligno vetustissimo, Ceylon (Thwaites). — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus, farctus; lamellæ angustæ.

44. **Galera expansa** Peck 26 Rep. p. 58. — Pileo submembranaceo, expanso vel centro depresso, viscido, margine plicato, striato, brunneo-ochraceo, sæpe luteo roseoque picto; stipite elongato, æquali, cavo, subtiliter pruinoso, leviter striato, luteo; lamellis confertis, adnexis, ferrugineis; sporis 11 × 7. 3577

*Hab.* ad ligna emarcida, Sandlake et Memphis Amer. fœder. — Statura 8-10 cm. adæquans, pileus $2^1/_2$ cm. latus, stipes 2 mm. crassus.

***) *Eriodermæ:* pileo submembranaceo, velo manifesto, superficiali, sece-

dente, primitus (præcipue circa marginem) sericeo vel squamuloso. Cfr. *Tubariam paludosam* et *stagninam*.

45. **Galera pityria** Fr. Syst. Myc. I, p. 268, Lund. Holm. Monogr. I, p. 388, Hym. Eur. p. 271. — Pileo carnoso-membranaceo, e campanulato expanso, glabro, viscoso, lurido, sicco alutaceo, velo marginali appendiculato fugaci; stipite fistuloso, firmo, glabro, argenteo-splendente, apice albo-pulverulento; lamellis leviter adnexis, confertis, ferrugineis; sporis ferrugineis. 3578

*Hab.* in nemoribus frondosis subhumidis Europæ. — Species a reliquis bene distincta; stipes 6 cm. et ultra longus, 4-7 mm. crassus; pileus 2½ cm. latus, margine demum striato.

46. **Galera ravida** Fr. Epicr. p. 204, Hym. Eur. p. 271, Monogr. I, p. 389, Cooke Ill. 467, Quélet t. 7, f. 4 (colore recedens). — Pileo submembranaceo, e campanulato hemisphærico, udo levi, ravido, sicco sordide ochraceo, subsericeo, margine primitus e velo albo appendiculato-dentato; stipite fistuloso, fragili, fibrilloso-striato, pallido, argenteo-splendente; lamellis subliberis, ventricosis, distantibus, gilvis. 3579

*Hab.* ad terram inter scintillas ligneas in Europa. — Stipes 4 cm. longus, 2-3 mm. crassus, subtortus, lutescens, apice subpruinosus. Color pilei ægre describitur. Sporæ 8-10 ≃ 4.

47. **Galera mycenopsis** Fr. Obs. II, p. 38, n. 28 (ut nondum clara in S. M. omissa), Hym. Eur. p. 271, Ic. t. 129, f. 1, Cooke Ill. t. 467, Berk. et Br. n. 1124, Hoffm. Ic. t. 6, *a*, *A. Bryorum* Lasch n. 408, Weinm. p. 220 (*A. Hypnorum* β. Pers. e «lam. cinnamomeis, papilla cornea» est Friesio forma inter *G. Hypnorum* et *Sphagnorum* media), Secr. n. 981, excl. syn., etiam hujus loci videtur. — Pileo submembranaceo, e campanulato expanso, disco levi, ad medium striatulo, circa marginem primo albo-sericeo cortinatoque; stipite longo, attenuato, albo-sericeo; lamellis adnexis, secedentibus, ventricosis, subdistantibus, ex albido ochreo-pallidis. 3580

*Hab.* in graminosis inter Hypna Europæ. — Stipes mollis, 6-11 cm. longus, passim undulatus, villo sericeo secedente lutescens, fibrilloso-striatus, apice pruinatus; pileus ochreo-pallens, 6-20 mm. latus, adultus glaber, haud viscidus nec depressus; sporæ 9-12 ≃ 5-6.

48. **Galera vestita** Fr. in Quélet p. 235, t. 23, f. 3, Hym. Eur. p. 272, Bern. Roch. t. 16, f. 6. — Pileo membranaceo, campanulato, striato, udo luteo-fulvo, sicco ochraceo, margine e veli fragmentis dentato-fimbriato; stipite fistuloso, rigido, pulverulento, lutescente; la- 3581

mellis adnatis, ventricosis, e flavo ochraceis; sporis oblongis, ochraceo-fulvis, 10 ≃ 4-5.

*Hab.* gregaria inter turiones delapsos arborum in Europa.

49. **Galera Sahleri** Quélet Jura t. 23, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 272. — 3582
Pusilla; pileo membranaceo, conico, acuto, striato, castaneo-fulvo, sicco melleo, fibrillis marginis sericeis fugacibus; stipite tenui, fragili, fibrilloso, nitido; lamellis adnatis, e pallide flavo ochraceo-fulvis.

*Hab.* ad truncos quercinos in Gallia, Germania et Suecia. — Minima inter Galeras. Stipes 2-7 mm. longus, capillaris; pileus 2 mm. modo latus, altior, quam latior; sporæ 8-10 ≃ 4-5.

**TUBARIA** Worth. Smith in Seem. Journ. 1870, Fr. Hym. Eur. p. 272, (Etym. *tuba*). — Stipes subcartilagineus, fistulosus. Pileus submembranaceus, sæpe velo universali floccoso vestitus. Lamellæ subdecurrentes; sporæ ferrugineæ v. (in Phæotis) fusco-ferrugineæ.

Species huc relatæ divulsæ e Naucoriis et Galeris, Omphaliis et Ecciliis respondentes. Pileus vero in paucis modo distincte umbilicatus vel depressus; reliquæ huc referuntur ob lamellas subdecurrentes, postice latissimas, triangulares.

*) *Genuinæ:* sporis ferrugineis.

1. **Tubaria cupularis** Bull. t. 554, f. 2 (*Agar.*), Dec. Fl. fr. VI, p. 167, 3583
Sec. n. 1052, Fr. Hym. Eur. p. 272, Cooke Ill. t. 602. — Pileo carnosulo, plano-depresso, obtuso, levi, glabro, e rufescente flavido, hygrophano; stipite fistuloso, nudo, sursum attenuato, albido; lamellis decurrentibus, confertis, fulvis; sporis brunneo-ferrugineis.

*Hab.* ad terram Galliæ, Helvetiæ, Germaniæ et Britanniæ. — Hæc species optimum Omphaliæ typum repetit, sed sporæ ignotæ. E descriptione Candollei videtur ochrospora. Stipes gracilis, 2 unc. 6-7 cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus 2-2½ cm. latus.

2. **Tubaria furfuracea** Pers. Syn. p. 454 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. p. 3584
262, Hym. Eur. p. 272, Cooke Ill. t. 603, Gill. C. F. cum ic. Pat. t. 348, Weinm. p. 217, Secr. n. 330, *A. squarrosus* Bull. t. 535, f. 3, Batsch f. 98. — Pileo carnosulo, e convexo plano demumque umbilicato, helvolo-cinnamomeo, hygrophano, velo sericeo-squamuloso cano præcipue circa marginem tecto; stipite fistuloso, flocculoso, rigido, pallido; lamellis adnato-decurrentibus, subdistantibus, cinnamomeis; sporis ferrugineis, 7-9 ≃ 3-5; bas. 16-24 ≃ 5-7.

*Hab.* ad terram, frustula lignea, folia coacervata vulgatissima

in Europa, Ceylon Indiæ (THWAITES), Cincinnati Amer. fœder. Wangaratta in Brasilia, Upernavik (H. C. HART), Westward-Ho Valley, lat. 82° 40′ N. (CAPT. FEILDEN), Mount Prospect 81° 41′ N. (H. C. HART), in Tasmania et Victoria Oceaniæ. — Stipes 2-6 cm. longus, basi albo-floccosus; pileus 2 cm. latus siccus alutaceo-canescens, sericellus, exoletus fragilis, Batschii f. 215 sat similis. — * **T. heterosticha** Fr. Obs. II, p. 25, Secr. n. 341, Hym. Eur. p. 273: pileo subumbonato depressoque, cinnamomeo, sicco ochraceo-pallido; stipite subnudo. Ad vias Europæ. — * **T. trigonophylla** Lasch n. 390, Fr. Hym. Eur. p. 273, Cooke Ill. t. 483: minor, pallescens; lamellis latissimis, triangulis, magis distantibus, subfulvo-ochraceis. Juxta vias in Europa.

3. **Tubaria paludosa** Fr. Monogr. I, p. 397, Hym. Eur. p. 273, Ic. t. 129, f. 3, Cooke Ill. t. 484, Berk. et Br. n. 1125. — Pileo submembranaceo, e conico convexo, umbonato, exstrio, helvolo-fusco, floccis superficialibus pallidis sericeo; stipite fistuloso, elongato, flexuoso, flocculoso, ochraceo; lamellis decurrentibus, postice latissimis, confertis, aquose ochraceis. 3585

*Hab.* in paludibus sphagnosis in regionibus montanis Europæ. — Pileus 1¼ cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 8-10 ≃ 4-5. A typo hujus gregis recedit pileo papillato, sed in typica forma (stygia) lamellæ vere decurrentes. Exstat vero alia forma *limosa* (*A. paludosus* Fr. Epicr. p. 209) pileo fuscescenti-melleo, stipite 4 cm. modo longo, lamellis haud decurrentibus. In paludibus exsiccatis.

4. **Tubaria stagnina** Fr. Syst. Myc. 1, p. 268, Monogr. I, p. 396, Hym. Eur. p. 273, Ic. t. 129, f. 2, Cooke Ill. t. 468, Quélet p. 106. — Pileo submembranaceo, e conico convexo, obtuso, udo subviscoso et striatulo, badio-ferrugineo, sicco levi, subochraceo, circa marginem ornato squamis floccosis, concentricis, albis; stipite fistuloso, rubiginoso-spadiceo; lamellis decurrentibus, latissimis, ferrugineis; sporis ferrugineis. 3586

*Hab.* in paludibus sphagnosis, montanis Europæ et Hayes Sound, 79 N. lat. (H. C. HART). — Stipes 11-19 cm. longus, 2 mm. crassus basi albo-villosus, apice subpruinosus; pileus 6-14 mm. latus, interdum disco depresso umbilicatus; sporæ 14-16 ≃ 6-8. Species admodum nobilis et distincta.

5. **Tubaria pellucida** Bull. t. 550, f. 2 (*Agar.*), Fr. Syst. Myc. I, p. 156, Hym. Eur. p. 273, Secretan n. 338. — Pileo submembranaceo, e conico campanulato, umbonato, cinnamomeo, hygrophano, circa 3587

marginem striatum sericeo squamulosoque; stipite tenui, brevi, sursum attenuato, nitido, apice pruinoso; lamellis subdecurrentibus, postice latissimis, triangulis, pallidioribus.

*Hab.* ad vias, inter folia Fagi in Europa. — Prioribus affinis. Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes junior farctus, demum fistulosus, quam præcedentium multo brevior, 3-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Lamellarum forma ad Tubarias ducit, licet pileus non depressus.

6. **Tubaria Muscorum** Hoffm. Nom. t. 5, f. 3 (*Agar.*), Pers. Syn. p. 470, Myc. Eur. 3, p. 65, Mart. Erl. p. 431, Fr. Hym. Eur. p. 274, Secr. n. 979 (var. stipite longiore, medio tumido). — Pileo membranaceo, e convexo centro depresso, striato, glabro, flavo-fusco; stipite fistuloso, brevi, concolore, basi incrassato; lamellis subdecurrentibus, horizontalibus, pallidioribus. 3588

*Hab.* inter muscos ad truncos arborum in Europa. — Pileus 2 cm. latus; sporæ 6-8 ≃ 4.

7. **Tubaria Embolus** Fr. Epicr. p. 206, Monogr. I, p. 393, Hym. Eur. p. 274, Cooke Ill. t. 514 *a*, Berk. Outl. p. 163. — Pileo membranaceo, e campanulato convexo, obtuso, lineato-striato, glabro, helvolo-fulvo, hygrophano; stipite fistuloso, sursum incrassato, glabro, sicco lutèo-nitente; lamellis postice latissimis, triangulis, crassis, distantissimis. 3589

*Hab.* in dumetis paludosis inter Salicem auritam in Europa et Beeren Eiland. — Est e nobilissimis, statura et lamellis omnino *Omphaliæ umbelliferæ*. Uda nitide fulvo-helvola; pileus siccus ochraceus, $1^1/_4$ cm. latus, stipes luteus 5 cm. longus; lamellæ cinnamomeæ; sporæ 10-11 ≃ 5-6.

8. **Tubaria viscidula** Karst. Hattsv. I, p. 446, *Galera visc.* Karst. Grev. 1878, p. 63. — Pileo campanulato, striato, viscido, subochraceo, 6-8 mm. lato; stipite æquali, ferruginascente, sursum pallidiore, deorsum obscuriore, albo-flocculoso, circiter 3 cm. longo, 1 mm. crasso; lamellis adnatis, distantibus, ex albido ferruginascentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, dilutissime flavescentibus (s. l.), 6-7 ≃ 3-6. 3590

*Hab.* ad gramina emortua prope Mustiala in Fennia parcissime.

9. **Tubaria autochthona** Berk. et Br. n. 1121, Fr. Hym. Eur. p. 274, Cooke Ill. t. 514, *b*. — Pileo membranaceo, hemisphærico, obtuso, sericeo, ochraceo-albo, margine flocculoso; stipite gracili, flexuoso, villoso, albo, utrinque incrassato; lamellis dente decurrentibus, melleis. 3591

*Hab.* in Anglia ad terram nudam. — Minima hujus gregis.

Stipes 19 mm. longus, vix 1 mm. crassus; pileus non hygrophanus, 6 mm. latus; sporæ quam *T. furfuraceæ* pallidiores, 7–8 ≃ 4.

10. **Tubaria coniophora** Berk. F. Glaz. p. 751. — Pileo spadiceo, pul- 3592
verulento, subtiliter rimoso; stipite gracili, fibrilloso, opaco; lamellis postice breviter decurrentibus, pileo concoloribus; sporis ferrugineis.

*Hab.* in solo, mycelio albo flocculoso contexto, in Brasilia. — Pileus 2½ cm. diam.; stipes 5 cm. altus, 5 mm. crassus.

11. **Tubaria anthracophila** Karst. Symb. VII, p. 4. — Pileo carno- 3593
sulo, e convexo expanso, irregulari, repando, flexuoso, sicco, udo margine pellucide striato helvolo- v. ferrugineo-cinnamomeo, squamis albis, concentricis, secedentibus, circa marginem ornato, sicco expallente; stipite e farcto cavo, æquali vel superne incrassato, flexuoso curvato, interdum torto, demum sæpe compresso, ferrugineo-pallido, albido-fibrilloso, apice subnudo striatuloque basi albo-villoso; lamellis adnatis, subconfertis, nunc medio, nunc postice latissimis, acie inæqualibus, sæpe dentatis et flocculoso-crenatis, primitus pallidis, tandem pileo concoloribus; sporis pallide ferrugineis, late ellipsoideis, 6 ≃ 3–4.

*Hab.* ad carbones in regione Mustaliensi Fenniæ. — Pileus 2–4 cm. latus; stipes 2–4 cm. longus, 3–5 mm. crassus.

12. **Tubaria inconversa** Britz. Derm. et Mel. p. 166, f. 107, *A. bryo-* 3594
*genus* Secr.? — Pileo hemisphærico vel expanso, campanulato, flavescente, sicco pallidiori; stipite tortuoso, dilute flavo, intus spongioso; lamellis adnatis, vix ventricosis, subdistantibus, flavo-rufis; sporis oblongis, 8–10 ≃ 4–5.

*Hab.* inter Hypnum squarrosum pr. Neusäss Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. circ. latus; stipes 6 cm. longus, 3–4 mm. cr.

13. **Tubaria phæophylla** Karst. Symb. VIII, p. 8. — Pileo carnosulo, 3595
convexo, demum plano vel depresso, sæpe subgibbo, glabro, sicco, udo pellucide striato, ex aquose fulvo-cinnamomeo, sicco levi, expallente sæpissime albicante; stipite fistuloso, apicem versus incrassato, flexuoso, sæpe compresso et undulato, fibrilloso-striatulo, ferruginascente pallente, demum inferne spadiceo-umbrino; lamellis decurrentibus, confertis, angustis, arcuatis, e pallescente ferrugineo-fuscis; sporis subellipsoideis, dilutissime flavescentibus pellucidisque 6–7 ≃ 3–5.

*Hab.* ad terram fimetosam, inter gramina putrescentia, in horto Mustialensi Fenniæ. — Caro albida, sat amara. Velum fugacissimum. Dense gregaria aut subcæspitosa; pileus 1–2 cm. latus, stipes circ. 4 cm. longus, 1–2 mm. crassus.

**) *Phæotæ:* sporis fusco-ferrugineis.

14. **Tubaria crobula** Fr. Epicr. p. 299, Hym. Eur. p. 274, Cooke Ill. t. 496, *A. inquilinus* b, Fr. Elench. p. 39, Weinm. p. 236, Lasch n. 390 β. — Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, exstrio, viscidulo, squamis floccosis, subsquarrosis, albis, secedentibus obtecto, dein nudo, alutaceo-canescente; stipite fistuloso, tenaci, fusco, squamis floccosis albis dense vestito; lamellis subdecurrentibus, confertis, fuscescenti-ferrugineis; sporis 9-10 μ. long. 3596

*Hab.* ad ramenta lignea in Europa et Peradenya Ceylon (Thwaites). — Est quasi *T. inquilinæ* status major, velo *T. furfuraceæ*, sed evidentiore et passim pulchre annulato.

15. **Tubaria inquilina** Fr. Syst. Myc. I, p. 264, Hym. Eur. p. 274, Cooke Ill. t. 497, Weinm. p. 236, Pers. Myc. Eur. 3, n. 271, Berk. Outl. p. 161, Secr. n. 839. — Pileo submembranaceo, e convexo plano, glabro, viscidulo, udo striato, hygrophano; stipite fistuloso, tenaci, deorsum attenuato, spadiceo, albo-fibrilloso; lamellis subdecurrentibus, subdistantibus, triangulis, ex argillaceo-fuscis umbrinis. 3597

*Hab.* ad ligna mucida in silvis frondosis, stipulas, varias quisquilias, communis in Europa. — Gregaria, pusilla; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus, basi albo-floccosa; pileus $1^1/_4$ cm. latus, demum umbonatus, siccus nunc fulvellus, nunc alutaceo-canus. — ***T. ecbola** Fr. Hym. Eur. p. 275: pileo argillaceo; stipite radicato, æquali; lamellis confertis, ferrugineis. Ad radices graminum in Europa et N. S. Wales Australiæ.

**CREPIDOTUS** Fr. Syst. Myc. I, p. 272 (Etym. *crepis* crepida et *ous otos* auris; pileus enim sæpius crepidiformis v. auriformis). — Statura varia, irregularis, sine velo manifesto. Pileus excentricus, lateralis v. resupinatus. Sporæ ferrugineæ. — A genuinis Crepidotis separantur *Claudopodes*, sporis rubiginosis inter Hyporhodios et Derminos medii.

I. Glabri v. glabrescentes.

1. **Crepidotus palmatus** Bull. t. 216, Decand. Fl. fr. II, p. 137, Fr. Monogr. I, p. 398, Hym. Eur. p. 275, Venturi t. 48, f. 1,2. Forma stipite centrali ? Seynes Montp. p. 96. — Pileo carnoso, compacto, e convexo expanso, irregulari, glabro, pelliculoso, ferrugineo; stipite excentrico lateralique, incurvo, firmo, glabro, albido; 3598

lamellis collariato-affixis, ventricosis, subdistantibus, concoloribus; sporis subglobosis, ochraceis, 10 μ. diam.

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum raro, in Europa et Tasmania. — Pileus 4-8 cm. latus, stipes 3-5 cm. longus. Cum *Pleuroto subpalmato* confusus, sed sporis ferrugineis distans. Caro firma, sed simul spongiosa, bibula.

2. **Crepidotus alveolus** Lasch n. 582, Fr. Epicr. p. 210, Hym. Eur. 3599
p. 275, Monogr. I, p. 398, Berk. Outl. p. 163, *A. bubalinus* Pers. M. Eur. 3, p. 24, sed t. 24, f. 3, ad siccum facta colore squalido fallax. — Pileo carnoso, molli, laterali, obovato repandoque, plano, glabro, ochraceo-fusco, nunc sessili, nunc postice in basim brevem, stipitiformem, tomentoso-villosam producto; lamellis determinatis, latis, argillaceo-fuscis; sporis 7-8 μ. long.

*Hab.* ad truncos arborum frondosarum in Europa et Amer. fœder. — Pileus 2-8 cm. latus. Sequenti valde affinis, sed carnosior, obscurior, siccitate expallens, ad marginem subinde olivascens; sporæ 8-10 ≃ 4-6.

3. **Crepidotus mollis** Schaeff. t. 213 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 274, Hym. 3600
Eur. pag. 275, Cooke Ill. t. 498, Gill. C. F. c. ic., Pat. t. 227, Sowerb. t. 98, Hussey I, t. 74, Price f. 25, Brigant. t. 41, f. 6-8, Letell. t. 688, Quél. t. 7, f. 7. — Pileo gelatinoso-carnoso, molli, obovato v. reniformi, flaccido, subsessili, glabro, e pallido canescente; lamellis ad basim decurrentibus, confertis, linearibus, ex albido aquose cinnamomeis; sporis brunneo-fuscis, 8-9 ≃ 5-6.

*Hab.* ad truncos putridos, etiam in pinetis, frequens in Europa, in Amer. fœder. et Sarawak Bornei, Victoria et Australia occidentali. — Pileus 2-8 cm. latus in majore forma undulato-lobatus, vulgo sessilis, sed variat postice productus in stipitem brevem, strigosum; lamellæ 2-5 mm. latæ.

4. **Crepidotus epigæus** (Pers.) B. et Br. Ann. N. H. n. 1949, Cooke 3601
Il. t. 516 *a. A. epigæus* Pers. Syn. p. 484, *A. depluens* Batsch f. 122 nec Auct. — Pileo reniformi, fragili, rubescenti-griseo, basi villoso, albido; lamellis distinctis, aquose rufescentibus, divergentibus; sporis oblongis 10 μ. longis, levibus.

*Hab.* in argillosis Hothorpe Britanniæ. — Analogus *Claud. depluenti*, qui sporis angulosis præsertim dignoscitur.

5. **Crepidotus hepatochrous** Berk. Dec. n. 194. — Gregarius; pileo 3602
horizontali, subcarnoso, sinuato, glabro, hepatico; stipite brevissimo albo, basi disciformi affixo; lamellis luteo-cinnamomeis albo-marginatis; sporis ovatis ferrugineis.

*Hab.* ad cortices in Tasmania (Gunn). — Pileus initio globosus stipite brevi centrali; stipes brevissimus affixus basi disciformi, cujus margo byssoideus; lamellæ modice distantes. Affinis *C. molli*. Sporæ multo minores quam in hac specie.

6. **Crepidotus interceptus** Berk. Fl. Tasm. pag. 246, tab. CLXXXI, fig. 6. — Reniformis, ochraceo-albus; pileo e tribus stratis medio albo inter duo obscuriora intercepto; stipite brevissimo laterali; sporis 7-8 $\mu$. longis. 3603

*Hab.* in corticibus putrescentibus in Tasmania (Archer). — Pileus 25 mm. lat. Proximus *Crep. molli*, sed non gelatinosus.

7. **Crepidotus uber** B. et C. N. Pac. exp. n. 46. — Pileo reniformi, tenui, ex albo luteo-fusco, viscidulo; lamellis confertis, ferruginosis e sporis luteis. 3604

*Hab.* ad ligna emortua in insulis Bonin. — Affinis *Cr. molli* et *malachio*.

8. **Crepidotus applanatus** Pers. Obs. I, p. 8, t. 5, f. 3 (sub nomine *Ag. stipitici*), Fr. Monogr. I, p. 399, Hym. Eur. p. 275, *A. planus* Pers. Syn. p. 480. — Pileo carnosulo, molli, fragili, plano, reniformi v. cuneato, albido, in stipitem brevissimum, albo-tomentosum postice porrecto; lamellis determinatis, confertis, linearibus, ex albido dilute cinnamomeis; sporis sphæroideis, uniguttulatis, flavescentibus, 5-6 $\mu$. diam. (Karst.), ovoideis 8-9 $\mu$. long. (Quélet). 3605

*Hab.* ad ligna putrida arborum frondosarum in Europa et pr. Somerset East Africæ australis. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus, aquosus nec gelatinosus, maxime hygrophanus, udus margine striatulus, demumque postice depressus.

9. **Crepidotus scalaris** Fr. Epicr. p. 211, Hym. Eur. p. 276. — Pileo submembranaceo, mollissimo, effuso-reflexo, levi, glabro, læte aquose-ochraceo; lamellis ad basim decurrentibus, distantibus, tenuibus, ex albido cinnamomeis. 3606

*Hab.* in truncis Pini in Europa. — Species admodum delicata, semper scalari-imbricata, recens pellucida, sicca alutacea. — Var. **lobulatus** Kalchbr. in Grevillea: a specie typica, modo pileolis lobato-incisis differt. In P. Natal Africæ.

10. **Crepidotus Phillipsii** Berk. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1658, Cooke Ill. t. 515, *c*. — Parvus, subumbrinus; pileo obliquo, striato, glabro; stipite solido, basi incurvo; lamellis angustis, ventricosis, breviter adnatis; sporis 7 × 5, ovoideis, levibus. 3607

*Hab.* ad terram Britanniæ. — Pileus circiter 6 mm. latus, stipes 2-3 mm. longus.

11. **Crepidotus inhonestus** Karst. Symb. Myc. XVII, pag. 160. — 3608
Pileo membranaceo, resupinato, sessili, vertice vel latere adnato, sericeo-levigato, orbiculari vel subreniformi, albido, circiter 1 cm. lato; lamellis latis, tenuibus, subconfertis, ex albido fuscis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, uni vel eguttulatis, dilutissime fuscescentibus, 6-8 ≃ 5-6; basidiis obovoideo-ellipsoideis, 12 μ. long.

*Hab.* supra corticem Populi tremulæ in regione Mustialensi, Valkjärvi Fenniæ, septemb. — A *Crepidoto epibryo* Fr. proximo mole maiore coloreque lamellarum statim dignoscendus.

12. **Crepidotus Cesatii** Rabenh. Fl. Ratisb. 1851, p. 564, Herb. Myc. 3609
XVI, n. 1506, Fr. Hym. Eur. p. 277. — Pileo sessili, resupinato, porrecto, tenacello, molli, albido v. pallide gilvo; lamellis latis, pallidis; sporis pallide flavis, 6-7 ≃ 4,5-5,5.

*Hab.* ad cortices Italiæ. — Habitus *Claudop. variabilis*, sed differt pileo haud tomentoso, lamellis haud rubiginosis, sporis pallidis.

13. **Crepidotus globiger** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 158. — Pileo fla- 3610
belliformi v. reniformi basi attenuato, molli, glabro; lamellis tenuibus ochraceis; sporis globosis, 6 μ. diam.

*Hab.* ad Wangaratta, Victoria Australiæ. — Altitudine et latitudine circiter $2^1/_2$ cm. metiens.

14. **Crepidotus pyrrhus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 291. — Pi- 3611
leo conchiformi, sessili, glabro, rufo; lamellis latis concoloribus; sporis ferrugineis echinulatis.

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 18-25 mm. latus, 8-12 mm. longus. — *Var.* **lejospora** B. et C. l. c.: sporis levibus. Ad caudices, Cuba Amer. centr.

15. **Crepidotus hepatizon** Berk. in Lond. Journ. VI, p. 416. — Pi- 3612
leo umbilicato, excentrico, versiformi, glaberrimo, hepatico; stipite cartilagineo, compresso; lamellis fragilibus, laceratis, decurrentibus, concoloribus; sporis minutis ferrugineis.

*Hab.* in ligno vetusto Hautane Range Ceylon (Gardner). — Pileus 4 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $^1/_2$ mm. crassus, basi radicatus; lamellæ pileo pallidiores.

16. **Crepidotus tigrensis** Speg. Fung. Arg. Pug. III, n. 14. — Reni- 3613
formis v. spathulatus, sessilis, horizontalis, solitarius v. gregarius, parvulus; pileo carnosulo-subtenacello, dimidiato, deorsum truncato v. brevissime cuneato, plano, 10-15 mm. diam., 6-10 mm. lat. glaberrimo, levissimo, margine integro v. vix minute denticulato, luteo-fulvo v. melleo-lutescente, ad basim non v. vix pallescente

sæpeque pruinuloso; lamellis subdistantibus, ventricosis, apice acutiuscule rotundatis, deorsum attenuato-convergentibus, centro latiore 1 mm. acie integris, fulvo-cinnamomeis; carne tenui, tenaciuscula, subflocculosa, candida, in hymenophorum descendente; basidiis hyalinis, clavato-subtorulosis, 28-30 ≃ 6-6,5; sporis ellipticis, sæpe inæquilateralibus, utrinque subacutato-rotundatis, 8-10 ≃ 5-7, levibus, fulvo-rubiginosis.

*Hab.* ad corticem trunci Salicis Humboldtianæ vetusti inter muscos, al Tigre in Amer. merid.

17. **Crepidotus palmularis** B. et C. N. Pac. Exp. n. 45. — Pileo reniformi, subrufo, striato, marginem versus transversim ruguloso; lamellis latis subconcoloribus. 3614

*Hab.* in ligno emortuo in insulis Bonin.

18. **Crepidotus hærens** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 132. — Pileo convexo, sessili, cuneiformi vel dimidiato, glabro, hygrophano, udo viscido margineque striatulo, sicco albido; lamellis subconfertis, angustis, utrinque attenuatis, subcinereis, dein brunneis; sporis ellipticis, 7,5 ≃ 5, dilute ferrugineis. 3615

*Hab.* in truncis putrescentibus pr. Albany Americæ borealis. — Pileus 1-3 cm. longus latusque.

19. **Crepidotus rufo-lateritius** Bresad. in Hedw. 1885, p. 186. — Pileo membranaceo, resupinato, raro reflexo, cupulari, 2-4 mm. lato, glabro, lateritio-rufidulo, margine lobato; lamellis latis, ventricosis, valde distantibus in punctum excentricum concurrentibus, utrinque rotundatis, concoloribus, acie alba; sporis ovatis, flavidis, 10-12 ≃ 8. 3616

*Hab.* ad corticem Cratægi crus-galli, Missouri (H. Demetrio).

20. **Crepidotus Cacao** B. et C. N. Pac. Exp. n. 50. — Brunneus; pileo suborbiculari glabro, siccitate, rugoso, margine inflexo; lamellis latiusculis. 3617

*Hab.* in ligno emortuo in insulis Bonin.

21. **Crepidotus hæmatites** B. et C. N. Pac. Exp. n. 49. — Atro-sanguineus; pileo reniformi, postice affixo, glabro; lamellis ventricosis latiusculis. 3618

*Hab.* in ligno emortuo Hong-Kong Japoniæ. — Habitu aliquantulum ad Panum accedit.

22. **Crepidotus Pervilleanus** Lév. Ann. cl. Sc. Nat. Fév. 1846, p. 115. — Pileo flabellato, carnoso, basi depresso, nudo, fusco; lamellis confertis, concoloribus, decurrentibus; stipite brevi, laterali, pallidiore; sporis fusco-brunneis. 3619

*Hab.* ad truncos arborum Madagascar (Perville). — Ad hoc genus forte quoque spectat, præeunte ill. Berkeleyo in litt., *Ag. Bogoriensis* Lév. ad *Pleurotum* jam relatus. Cfr. n. 1465.

II. Vestiti, h. e. pulverulenti, tomentosi, squamulosi.

23. **Crepidotus haustellaris** Fr. Syst. Myc. I, p. 274, Monogr. I, p. 399, Hym. Eur. p. 276, Cooke Ill. t. 515, *A.*, Weinm. p. 228, *A. flavo-stedtensis* Batsch f. 124 (pessima, sed descriptio clara). — Pileo carnosulo, flaccido, exacte laterali, reniformi, plano, levi, subtiliter villoso, alutaceo; stipite discreto, sursum attenuato, villoso, albo; lamellis determinatis, rotundatis, e pallido fusco-cinnamomeis. 3620

*Hab.* ad ramos dejectos Populi tremulæ, in Europa nondum in societate *Cr. calolepidis* lectus, quocum multa habet communia, sed plurima differunt. Pusillus, regularis, haud cæspitosus, pileo 1–1½ cm. lato; stipite 5–9 mm. longo, 2 mm. vel ultra crasso. Præcipue insignis stipite subconico et lamellis fere liberis. Pileus vetustior e sporis pulverulentus et spadiceus, qualis *A. umbrinus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 41.

24. **Crepidotus Rubi** Berk. Outl. p. 164, t. 9, f. 7, Fr. Hym. Eur. p. 276, Cooke Ill. t. 515, *B.* — Pileo carnosulo, convexo, atomis crystallinis farinoso, lutescente aut livido-griseo; stipite solido, brevi, incurvo, farinoso, basi strigoso; lamellis adnato-decurrentibus, subventricosis, e griseo umbrinis. 3621

*Hab.* ad stipites Ruborum emortuorum in Europa. — Habitus omnino formarum *Claudop. depluentis*, sed sporis umbrinis forte distinctus. Pileus sensim excentricus resupinatusque, 1¼ cm. usque latus; sporæ ovoideæ, leves, 5–7 *μ*. longæ.

25. **Crepidotus epibryus** Fr. Syst. Myc. I, p. 275. Hym. Eur. p. 277, Cooke Ill. t. 516, *c.* Weinm. Ross. p. 229, Quélet p. 107. — Albus; pileo membranaceo, resupinato, sessili, vertice adnato, sericeo-levigato; lamellis in centrum concurrentibus, tenuibus, confertis, ex albido gilvis. 3622

*Hab.* supra muscos majores, rarior in Europa. — Regularis, fere cupularis, pusillus pileo 4–8 mm. lato, sine stipitis rudimento nec vertice porrectus.

26. **Crepidotus Ralfsii** B. et Br. Ann. Nat. Hist. (1883), pag. 372, n. 2008, Cooke Ill. t. 516 *d.* — Pileo semireflexo, luteo, delicate hispido vel paleaceo, margine involuto, levi, floccis gossypinis affixo; stipite obsoleto; lamellis ventricosis, argillaceis, acie albidis. 3623

*Hab.* in ligno vetusto, Penzance in Britannia.

27. **Crepidotus chimonophilus** Berk. et Br. n. 687, Outl. p. 164, Fr. Hym. Eur. p. 276, Cooke Ill. t. 515 *a*. — Candidus; pileo carnosulo, convexo, villoso, margine reflexo; stipite brevissimo obsoletove; lamellis postice attenuatis, paucis, distantibus; sporis luteo-fuscis, pallidis, oblongo-ellipticis, nucleo laterali distincto instructis. 3624

*Hab.* ad ramos emortuos Sorbi torminalis in Europa. — Admodum pusillus; pileo 6 mm. lato.

28. **Crepidotus proboscideus** Fr. Syst. Myc. I, pag. 274, Hym. Eur. p. 277, Sommerf. Lapp. p. 261, Lasch n. 583, *Ag. resupinatus* Fl. Dan. t. 1072. — Pileo carnosulo, resupinato, campanulato, vertice porrecto, pedunculato, levi, pubescente, ochraceo; lamellis in puncto excentrico concurrentibus, tenuibus, strictis, concoloribus. — Var. stipite fuscescente, pileo candido, lamellis flavis: Fr. Vet. Ak. Förhandl. 1873. 3625

*Hab.* ad ligna putrida in Europa; varietas in cellis. — Pileus 1-2½ cm. latus. Caute separandus a *Paxillo panuoide*.

29. **Crepidotus pezizoides** Nees Act. Nat. Curios. IX, t. 6, f. 18 (infans), Berk. Outl. p. 165, Fr. Hym. Eur. p. 277, Cooke Ill. t. 516, *d.*, *A. trichotis* Trog, in Flor. 1824, *A. epixylon* β. Pers. *A. ponticola* Lasch n. 422. — Pileo sessili, tenui, e cupulari reflexo, farinoso, subtomentoso; lamellis centro concurrentibus, subdistantibus, ex olivaceo-fusco fulventibus. 3626

*Hab.* ad ligna vetusta in Europa. — Pileus 2–3 mm. altus et latus; lamellæ circiter 12, crassæ, ventricosæ; sporæ ignotæ.

30. **Crepidotus cassiæcolor** Berk. Fl. Tasm. p. 246. — Pileo resupinato, postice affixo, farinaceo lamellisque latiusculis, cinnamomeis; stipite brevissimo, candido, tomentoso. 3627

*Hab.* in cortice putri in Tasmania (Archer). — Pileus 12–18 mm. d. Affinis *C. hepatochroo*, sed minor et farinosus.

31. **Crepidotus insidiosus** Berk. Dec. n. 195. — Pileo demum resupinato, affixo, membranaceo, margine tomentoso; stipite tenui brevissimo; lamellis latiusculis, postice attenuatis, adnexis, aquose luteo-umbrinis; sporis luteo-brunneis, ovatis. 3628

*Hab.* supra cortices, Penquite Tasmaniæ. — Pileus 18-25 mm. latus, demum resupinatus atque matrici adhærens. Stricte affinis *C. hepatochroo* sed pileus resupinatus, membranaceus; stipes tenuissimus atque lamellæ non evidenter albo-marginatæ.

32. **Crepidotus nephrodes** B. et C. Ann. Nat. Hist. Dec. 1853. — Pileo reniformi, pallide flavo-tomentoso; stipite obsoleto; lamellis ventricosis, pileo concoloribus; sporis globosis, roseo-ferrugineis. 3629

*Hab.* ad caudices humidos emarcidos in Carol. inf. (Ravenel), in Carol. Sup. (Curtis) in ligno vetusto Worcester Amer. fœderat. (Peck). — Pileus 2½ cm. et ultra latus, tenuis, planus, margine inflexo, carne alba; lamellæ more pilei pallidæ gradatim portice attenuatæ. Habitus *Pleuroti petaloidis*.

33. **Crepidotus malachius** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Sparsus; pileo cuneiformi subflabellato, albo, molli; stipite brevissimo albo-tomentoso; lamellis ventricosis, confertis, ex albo flavidis; sporis subglobosis, 5 μ. diam. 3630

*Hab.* ad caudices vetustos in sylvis humidis, New England (C. I. Sprague). — Pileus 2½ cm. latus; caro postice crassiuscula, antice tenuis; stipes 2-5 mm. longus. Pilei superficie flavo-villosa *C. nephrodem* assimilat.

34. **Crepidotus putrigenus** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Imbricatus; pileo subreniformi, albido, tomentoso; margine striato; lamellis ex albido ferrugineis; sporis subglobosis, ferrugineis, 7 μ. long. 3631

*Hab.* ad truncos humidos emarcidos, Santee Canal in Carol. inf. Amer. borealis (H. W. Ravenel). — Pileus 12-19 mm. latus insertionis loco tomento tenui albo obductus; lamellæ latæ. Similis ob sporas *C. malachio* et *nephrodi*.

35. **Crepidotus dorsalis** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 69. — Pileo carnoso, sessili, dimidiato vel subreniformi, postice applanato vel leniter depresso, margine incurvo striatulo, subtiliter fibrilloso-tomentoso, flavo-rufo; lamellis confertis, ventricosis, postice rotundatis, submarginatis, in basim albo-villosam convergentibus, dilute ochraceo-brunneis; sporis globosis, 5,5 μ. diam. 3632

*Hab.* ad ramenta lignea in silvis Greig Americæ borealis. — Pileus 16-32 mm. latus. Habitus *Pani dorsalis* sed *Crepidoto putrigeno* B. et C. affinis.

36. **Crepidotus musicola** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 291. — Primum hemisphæricus stipite centrali, demum galeæformis, pileo tenui albo, stipite brevissimo excentrico lateralique pulverulento; lamellis latis adnexis pallide fuscis vel purpureo-fuscis; sporis purpureo-brunneis, obovatis. 3633

*Hab.* ad folia emortua Musarum prope terram, Cuba Amer centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus.

37. **Crepidotus cacaophyllus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 291. — Pileo excentrico, subreniformi, luteolo, squamoso, marginem versus 3634

tomentoso; stipite brevi; lamellis adnexis, postice attenuatis fuscis distantibus; sporis ochraceis.

*Hab.* in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus; stipes 5 mm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ cacao-brunneæ.

38. **Crepidotus flavo-marginatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 546. — Pileo suborbiculari, aurantiaco; stipite brevissimo; lamellis latis, distantibus, postice subtruncatis, e sporis rufo-ferruginascentibus, margine floccoso flavo; sporis subglobosis, 10 $\mu$. long. 3635

*Hab.* in ligno emortuo Ceylon ad Petrotallagalla (Thwaites). — Pileus 13 mm. latus; lamellarum acies lutea, floccosa sicut pileus; sporæ, lateraliter observatæ, sicut plurimorum Agaricorum, meniscoideæ.

39. **Crepidotus pogonatus** Kalchbr. Grev. IX, p. 131. — Pileis e resupinato reflexis, ochraceis, mycelio byssoideo, late effuso, albido-ochraceo insistentibus; lamellis in punctum excentricum concurrentibus, latiusculis, carneo-ochraceis, acie dilutioribus. 3636

*Hab.* in ramis emortuis, humi jacentibus mont. Boschberg, Somerset-East Afr. austr. — Pileus $^1/_2$-1 cent. latus, estrius. *Cr. epicrocino* proximus et forte hujus varietas.

40. **Crepidotus epicrocinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 545. — Pileo e resupinato reflexo, supra nitide croceo, tomentoso, suborbiculari, floccis albis affixo, margine undulato-crenato; stipite nullo; lamellis pallide ferrugineis; sporis subglobosis, 10 $\mu$. diam. 3637

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18–25 mm. latus, suborbicularis vel reniformis, nitide aurantiaco-chromo-luteus. Exstat varietas pileo sordide ferrugineo lamellisque latioribus; sporis iisdem dimensionibus gaudentibus.

41. **Crepidotus grumoso-pilosus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 546. — Pileo suborbiculari e resupinato reflexo albido, pilis grumosis fasciculatis ferrugineis conspurcato, margine striato; stipite brevissimo v. obsoleto; lamellis latis, ventricosis, ferrugineis; sporis ovatis v. subglobosis, 7–10 = 5–6. 3638

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 2$^1/_2$-3$^1/_2$ cm. latus, suborbicularis vel uniformis, raro flabelliformis; lamellæ 5 mm. vel ultra latæ.

42. **Crepidotus Pezizula** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XV, p. 32. — Pusillus, pezizæformis, pallidus, pulverulentus; lamellis tabacinis; sporis 10 $\mu$. long. 3639

*Hab.* ad caules herbaceos emortuos, Pedrotallagalla, Ceylon (Thwaites).

43. **Crepidotus epispharius** Berk. Dec. n. 101, Lond. Journ. 1846, p. 1. 3640
— Pileo resupinato, margine, tantum libero, subflabelliformi, pallide subtomentoso; lamellis cervinis, albo-marginatis.

*Hab.* ad Sphæriam putrem in Africa meridionali (Drege). — Pileus 12 mm. latus, filamentis sericeis subtilibus paucisque fibris affixus; stipes nullus; lamellæ modice latæ; sporæ indeterminatæ.

44. **Crepidotus Lepton** Berk. Dec. n. 25 in Lond. Journ. 1845, p. 3641
46. — E resupinato reflexus; pileo convexo pruinoso fulvo-ochraceo; stipite obsoleto; lamellis latiusculis, ochraceis, albo-marginatis; sporis ellipsoideis, nucleo lato instructis.

*Hab.* supra corticem, Swan River (Drummond). — Pileus 5 mm. latus, vertici trama levi affixus, minime striatus; lamellæ acie albo-pruinatæ.

45. **Crepidotus reversus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 32. — 3642
Minimus, primum convexus; pileo cum stipite brevi, demum reflexo, albo-pruinato; lamellis cinnamomeis; sporis 6 μ. long.

*Hab.* in ligno vetusto, Ceylon (Thwaites).

46. **Crepidotus Pecten** B. et C. Ann. Nat. Hist. Oct. 1859. — Pu- 3643
sillus; pileo pectiniformi, crenato-sulcato, tomentoso e resupinato reflexo; lamellis latiusculis, umbrinis; sporis subellipsoideis pallide ochraceis, 7-8 μ. long.

*Hab.* ad ramos emortuos in Carol. sup. Amer. fœder. (M. A. Curtis). — Pileus 5 mm. latus trama alba levi adnexus, ochraceus; lamellarum acies pilis minutis clavatis fimbriata. Primo obtutu pro minuto *Schizophyllo* sumi potest.

47. **Crepidotus calolepis** Fr. in Vet. Ak. Förhandl. 1873, Hym. Eur. 3644
p. 276, Ic. t. 129, f. 4, Cooke Ill. t. 499 *b*. — Pileo carnosulo, dimidiato, in nodulo villoso sessili, albo, postice marginato, squamis minutis, confertis, refuscentibus eleganter variegato; lamellis basi concurrentibus, demum fusco-ferrugineis; sporis fusco-ferrugineis.

*Hab.* in ramis putrescentibus Populi tremulæ in Europa. — Stipes in tuberculum sessile reductus; pileus vix 1¼ cm. latus, carne firma nec gelatinosa.

48. **Crepidotus phæophyllus** Berk. Dec. n. 152. — Sessilis, imbrica- 3645
tus; pileis porrectis, obovato-cuneatis, albidis, subsquamulosis; lamellis fusco-purpureis; sporis purpureo-brunneis, 6-8 μ. long.

*Hab.* in ligno vetusto, Hautane Range Ceylon (Gardner) et

Peradenya (Thwaites). — Pileus 25 mm. altus, 18 mm. latus, squamis transversis indistinctis exsiccatione non viscidis tectus; stipes nullus; lamellæ modice brunneæ. Habitus *Paxilli panuoidis*.

49. **Crepidotus crocophyllus** Berk. Dec. n. 113. — Pileo sessili, sub- 3646
flabelliformi, ochraceo-fusco, adpresse squamoso; lamellis aurantiis; sporis subglobosis, pallide ochraceo-luteis.

*Hab.* ad truncos emortuos, Waynesville Ohio Amer. bor. (T. G. Lea). — Pileus vix 12 mm. latus, convexus; lamellæ latiusculæ, postice rotundatæ.

50. **Crepidotus Alpiniæ** Berk. Dec. n. 509, in Hook. Journ. (1856). — 3647
Pileo resupinato, reniformi, cinereo, tomentoso; stipite brevissimo, demum obsoleto pulverulento; lamellis angustis, purpurascentibus, in centrum concurrentibus, acie pallidis; sporis ellipsoideis vel cymbiformibus, brunneis, 6 μ. long.

*Hab.* ad caules emortuos Alpiniæ aromaticæ, Rio Negro (Spruce). — Pileus 13 mm. vel ultra latus, subtiliter tomentosus.

51. **Crepidotus croceo-sanguineus** Mont. Fl. Chil., l. c., p. 339, t. 7, 3648
f. 4, et Syll. Crypt. n. 381. — Pileo membranaceo, dimidiato, e resupinato, reflexo, convexo, croceo, villo pulverulento; lamellis subconfertis radiantibus, postice attenuatis, antice latioribus, sanguineis; stipite incurvo breviusculo, basi floccosa disciformi affixo.

*Hab.* ad cortices in Chile (Gay).

52. **Crepidotus phalligerus** Mont. l. c. p. 340, t. 7, f. 2 et Syll. Crypt. n. 3649
382. — Pileo sessili, submembranaceo, fusco, e resupinato reflexo, pilis fasciculatis primo cæsiis demum albis tecto; lamellis confertis, rubiginosis, e centro radiantibus, tetradymis, utroque fine attenuatis ob basidia (?) phalloidea exstantiaque velutinis.

*Hab.* ad cortices, in Chile (Gay).

53. **Crepidotus Parisotii** Patouill. Tab. An. Fung. p. 159, fig. 347. — 3650
Pileo sessili, subnudo, dilute citrino, velutino-tomentoso, pilis gracilibus, simplicibus vel ramosis obsito, superne matrici fibris albis parcis adfixo, margine incurvo; stipite brevi, inferne dilatato; lamellis distantissimis, latis, simplicibus, rufis, inæqualibus, longioribus, massam centralem velutinam attingentibus; basidiis 4-sterigmicis; sporis ovoideis, apiculatis, 4-5 = 2, ochraceis, eguttatis vel granulosis.

*Hab.* ad fragmenta lignea, Bois de Vincennes Galliæ (Parisot). — Pileus 5-6 mm. latus.

54. **Crepidotus tiliophilus** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 133. — Pileo 3651
tenuiusculo, convexo, minute pulverulento v. subglabro, hygropha-

no, udo aquose brunneo margineque striatulo, sicco sordide alutaceo; stipite brevissimo, sæpius incurvo, solido, excentrico, albido, pruinoso, basi pubescenti-albo; lamellis latiusculis, subdistantibus, adnexis, postice rotundatis, pileo concoloribus, demum ferrugineo-cinnamoneis; sporis ovatis vel subellipticis, 5-6 ≃ 4-4,5, brunneo-ferrugineis.

*Hab.* ad truncos ramosque emortuos Tiliæ americanæ pr. East Berne Americæ borealis. — Pileus 15-30 mm. latus, stipes 5-10 mm. longus, 2 mm. circ. crassus.

55. **Crepidotus flavo-livens** B. et C. N. Pac. Exp. n. 51. — Pileo flabelliformi, flavido, pulverulento; stipite nullo; lamellis angustis, purpureo-albis. 3652

*Hab.* ad ligna emortua in insulis Bonin.

56. **Crepidotus scymnodes** B. et C. N. Pac. Exp. n. 48. — Pileo dimidiato, tenui, ex albo leonino, subtiliter villoso, villis innatis liberisque flavis affixo; lamellis confertis. 3653

*Hab.* ad folia emortua palmarum in insulis Bonin — *Cr. leucochryso* admodum affinis.

57. **Crepidotus leuco-chrysos** B. et C. N. Pac. Exp. n. 47. — Pileo subflabelliformi vel reniformi, subtiliter tomentoso, glabrescente; stipite nullo; lamellis distantibus. 3654

*Hab.* in ligno vetusto in insulis Bonin.

58. **Crepidotus stromaticus** C. et Mass. Grev. XV, p. 94. — Pileo alutaceo, sessili, tenui, flaccido, furfuraceo, resupinato, e stromate albo membranaceo-floccoso oriundo; lamellis ad centrum concurrentibus, subdistantibus, planis, e pallido fusco-cinnamomeis; sporis globosis, asperulis, 8 μ. diam. 3655

*Hab.* ad cortice Daintree River Australiæ (Pentzke). — Pileus circ. 1,3 cm. latus.

59. **Crepidotus subinteger** Schulz. in Bot. Centralbl. 1883, XV, p. 4. — Membranaceus, e cylindraceo cyphellæformis, tandem resupinato-explanatus, centro affixus, orbiculari-reniformis, 5-6 mm. latus, extus albidus, tenue tomentosus; lamellis e centro ortis, liberis sat distantibus, ventricosis usque 1,5 mm. latis, luteo-fuscescentibus, acie flexuosa et fimbriata; sporis purpureo-ferrugineis, globoso-ellipsoideis, 3-4 μ. longis. 3656

*Hab.* ad corticem Fraxinorum languescentium gregatim, Djakovar Slavoniæ. — Odor nullus.

60. **Crepidotus fulvo-tomentosus** Peck 26 Rep. p. 57. — Pileo dimidiato, v. reniformi, sessili, squamis innumeris tomentosis fulvis 3657

vestito; lamellis confertis, liberis, acie candidis; sporis ellipsoideis, 8 × 5.

*Hab.* in ligno vetusto, Savannah Amer. fœder. — Pileus circiter $2^1/_2$ cm. diam. metiens.

61. **Crepidotus herbarum** Peck 26 Rep. p. 56. — Pileo tenui, initio 3658
resupinato, margine incurvo, tomento albo vestito, demum aliquantulum reflexo, minus tomentoso, margine explanato; lamellis angustis, haud confertis, e puncto laterali v. excentrico radiantibus ex albo fulvis; sporis curvulis 7 × $3^1/_2$.

*Hab.* ad caules emortuos herbarum, North Greenbush Amer. bor. — Pileus 5–10 cm. latus, filamentis albis araneosis affixus.

62. **Crepidotus versutus** Peck 30 Rep. p. 70. — Pileo primum re- 3659
supinato, demum reflexo, sessili, tenui, pure albo, tomento villoso molli obtecto, margine incurvo; stipite nullo; lamellis latiusculis, subdistantibus in punctum excentricum concurrentibus, postice rotundatis, pallidis, demum ferrugineis; sporis subellipsoideis, ferrugineo-brunneis, 10 μ. long.

*Hab.* in ligno vetustissimo semisepulto, in humo et in rupibus aridis in Amer. bor. — Gregarius, 9–20 mm. latus.

63. **Crepidotus Scutellina** Quél. Ench. p. 109, *Naucoria Scutellina* 3660
Quél. Bull. Soc. Fr. 1878, p. 287, t. III, f. 5. — Pileo convexo-plano, 3–5 mm. lat., vertice minute mucronato, pellucido, araneoso, striatulo-rivuloso, albido, dein ochraceo; stipite filiformi, arcuato, brevi, 2–3 mm., villoso, concolore; lamellis angustis, adnatis, denticulatis, albis, dein pallide ochraceis; sporis ellipsoideis, 7 μ. long., rufo-fulvis.

*Hab.* in culmis siccis Graminum in umbrosis Juræ.

64. **Crepidotus pallescens** Quél. Bull. Soc. bot. Fr. 1878, p. 287, 3661
t. III, f. 9. — Pileo convexo, umbilicato, 5 mm. lato, membranaceo, tomentoso, albo dein flavicante; stipite deorsum attenuato, incurvo, villoso, albo; lamellis emarginatis dente subdecurrentibus, albo-flavidis, dein pallide fuligineis; sporis ovoideis, 7 μ. long., fulvis.

*Hab.* ad ramos dejectos Fraxini in silvis udis Juræ.

65. **Crepidotus luteolus** Lambotte Fl. Mycol. Belg. I, p. 181. — Pi- 3662
leo tenui, initio stipitato, dein resupinato stipitique adnato, reflexo, siccitate undulato-crispato, membranaceo, tomentoso, luteo nitido, pallescente; lamellis subconfertis, lutescenti-aurantiacis, demum ochraceo-cinnamomeis, latissimis, postice rotundatis; sporis ferrugineis.

*Hab.* ad Ruborum ramos emortuos foliis obvolutos, Prov. Leodii in Belgio. — Pileus 1-2 cm. latus, caro albida.

Species quarum diagnosis nobis desideratur.

66. **Crepidotus leptomorphus** Berk. Fl. Tasm. ii. p. 246. sec. Cooke in Grevillea. — Tasmania. 3663

67. **Crepidotus turbidulus** Berk. in Herb. Berkeley., sec. Cooke in Grevillea. — Tasmania. 3664

68. **Crepidotus Auricula** Berk. Fl. Tasm., p. 246, sec. Cooke in Grevillea. — Tasmania. 3665

**CORTINARIUS** Fr. Ep. p. 255 (Etym. *cortina*). — Velum araneosum, a pilei cuticula discretum, superficiale. Hymenophorum cum stipite contiguum. Lamellæ persistentes, aridæ, decolorantes, e sporis tarde secedentibus pulverulentæ. Trama fibrillosa. Sporæ globosæ vel oblongæ, passim apiculatæ, supra chartam albam subochraceæ. Fungi terrestres, putrescentes, silvatici.

Genus vastissimum ut plurimum europæum, valde naturale, acute limitatum, etsi characteres leves videntur. Peritus vero primo obtutu agnoscit. Multæ species admodum speciosæ, ut mirandum plurimas ab auctoribus prætervisas, forsan ob colores mutabiles e vicissitudinibus tempstatis. Ill. Fries studium his dicavit peculiare per plures annos. In aliis provinciis aliæ regnant species. Cfr. Fr. Monographiam Hymenomycetum, ubi pleniores descriptiones.

**Subg. I. Phlegmacium** Fr. Velum partiale araneosum. Pileus æqualiter carnosus, viscosus. Stipes firmus, siccus.

† Cliduchi. Velum partiale superum, ex apice stipitis subæqualis v. clavati annulari-pendulum.

*) Lamellis e pallido argillaceis.

1. **Cortinarius triumphans** Fr. Epicr. p. 256, Hym. Eur. p. 336, Ic. t. 141, f. 1, Cooke Ill. t. 692, Gillet C. F. c. ic. Mongr. II, p. 4, *A. sublanatus* Huss. II, t. 22 ex Berk. et Br. n. 1263. — Pileo carnoso, e convexo explanato, viscido, levi, luteo, squamis obscurioribus, adpressis, secedentibus primo maculato; stipite solido, clavato, annulis pluribus concentricis, squamosis, fulventibus peronato; lamellis emarginatis, confertis, integerrimis, e pallido argillaceis; sporis ellipsoideis vel oblongato-ellipsoideis, 12-16 ≃ 5-6. 3666

*Hab.* in nemoribus graminosis subhumidis Sueciæ, Angliæ, Feniæ (Karsten) et Germaniæ. — Pileus circiter 8-14 cm. latus; stipes 8-14 cm. longus, $1^1/_4$-4 cm. crassus. Magnus, speciosus, squa-

marum zonis *Lep. Vittadinii* in memoriam revocans. Cortina supera, interdum contexto-annulata. Exstat simul forma minor tantum inferne concentrice squamoso-zonata, distinctius annulata, pileo aureo, lamellis primitus cæsio-albis.

2. **Cortinarius crocolitus** Quélet in Bull. Soc. Bot. Fr. 1878, p. 288, 3667
Quél. et Le Bret. Champ. t. 1, f. 4, Quél. Enchir. Fung. p. 72. —
— Pileo carnoso, convexo, 10 cm. diam., viscoso, lutescente, disco flocculis tenuibus croceis consperso; stipite farcto dein cavo, basi inflato, fragili, fibrilloso, albo dein citrino, sursum sericeo et zonis lanosis, sub annulo tenuissimo sitis, ornato; cortina alba fugaci; carne molli, alba dein citrina, amara; lamellis uncinatis, undulatis, albo-lilacinis dein argillaceis; sporis pruniformibus, granulosis, fulvo-citrinis, 12 μ. longis.

*Hab.* gregatim in silvis betulinis prope Sain Saëns Galliæ. — Præcedenti cognatus.

3. **Cortinarius claricolor** Fr. Epicr. p. 257, Hym. Eur. p. 336 et Ic. 3668
t. 141, f. 2, Cooke Ill. t. 693, Quél. Grev. t. 102, f. 1, *A. multiformis claricolor* Fr. Obs. 2, p. 65, Secr. n. 142. — Pileo compacto, explanato, glabro, sicco nitido, sæpe squamose diffracto; stipite solido, attenuato, primo floccoso-squamoso veloque albis; lamellis subadnexis, confertis, serratis, e cæsio-albido pallidis; sporis ovoideis, nucleatis, 11-12 ≃ 6-8.

*Hab.* in betuletis apricis asperis, ericetosis in Smolandiæ, Hallandiæ montanis copiose, sed solitarius, et ad terram in silvis Croghan Amer. fœder. — Admodum robustus, durus, carne alba, pileo luteo (raro a velo universali irrorato), sed stipes primo albo-peronatus, et quidem squamis concentricis, adultus omnino nudus.

4. **Cortinarius turmalis** Fr. Epicr. p. 257, Hym. Eur. p. 336, Cooke 3669
Ill. t. 694, Karst. n. 209, *A. multiformis* γ. l. c. Secr. n. 197. —
Pileo carnoso, convexo-plano, levi, viscido, glabro, discoideo; stipite cylindrico, candido, primitus velo lanoso albo peronato, dein nudo; cortina supera, fibrillosa, annulari, persistente; lamellis emarginatis decurrentibusve, confertis, subserratis, ex albido argillaceis; sporis dilute fuscidulis (sub micr.), 8-9 ≃ 5.

*Hab.* in silvis, præcipue fagetis, inter folia coacervata, in tumulos vastos vulgo stipatus in Europa. — Stipes nunc 8, nunc 16 cm. longus, basi potius attenuatus, quam incrassatus; pileus circ. 10 cm. latus, luteo-ochraceus, nitens, primo e velo flocculoso-sericeus, mox nudus, glaber (obsoleteve virgatus), non rimosus, quia caro candida mollis; lamellæ numquam in cæsium vergunt.

5. **Cortinarius crassus** Fr. Epicr. p. 257, Hym. Eur. p. 337 et Ic. t. 142, fig. 1, Cooke Ill. t. 696. — Pileo crasse carnoso, plano depressoque, unicolore, disco glabro, ceterum fibrillis innatis strigoso; stipite valido, obeso, fibrilloso, albo, apice albo-farinaceo; lamellis rotundatis, confertis, integerrimis, e pallido argillaceis. 3670

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ raro. — Valde notabilis, curtus, robustus, sed caro mollis pallescens. Pileus 8–13 cm. latus, sordide luteus, opacus, non nisi disco primitus viscidulus. Videtur hinc ad Inolomata pertinere, sed affinitate cum proximis intime connexus. Utrumque velum sæpe obsoletum.

6. **Cortinarius balteatus** Fr. Epicr. p. 257, Obs. 2, p. 138, Hym. Eur. p. 337 et Ic. t. 142, f. 2, Cooke Ill. t. 696. Cfr. Secr. n. 227. — Pileo compacto, applanato, viscido, mox sicco, in floccos innatos soluto, margine subcærulescente, sericeo, inflexo; stipite obeso, solido, primitus peronato-tomentoso, apice velutino cortinatoque carneque albis; lamellis emarginatis decurrentibusque, confertis, integerrimis, albidis; sporis 10–12 $\mu$. longis. 3671

*Hab.* locis siccis, præcipue in pinetis Europæ. — Maxime mutabilis, versipellis, semper robustus, curtus; stipite bulbiformi, pileo testaceo-ferrugineo etc., margine etiam concolore. Primitus viscosus est et in hac ætate exsiccatus nitens; vulgo gluten disparet, tum opacus et dissolutus.

7. **Cortinarius sebaceus** Fr. Epicr. p. 258, Hym. Eur. p. 337 et Ic. t. 143, f. 1, Cooke Ill. t. 697, Grevillea t. 83, Quél. p. 133. Cfr. Secr. n. 145. — Pallescens; pileo carnoso, infracto-expanso, subrepando, cum velo pruinoso albicante, viscidulo, carne veloque partiali fugacissimo albis; stipite solido, valido, æquali, fibrilloso; lamellis emarginatis, haud confertis, argillaceis; sporis pallide cinnamomeis, 10 ≃ 7–8, breve apiculatis. 3672

*Hab.* in pinetis regionum campestrium Europæ. — Stipes 8–11 cm. longus, sæpe tortus et compressus, 1¼–2½ cm. crassus; pileus 6–13 cm. latus, unicolor, alutaceus, carne (ut stipitis) alba; lamellæ demum latæ, pallide cinnamomeæ [nunquam cæsiæ], sed ad latera albidæ.

8. **Cortinarius sororius** Karst. Symb. Myc. Fenn. IV, p. 175. — Pileo carnoso, convexo- seu hemisphærico-explanato, viscidulo, glabro stramineo-pallente vel alutaceo, 4-6 cm. lato; stipite cylindrico, solido, floccoso-squamuloso, dein nudo, albo, 9-13 cm. longo, 1 cm. crasso; lamellis adnatis, demum subdecurrentibus, confertis, e cæsio v. dilute cærulescente argillaceo-cinnamomeis. 3673

*Hab.* in Syrjöas Fenniæ passim. — Solitarius vel gregarius; sporæ ovoideo-ellipsoideæ, flavescentes, 8–10 ≃ 5–6. Species præcedenti subjuncta, at in ejusdem auctoris opere «Hattsv.» omissa.

9. **Cortinarius lustratus** Fr. Epicr. p. 258, Hym. Eur. p. 337. — Albidus; pileo carnoso, convexo-plano, æquali, levi, glabro, viscoso, margine fibrilloso, cortinato; stipite solido, valido, subæquali; lamellis rotundatis, confertissimis, immutabilibus. 3674

*Hab.* in ericetis Europæ raro. — Maxime insignis colore; lamellæ albæ, sporæ tamen omnino ochraceæ. Cortina in hoc et *sebaceo* non stipiti, sed pilei margini adhæret. Batt. t. 7, f. *D*, h. l. esse posset, sed velum multo densius.

**) Lamellis e violaceo v. purpurascente cinnamomeis.

10. **Cortinarius varius** (Schaeff.) Fr. Epicr. p. 258, Hym. Eur. p. 338, Cooke Ill. t. 698, Berk. Outl. p. 183, Quél. pag. 134, *Agaricus* Schaeff. t. 42, Secr. n. 192, *A. glaucopus* β. Pers. e syn., sed potius forma lutescens veri. — Pileo compacto, hemisphærico-explanato, levi, viscido, discoideo, margine glabro, carne alba; stipite solido, eurto, conico, adpresse flocculoso, albido; lamellis emarginatis, confertis, integerrimis, e purpurascente argillaceo-cinnamomeis; sporis ellipsoideis, flavidis, 10-13 ≃ 6. 3675

*Hab.* in pinetis regionum campestrium Europæ et Cincinnati Amer. fœder. — Stipes validus, 4–6 cm. longus, superne 1¼, inferne 2½ cm. et ultra crassus, intus demum cinerescens nec lutescens; pileus æqualis, 6 cm. et ultra latus, haud manifeste virgatus, crustulinus, ferrugineo-fulvus, circa marginem fibrilloso-appendiculatus.

11. **Cortinarius cyanopus** (Secr.) Fr. Epicr. p. 258, Hym. Eur. p. 338, Cooke Ill. t. 699, Quél. in Grevillea t. 102, f. 2, Berk. Outl. p. 184, Quél. p. 134, *Agaricus* Secr. n. 174 (modo viscosus). *Agaricus glaucopus* Sowerb. t. 223. — Pileo carnoso, hemisphærico-explanato, levi, viscido, margine tenui, glabro, concolore, carne albida; stipite solido, e violaceo albicante, supra cortinam superam tenuem nudo, bulbo depresso obliquo; lamellis ex adnato emarginatis, latis, subconfertis, e violaceo expallentibus. 3676

*Hab.* in nemoribus frondosis prope Upsaliam ad Fredrikslund in Suecia, in Britannia, Germania, Gallia et Belgio. — Pileus 5–8 cm. latus; stipes 5–8 cm. longus, 1¼ cm. crassus; lamellæ 6–8 mm. latæ. Caro pilei non violascens, sed primo sordida, stipitis primo superne obsolete violaceo-variegata. Bulbus amplus, spongio-

sus, depressus, sæpe obliquus, subrhombeus, sed non marginatus; pileus enim primitus exsertus est. Hic ceterum, spadiceo-lividus, dein alutaceus. Lamellæ in eodem cæspite intense violaceæ et fere albidæ.

12. **Cortinarius variicolor** (Pers.) Fr. Epicr. p. 259, Hym. Eur. p. 338 3677
et Ic. t. 144, f. 1, Cooke Ill. t. 700, Quél. Jura pag. 194 et in Grev. t. 103, f. 2, Gillet C. F. c. ic. *Agaricus* Pers. Syn. p. 280, S. M. I, p. 222, Alb. et Schw. p. 153, Secr. n. 156, Krombh. t. 2, f. 23 (pravus). — Pileo compacto, convexo-expanso, viscido, discoideo, margine tomentoso violaceo, carne stipiteque duro, obeso, primo villoso e cæruleo albicantibus; lamellis decurrenti-emarginatis, subarcuatis, confertis, e cærulescenti-argillaceo cinnamomeis.

*Hab.* in pinastretis ericetosis Europæ hinc inde tantum, sed copiosus — Pileus 8-11 cm. latus; stipes 5-7 cm. longus, $2^1/_2$ cm. crassus. Valde durus, compactus, mitis; stipite solito magis in pileum diffuso, colore primo spadiceo (rarius toto violaceo-villoso), dein rubiginoso. Nuperius legit Fr. formam maximam, lamellis fuligineis dubia tollentem de synonymo Persoonii. Icones Krombholzii hujus et affinium tam abnormes, ut vix citentur. — * **C. nemorensis** Fr. Hym. Eur. p. 339: pileo compacto, primo glabro, viscido, mox sicco, opaco, piloso-rivuloso; stipite clavato, apice cavo farinaceoque; lamellis rotundato-subdecurrentibus. In fagetis montanis Europæ. Stipes 8 cm. longus; pileus 11-13 cm. latus, spadiceo-lutescens, circa marginem primo cærulescens.

13. **Cortinarius largus** Fr. Epicr. p. 259, Hym. Eur. p. 339, Cooke 3678
Ill. t. 701, Quél. pag. 339, Buxb. C. IV, t. 23, *A. centrifugus* Secr. n. 164. — Pileo carnoso, dilatato, repando, subgibbo, adpresse sericeo-fibrilloso, viscidulo, carne e cæsio alba; stipite solido, fibrilloso, curvato, e violaceo albicante, apice pruinoso; lamellis adnato-emarginatis, latis, confertis, integerrimis, e cæsio-argillaceo cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Cæspitosus, amplus. Stipes nunc brevis, bulbosus, vulgo elongatus (11-14 cm.), $2^1/_2$ cm. crassus, curvatus et adscendens, tritus sæpe sanguinolentus, non villosus (cortina supera pendula); pileus 11-16 cm. latus, disco excepto haud compactus, variicolor, vulgo spadiceo-fulvus, junior canescens, cærulescens; rarius ad marginem subsquamulosum tinctura cærulea persistit. Sed exstat var. serotina lutescens, etiam stipite intusque in ejus basi lutescente.

14. **Cortinarius spadiceus** Fr. Epicr. p. 261, Hym. Eur. p. 339 et Ic. 3679

t. 144, f. 2. Cfr. Monogr. II, p. 307, Batsch f. 16 (senio decoloratus). — Pileo carnoso, æquali, convexo-plano, levi, viscoso, pellicula separabili, fuligineo-spadiceo; stipite fibrilloso-striato, pallescente, cortina supera; lamellis emarginatis, cyaneis, dein cinnamomeo-brunneis lutescente.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Stipes basi spongiosus et lutescens. Pileus 5-8 cm. latus, margine demum striatus. Caro albo-lutescens.

15. **Cortinarius Riederi** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 259, Hym. Eur. p. 339, 3680
Cooke Ill. t. 702, *Agaricus* Weinm. Ross. p. 161. — Pileo compacto, campanulato-expanso, levi, glutinoso, sicco nitido, carne aquosa; stipite solido, clavato, lilacino-sericeo fibrillosoque; lamellis adnatis, crassiusculis, erosis, e lilacino cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis circa Petropolin in Rossia et in Britannia. — Stipes 11-13 cm. longus, fulvo-fibrillosus; pileus 8 cm. latus, obtuse umbonatus, udus mucosus, obsolete virgatus, ochraceus. Myxaciis videtur affinis.

16. **Cortinarius centrifugus** Fr. Epicr. p. 259, Syst. Myc. I, p. 222, 3681
Hym. Eur. p. 339, Lasch l. c. — Pileo carnoso, plano-depresso, glabro, viscoso, discoideo, margine æruginoso, carne stipiteque solido, valido, clavato-bulboso, glabrescente albis, cortina annulari persistente; lamellis emarginatis, subconfertis, crenulatis, ex incarnato-violaceo cinnamomeis; sporis 10 $\mu$. longis.

*Hab.* in pinetis Smolandiæ centralis. — Statura *C. lati.* Pileus ne virgatus quidem, fusco-lutescenti-violaceus, dein luteus, 12 cm. d.

17. **Cortinarius sphagnophilus** Peck 29 Rep. p. 42. — Pileo convexo 3682
v. expanso, glabro, viscido, pallide brunneo, maculis fuscis aquosis centro præsertim notato; stipite elongato, firmo, bulboso, sericeo, striato, pallide violaceo; lamellis latis subdistantibus, transverse rugulosis, e violaceo cinnamomeis; sporis oblongo-ellipsoideis, 10-13 $\mu$. long.

*Hab.* in uliginosis sphagnosis, Greig Americæ bor. — Statura 13-15 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes 8-10 mm. crassus. Hujus speciei notam distinctionis sistit pileus maculatus.

***) Lamellis luteis, cinnamomeis, ferrugineis (nec primo albidis violaceisve).

18. **Cortinarius percomis** Fr. Epicr. p. 260, Hym. Eur. p. 340 et Ic. 3683
t. 143, f. 2, Quél. in Grev. t. 104, f. 3. — Pileo carnoso, convexo-plano, æquali, levi, glaberrimo, viscoso; stipite solido, clavato-attenuato, fibrilloso, supra cortinam superam pruinoso, intus sulphureo; lamellis late emarginatis, subconfertis, sulphureis, demum de-

coloratis; sporis subsphæroideo-ellipsoideis, utrinque leviter attenuatis, fuscidulis (sub. micr.), 11-12 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis abiegnis circa Upsaliam in Suecia, in Germania et in silva Syrjöas Fenniæ. — Elegans, *C. fulgenti* colore similis. Stipes haud bulbosus, pallidus, flavescens, siccus, fibrillis adpressis obscurioribus subperonatus; pileus gilvus, siccus pelliculosus, 5-8 cm. latus, obtusus, intus pallide lutescens; lamellæ primo confertæ, lætæ, dein subdistantes, 9 mm. usque latæ, argillaceo-cinnamomeæ.

19. **Cortinarius latus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 260, Hym. Eur. p. 340, Quél. in Grev. t. 116, f. 1, *Agaricus* Pers. Syn. p. 276, Fr. Syst. Myc. I, p. 215, Lasch l. c. n. 568, *A. ferruginascens* Batsch f. 187 est hujus lusus. — Pileo carnoso, explanato, glabrato, udo, vix viscido; stipite solido, fibrilloso, pallescenti-albo, apice flocculoso, cortina supera annulari-persistente; lamellis emarginatis, subintegerrimis, confertis, argillaceo-cinnamomeis. 3684

*Hab.* locis humidis sphagnosis Europæ, gregarius. — *C. claricolori* et *C. multiformi* intime cognatus. Pileus 8-11 cm. latus et ultra, crustulinus vel alutaceus, disco obscurior, carne molli alba; stipes pro ratione brevis, 5-8 cm. longus, 1-2½ cm. crassus, fibrilloso-striatus, primo bulbosus, dein subæqualis; lamellæ inæqualiter decurrentes. Non Secr. n. 64, qui potius *Phol. caperatæ* var., sed n. 195?

20. **Cortinarius saginus** Fr. Epicr. p. 260, Syst. Myc. I, p. 226, Hym. Eur. p. 340, Cooke Ill. t. 703, Quél. Grev. VI, tab. 92. — Pileo carnoso, plano-convexo, inæquali, glabro, viscoso; stipite solido, subbulboso, fibrilloso, flavescente, aprice nudo, cortina fugaci; lamellis decurrentibus, latis, erosis, e pallide-sordido cinnamomeis. 3685

*Hab.* in silvis abiegnis montanis Europæ, valde gregarius, subcæspitosus, amplus. — Stipes 8 cm. longus, 2½ cm. et ultra crassus; pileus 10-13 cm. latus, luteus; caro alba.

21. **Cortinarius cliduchus** (Secr.) Fr. Epicr. p. 260, Hym. Eur. p. 340 (*Agar.*), Secr. n. 199, n. 198 præcedenti valde affinis. — Pileo carnoso, plano, depresso, glabro, viscido, nitido, discoideo; stipite solido, clavato-bulboso, subcurvato, fibrilloso, luteo, supra cortinam fugacem superam albo-sericeo; lamellis subadnatis, serratis, confertis, ferrugineo-cinnamomeis. 3686

*Hab.* in fagetis, quercetis Europæ, rarissimus. — Caro alba, pilei sub pellicula interdum rubens; pileus 8 cm. latus, læte luteus, sæpe obliquus.

22. **Cortinarius russus** Fr. Epicr. p. 261, Hym. Eur. p. 341, Worth. Sm. in Transact. Woolh Cl. 1870, t. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, viscoso, circa marginem innato-sericeo-fibrilloso; stipite subcavo, molli, attenuato, adpresse fibrilloso, pallescenti-albo, cortina fugaci; lamellis adnatis, latis, confertis, venoso-connexis, rufo-ferrugineis; sporis brunneis, 8 ≈ 5. 3687

*Hab.* in pinetis subhumidis Europæ rarissime. — Habitus *C. rufo-olivacei*. Stipes subadscendens, obliquus, non violascens, nec bulbosus; pileus 10 cm. latus, non repandus, sed sæpe excentricus, 10 cm. latus, cupreo-rufus; caro mollis, ex aquose rubello alba; sapor non acris, sed valde nauseosus.

****) Lamellis olivaceis.

23. **Cortinarius cephalixus** (Secr.) Fr. Epicr. p. 261, Hym. Eur. p. 341, Trog. *Agaricus* Secr. n. 297. — Pileo carnoso, plano, subrepando, viscoso, disco obscuriore, granulis fuscis punctato; stipite clavato, pallescente, inferne adpresse fusco-squamuloso, apice albo cortinatoque; lamellis adnexis, tenuibus, erosis, ex albo dilute ferrugineo-olivaceis. 3688

*Hab.* in silvis mixtis Europæ. — Stipes rectus vel curvatus, 5 cm. longus; pileus olivaceus, circa marginem lutescentem demum bullatus et flexuosus, carne firma alba.

24. **Cortinarius infractus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 261, Hym. Eur. p. 341, Cooke Ill. t. 704, Quél. in Grev. t. 104, f. 3, Fr. Syst. Myc. I, p. 223, var. *a*, et certe etiam Secr. n. 188, *Agar.* Pers. Syn. p. 283 ex parte. — Pileo explanato, levi, virgato, viscido, disco compacto, expallente, margine tenui, infracto, demum revoluto, flexuoso; stipite solido, ovato-clavato, adpresse fibrilloso, pallescente; lamellis adnatis, latis, confertis, umbrino-olivaceis. 3689

*Hab.* in fagetis umbrosis Europæ. — Sat robustus. Stipes olivaceo-fuscescens, apice fumosus, raro violascens; pileus primo æqualis, opacus, e lurido-olivaceo lutescens, demum circa marginem fusco-zonatus, carne e sordido albicante; lamellæ integerrimæ, vix crispæ, modo undulatæ.

25. **Cortinarius anfractus** Fr. Epicr. p. 262, Hym. Eur. p. 341, Cooke Ill. t. 705, Quél. l. c. *A. infracti* var. Pers. Syn. *B*, S. M. l. c., Weinm. n. 269, Secr. n. 189. — Pileo carnoso, inæquali infractoque, demum undulato, repando, viscidulo, sicco nitido; stipite farcto, inæquali, adpresse fibrilloso, apice violaceo cortinatoque; la- 3690

mellis arcuato-adfixis, crispis, subdistantibus, fuligineo-olivaceis, demum cinnamomeis; sporis 6 ≃ 4.

*Hab.* in silvis tam frondosis quam acerosis, locis humidis Europæ. — Præcedente tenuior, primitus vulgo magis sinuosus et irregularis. Stipes 5 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, adscendens vel curvatus, demum basi cavus, e sordido albicans; pileus 5–8 cm. latus, ex olivaceo-fuligineo tigrinoque fulvus, nitidus, sæpe scrobiculatus et circa margines demum lobatos depressus; caro albicans; lamellæ 7–9 mm. latæ.

26. **Cortinarius Berkeleyi** Cooke Ill. t. 706, *Cort. anfractus* Berk. 3691
Outl. p. 184, non Fries. — Pileo carnoso, inæquali, profunde plicato, et undulato viscido, subochraceo, siccitate nitido, stipite farcto, crasso basi bulboso, inæquali, dense fibrilloso, sursum violaceo et villoso; lamellis emarginatis, arcuatis, crispis, subdistantibus, sordide olivaceis, dein cinnamomeis.

*Hab.* in silvis raro King's Cliffe Britanniæ. — Totus fungus primo volva albida tectus. Species in tabula Cookeana 707, etsi sub eodem nomine, recedere videtur.

27. **Cortinarius subtortus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 273, Monogr. II, p. 15, 3692
Hym. Eur. p. 342, *Agaricus* Pers. Syn. p. 284. — Pileo carnoso, convexo, expanso, obtuso, molli, glabro, exstrio, viscido; stipite inæquali, subtorto, pallescente, apice subcavo; lamellis rotundato-adnatis, perlatis, subdistantibus, cinereo-olivaceis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 8–9 ≃ 6–7.

*Hab.* locis udis in silvis abiegnis montanis Europæ. — Stipes 5–11 cm. longus, $1^1/_2$ cm. crassus, clavulatus vel ventricosus, vix cærulescens; pileus, disco excepto, tenuis, $2^1/_2$–8 cm. latus, mox alutaceus, pallescens, demum rugulosus, carne molli, pallida; lamellæ subvenoso-connexæ.

28. **Cortinarius jasmineus** Fr. Epicr. p. 262, Hym. Eur. p. 343, Secr. 3693
n. 186. — Pileo carnoso-explanato, gibbo, undulato, lacunoso, rugoso, viscoso, carne ochraceo-lutescente; stipite farcto, subæquali, medio e pustuliulis violaceo-punctatis cærulescente, apice albo; lamellis subadnatis, perlatis, subconfertis, pallide olivaceis.

*Hab.* in quercetis Europæ. — Stipes subrectus, fragilis, demum cavus, basi intusque lutescens; pileus sordide olivaceus, disco primo fusco, dein lutescente, opaco; lamellæ acie albicantes, dein cinnamomeæ. Var. stipite brevi albo, pileo lutescente-viridi nitido, lamellis subliberis.

†† Scauri. Bulbus depressus v. turbinatus, marginatus. Stipes carnosus, fibro-

sus, cortina a bulbi margine, vulgo infera. Pileus æqualiter carnosus. Lamellæ subsinuatæ.

Bulbus marginatus est volvæ circumscissæ species. In multis cum indumento pilei primo conjunctum vidi, in aliis quoque volvaceum liberum; hinc stipes numquam a velo universali peronatus nec primitus, ut in proximis, exsertus, vix umquam apice farinaceus v. vestitus, sed Amanitarum ** more in pileo et bulbo, duorum globulorum instar applicatis, primo inclusus. Impressio bulbi circa stipitem pendet a pilei margine primo intruso. Inter Scauros et Cliduchos exstant nonnulli intermedii, Pansæ dicti (n. 10, 40, 41), pileo stipitem ad basim usque primo amplectente, quare bulbus fere deest, sed ipsa basis marginata. Fr. l. c.

*) Lamellis ex albido argillaceis v. dilute cinnamomeis.

29. **Cortinarius multiformis** Fr. Epicr. p. 263, Hym. Eur. p. 343, 3694
Cooke Ill. t. 708, 709, Berk. Outl. p. 184, Quél. p. 135, *Agaricus* Fries Obs. 2, p. 63, Weinm. Ross. p. 162, *A. turbinatus* Sowerb. t. 102, Swartz. — Pileo carnoso, convexo-expanso, æquali, glabro, viscido, carne cortinaque fugaci albis; stipite solido, attenuato, adpresse fibrilloso, nudo, albo-lutescente, bulbo submarginato; lamellis emarginatis, confertis, serratis, ex albido argillaceo-cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, dilute fuscidulis (sub lente), 8-9 ≃ 5-6.

*Hab.* in silvis copiose in Europa. — Stipes 5-11 cm. longus, 1-1½ cm. crassus, a bulbo interdum obsolete marginato attenuatus, non viscosus, apice nudus, intus demum lutescens; pileus 8-10 cm. latus, ubique concolor, lutescens, argillaceus etc., ex aeris constitutione valde viscidus vel subsiccus, tum sæpe a velo universali albo irroratus, margine tenui deflexo; lamellæ interdum cæsio-albidæ. Admodum mutabilis. — Var. *balius* pileo maculato, Secr. n. 215, *C. elevatior* pileo fibrilloso-virgato, Secret. n. 226.

30. **Cortinarius rapaceus** Fr. Epicr. p. 263 et Ic. t. 145, f. 1, Quél. 3695
in Grev. t. 104, f. 4. — Pileo compacto, æquali, convexo-plano, levi, glabro, viscoso, carne stipiteque farcto, curto cortinaque obsoleta albis, bulbo depresso marginato; lamellis rotundatis, confertis, integerrimis, ex albo argillaceis.

*Hab.* in silvis Europæ. — Parvus sed compactus. Stipes 2½ cm. parum excedens, 1¼ cm. crassus, intus medullatus; pileus 4-5 cm. latus, argillaceo-albus, non expallens, margine regulariter inflexo.

31. **Cortinarius Napus** Fr. Epicr. p. 263, Hym. Eur. p. 343, Cooke 3696
Ill. t. 710, Quél. p. 340. — Pileo carnoso, convexo-plano, glabro,

glutinoso, margine infracto; stipite solido, æquali, glabro, e bulbo obconico et oblique marginato adscendente carneque albis; lamellis emarginatis, latis, subdistantibus, crispis, albido-fuligineis.

*Hab.* in pinetis Europæ raro. — Compactus, intus albus, linea cornea sub lamellis ad latera hyalinis. Stipes 6 cm. longus, basi lutescens; pileus 5–8 cm. latus, spadiceo-fulvus vel fuligineus. Accedit ad**.

32. **Cortinarius allutus** Fr. Epicr. p. 203, Hym. Eur. p. 343, Secr. n. 217, Cooke Ill. t. 752. — Pileo carnoso, conico-convexo, glabro, viscoso, expallente, margine obscuriore, carne rufescente; stipite viscido, albo, apice farinaceo, deorsum rufescenti-striato, marginato-bulboso; lamellis adnatis, subconfertis, crenulatis, tenuibus, ex albido rufescentibus. 3397

*Hab.* in pinetis Europæ, raro. — Minor, colore («roussâtre») insignis. Pileus udus, luteo-aurantius disco pallidiore, siccus intense luteus; lamellæ variant decurrentes.

33. **Cortinarius Talus** Fr. Epicr. p. 263, Hym. Eur. p. 344 et Ic. t. 145, fig. 2, Cooke Ill. t. 711. — Pileo carnoso, convexo, æquali, levi, glabro, viscoso; stipite solido, æquali, cylindrico, glabello, basi marginato-bulboso, una cum carne pallescente; lamellis emarginatis, subconfertis, ochreo-stramineis (vix decolorantibus). 3698

*Hab.* in silvis Scaniæ, Upsaliæ in Suecia. — Bulbus parvus. Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 5 cm. latus v. parum ultra, sat tenuis, colore peculiari opaco, margine subolivaceo-lutescente; caro sordide albo-pallida; hyalinis maculis guttata, sub lamellis linea cornea.

34. **Cortinarius elotus** Fr. Epicr. p. 264, Hym. Eur. p. 344. — Pileo carnoso, subpulvinato, inæquali, glabro, lente viscido, disco lato compacto expallente, margine tenui demum striato; stipite curto, fibrilloso, pallescente, bulbo marginato obsoletove; lamellis emarginatis, latis, subdistantibus, e pallido olivaceo-argillaceis. 3399

*Hab.* in ericetis, pratis muscosis asperis Smolandiæ passim, sed subsolitarius. — Admodum distinctus colore mutabili, sapore acri. Stipes (extus intusque) nunc virens, nunc cærulescens, nunc acyaneus (nota in multis fallax); pileus e fuligineo fulvello-alutaceus, margo obscure melleus persistens; lamellæ pallescenti-cæsiæ, albidæ, sæpius olivellæ ad **** transitum indicant.

35. **Cortinarius coloratus** Peck 23 Rep. p. 105. — Pileo carnoso, late convexo vel expanso, glabro, rubescenti brunneo nitente; stipite æquali, solido vel farcto, firmo, fibrilloso, albido, bulboso; la- 3700

mellis tenuibus, profunde emarginatis, acie erosis ex albido cinnamomeis.

*Hab.* ad terram muscosam sub Abietibus, ad monte Catskill Amer. bor. — Statura 10-15 cm. metiens; pileus 8-10 cm. latus; stipes 8-12 mm. crassus; lamellæ exquisitæ atque obscuræ transverse striatæ; pilei color emicans, rubescenti-luteus, subaurantiacus.

36. **Cortinarius leucophanes** Karst. Symb. VII, p. 3. — Pileo carnoso, tenui, convexo, æquali, regulari, viscoso, albo, levi, glabro, 3-3,5 cm. lat.; stipite deorsum vulgo incrassato, basi attenuato, e cortina fugaci primitus subfibrilloso, demum glabro, albo, circiter 3,5 cm. longo, 6-7 mm. crasso; lamellis adnexis, rotundatis, confertis, pallide ochraceis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, flavescentibus et diaphanis (sub micr.), 5-6 ≃ 4. 3701

*Hab.* locis aridis pinetorum prope Mustiala Fenniæ, parcissime obvius.

37. **Cortinarius corrugatus** Peck in 24 Rep. of the Bot. p. 72. — Pileo carnoso, late campanulato vel convexo, levi, viscido, reticulato-rugoso, luteo-nitido, margine incurvato; lamellis confertis, postice leniter attenuatis, acie minute erosis, pallidis dein pallide cinnamomeis; stipite solido, cylindraceo, levi, cavo, bulboso, albescente vel pallide lutescente, bulbo viscido, pileo concolori; sporis subglobosis vel late ellipsoideis, echinulatis, 11-12 $\mu$. longis. 3702

*Hab.* ad terram inter folia dejecta Kalmiæ latifoliæ, Highlands Amer. bor. — Totus fungus 7,5-12,5 cm. altus; stipes 15-20 mm. crassus; pileus 5-7,5 cm. latus.

38. **Cortinarius variegatus** Bres. Fungi Trident. pag. 56. t. LXII, var. **marginatus** Bres. l. c. tab. LXIII. — Pileo carnoso, convexo, interdum vertice plano, demum expanso ex umbonato margine infracto, ut plurimum undulato lobatove primitus lateritio et fibrillis albis longitudinalibus variegato, demum glabrescente et unicolori alutaceo-luteo, sæpe zona marginali rufa prædito, 5-10 cm. lato; lamellis confertissimis, strictis, postice rotundato-liberis, raro sinuato-remotis, ex albido pallide-cinnamomeis; stipite farcto fibrilloso, albido, ætate subferrugineo, basi attenuato subradicato, interdum ventricoso aut marginato, subbulboso, 5-7 longo, 2-3 cm. crasso, cortina media, alba fugaci; carne alba, sub epidermide pileo concolori inodora; sporis subamygdaliformibus flavo-aureis, subtiliter asperulis, 8-10 ≃ 3-3½, basidiis 25-30 ≃ 6-8. 3703

*Hab.* in silvis coniferis Val di Sole Trento, late et dense con-

gregatus, quotannis obvius, autumno. — Typus in opere cl. Bresadolæ diagnosi caret, ex icone (tab. LXII) a varietate differt stipite farcto crassiori, basi non subbulboso, non marginato, pileo lateritio, centro obscuriore, sporis angustioribus.

39. **Cortinarius communis** Peck 23 Rep. p. 106. — Pileo carnoso, 3704
late convexo v. expanso, albido vel griseo, rubro tincto, disco intensius colorato; stipite æquali, solido vel farcto, haud bulboso, apice albo-farinoso, deorsum fibrilloso, sordide albo; lamellis latiusculis, haud confertis, emarginatis atque dente spurio decurrentibus, albidis, demum ochraceo-cinnamomeis.

*Hab.* in silvis et locis adustis, Center, in montibus Catskill Amer. bor. — Vulgatus; statura 5–10 cm. metiens; pileus 5–8 cm. latus; stipes 6–10 mm. crassus; sporæ fusco-brunneæ non veri Cortinarii sed plurimarum Pholiotarum. Crescit etiam ad assulas Pini humi fusas, ex quo altera cum Pholiotis nota communis; sed annuli absentia atque velum arachnoideum ad hoc genus referre vetant.

** Lamellis violaceis, cyaneis, pur purascentibus, demum cinnamomeis.

40. **Cortinarius glaucopus** (Schaeff.). Fr. Epic. p. 264, Hym. Eur. p. 3705
344, Cooke Ill. tab. 712, Bern. Roch. t. 32, fig. 3, Berk. Outl. p. 184, Quél. p. 135, *Agaricus* Schaeff. t. 85, S. M. I, p. 224, Weinm. p. 159, Secr. n. 179, *B. A. defossus*, Batsch f. 73, (fulvescens, ut *C. fulventem* facile credas). — Pileo compacto, ex infracto expanso, subrepando, viscido, dein floccoso-squamoso fibrillosove, carne demum lutescente; stipite solido, valido, striato, e cærulescente pallide lutescente, basi marginato; lamellis emarginatis, latis, e cærulescente argillaceo-cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis (s. micr.), 8–9 = 5–6.

*Hab.* in pinetis regionum campestrium abunde in Europa et Carol. inf. Amer. fœder. — Validus, amplus, primo admodum curtus stipite bulbiformi, dein elongato, recto, 8–11 cm. longo, circiter 2–3 cm. crasso, intus primo dilute cærulescente; pileus 5–14 cm. latus, primo olivaceo-spadiceus, mox fulvo-lutescens, circa marginem zona elevata fusca sæpe notatus, ut *C. infractus*, et *C. purpurascens*.

41. **Cortinarius pansa** Fr. Epic. p. 264, Hym. Eur. p. 344, et Ic. 3706
t. 145, fig. 3, *Agaricus* Fries Obs. 2, p. 67, *A. pachypus* Schum. (non Holmsk.), Secr. n. 180 (var. stipite apice violascente). — Pileo compacto, infracto, repando, glabro, squamis innatis guttato,

nitido, carne alba; stipite obeso, æquali, basi marginato cortinaque inflexa luteis; lamellis rotundatis, subconfertis, integerrimis, cyaneis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 8-9 ≈ 5.

*Hab.* in silvis, fagetis et pinetis Europæ. — Vulgo curtus persistens. Pileus aurantio-fulvus, nec zonatus, nec fibroso-virgatus, junior margine e velo flavo-tomentosus, primitus ad basim omnino stipitem amplectens, qui igitur tantum marginatus nec bulbosus. *C. vario* certe magis quam proximis affinis.

42. **Cortinarius calochrous** (Pers.) Fr. Epicr. p. 265, Hym. Eur. p. 345, Cooke Ill. t. 713, Gillet C. Fr. c. ic., Quél. Jura p. 136 et in Grev. t. 105, f. 1, Berk. Outl. p. 185, *Agaricus* Pers. Syn. p. 283, Fr. Obs. 2, p. 68, Secr. n. 191. — Pileo carnoso, convexo-explanato, glabro, viscido, immutabili, carne compacta, alba; stipite solido, æquali, fibrilloso, albo-lutescente, bulbo distincte marginato inserto; lamellis emarginatis, confertis, serratis, cyaneo-purpurascentibus; sporis 12-13 ≈ 7. 3707

*Hab.* in fagetis apricis Europæ et Carol. inf. Amer. fœder. raro. — Stipes 8-11 cm. latus, æqualis, curtus, acyaneus; pileus 2-8 cm. longus, 2½ cm. crassus, vulgo fulvus, circa marginem luteus, sæpe guttatus glebisque inquinatus; margo tenuis, involutus, passim flexuosus, non infractus. *A. calochrous* Fr. S. M. etiam sq. amplectitur.

43. **Cortinarius cærulescens** Fr. Epic. p. 265, Hym. Eur. p. 345, Quél. in Grev. t. 105, fig. 3, Gillet C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 721, 722, Berk. Outl. l. c., *A. calochrous* b. Letell. t. 651, *Ag. cyaneus* Pers. Syn. Schaeff. t. 34, (haud bona), Secr. n. 150, Vent. t. 32, f. 1-3. — Pileo carnoso, convexo, explanato, levi, viscido, carne molli stipiteque solido, attenuato, nudo e cæruleo albicantibus, bulbo marginato; lamellis adnexis, confertis, integerrimis, primitus pure et obscure cæruleis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, vel subellipsoideis, fuscidulis s. flavidis (s. m.), 9-10 ≈ 5-6. 3708

*Hab.* in silvaticis montanis frequens in Europa et Cincinnati Amer. fœder. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1-2 cm. crassus. Junior passim totus cæruleus; vulgo pileus argillaceus v. fuscescenti-lutescens, siccus subfibrillosus. Caro fracta et lamellæ tritæ non colorem [intense cæruleum] mutant, sed hæ in purpureum demumque cinnamomeum transeunt. Odor vix ullus et ab *C. camphomorati* diversissimus; hinc potius Secr. n. 150, quam n. 148.

44. **Cortinarius purpurascens** Fr. Epicr. p. 265, Hym. Eur. p. 345, Quél. in Grev, t. 105, fig. 2, Cooke Ill. t. 723, 724, Berk. Outl. 3709

p. 185, Quél. p. 136, Fr. Obs. 2, p. 70 (incl. n. 56), Secr. n. 157, *Ag. umbrinus* Pers. Syn. — Pileo compacto, dilatato, subrepando, tigrino, viscido, carne ubique cærulea; stipite solido, obeso, fibrilloso, bulbo marginato evanido; lamellis late emarginatis, confertis, e cæruleo argillacco-cinnamomeis, tritis purpurascentibus.

*Hab.* in silvis montanis Europæ. — Pileus 11-14 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus; lamellæ 7 mm. et ultra latæ; sporæ 8 = 5. Facies *C. glaucopodis* [sæpe pileus etiam zona submarginali notatus], sed pileus e spadiceo-fusco fulvo-olivaceus, non expallens. Caro vix purpurascens.

45. **Cortinarius subpurpurascens** (Batsch)Fr. Epicr. p. 265, Hym. Eur. 3710
p. 346, Cooke Ill. t. 725, Kickx p. 190, *Agaricus* Batsch f. 74, Secr. n. 157 *B.* — Pileo tenuiore, subvirgato, expallente; stipite farcto, subæquali, cærulescenti-albo, bulbo submarginato; lamellis cinnamomeis, tritis carneque juniore fracta subpurpurascentibus.

*Hab.* in silvis montanis Europæ. — Stipes demum cavus et basi tantum fibrillosus; lamellæ primitus pallidæ, nec cæruleæ nec albidæ; caro pilei demum alba. *A. badius* Pers. Syn. p. 279 inter hunc et *C. porphyropodem* ambigit.

46. **Cortinarius arquatus** (Alb. et Schw.) Fr. Epicr. p. 265, Hym. 3711
Eur. p. 346, *Agaricus* Alb. et Schw. n. 436 (ut var. *A. decolorantis*), Secr. n. 182. — Pileo carnoso, æquali, levi, glaberrimo, viscoso, discoideo, carne molli ex albo lutescente; stipite solido, pallido, bulbo obconico marginato excepto; lamellis subadnatis, confertis, e purpurascente cinnamomeis; sporis ellipsoideis, flavis (sub micr.), 10-12.

*Hab.* in silvis Europæ. — Minor, regularis, mollis sed non succosus; pileus tenuis, 5-6 cm. latus, disco subspadiceus, circa margines lutescens, siccus politus et nitens; stipes supra bulbum (subinde volvaceum) 5-6 cm. longus, apice extus intusque obsolete cærulescens.

47. **Cortinarius copakensis** Peck 31 Rep. p. 35. — Pileo e convexo 3712
expanso, sæpe compresso atque irregulari, viscido, corrugato, pallide ochraceo, subtiliter rubro tincto; stipite æquali vel sursum attenuato, farcto, sericeo, albido; lamellis subdistantibus, postice latis, primo violaceis, acie dentatis vel erosis, interstitiis plerumque venosis; sporis late ellipsoideis, asperis, 8-9 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram in silvis, Copake Amer. fœder. — Subcæspitosus, 4-8 cm. altus; pileus 4-8 cm. latus; stipes 4-8 mm. crassus. Exsiccatione pileus fit glaber nitensque.

48. **Cortinarius Lebretonii** Quél. Champ. Norm. p. 16, pl. II, fig. 5. 3713
— Pileo convexo, 3-5 cm. lato, carnoso, viscosulo, albo-lilacino, demum alutaceo-pallido; margine convoluto, sericeo, albo; cortina crassa, candida; carne firma, lilacina, albescente; stipite bulboso atque radicanti, farcto, sericeo, albo-lilacino, basi lutescente, flocculis, guttas plorantibus et croceis adsperso; lamellis sinuatis, undulatis, lilacino-amethystinis, acie pallidioribus, demum ochraceis; sporis ovoideis, aculeolatis, fuscis, 10 $\mu$. diam.

*Hab.* in silvis argillaceo-siliciosis prope Rouen et Saint-Saens Galliæ.

49. **Cortinarius olivaceus** Peck in 24 Rep. of the Bot. p. 72. — Pi- 3714
leo carnoso, convexo, dein expanso, levi, viscido obscure brunneo, griseo vel olivascente; lamellis confertis, latis, dein ventricosis, obscure olivaceis, dein cinnamomeo coloratis; stipite æquali, bulboso, sericeo farcto v. cavo, albo-violaceo; sporis ellipsoideis, 10 $\mu$. long., nucleo translucido.

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. bor. — Totus fungus 7,5-10 cm. altus, pileus 5 cm. latus, stipes 10-15 mm. crassus.

50. **Cortinarius Friesii** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 137. — Pi- 3715
leo pulvinato, ex toto carnoso, plerumque regulari, primitus margine involuto, deinde deflexo, 8-12 cm. et ultra lato, statu juvenili et tempore udo viscoso, glabro, levi, semper dilute aut saturate fusco, in juventute ad marginem vix conspicue griseo-violaceo; lamellis satis distantibus, antice subconfertis, e fumoso-albido tandem sordide-cinnamomeis, acie dilutioribus, 4-10 mm. et ultra latis, postice rotundatis, deinde subsinuatis, antice acuminatis; stipite farcto, solido, ex inverse-conico subcylindrico deorsum subventricoso, basi rotundato-attenuato, 3-5 cm. crasso, 7 cm. et ultra longo, albido, dein deorsum fuscescente; velo filoso, denso, albido, hinc illincque colore glaciei, tandem ferrugineo; carne solida, alba; odore nec insuavi, simili spicæ recens diruptæ immaturæ *Zeæ Maydis*, sapore grato fere nucum immaturarum; sporis sordide cinnamomeis, irregulari-ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, deorsum plus attenuatis quam sursum, 12-16 = 6.

*Hab.* gregatim in silva Sopot in Slavonia.

***) Lamellis ferrugineis, fulventibus luteisve.

51. **Cortinarius dibaphus** Fr. Epicr. p. 266, Hym. Eur. p. 347, Saund. 3716
et Sm. t. 10, Quél. p. 137, *A. luteopes* Secr. n. 250 (optime). —
Pileo carnoso, e convexo plano-depresso, glabro, viscoso, variegato,

carne lutea, sub pellicula violascente; stipite farcto, fibrilloso, nitido, luteo, apice purpurascente, bulbo marginato; lamellis adnatis, subconfertis, integerrimis, purpurascenti-ferrugineis; sporis utrinque apiculo præditis, 10 ≃ 7-8.

*Hab.* in fagetis Scaniæ, Angliæ, Helvetiæ, Galliæ. — Sqq. duobus cognatus, elegans. Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 8-11 cm. latus, purpurascens, disco luteus, demum lilacino-maculatus repandusque. — Var. **xanthophyllus** Ill. t. 753; lamellis flavis,

52. **Cortinarius turbinatus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 266, Hym. Eur. p. 346, 3717
Cooke Ill. t. 714, Bern. Roch. t. 34, fig. 1, Quél. Jura p. 135, et in Grev. t. 107, f. 1, Berk. Outl. p. 185, *Agaricus* Bull.t. 110 (certe), Vent. t. 38, f. 5, 6, Fr. Obs. 2, p. 65, S. Myc. I, p. 225, p. p., Weinm. n. 162 nec differt Secr. n. 176, nam tinctura in apice stipitis, ut in aliis, fallax est. — Pileo carnoso, e plano depresso, levi, viscoso, unicolore, glabro, expallente, carne alba, molli; stipite farcto, subæquali, nitido, albido, marginato-bulboso; lamellis attenuato-adnatis, confertis, integerrimis, ex isabellino ferruginascentibus.

*Hab.* in fagetis Europæ copiose et in silvis Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. vel ultra crassus; sporæ 10-11 ≃ 5-6. Pileo glabro, subhygrophano, udo subvirente v. in olivaceum obsolete vergente, sicco flavo, bulbo turbinato facile distinctus. — ***C. ferrugineus** (Scop.) Fr. Hym. Eur. p. 347, *Agar.* Scop. Carn. p. 423: totus ferrugineus, intus pallidior; stipite e bulbo marginato-ovato, attenuato, nudo. Statura omnino *C. cærulescentis*, color *C. biveli*. Pileus opacus et siccus. Videtur diversa species.

53. **Cortinarius corrosus** Fr. Epicr. p. 266, Hym. Eur. p. 347, Cooke 3718
Ill. t. 715. Vix Secr. n. 206, qui ab *C. multiformi* vestito parum recedit. — Pileo carnoso, explanato umbilicatoque, glabro, viscoso, decolore, demum rivuloso subfloccoso, sicco opaco, carne dura, alba; stipite subcavo, æquali, apice nudo cortinaque fibrillosa albis, bulbo depresso marginato; lamellis emarginatis, confertissimis, angustis, primitus subferrugineis.

*Hab.* in pinetis siccis montanis, acubus pineis sepultus in Europa. — Sqq. minor; pileus e ferrugineo argillaceus, opacus, 5-8 cm. latus; lamellæ acie repandæ, etiam rotundatæ, liberæ. Visum est unum specimen lamellis albidis, alterum carne intus zona violacea. Odor non notabilis.

54. **Cortinarius fulgens** (Alb. et Schw.) Fr. Epicr. p. 267, Hym. Eur. 3719
p. 347, Cooke Ill. t. 716, Saund. et Sm. t. 12 (optime), Quél. p. 137,

*A. fulgens* Alb. et Schw. p. 160, Secr. n. 193 (lam. colore recedit), Letell. t. 646? *A. turbinatus* Fr. S. M. p. p. Wahl. Suec. n. 1726, *A. defossus* Weinm. Ross. p. 163. — Pileo carnoso, applanato, æquali, sericeo-fibrilloso, viscoso, carne demum spongiosa alutacea; stipite valido bulboque amplo, depresso, marginato luteis, e cortina concolore demum ferrugineo-pulverulenta lanoso-filamentoso; lamellis emarginatis, subfulvis; sporis utrinque apiculatis, 9 ≃ 5.

*Hab.* in pinetis regionum campestrium Europæ. — Speciosus, robustus, aureus. Stipes 5-8 cm. longus, $1^1/_2$ cm. crassus, lanuginosus, lana juniorum jove udo viscida, bulbo amplo, primitus sericeo 3-5 cm. crasso; caro fracta demum subalutacea; lamellæ subconfertæ, integerrimæ, primo luteæ, demum ferrugineæ; pileus 5-8 cm. latus, interdum squamulosus. Persoon suos *A. fulgentem* et *turbinatum* haud clare distinxit.

55. **Cortinarius fulmineus** Fr. Epicr. p. 267, Hym. Eur. p. 347, Bern. 3720
Roch. t. 33, fig. 1, Cooke Ill. t. 717, *Agaricus sericeus* Schaeff. t. 24, *A. fulgens* Pers. e syn. — Pileo compacto, convexo-plano, viscoso, squamis ferrugineis adglutinatis guttato, nitido; stipite solido, obeso, luteo, nudo, apice albo-cortinato, bulbo amplo radicato; lamellis rotundatis, confertis, primo pure luteis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Robustus, mitis. Stipes 8-10 cm. longus, 1 cm. crassus, non filamentosus, primo viscidulus, bulbo pileo ampliore; pileus 8 cm. latus, fulvus, fere brunneus, margine aurantio; caro crassa, alba, in ambitu sæpe lutea v. tota lutescens. Incertum, priori v. sq. affinior; variis notis ab utroque differt.

56. **Cortinarius elegantior** Fr. Epicr. p. 267, Hym. Eur. p. 348, Gillet. 3721
C. F. c. ic., *Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 64, Secr. n. 271, *A. turbinatus* Pers. Syn. p. 294, Alb. et Schw. n. 454 (var. β.), Bong. in Weinm. Ross. p. 163, *A. fulgens* Letell. t. 646 (haud bona)? — Pileo compacto, convexo-plano, levi, glabro, viscido, margine primo infracto; stipite solido, valido, fibrilloso, flavescente, marginato-bulboso, cortina pallida [ferruginascente]; lamellis adfixis, confertis, serrulatis, vitellinis, olivascentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis vel subflavis (sub micr.), 11-14 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis montanis Europæ. — Est quasi lætior status *C. multiformis*, stipite firmo, validius bulboso, sæpe curto, pileo 8 cm. lato, fulvo, interdum maculato, carne alba lutescente insignis.

57. **Cortinarius orichalceus** Batsch f. 184 [*Agar.*] (neutiquam charact.), 3722
Fr. Epicr. p. 267, Hym. Eur. p. 348, Quél. Grev. t. 106, fig. 1, Secr. n. 293, Cooke Ill. t. 754. — Pileo carnoso, explanato, glabro,

pelliculoso-viscoso, disco rubiginoso rimoso-squamaceo, margine livescente; stipite solido, æquali, fibrilloso, lutescente, marginato-bulboso; lamellis subadnatis, latis, sulphureo-virentibus.

*Hab.* in pinetis campestribus Europæ. — Caro nunc alba, in ambitu flava v. virescenti-lutea, nunc sordida, concolor, aquosa; stipes nudiusculus v. viscido-fibrillosus, 5-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, bulbo depresso; pileus 8 cm. latus, colore peculiari; lamellæ postice latissimæ.

58. **Cortinarius luteo-fuscus** Peck 23 Rep. p. 106. — Pileo carnoso, 3723
lato, convexo, levi, glabro, brunneo; stipite æquali, substricto, solido, sericeo, striato, albido, bulboso; lamellis subconfertis, e luteo cinnamomeis, profunde emarginatis.

*Hab.* in silvis, North Elba Amer. bor. — Statura circiter 10 cm. adæquans; pileus 5 cm. latus; stipes 6-8 mm. crassus; pileus fuscus, lamellæ luteæ et stipes candidus tricolorem faciem præbent.

59. **Cortinarius sulphurinus** Quél. Quelq. esp. (1883), p. 5. — Pileo con- 3724
vexo 5-7 cm. diam., viscoso, sulphureo, margine albo sæpe medio maculis parvis flavis signato; stipite farcto, brevi, albo-citrino vel pallide sulphurino, bulboso, primo albo dein luteo-jonquilleo; velo albo; carne sapida, alba, dein citrina; lamellis adnatis, emarginatis, sulphureis, dein fulvis; sporis ovoideis 11-12 $\mu$. longis, tenuiter granulosis, pallide ochraceis.

*Hab.* in silvis Coniferarum in montanis Alpium Maritimar. Galliæ australis (Barla).

60. **Cortinarius visitatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 121, f. 10,13. — 3725
Pileo convexo, lutescente, viscido; stipite subtili, basi incrassatulo; lamellis subconfertis, rufis; carne amara; sporis 8-9 ≃ 4-6.

*Hab.* in silvis Lechebene Bavariæ, autumno. — Pileus 5 cm. latus; stipes 9 cm. longus, basi 1 cm. crassus.

61. **Cortinarius extricabilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 122, f. 15, *C.* 3726
*vitellinopes* var. *B.* Secr.? — Pileo expanso, depresso, lutescente; lamellis subconfertis, lutescentibus, dein luteo-rufis; stipite basi valde incrassato, albido; carne alba; sporis 8-10 ≃ 6-7.

*Hab.* in silvis, Oberstaufen et Grünten, 1200 m. alt. Bavariæ autumno. — Stipes 8 cm. alt., basi circiter 2 cm. crassus; pileus fere 3 cm. lat.

62. **Cortinarius legitimus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 123, f. 26, *C. tur-* 3727
*binatus* β. *ferrugineus* F. Hym. Eur. p. 247 (?). — Totus argillaceus; pileo convexo, fibrilloso; lamellis confertis, luteo-rufis, brunneis; sporis 12-14 ≃ 8-9.

*Hab.* in silvis super Grünten, 1200 m. altitudinis, in Bavaria, autumno. — Pileus 6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, basi valde (3 cm.) incrassatus.

63. **Cortinarius fraudulosus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 122, f. 18. — Pileo convexo, rufo-luteo, viscido; stipite fulvo-luteo, basi leniter incrassato: lamellis subremotis, fulvis, lutescentibus; carne albescente, rufo-lutea; sporis 12-14 ≃ 6; odore et sapore subnullis. 3728

*Hab.* in Siebentischwald Bavariæ, autumno. — Pileus 4,5 cm. diam.; stipes 7 cm. altus, basi 1 cm. crassus.

64. **Cortinarius odorifer** Britz. Hym. Südb. IV, p. 123, f. 40,149. — Pileo campanulato, dein convexo demum expanso, viscido; stipite pallide luteo, luteo-viridi, leniter rubro-fibrilloso, basi incrassato; lamellis subconfertis, rufis et brunneo-luteis; carne lutescente; odore aniseo; sporis 10-14 ≃ 6-8. 3729

*Hab.* in Siebentischwald pr. Augsburg Bavariæ, sero autumno. — Pileus 8 cm. diam; stipes 6,5 cm. altus, basi 2-5 cm. crassus.

****) Lamellis olivaceis. Cfr. *C. elotus.*

65. **Cortinarius rufo-olivaceus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 268, Hym. Eur. p. 348, *Agaricus* Pers. Syn. p. 285, Fr. S. M. I, p. 223, Secr. n. 289 var. — Pileo carnoso, explanato, glabro, viscido, expallente; stipite solido, æquali, e viridi lutescente, basi bulbo submarginato; lamellis emarginatis, latis, confertis, olivaceis. 3730

*Hab.* in silvis etc. Europæ. — Statura fere *C. glaucopodis*, sed sq. affinis, pileo magis dilatato, 11 cm. lato, colore vegeti rufo, sicci crustulino-cinnamomeo, nitido, lamellis confertioribus, latioribus, unicoloribus insuper diversus; stipes 8 cm. longus, vulgo apice violaceus; sporæ 11-14 ≃ 6.

66. **Cortinarius prasinus** (Schaeff.) Fr. Epicr. pag. 268, Hym. Eur. p. 348, Cooke Ill. t. 735, Berk. Outl. p. 186, Quél. p. 137, *Agaricus* Schaeff. t. 218, *A. turbinatus* β. Pers. Syn. pag. 294, Secr. n. 292. Sub *A. scauro* Fr. S. M., Obs. M. 2, p. 75. — Pileo compacto, æquali, viscoso, maculis squamaceis variegato; stipite solido, curto, firmo, basi marginato-bulboso cortinaque virenti-pallidis; lamellis rotundatis, subdistantibus, luteo-olivaceis. 3731

*Hab.* in fagetis Europæ passim. — Curtus, firmus, mitis, statura *C. calochroi.* Caro stipitis virescens, pilei albida; pileus nunc fulvo-fuligineus, nunc ærugineus, demum lutescens, margine regulari, inflexo; lamellæ sæpe crispæ, luteo-virentes, basi obscuriores, cinereo-olivaceæ.

67. **Cortinarius atro-virens** Kalchbr. t. 19, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 3732
349, Cooke Ill. t. 736, Quél. in Grev. t. 106, fig. 2. — Pileo compacto, convexo, levi, viscoso, atro-viridi v. olivaceo-umbrino, carne flavo-virente; stipite solido, valido, fibrilloso, bulbo subturbinato marginato excepto; lamellis adnatis, confertis, e sulphureo virentibus demum cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis montosis Carpathorum frequens. — Statura *C. orichalcei*, sed coloribus distinctus, *C. prasino* forsan proximus. Mycelium subfuscum; pileus non squamoso-maculatus.

68. **Cortinarius scaurus** Fr. Epicr. p. 268, Hym. Eur. p. 349 et Ic. 3733
t. 146, fig. 1, Quél. in Grev. t. 107, fig. 1? Berk. Outl. p. 186, Cooke Ill. t. 755, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 223, *A. fulvo-fuligineus* Alb. et Schw. n. 440. — Pileo carnoso, æquali, glabro, tigrino-maculato, viscoso, expallente, margine tenui, demum striatulo; stipite solido, a basi spongiosa marginato-bulbosa attenuato, striato, expallente; lamellis attenuato-adnatis, tenuibus, confertis, purpurascente-olivaceis.

*Hab.* in silvis abiegnis, humidis, montanis Europæ et Carol. inf. Amer. bor.; vulgatissimus e Scauris. — Stipes solito gracilior, 8-11 cm. longus, sursum 6-9 mm. crassus, nunc virens, nunc cærulescens, nunquam luteus; pileus 5-8 cm. latus, fulvo-fuligineus, siccus fulvescens, carne tenui, aquosa, insipida; lamellæ angustæ, fere lineares, nunc purpurascentes, nunc olivaceæ, immo fuligineæ visæ; sporæ ovato-oblongæ, 10 ≃ 4.

69. **Cortinarius herpeticus** Fr. Epicr. p. 268, Hym. Eur. p. 349, *A.* 3734
*scaurus* Secr. n. 190? — Pileo carnoso, æquali, submaculato, viscido, disco expallente, carne e violaceo albida; stipite farcto, firmo, fibrilloso, squalide pallido, basi marginato-bulboso; lamellis subadnatis, e violaceo-umbrino fuligineo-olivaceis.

*Hab.* locis nemorosis Europæ. — Stipes primo curtus, dein 5-8 cm. longus, durus, sed intus spongiosus, sordidus demumque apice cavus; pileus levis, parum viscidus, olivaceus, demum sordide alutaceus, 8 cm. latus; lamellæ primo valde, dein vix confertæ, 4-7 mm. latæ. Etiam hic *C. infracto* facile subsumtus.

†††† Elastici. Cortina simplex, tenuis, fugax, media v. infera. Stipes primitus exsertus, subtenuis, numquam marginato-bulbosus v, peronatus, sed rigido-elasticus, extus subcartilagineus, politus, nitens, apice nudus, sæpius demum cavus. Pileus tenuis, sæpe hygrophanus.

*) Lamellis ex albido argillaceis v. sordide cinnamomeis.

70. **Cortinarius cumatilis** Fr. Epicr. p. 269, Hym. Eur. p. 349 et Ic. t. 146, fig. 2, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 726, *Cort. cæruleascens* Saund. et Sm. t. 22, *A. personatus* Secr. n. 163, Vaill. Par. p. 67, n. 47 h. l. videtur. — Pileo convexo, obtuso, levi, glutine cæruleo violaceo-tincto; stipite solido, firmo, subbulboso, apice subcortinato, epruinoso carneque compacta candidis, velo universali ad basim abrupto, volvaceo; lamellis adnexis, confertis, serratis, ex albo argillaceis. 3735

*Hab.* in dumetis frondosis, coryletis etc. Europæ raro. — Valde nobilis, nunc simplex stipite obeso, bulboso, nunc cæspitosus stipite longiore curvato, velo universali membranaceo, ad basim adglutinato sed separabili, primitus cum pellicula pilei cærulea contiguo; ubi haec detersa, maculæ luteæ.

71. **Cortinarius serarius** Fr. Epicr. p. 269, Hym. Eur. p. 350. — Pileo carnoso, convexo-explanato, gibbo, impolito, viscido, opaco; stipite solido, æquali, fibrilloso, nitido carneque albis; lamellis arcuato-adfixis [dente decurrentibus], confertis, albido-argillaceis. 3736

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Stipes 11 cm. longus, carne tota fibrosa; pileus 8–11 cm. latus, levis quidem et glaber, sed facies impolita, quasi pruinato-sericea, color alutaceo-rubellus, quo præcipue dignoscitur; caro sub lamellis 7 mm. latis linea hyalina variegata.

72. **Cortinarius emollitus** Fr. Epicr. p. 269, Hym. Eur. p. 350, Cooke Ill. t. 727. — Pileo carnoso, laxo, subrepando, subtiliter fibrilloso-virgato, viscido, sicco nitido, margine tenui, infracto; carne stipiteque farcto, curto, inæquali, fibrilloso mollibus, albis; lamellis emarginatis, latis, subdistantibus, ex albo ochraceis. 3737

*Hab.* locis graminosis, in fagetis etc. Europæ frequens, sæpe cæspitosus, versiformis, sed a *C. vespertino* certe distinctus. — Stipes vix 5 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus et ultra, medulla molli evanida cavus, vix bulbosus, passim compressus, lutescens; pileus 8–10 cm. latus, ochraceo-luteus; lamellæ $1^1/_4$ cm. latæ, leves, molles. Variat *minor*, stipite tenuiore plano, fragili; pileo sicco rimose fisso, udo fulvo, sicco ochraceo-lutescente; lamellis albis. Cortina fugacissima. Sapor acris.

73. **Cortinarius causticus** Fr. Epicr. p. 270, Hym. Eur. p. 350. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, punctato, hygrophano; carne fulva; stipite firmo, elastico, glabro, candido; lamellis ventricoso-emarginatis, vix confertis, latis, albido-lutescentibus; sporis ovoideis, 9 μ. longis. 3738

*Hab.* locis montosis humidis in pinetis Europæ, passim copiose. — Statura et indoles *C. armeniaci*; siccus ægre discernendus nisi colore pallido, sed ulus fulvus, admodum viscosus, punctis in pellicula integra. A *C. vibratili* differt stipite extus rigido, intus molli, velo obsoleto nec viscoso lamellisque distantibus. Odor fortis, sapor urens.

74. **Cortinarius crystallinus** Fr. Epicr. p. 270, Hym. Eur. p. 350, Quél. 3739
Jura p. 133, et in Grev. t. 107, fig. 3, Cooke Ill. t. 728, *A. barbatus* Batsch f. 11 (nostri basis non villosa), Fr. S. M. I, p. 237, *A. tubulatus* Secr. n. 219, e descr. — Pileo carnoso, explanato, levi, glaberrimo, viscoso, nitente, hygrophano; stipite cavo, subæquali, fragili, fibrilloso, albido; lamellis emarginatis, confertis, argillaceis.

*Hab.* in fagetis Europæ raro. — Sapor valde acris; stipes 8 cm. longus, 7-9 mm. crassus, stramineo-albus; pileus 8 cm. latus, disco aquose pallens, circa marginem argenteo-nitens, siccus candicans. Exstat forma pileo e lutescente albo, stipite viscidulo, lamellis subdecurrentibus.

75. **Cortinarius decoloratus** Fr. Epicr. p. 270, Hym. Eur. p. 351, Quél. 3740
Jura p. 137 et in Grev. t. 107, fig. 4, Bern. Roch. t. 34, f. 2, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 729, Trog. *Agar.* Fr. S. M. I, p. 224, Secr. n. 200 (minor). — Pileo carnoso, tenui, expanso, obtuso, viscoso, levi, mox sicco flocculoso, decolore; stipite a basi incrassata attenuato, fibrilloso-striato, argenteo, apice nudo; lamellis emarginatis, subconfertis, ex albido cæsiove argillaceo-cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Europæ sat frequens. — Caro mollis, alba, uda passim aquosa, in apice stipitis leviter cæsia; cortina alba; stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. vix crassus, basi passim lutescens; pileus æqualis, tenuis sed 5-11 cm. latus, argillaceus, disco passim obscuriore; lamellæ etiam adnatæ, 6-9 mm. latæ; sporæ 6-7 ≃ 5-6. Variat pileo sicco corrugato, rimoso-granuloso, floccoso-squamoso et fibrilloso exstatque forma lamellis demum subfulvis ægre separanda.

76. **Cortinarius consobrinus** Karst. Hattsv. 1, p. 327. — Pileo car- 3741
noso, convexo-plano, levi, glabro, primitus circa marginem e velo albo-floccoso, viscido, ferrugineo-fulvo, carne alba, 6-9 cm. lato; stipite solido, recto vel sæpius flexuoso, æquali vel basi attenuato, floccoso, albo, apice subinde extus intusque dilute cærulescente, 8-12 cm. longo, 1,5-2 cm. crasso; lamellis adnato-emarginatis, confertis, subserratis, e cærulescente albido-cinnamomeis; sporis ellipsoideis, utrinque attenuatis, dilute flavescentibus, 9-10 ≃ 4-5.

*Hab.* in abiegnis in silva Syrjöas in Fennia passim. — Solitarius. A priore, quocum colore in statu sicco omnino convenit, differt colore pilei saturatiori, lamellarum pallidiori, stipite elongato, æquali nec non sporis paullo minoribus dilutioribusque.

77. **Cortinarius ophiopus** Peck 30 Rep. p. 43. — Pileo firmo, convexo 3742
vel subcampanulato, demum expanso, sæpe irregulari, viscido, rubescenti-luteo, margine veli albidi fragmentis adhærentibus exasperato; stipite valido, æquali, solido, vulgo admodum inflexo vel varie incurvo, primo veli fragmentis subconcentrice dispositis abunde piloso-squamoso, albo vel lutescenti; carne alba; lamellis confertis, acie sæpe erosis, brunnescenti-cinnamomeis; sporis inæqualiter ellipsoideis, 11-13 ≃ 6-8, vulgo uno tantum nucleo præditis.

*Hab.* inter folia decidua in silvis, Maryland Amer. bor. — Statura 10-15 cm. metiens; pileus 5-10 cm. latus; stipes 8-12 mm. crassus. Hujus speciei characterem insignem sistit stipes elongatus et incurvus.

78. **Cortinarius lapidophilus** Peck 31 Rep. p. 36. — Pileo ex hemi- 3743
sphærico, cinereo, convexo v. expanso atque ochraceo tincto, sæpe compresso et irregulari, fibrillis adpressis virgato; carne albida; stipite solido, æquali v. basi subincrassato, albido; lamellis confertis, e fusco violaceo argillaceo cinnamomeis; sporis inæqualiter ellipsoideis, 8 ≃ 6.

*Hab.* in solo rupestri in silvis Ticonderoga Amer. fœder. — Subcæspitosus, 5-11 cm. altus; pileus 5-8 cm. latus; stipes 6-11 mm. crassus.

**) Lamellis violaceis, purpurascentibus, incarnatis.

79. **Cortinarius decolorans** (Pers.) Fr. Epicr. p. 271, Hym. Eur. p. 351, 3744
Cooke Ill. t. 730, *Agar.* Pers. Syn. p. 283, Secr. n. 181, Alb. et Schw. p. 155. — Pileo carnoso, æquali, explanato, levi, glabro, viscoso, unicolore; stipite farcto, elongato, attenuato, glabro, supra cortinam mediam subpersistentem nudo carneque albis; lamellis adfixis, tenuibus, exsuccis, e purpurascente mox cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Pileus 3-6 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Pro forma tenui *C. varii* facile sumitur. Differt pileo tenuiore, luteo, unicolore; stipite graciliore, extus rigido, polito, ebulbi cortinaque subpersistente excepta glabro.

80. **Cortinarius porphyropus** Fr. Epicr. p. 271, Hym. Eur. p. 351, 3745
Cooke Ill. t. 731, Quél. in Grev. t. 104, fig. 1, Berk. et Br. n. 1351,

Alb. et Schw. p. 153, *A. purpurascens* var. Fr. Obs. cum descr. *A. calochrous* Weinm. p. 159. — Pileo carnoso, tenui, levi, virgato, viscoso; stipite e farcto cavo, tenui, subattenuato carneque fracta purpurascentibus, cortina infera; lamellis emarginatis, subconfertis, tenuibus, violaceo-purpureis, demum cinnamomeis.

*Hab.* in nemoribus humidis, frondosis Europæ et Copake in Amer. fœder. (Peck). — Ad *C. purpurascentem* accedit ut prior ad *C. varium*. Stipes 5-10 cm. longus, 7 mm. crassus, passim æqualis, elastico-fragilis, expallens, sed tactus iterum lilacinus; pileus 4-8 cm. latus, argillaceo-fuscescens lividusque; caro tenuis, alba.

81. **Cortinarius croceo-cæruleus** (Pers.) Fr. Monogr. II, p. 32. Hym. Eur. p. 352, Cooke Ill. t. 732, Gillet C. Fr. c. ic., *A. croceo-cæruleus* Pers. Syn. p. 341, Ic. et descr. II, t. 1, f. 2. — Pileo carnoso, tenui, e convexo plano, levi, viscoso, lilacino; stipite cavo, fragili, æquali, glabro, albido; lamellis emarginatis, denticulo decurrentibus, subdistantibus, e lilacino argillaceo-croceis. 3746

*Hab.* in fagetis Europæ. — Minor, carne aquosa immutabili; cortina alba.

82. **Cortinarius maculosus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 271, Hym. Eur. p. 352, *Agaricus* Pers. Syn. p. 288, S. M. I, p. 253, Secr. n. 202. — Pileo subcarnoso, expanso depressove, viscido, albido, squamis umbrinis maculato; stipite farcto, squamoso-fibrilloso, nitido, albo; lamellis ex albo-incarnato griseis demumque cinnamomeis. 3747

*Hab.* in pinetis Europæ raro. — Cæspitosus, rigido-fragilis; pileus 5-6 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1-1½ cm. crassus. Ex Secr. pileus e conico convexus, demum applanatus repandusque, primo sericeus nitidus, dein squamis concentricis pictus.

83. **Cortinarius longipes** Peck 26 Rep. p. 61. — Pileo convexo vel expanso, subtiliter fibrilloso, viscido, lutescenti v. pallide ochraceo; stipite elongato, subfibrilloso, sursum attenuato, albido; lamellis confertis, planis, e brunneo olivaceo cinnamomeis. 3748

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. fœder. — Statura 6 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes 8 mm. crassus.

***) Lamellis pure ochraceis, fulvis, ferruginascentibus.

84. **Cortinarius coruscans** Fr. Epicr. p. 271. S. M. I, p. 227, Hym. Eur. p. 352, Cooke Ill. t. 733, Weinm. p. 166. — Pileo carnoso, plano, viscoso, levi, glabro; stipite solido, elastico, æquali, fibril- 3749

loso-striato, candido; lamellis plano-decurrentibus, tenuibus, confertissimis, ochraceis.

*Hab.* in dumetis nemorosis Europæ raro. — Elatus, pileo regulari, luteo-ochraceo, sæpe fulvo-maculato, ob carnem (albam) mollem numquam granulato; lamellæ 2-5 mm. latæ.

85. **Cortinarius papulosus** Fr. Epicr. p. 271, Hym. Eur. p. 352, Cooke Ill. t. 718. — Pileo carnoso, plano, glabro, discoideo, mox rivuloso, granulato-punctato; stipite farcto, rigido-fragili, fibrilloso, extus intusque albo, supra cortinam fugacem nudo; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, postice conjunctis, e pallido helvolo-cinnamomeis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavis, 8-10 ≃ 6-7. 3750

*Hab.* in silvis circa Upsaliam in Suecia et in pineto Syrjöas in Fennia. — Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, nunc æqualis, nunc basi incrassatus, etiam cavus; pileus 8 cm. circiter latus, raro gibbus, vulgo disco demum depresso, semper obscuriore fuscescente, ceterum subalutaceus; margo tenuis, levis. Intus totus albus, quo mox a *C. percomi* socio et simili dignoscitur.

86. **Cortinarius intentus** Fr. Epicr. p. 272, Hym. Eur. p. 352 et Ic. t. 147, fig. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, molli, levi, viscido; stipite cavo, rigido-fragili, obsolete fibrilloso, flavescente, apice nudo; lamellis adnatis, confertissimis, angustis, læte croceis; sporis ferrugineo-fulvis. 3751

*Hab.* in pinetis Europæ. — Stipes æqualis vel sursum attenuatus, 8 cm. longus, 9 mm. crassus; pileus 8 cm. latus, testaceo-lutescens v. ochraceus, non hygrophanus, sat crassus; lamellæ planæ, 2-5 mm. latæ, dente sæpe decurrentes; sapor mitis.

87. **Cortinarius vespertinus** Fr. Epicr. p. 272, Hym. Eur. pag. 353, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 233, Secr. n. 238. — Pileo carnoso, convexo-plano, molli, glabro, obsolete viscido; stipite solido, elongato, subtenui, fibrilloso, candido, basi incrassato; lamellis emarginatis, perlatis, confertis, fulvo-cinnamomeis. 3752

*Hab.* in Scaniæ et Germaniæ quercetis, statura et magnitudine varius. — Stipes 8-16 cm. longus, 2-9 mm. crassus, sæpe decumbens, firmus, rigens; pileus subrugosus, non granulatus v. fibrillosus, luteus, interdum pallescens; lamellæ transversim venosæ, acie albidæ. A forma primitus lecta non videtur separanda var. *B.* pileo ambitu tenui infracto, stipite nudo, lamellis ochraceo-cinnamomeis. Circa Upsaliam raro. Cfr. Fr. Monogr. II, p. 31.

88. **Cortinarius liratus** Fr. Epicr. p. 272, Hym. Eur. p. 353. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, glaberrimo, hygrophano, viscido, 3753

ambitu radiato-lacunoso; stipite medulla linea obscura cornea limitata farcto, æquali, fibrilloso, lutescente, basi incrassato; lamellis emarginatis, confertis, dilute ferrugineis.

*Hab.* in pinetis Upsaliæ in Kungsparken Sueciæ, catervatim subcæspitosus. — Stipes rigidus, tenax, flexuosus, vulgo 8 cm. longus, 9 mm. crassus; pileus 5 cm. latus, e melleo subochraceus, sæpe repandus, disco levi; caro tenuis, albicans; lamellæ 7-9 mm. latæ. Secr. n. 201 non liquet.

89. **Cortinarius compar** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 272, Hym. Eur. p. 353, 3754
*Agaricus* Weinm. Ross. p. 166. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, glabro, viscoso, margine tenui; stipite farcto, subæquali, fibrilloso, nitido, apice lilacino; lamellis adnatis, confertis, cinnamomeo-ferrugineis; sporis cinnamomeo-ferrugineis. — B. *major*, stipite subcavo, basi incrassato, lamellis integris: Secr. n. 177.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileus (in A.) 2½ cm. latus lutescens; stipes 8 cm. longus, albus v. lutescens.

****) Lamellis olivaceis, fuligineis.

90. **Cortinarius amurceus** Fr. Epicr. p. 273, Hym. Eur. p. 353. — 3755
Pileo subcarnoso, convexo-plano, squamuloso-papilloso, viscoso; stipite solido, subattenuato, pallido; lamellis totis adnatis, distantibus, luteo-olivaceis.

*Hab.* locis udis in betuletis paludosis Europæ. — Stipes 4 cm. longus, 5-7 mm. crassus, non violascens, nec nitidus; pileus lente viscidus, melleo-alutaceus, interdum gibbus, non striatus v. corrugatus; caro tenuis, æqualis, **albicans**.

91. **Cortinarius subsimilis** (Pers.) Fr. Monogr. II, p. 307, Hym. Eur. 3756
p. 353 et Ic. t. 147, fig. 3, *Agaricus* Pers. Syn. p. 284. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, viscoso, brunneo-fuligineo, carne alba; stipite solido, æquali, fibrilloso, fulvello; lamellis adnatis, confertis, e fuligineo subcinnamomeis.

*Hab.* in silvis subhumidis Europæ raro. — Affinitate proxime conjunctus cum *C. scauro*, a quo distinguitur stipite æquali nec marginato-bulboso lamellarumque colore.

92. **Cortinarius olivascens** (Batsch) Fr. Epicr. p. 273, Hym. Eur. 3757
pag. 354 et Ic. t. 147, fig. 2, *Agaricus* Batsch f. 185. — Pileo subcarnoso, convexo-expanso, glabro, viscidulo, expallente; margine striatulo; stipite farcto, attenuato, tenui, argenteo-pallescente; lamellis adfixis, subconfertis, tenuibus, ex olivello-argillaceo cinnamomeis.

*Hab.* locis humidis pinetorum Europæ, sparsus, rarus; sapor valde acris; pileus ex olivaceo fuligineus, expallens, fere hygrophanus, 3-5 cm. diam.; sporæ 10-12 $\mu$. longæ. Tinctura olivacea lamellarum passim deest. Forsan *C. plumboso* magis affinis.

**Subg. II. Myxacium** Fr. Velum universale glutinosum, unde stipes simul viscosus, vix bulbosus. Pileus carnosus, subtenuis. Lamellæ adnatæ, decurrentes. (Non confundi possunt Phlegmacia quædam fibris cortinæ rarius viscidulis e glutine pilei defluente).

† Colliniti. Stipes floccoso-peronatus, floccis glutine primo obtectis.

93. **Cortinarius alutipes** (Lasch) Fr. Epicr. p. 273, Hym. Eur. p. 351, 3758
*Agaricus* Lasch Linn. 3, n. 303. Cfr. *A. aurantio-mucosus* Secr. n. 114, *A. obtectus* Wallr. Cr. 4, p. 681. — Pileo compacto, convexo-plano, obtuso, levi, glutinoso; stipite solido, valido, peronato-annulato glutinosoque; lamellis adnatis, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Europæ. — Sq. robustior, statura *C. biveli*. Stipes 5-8 cm. longus, 8-11 mm. crassus; pileus 5-8 cm. latus, flavo-brunneus vel spadiceus, glaber vel fibrillis adflatus; lamellæ 8-11 mm. latæ.

94. **Cortinarius arvinaceus** Fr. Epicr. p. 274, Hym. Eur. p. 354, 3759
Cooke Ill. t. 737, *A. viscidus* Scop. p. 441, Krombh. t. 73, f. 16-18. — Pileo carnoso, molli, explanato, glabro, viscido, margine patente; stipite procero, cylindrico, sericeo-viscoso, albo-lutescente; lamellis adnato-decurrentibus, latis, levibus, e stramineo ochraceis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Stipes 18 cm. long. v. brevior, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 8-11 cm. longus, aurantio-fulvus, viscidus tantum nec squamosus vel glutinosus, obtusus; lamellæ 18 mm. usque latæ, crenulatæ, subdistantes; cortina non annularis.

95. **Cortinarius collinitus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 274, Monogr. II, p. 36, 3760
Hym. Eur. p. 351, Bern. Roch. t. 34, f. 3, Cooke Ill. t. 738, Berk. Outl. p. 186, *Agaricus* Pers. Syn. p. 281, Fr. Syst. Myc. I, p. 248, Secr. n. 112 (Sow. t. 9 ad n. 97 accedit), Bull. t. 549, 596, Ventur. t. 32, f. 4-6 (abnormis), Vaill. Par. p. 62, 14, Buxb. C. IV, t. 9. — Pileo carnoso, e convexo-infracto explanato, obtuso, levi, glutinoso, nitido; stipite firmo, cylindrico, e velo floccoso-glutinoso diffracto transversim squamoso; lamellis adnatis, ex argillaceo cæsiove cinnamomeis; sporis ellipsoideis, utrinque attenuatis, flavidis, 12-14 = 6-7.

*Hab.* in silvis, ericetis ubique in Europa et Carol. infer. Amer.

bor. — Stipes 10-20 cm. longus, 8-10 mm. crassus, nunc cærulescens, nunc albus, mollis, manifeste simul cortinatus; pileus 5-11 cm. latus, aurantio-fulvus, glutine concolore persistente, siccus nitidus; lamellæ 7-11 mm. latæ. Varr. plurimæ: *b)* pileo repando, stipite fuscescente: Batsch f. 197; *c)* parvus, pileo pallide luteo v. stramineo, stipite concentrice flavo-squamoso, lamellis albis; *d)* pumilus, pileo spadiceo-fusco, stipite vix $2^1/_2$ cm. lato. — * **C. mucosus** Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 355, Bull. t. 549, f. *D*, F. Krombh. t. 3, f. 4-5, t. 73, f. 13-15, Secr. n. 113, Kickx p. 191, Luc. Suite Bull. t. 12, Cooke Ill. t. 739: firmior, stipite levi sericeo, lamellis ex albido ferrugineis. In pinetis Europæ. Stipes 5-10 cm. longus, $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. crassus, vulgo albus, interdum vero cærulescens.

96. **Cortinarius mucifluus** Fr. Epicr. p. 274, Hym. Eur. p. 355 et Ic. 3761
t. 148, f. 1, Cooke Ill. t. 740, Quél. p. 139. — Pileo subcarnoso, campanulato-expanso, glutine hyalino secedente oblinito, margine striato; stipite deorsum attenuato, molli, e velo fugaci floccoso-squamoso viscido; lamellis adnatis, distinctis, ex argillaceo aquose cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ copiose. — Inter præcedentem et sq. medius; pileus livido-argillaceus, adultus vulgo revolutus, depressus et valde repandus, siccus alutaceus, opacus; stipes albus vel cærulescens; odor dulcis. Sec. doct. Quélet tab. Friesiana citata 148 ad *C. collinitum* spectat.

97. **Cortinarius elatior** Fr. Epicr. p. 274, Hym. Eur. p. 355 et Ic. 3762
t. 149, f. 1, Gill. C. Fr. cum ic., Cooke Ill. t. 741-742, Berk. Outl. p. 186, Quél. p. 139, *A. elatus* Pers. Syn. p. 332 (descr. evidentissima omnem falsam interpretationem mox tollit), non Batsch., Fr. Syst. Myc. I, p. 248, Weinm. p. 165. — Pileo e cylindrico expanso, viscido, disco carnosulo, levi, ceterum membranaceo, plicato-rugoso; stipite elongato, molli, valido, utrinque attenuato, e velo diffracto squamoso; lamellis adnatis, perlatis, venoso-connexis rugosisque, brunneo-ferrugineis.

*Hab.* in silvis Europæ frequens. — Affinitas æque ac differentia a præcedentibus manifestæ. Amplus, pileo 7-10 cm. lato, tenui maxime insignis; hic vulgo e spadiceo-livido ochraceus vel alutaceus, sed etiam spadiceo-niger, violaceo-brunneus, griseus margine violaceo, albus; sed exinde varr. ne fingas; lamellæ primo 7 mm. latæ, postea latiores, semper obscuræ, etiam violaceo-brunneæ (in

Sow. t. 9); stipes 12-18 cm. longus, 1¼ cm. et ultra crassus, albus, varians violaceus, concentrice squamosus et sericeus.

98. **Cortinarius Archeri** Berk. Fl. Tasm. t. CLXXXI, f. 7. — Pileo convexo, carnoso, rivuloso, brunneo-violaceo; stipite valido, æquali, viscoso, violaceo; lamellis pallido-argillaceis, latiusculis, adnatis, transversim rugosis; sporis oblique ovatis 11-12 μ. longis. 3763

*Hab.* ad terram, Cheshunt Tasmaniæ (Archer). — *Cort. elato* proximus.

99. **Cortinarius grallipes** Fr. Epicr. p. 275, Hym. Eur. p. 355, Cooke Ill. t. 734, *A. elatior* Saund. et Smith t. 27, *A. helvolus* Swartz Vet. Ac. *H.* — Pileo carnoso-membranaceo, campanulato-expanso, umbonato, viscido, levi, hygrophano; stipite e farcto cavo, gracili, subflexuoso, fibroso, viscido, lutescente; lamellis adnato-decurrentibus, distinctis, latissimis, subferrugineis. 3764

*Hab.* inter Populos et Quercus in Europa. — Habitus *C. hinnulei*, sed viscosus nec laceratus; stipes 8-13 cm. longus, 4-7 mm. crassus, æqualis, tenax; pileus 8 cm. latus, udus fulvus, siccus ochraceus, opacus; lamellæ non venosæ, postice 1¼ cm. latæ.

100. **Cortinarius livido-ochraceus** Berk. Outl. p. 186, Fr. Hym. Eur. p. 356. — Pileo submembranaceo, plano, viscido, livido-ochraceo, margine levi; stipite utrinque attenuato, subsquamoso, supra velum fugax striato; lamellis subadnexis, antice latioribus, cinnamomeis. 3765

*Hab.* in silvis Angliæ. — Affinis *C. collinito.* Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½ cm. longus, vix 2 mm. crassus; sporæ limoniiformes, 13-15 = 6-8.

101. **Cortinarius suratus** Fr. Epicr. p. 275, Hym. Eur. p. 356, Secr. n. 116. — Pileo carnoso, convexo, æquali, luteo, nitido, disco rimoso, brunnescente, dein depresso; stipite solido, bulbilloso, flexuoso, lutescenti-squamoso, apice nitido violascente; lamellis adnatis, subconfertis, tenuibus, e violaceo sordide carneis. 3766

*Hab.* in pinetis Europæ. — Pileo 2½ cm. lato stipiteque viscidulis a *C. spilomeo*, pro quo habet Secr., abunde differt.

102. **Cortinarius sphærosporus** Peck 26 Rep. p. 61. — Pileo convexo, glabro, viscidissimo, pallide ochraceo; stipite sursum attenuato, solido, floccoso, viscido, subconcolore, apice albo; lamellis confertis, subplanis, leviter emarginatis, ex albido cinnamomeis; sporis subglobosis, circiter 8 μ. diam. 3767

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5-10 cm. metiens; pileus 5-8 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus.

†† Delibuti. Velum mere viscidum, hinc stipes non simul floccoso-peronatus, siccus vernicosus.

*) Lamellis ex albido argillaceis.

103. **Cortinarius nitidus** Fr. Epicr. p. 275, Hym. Eur. p. 356, Quél. 3368
p. 138, Schaeff. t. 97, *A. flavescens* Wallr. Crypt. 4. — Pileo carnoso, convexo-plano depressove, glabro, viscoso, discoideo; stipite subfarcto, clavato, elastico, albo, primo viscido, apice albofarinaceo, dein nudo, sicco; lamellis vere et æqualiter attenuato-decurrentibus, confertis, angustis, argillaceis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Maxime insignis; stipes tenax, sæpe cavus, curvatus, 5–11 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, haud bulbosus; pileus 5–15 cm. latus, primo [passim gibbus] glutinosus, levis, exsiccatus sæpe rivulosus, alutaceus, disco obscuriore, varians albus; caro alba, disci sat compacta. Figura Schaefferi æquo jure ad *Hygrophorum nitidum* citari potest.

104. **Cortinarius emunctus** Fr. Epicr. p. 275, Hymn. Eur. p. 356 et 3369
Ic. t. 148, f. 2, Trog Helv. n. 243. — Pileo leviter carnoso, campanulato-convexo, levi, glabro, viscoso; stipite farcto, molli attenuato, glutinoso, pallido, apice nudo albo; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, ex argillaceo aquose cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Color tam pilei quam stipitis e dilute violaceo griseus; stipes 5–8 cm. longus, 6–8 mm. crassus, intus spongiosus; pileus obsolete gibbus, 2–6 cm. latus, demum griseo-alutaceus, opacus, margine declivi, carne ubique tenui, molli, albida; lamellæ 7–9 mm. latæ, breviores angustiores, postice connexæ, acie integerrima et concolore; sporæ 7–8 μ. longæ.

105. **Cortinarius liquidus** Fr. Epicr. p. 276, Hym. Eur. p. 357 et Ic. 3370
t. 143, f. 2, Secr. n. 216, excl. syn. — Pileo carnosulo, convexo-plano, levi, glutinoso, sicco sericeo, albicante; stipite fistuloso, rigido-fragili, attenuato, glutinoso, albo; lamellis vere decurrentibus, distantibus, serratis, subargillaceis.

*Hab.* locis humidis inter folia decidua Fagi in Europa. — Stipes elongatus, debilis, sæpe decumbens, non floccosus; pileus 3–4 cm. latus, fragilis, flavidus, muco defluente. Var. pileo submembranaceo, remote striato, albido, umbone prominente luteo.

106. **Cortinarius Berlesianus** Sacc. et Cub.*) *C. tricolor* Peck 23 3371

*) Species merito dicata Doct. A. N. Berlese, mycologo sollerti peritoque et in tractatione generis *Cortinarii* adjutori benevolo.

Rep. p. 107, nec Mont. — Pileo convexo, glabro, luteo; stipite æquali, bulboso, candido; apice violaceo tincto; lamellis subconfertis, adnexis, emarginatis, albidis, subtiliter violaceo tinctis, demum pallide cinnamomeis.

*Hab.* in solo sabuloso, Center Amer. bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus 4-5 cm. latus; stipes 6-8 mm. crassus.

107. **Cortinarius egerminatus** Britz. Hymen. Südb. IV, p. 123, f. 39. 3772
— Pileo pallide luteo-brunneo, viscido; stipite albo, vix lilacino; lamellis confertis, undulatis, dentatis pallide brunneis; carne ad stipitis margine pallide lilacina, ceterum pallide brunnea; sporis 12 ≃ 8.

*Hab.* ad Hochgrat, 1200 m. alt. Bavariæ, autumno. — Pileus 5 cm. diam; stipes 5 cm. altus, 1 cm. crassus.

**) Lamellis primo violaceis, cyaneis, rubellis.

108. **Cortinarius Salor** Fr. Epicr. p. 276, Hym. Eur. p. 357 et Ic. 3773
t. 150, f. 1, Quèl. in Grev. t. 108, f. 2. — Pileo conico-campanulato, viscoso, dein expanso, disco compacto gibboso, margine tenui, innato-fibrilloso, violaceo; stipite solido, bulboso, conico-attenuato, glabro, velo glutinoso cæruleo ad apicem tecto; lamellis adnatis, subdistantibus, integerrimis, griseo-argillaceis, acie violacea.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ serotinus. — Valde nobilis, firmus. Stipes extus intusque albus, sed junior e velo (haud floccoso) cyaneus, basi $2^1/_2$ apice 1 cm. usque crassus; pileus griseus, circa marginem primo eleganter violaceus; sporæ 10 $\mu$. long.

109. **Cortinarius iodes** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 17. — Mi- 3774
nor; pileo carnoso e convexo plano firmo violaceo-purpureo; carne alba; stipite solido, tenui, deorsum incrassato; lamellis e violaceo cinnamomeis, adnatis, subemarginatis.

*Hab.* inter muscos et radices in Carolina austr. — Pileus 3,5-5 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 12-14 mm. cr. Affinis *C. Salori.*

110. **Cortinarius nævosus** Fr. Monogr. II, p. 41, Hym. Eur. p. 357, 3775
Ic. t. 150, f. 2. — Pileo carnoso, convexo-plano, subdepresso, helvolo-luteo, squamis maculiformibus, minutis, confertis, ferrugineo-brunneis tigrino; stipite solido, firmo, glabro, cæsio-pallido, glutine hyalino-lutescente collinito; lamellis emarginatis, latis, confertis, e cyaneo argillaceis.

*Hab.* in Kinnekulle Sueciæ (S. Lindgren). — Species insignis. Caro pallida.

111. **Cortinarius delibutus** Fr. Epicr. p. 276, Hym. Eur. p. 357, Cooke Ill. t. 743, Quél. in Grev. t. 108, f. 2, Quél. p. 40. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, obtuso, levi stipiteque farcto, elastico, tenui, attenuato, albido glutinosis; lamellis adnatis, subdistantibus, serrulatis, e cyaneo-pallido argillaceo-ferrugineis. 3776

*Hab.* frequens locis graminosis in fagetis et pinetis Europæ. — Minor, mollis, intus albus. Stipes 5-10 cm. longus, 7-9 mm. crassus, nitidus, apice demum cavus; pileus 5-8 cm. latus, flavidus, interdum disco fulvus, glaber vel exoletus fibrilloso-sericeus; lamellæ latæ, planæ, obsolete emarginatæ, denticulo decurrentes. — Var. B. pileo stipiteque glaberrimis, luteo-viscosis, siccis nitidis (apice stipitis tantum albo), carne albido-flavida; ad ripas graminosas. Lamellæ pallidiores et confertiores.

112. **Cortinarius illibatus** Fr. Epicr. p. 276, Hym. Eur. p. 358, *C. rubro-punctatus* Karst. — Pileo carnoso, tenui, campanulato-convexo, pelliculoso stipiteque cavo, molli, tenui, albo glabris, viscidis; lamellis adnato-decurrentibus, arcuatis, confertis, ex incarnato argillaceo-cinnamomeis. 3777

*Hab.* in pinetis Europæ raro. — Stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus, basi incrassatus, apice sæpe pruinosus rubro- v. rufo-punctatus; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, luteus, disco saturatiore, carne alba, molli, disco excepto admodum tenui; cortina admodum fugax; sporæ 8-10 : 4-5.

113. **Cortinarius subglutinosus** Karst. Hattsv. I, p. 337. — Pileo carnoso, e convexo explanato, levi, glabro, subglutinoso, fulvescente luteo aut lutescente, 6 cm. vel ultra lato; stipite solido, attenuato, albo, primo e velo albo floccoso, e glutine luteo-cingulato, 8-12 cm. alto; lamellis adnatis, confertis, subserrulatis, primitus cæsiis vel cærulescentibus; sporis subsphæroideo-ellipsoideis, flavis, 10-13 : 6-8. 3778

*Hab.* in abiegnis prope Mustiala in Fennia, haud rarus. — A *C. claricolori* affini differt pileo subglutinoso, haud squamose diffracto, stipite floccoso-peronato, floccis glutine hinc inde oblinitis. In apice stipitis juxta basim lamellarum circulus angustus læte cyaneus sæpe observatur.

***) Lamellis primitus ochraceis vel cinnamomeis.

114. **Cortinarius epipoleus** Fr. Epicr. p. 277, Hym. Eur. p. 358 et Ic. II, t. 150, f. 3. — Pileo tenui, convexo-plano, gibbo, levi, canomicante, disco carnoso stipiteque farcto, bulboso, clavato, obsolete 3779

violaceo viscosis; lamellis decurrentibus, cinnamomeis, acie repandis, subdistantibus.

*Hab.* Upsaliæ in Suecia (J. Arrhenius). — Rara et singularis species. Stipes intus spongiosus, demum cavus, elasticus nec fragilis, 8 cm. longus, apice 7-9 mm. crassus, intus albidus; pileus 5-8 cm. latus, glaber quidem sed rore peculiari cano quasi sericeus, opacus tamen, disco excepto fere membranaceus et inter pelliculosos et scissiles ambiguus; lamellæ postice latissimæ, 7-9 mm. latæ.

115. **Cortinarius stillatitius** Fr. Epicr. p. 277, Hym. Eur. p. 358, 3780
Quél. in Grev. t. 108, f. 4. — Pileo tenui, convexo-plano, subumbonato, levi stipiteque cavo, mollissimo, æqualiter attenuato glutine cæruleo primo oblinitis; lamellis emarginatis, subdistantibus, latis, cinnamomeo-ferrugineis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, flavidis (sub micr.), 8 ≃ 6.

*Hab.* in pratis muscosis, nemorosis montanis Europæ raro. — Pileus glutine stillatim diffluente fusco-lividus v. griseo-albus, glaber, 5 cm. latus, carne hygrophana; stipes 5, vix 8 cm. longus, 7-9 mm. crassus, apice nudus. Fabrica *C. elatioris*, sed velum non floccosum. Cfr. Secr. n. 172, notis in affinibus variantibus tantum diversum.

116. **Cortinarius vibratilis** Fr. Epicr. p. 277, Hym. Eur. p. 358, Cooke 3781
Ill. t. 744, Quél. in Grev. t. 108, f. 3, Quél. p. 340, Trog. n. 244, Syst. Myc. I, p. 227, Weinm. p. 166, Secr. n. 205. — Pileo carnoso, tenui, subplano (gibbove), levi, glabro, viscoso, nitido, hygrophano; stipite farcto, molli, conico-attenuato, niveo, velo glutinoso fugaci; lamellis subadnato-decurrentibus, tenuibus, confertis, e pallide ochraceo cinnamomeis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavidis vel subflavidis (sub micr.), 6-8 ≃ 4-5.

*Hab.* vulgatus in silvis Europæ. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 5-11 cm. longus. Odore et sapore felleo insignis. Habitus *C. armeniaci*, sed stipes mollissimus, pileus velumque subcingulatum jove udo glutinosa, color omnium partium lætior, pilei omnino vibrans, udus fulvus, siccus luteus. Magnopere variat, inter muscos humidos stipite elongato, æquali, flexuoso, sed fragili nec elastico. Interdum expallens, fere albicans, exacte respondens Secr. n. 214.

117. **Cortinarius pluvius** Fr. Epicr. p. 227, Hym. Eur. p. 359, Berk. 3782
et Br. n. 1267, Kickx p. 191, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 236, Secr. n. 265, Batsch f. 190 etiam h. l. videtur. — Pileo carnosulo, e globoso convexo, glabro, viscido, hygrophano; stipite e farcto cavo,

gracili, subæquali, molli, albo-pallescente; lamellis e decurrente secedentibus, confertis, ex albo ochraceis.

*Hab.* in pinetis densis Europæ raro. — Ad præcedentes accedit, ut *C. decipiens* ad *C. armeniacum*, sed pileus 1-2½ cm. latus, vix umbonatus, helvolo-ochraceus, parum viscosus, cortina jove sicco fibrillosa, tenuis, alba; stipes mollis, nunc brevis, nunc ad 8 cm. elongatus, 4-7 mm. crassus; lamellæ demum liberæ, pallidæ.

118. **Cortinarius splendidus** Peck 29 Rep. p. 42. — Pileo convexo 3783
vel subcampanulato, viscido, pallide fusco; stipite æquali, viscido, violaceo, superne albido; lamellis haud confertis ex albido cinnamomeis; sporis uno latere apiculatis, 13-14 μ. long.

*Hab.* ad terram in silvis, Sandlake Amer. bor. — Statura 8 cm. adæquans; pileus 5 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. Pileus brunneo-niteus atque stipes violaceus fungum eleganter variegatum reddunt. Videtur rarissima species.

**Subg. III. Inoloma** Fr. S. M. I, p. 216. Pileus æqualiter carnosus, siccus, primitus squamis fibrillisve innatis sericeus, carne contigua, haud hygrophana. Velum simplex. Stipes carnosus, subbulbosus. Species pernobiles; similes inter Telamonias differunt pileo glabro, udo, demum lacerato, fibrillis albis superficialibus, velo duplici, quum Inolomata glabrescentia.

*) Lamellis primo albis pallidisve.

119. **Cortinarius opimus** Fr. Epicr. p. 278, Hym. Eur. p. 359 et Ic. 3784
t. 151, f. 1, Trog. n. 245. — Pileo crasso, compacto, convexo-plano, inæquali, sicco, tomento alutaceo adpresso rimose-rivuloso; stipite duro, obeso, fibrillis albis cortinato, pallido; lamellis emarginatis, subconfertis, ex albido argillaceis. — *B.* fulvo-brunneus pileo glabro, demum rivuloso; lamellis perlatis, Fr. Monogr. II, p. 45.

*Hab.* in silvaticis ad terram in Europa raro. — Informis, ponderosus; stipes 1½-5 cm. longus et crassus, basi attenuatus; pileus obtusissimus, alutaceus, repandus, margine sæpe infracto, tum lamellæ crispæ; caro albida; sporæ 10 μ. longæ.

120. **Cortinarius argutus** Fr. Epicr. p. 278, Hym. Eur. p. 359 et Ic. 3785
t. 151, f. 2, Gill. C. F. c. ic. — Pileo compacto, e conico explanato, subgibbo, sericeo-fibrilloso, ochraceo; stipite solido, ventricoso, fibroso-squamoso, albo-lutescente, basi arguta radicato; lamellis adnatis, subdistantibus, ex albo argillaceis.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Caro valde dura, candida; stipes passim peronato-annulatus; pileus primo late conicus, dein acute gibbus, demum explanatus, obtusus, glabratus; sporæ 9 μ. longæ. Statura admodum varians, sed alii vix affinis.

121. **Cortinarius turgidus** Fr. Epicr. p. 278, Hym. Eur. p. 360, Quél. in Grev. t. 109, f. 1, Batt. t. 9, f. C. (quoad stipitem, pileus non explicatus). — Pileo compacto, obtuso, e naucoso-atomato glabrato, argillaceo-albo, nitente, margine primo sericeo; stipite valido, bulboso, rimoso-striato, glabro, argenteo-splendente; lamellis emarginatis, confertis, ex albido pallide argillaceis. 3786

*Hab.* in fagetis etc. Europæ raro. — Valde insignis, a tribu abnormis, sed ob pileum valde carnosum h. l. receptus; stipes spongioso-elasticus valde tumescens, extus rigidus, longitudinaliter in rimas fissus; superficies variat undulata; pileus 5 cm. latus, demum glaber, carne albida; lamellæ 4 mm. latæ; cortina fibrillosa, obsoleta. Olidus.

122. **Cortinarius argentatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 279, Hym. Eur. p. 360, Luc. Suite Bull. t. 14, Cooke Ill. t. 745, Erb. Cr. Ital. n. 535, *Agaricus* Pers. Syn. p. 286 (var. minor), Fr. S. M. I, p. 218, Krombh. t. 2, f. 27, Weinm. p. 158. — Pileo carnoso, convexo, glabrescente, argenteo-splendente, disco subgibbo pallescente, circa marginem primo lilacino-sericeo, dein leucophæo; stipite valido, albo, intus concolore; lamellis emarginatis, confertis, serratis, e pallido aquose cinnamomeis. 3787

*Hab.* in silvis [etiam quercetis] Europæ rarior. — Magnus, validus, pallescens, subolidus, non vero fœtens; stipes nunc brevis, bulbosus, nunc 10 cm. longus, $1^1/_2$ cm. crassus, subæqualis, cortina fugaci excepta glaber, basi demum obsolete lutescens; pileus 10 cm. usque latus; sporæ ovoideæ 10-11 $\mu$. longæ. — Var. **pinetorum** Fr. Cooke Ill. tab. 446. A typo recedit pileo plicato, minore stipiteque longiore, basi magis incrassato, tenuiore. In silvis in Britannia et Suecia.

**) Lamellis cum velo stipiteque violascentibus.

123. **Cortinarius violaceus** (Linn.) Fr. Epicr. p. 279, Hym. Eur. p. 360, Sverg. åtl. Svamp. t. 58, Gill. C. Fr. c. ic., Hussey I. t. 12, Kickx p. 191, *Agaricus* Linn. Suec. n. 1226, Fr. S. M. I, p. 217, c. syn. Sv. Bot. t. 288, Hedw. fil. Obs. t. 4, Weinm. p. 150, Secr. n. 146, *A. hercynicus* Pers. Syn. p. 278. — Obscure violaceus; pileo carnoso, obtuso, villoso-squamoso; stipite bulboso, spongioso, villoso, intus violaceo-cinereo; lamellis adfixis, latis, crassis, distantibus, obscurioribus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, subinde inæquilateralibus, flavis (s. lente), 12-13 = 7-8. 3788

*Hab.* in silvis passim in Europa et Amer. fœder. — Pileus 8–

16 cm. latus; stipes circiter 11 cm. longus. Speciosus, inodorus, unicolor. Bull. t. 250 statura et colore convenit, sed pileus levigatus apparet et glaber ut sequentis.

124. **Cortinarius cyanites** Fr. Epicr. p. 279, Hymenom. Eur. p. 360 3789
et Ic. t. 152, f. 2, *Ag. cyaneus* Secr. n. 147 excl. syn. .1. *cyaneus* Pers. Syn. p. 276 «pileo glabro nitido», ipso indicante, est status junior exsiccatus *C. cærulescentis.* — Pileo carnoso, obtuso, sericeo-levigato, pallide cæruleo; stipite bulboso, levigato, cæruleo, intus succoso, sanguineo-rubente; lamellis rotundatis, subconfertis, primum læte cyaneis.

*Hab.* in nemoribus humidis, fagetis Europæ. — Stipes 5-8 cm. longus, 1 cm. crassus, compressus succum sanguineum fundit; pileus 6-7 cm. latus, demum glaber, livido-fuscescens; caro primo pallide cærulea, dein sordide alba et sæpe rubens. Var. *major* pileo stipiteque compactis, tardius rubentibus; lamellis subdistantibus, cyaneo-cinerescentibus.

125. **Cortinarius muricinus** Fr. Epicr. p. 279, Hym. Eur. p. 361, 3790
Mich. t. 74, f. 1, Secr. n. 151 non obstat. — Pileo compacto, obtuso, glabrescente, violaceo-rufescente, margine fibrilloso; stipite bulboso, exsucco, villoso lamellisque emarginatis, subconfertis violaceo-purpurascentibus.

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ. — Stipite valido, sublanato, pileo crasso, spongioso, 8-11 cm. lato; lamellis $1^1/_4$ cm. latis, demum rufescenti-hepaticis, odore peculiari a simili *C. canino* differt. Caro exsucca, e cæruleo albicans. Variat pileo naucoso-granulato.

126. **Cortinarius cinereo-violaceus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 279, Hym. 3791
Eur. p. 361, Kickx p. 192, *Agaricus* Pers. Syn. p. 279, Fr. Syst. Myc. I, p. 217 c. syn., Secr. n. 152, Schaeff. t. 3. — Pileo carnoso, obtuso, e violaceo umbrino, squamuloso-punctato; stipite clavato-bulboso, firmo, exsucco, violaceo-pallescente; lamellis adnatis subdistantibus, purpurascenti-umbrinis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Odor haud notabilis; pileus 5-8 cm. latus, junior magis sericeus; stipes 5-8 cm. longus; lamellæ demum cinnamomeæ; caro pilei e sordido albicans, stipitis pallide violaceo-rubens. Mutabilis. Descriptiones nonnihil divergunt v. c. Weinmanni lamellis confertissimis.

127. **Cortinarius albo-violaceus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 280, Hym. Eur. 3792
p. 361 et Ic. t. 151, f. 3, Gill. C. Fr. cum ic., Cooke Ill. t. 747, *Agaricus* Pers. Syn. p. 286, Fr. S. M. I, p. 218, Weinm. p. 153,

Secr. n. 155. — Pileo carnoso, fibrillis innatis sericeo, demum late gibbo stipiteque clavato, medio subcingulato violaceo-albicantibus; lamellis adnexis, subdistantibus, serrulatis, primo cinereo-violaceis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis v. fuscidulis, 6-9 ≃ 4-5.

*Hab.* in nemoribus frondosis Europæ. — Pileus 2-8 cm. latus; stipes 5-10 cm. longus. Inodorus, insipidus, stipite subconico et sæpe peronato-annulato. Caro succosa, cæruleo-alba.

128. **Cortinarius lilacinus** Peck 26 Rep. p. 61. — Pileo firmo ex hemisphærico convexo, minute sericeo, lilacino; stipite obeso, bulboso, sericeo-fibrilloso, solido, albido, lilacino tincto; lamellis confertis e lilacino cinnamomeis; sporis nucleatis, 10 ≃ 6. 3793

*Hab.* in muscosis depressis, Croghan Amer. bor. — Statura 10-13 cm. metiens; pileus 8 cm. latus; stipes 8-12 mm. crassus. Rara sed eximia species, affinis *Cort. albo-violaceo*, a quo facile distinguitur validitate maiori, colore saturatiore stipiteque bulboso. In iuventute bulbus latior quam haud evolutus pileus.

129. **Cortinarius malachius** Fr. Epicr. p. 280, Hym. Eur. p. 361, Cooke Ill. t. 756, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 218, Weinm. p. 155, Secr. n. 153 — Pileo subcompacto, obtuso, e pallide lilacino mox decolore, glabrato, primo albo-fibrilloso; stipite bulboso, cærulescenti-peronato, intus veloque albicantibus; lamellis emarginatis, confertis, pallide purpurascentibus, dein aquose ferrugineis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, fuscidulis (sub micr.), 8-12 ≃ 5½-6. 3794

*Hab.* in pinetis montanis Europæ copiose. — Amplus stipite 3-4-6 cm. longo, 1½-2 cm. crasso, toto carnoso molli, pileo 5-11 cm. lato, æqualiter carnoso, floccis fasciculatis canescente, e statu primario h. l. collocandus, sed demum decolor et hygrophanus, *Cort. armeniaco* similis. Inodorus, quandoque stipite perfecte annulato.

130. **Cortinarius camphoratus** Fr. Epicr. p. 286, Hym. Eur. p. 362 et Ic. t. 152, f. 2, Berk. et Br. n. 1128, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 218, Lasch, Secr. n. 148. — Pileo carnoso, obtuso, e lilacino-sericeo glabrato decoloreque; stipite bulboso, exsucco, basi intus albo cortinaque cærulescentibus; lamellis tenuibus, confertis, læte cæruleis, dein purpurascentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis (sub lente), 9 ≃ 6. 3795

*Hab.* in pinetis montosis Europæ copiose. — Magnus, odore gravissimo. Stipes 5-14 cm. longus, 1¼-2½ cm. crassus, junior peronato-lanatus; bulbus non marginatus; pileus 5-11 cm. latus,

neutiquam hygrophanus nec viscosus; caro cærulea; lamellæ nunc decurrentes, nunc emarginatæ.

131. **Cortinarius hircinus** Fr. Hym. Eur. p. 362, Bolt. t. 52, licet obscurior, h. l. Secr. n. 170. — Pileo carnoso, obtuso gibbove, fibrillis adpressis violaceis sericeo, expallente, disco glabrato, ferruginascente; stipite bulboso, exsucco, cortinato, violaceo-pallido, basi intusque lutescente; lamellis emarginatis, subdistantibus, latis, integris, e violaceo cinnamomeis; sporis ellipsoideis, uniguttulatis, flavidis (sub micr.), 9-10 ≃ 4-6. 3796

*Hab.* in pinetis regionum campestrium Europæ. – Inter proximos exacte medius, utroque minor, sed sq. propior, odore, præcipue vetusti, fœtidissimo. Caro sordida, demum lutescens.

132. **Cortinarius Clintonianus** Peck 26 Rep. p. 61. — Pileo convexo vel expanso, fibrillis adpressis sericeo, rubescenti-brunneo, plus minus griseo tincto; stipite solido, sericeo-fibrilloso, superne attenuato, concolore, apice violaceo; lamellis confertis, sordide violaceis, demum cinnamomeis; sporis 8 ≃ 6. 3797

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan et New Scotland Amer. bor. — Statura 5-8 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 5-7 mm. crassus.

133. **Cortinarius modestus** Peck 26 Rep. p. 62. — Pileo convexo v. expanso, subfibrilloso, levigato v. subtiliter rugoso-striato, alutaceo; stipite bulboso, subfibrilloso, cavo vel albo medullato, concolore, carne alba; lamellis confertis, subplanis, e pallido cinnamomeis; sporis 8 ≃ 6. 3798

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 5 mm. crassus. A *C. Clintoniano* distinguitur colore pallidiore, stipite magis bulboso atque lamellis colore violaceo omnino carentibus.

134. **Cortinarius rubro-cinereus** Peck 33 Rep. St. Mus. p. 20. — Pileo convexo, dein expanso, fibroso, nitido, rufo-cinereo; lamellis subdistantibus, postice rotundatis, emarginatis, violaceis, mox pallide cinnamomeis; stipite brevi, solido, bulboso, fibrilloso, nitido, albido-violascente, cortina albo-cinerea, carne in juventute violacea; sporis ellipsoideis, 10-12 ≃ 7. 3799

*Hab.* in arenosis apricis, Riverhead Amer. bor. — Gregarius 5 cm. altus; pileus 5-7,5 cm. lat.; stipes 8-12 mm. cr.

135. **Cortinarius interspersellus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 124, f. 6, 150. — Pileo campanulato, dein expanso, 2,5 cm. lat. violaceo; stipite 3800

fibroso, nitido, concolori 4-5 cm. long., 6 mm. basi cr.; lamellis non confertis, pallide violaceis; carne violacea; sporis 18 ≃ 8.

*Hab.* inter Sphagna, Haspelmoor Bavariæ, sero autumno.

136. **Cortinarius tricolor** Mont. Canar. p, 73, t. 5, f. 3, Syll. Crypt. n. 412. — Pileo carnoso, hemisphærico, obtuso, subexpanso, sanguineo-rubro, margine saturatius colorato; stipite valido, glabro, pleno, basi bulboso, luteo violaceo-maculato, apice annulato; annulo amplo, reflexo, lacero, luteo; lamellis æqualibus, crassis, subcarnosulis, pulchre violaceis. 3801

*Hab.* in silvis excelsis Gomeræ, ad radices arborum (Despréaux).

137. **Cortinarius asper** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 72, t. I, f. 1-3. — Pileo carnoso, firmo, hemisphærico, convexo, minute rugoso, sulcis brunneis erectis minutis signato, ochraceo; lamellis confertis, postice rotundatis, leniter emarginatis, violaceis, acie pallide cinnamomea; stipite æquali, bulboso, solido fibrilloso, pileo concolori, sursum levi et violaceo, bulbo albido, mycelio copioso cincto; sporis late ellipsoideis, nucleo pellucido, 8 μ. longis. 3802

*Hab.* ad terram in apricis, Greig Amer. bor. — Totus fungus 7,5-10 cm. altus; pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 7,5-12,5 mm. crassus. Species hæc plerumque cæspitosa vel fascicularis atque multam cum *Armillaria mellea* præbet similitudinem tam pilei colore quam eius squamarum natura.

138. **Cortinarius effictus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 124, f. 37. — Pileo campanulato, dein expanso, violaceo; stipite sursum fibroso, violaceo; lamellis violaceis; sporis 5-8 ≃ 4. 3803

*Hab.* ad Siebentischwald prope Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 6 cm. latus; stipes 8 cm. altus, basi 2 cm. crassus.

139. **Cortinarius pulchrifolius** Peck 33 Rep. of St. Mus. p. 20. — Pileo convexo vel expanso, obtuso, fibrilloso, albido vel rubro-griseo, margine subinde velo albicante; lamellis latis, subdistantibus, emarginatis, purpureis vel violascentibus; stipite cylindraceo, solido, bulboso, fibrilloso, nitido, albo, subinde violaceo tincto, intus violaceo; sporis subellipsoideis, rugosis, 10-12 ≃ 7,5. 3804

*Hab.* in silvis quercinis, Wading River Amer. bor. — Totus fungus 5-10 cm. altus; pileus 5-10 cm. diam.; stipes 6-10 mm. crassus.

***) Lamellis velove cinnamomeis, rubris, ochraceis. — (*C. subferrugineus* et *armillatus* hoc loco facile quæruntur).

140. **Cortinarius traganus** Fr. Epicr. p. 281, Hym. Eur. p. 362, Cooke Ill. t. 757, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 217, Secr. n. 169, Weinm. p. 155, Schaeff. t. 56. — Pileo carnoso, obtuso, e lilacino-fibrilloso glabrato decoloreque; stipite bulboso, spongioso, albo-violaceo, intus croceo; lamellis emarginatis, crassis, crenatis, distantibus, primitus croceo-ochraceis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis (sub lente), 8-10 ≃ 5-6. 3805

*Hab.* copiose in pinetis montanis Europæ. — Pileus circiter 8 cm. latus; stipes circiter 10 cm. longus. Præced. simillimus, sed lamellarum colore numquam violascente, pileo subcompacto, demum extus intusque lutescente facile distinctus. Odor hircinus, fœtens. Var. *finitima* Weinm. l. c. pag. 156, odore grato præcipue distincta.

141. **Cortinarius suillus** Fr. Epicr. p. 281, Hym. Eur. p. 362 et Ic. t. 152, f. 3. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, testaceo-pallescente, marginem versus primo sericeo, dein innato-squamuloso; stipite clavato, spongioso, inferne adpresse albo-lanato, medio fibrilloso, apice sericeo-levigato, violaceo; lamellis adnatis, latis, subdistantibus, opacis, cinnamomeis; sporis ellipsoideis, utrinque obtusis, 10-12 ≃ 6-7. 3806

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ raro. — Stipes validus, 10-13 cm. longus, sordide pallens, tactu obscurior; pileus 8-10 cm. latus, fragilis, carne sordida; lamellæ $1^1/_4$ cm. et ultra latæ, fragiles, basi venoso-connexæ; odor mere funginus.

142. **Cortinarius venustus** Karst. in Grevillea 1878, n. 42, p. 64, Hattsw. p. 346. — Pileo carnoso, tenui, convexo, obtuso, sericeo, dein disco innato-squamuloso, testaceo-pallente; stipite æquali, cavo, fibrilloso, violaceo; lamellis adnatis, distantibus, angustis, ochraceis, demum croceo-ochraceis; sporis ellipsoideis, flavescentibus (s. lente), 7-8 ≃ 4-5. 3807

*Hab.* in pineto medio in parœcia Tammela pr. lacum Salvisjärvi in Fennia. — A *Cortinario suillo* Fr., affini, stipite longo, æquali, fere toto violaceo lamellisque angustis, ochraceis differens. Caro pilei albida; stipitis sordide ochraceo-albida; pileus vulgo irregularis, 7 cm. latus; stipes subinde basi attenuatus, fibrillosus vel floccoso-fibrillosus, basi alba excepta, violaceus, 12-19 cm. longus, 4 mm. crassus; lamellæ basi venoso-connexæ.

143. **Cortinarius tophaceus** Fr. Epicr. p. 281, Hym. Eur. p. 363 et Ic. t. 153, f. 1, Quél. in Grev. t. 109, f. 2. — Pileo carnoso, obtuso, ochraceo-fulvo, villoso-squamoso, carne alba; stipite bulboso, vil- 3809

loso-squamoso veloque fibrilloso lutescentibus; lamellis emarginatis, distantibus, fulvo-cinnamomeis; sporis 6-8 ≃ 5.

*Hab.* in fagetis Europæ raro, ubi vero adest copiosus, subcæspitosus. — Specimina solitaria majora *C. violaceo* ex omni parte respondent, excepto colore totius ochraceo; cæspitosa vero paullo tenuiora, stipite sæpe torto. Odor non notabilis. — * **C. redimitus** Fr. Hym. Eur. p. 363: pileo tenuiore, demum late gibbo, aureo-luteo, fibrillis adpressis obscurioribus variegato; stipite fibrilloso-striato, basi leviter incrassato. Etiam in fagetis Europæ, sed numquam in prioris societate visus.

144. **Cortinarius callisteus** Fr. Epicr. p. 281, S. M. I, p. 228, Hym. Eur. p. 363 et Ic. t. 153, f. 2, Weinm. p. 167, Berk. Outl. p. 187. — Luteo-fulvus; pileo carnoso, convexo-plano, glabrato, levi innatoque-squamuloso, margine subsericeo, carne albo-lutescente; stipite elongato, bulboso, fulvo-fibrilloso; lamellis adnatis, postice floccoso-connexis; sporis ellipsoideis, 7-8 ≃ 5. 3810

*Hab.* in silvis abiegnis densis Europæ. — Insignis, inodorus; stipes 8-10 cm. longus, a basi molli clavata, ubi $2^1/_2$ cm. crassus, attenuatus, apice 6-9 mm. crassus, totus carnosus, extus intusque rhabarbarinus; pileus æqualiter carnosus sed sat tenuis, non hygrophanus, nitens, 5-6 cm. latus, margine declivi v. infracto, velo concolore fibrilloso primo appendiculato; lamellæ primo subconfertæ, dein subdistantes, oblongæ, planæ, flosculorum instar Poæ inter se et stipiti adnexæ. Icon Saund. et Sm. t. 3, staturam et characteres optime sistit, sed recedit colore ferrugineo.

145. **Cortinarius vinosus** Cooke Ill. t. 759. — Pileo e semi-globoso expanso demum applanato, rubro-vinoso; stipite cylindraceo, basi abrupte incrassato-bulboso, sursum carneque subcyaneis, deorsum rubescente; lamellis adnexis, subdistantibus, cinnamomeis; sporis ex oblongo subfusoideis, 16-18 ≃ 8, ochraceis, rugulosis. 3811

*Hab.* sub arboribus Eastnorth Park Britanniæ. — Pileus 5-6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 1 cm. crassus, bulbus 2 cm. crassus.

146. **Cortinarius Bulliardi** (Pers.) Fr. Epicr. p. 282, Hym. Eur. p. 363, Cooke Ill. t. 758, Quél. in Grev. t. 9, f. 1, Jura p. 141, t. 9, f. 3 (recedens), Berk. Outl. p. 187, *Agaricus* Pers. Syn. p. 289, Fr. Syst. Myc. I, p. 221, Bull. t. 431, f. 3, Letell. t. 689 anceps. — Pileo carnoso, campanulato-convexo, subgibbo, levi squamulosove, rufescente; stipite bulboso, curto, firmo, deorsum fibrillisque cinnabarinis, apice albicante; lamellis adnexis, latis, e purpurascente ferrugineis; sporis 13 ≃ 8. 3812

*Hab.* in fagetis Europæ. — Statura minor, sed robustus, olidus. Pileus 5-6 cm. latus, vulgo glaber, sed etiam totus fibrillosus; stipes 5-11 cm. longus, 1¼ cm. crassus; lamellæ 6 mm. latæ; caro albida, stipitis vero ad basim rufescens. Habemus var. *C. muricino* et *C. canino* accedentem, stipite sursum violaceo, deorsum rubente, pileo violaceo-rufescente, carne ad lamellas cærulescente, lamellis confertioribus: Secr. n. 158.

147. **Cortinarius pavonius** Fr. Epicr. p. 282, Hym. Eur. p. 363. — 3813
Pileo carnoso, convexo, obtuso, in squamas latas miniatas diffracto; stipite solido, curto, bulboso, fibrillis rufis cortinato; lamellis emarginatis, subdistantibus, e violaceo cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Sq. admodum affinis, ut primo varietatem fingerem, sed notis datis insignis, valde elegans. Caro firma, alba.

148. **Cortinarius bolaris** (Pers.) Fr. Epicr. p. 282, Hym. Eur. p. 361, 3814
Gill. C. F. cum ic., Quél. in Grev. t. 79, Cooke Ill. t. 760, Berk. Outl. p. 188, *Agaricus* Pers. Syn. p. 291, Ic. pict. t. 14, f. 1, Fr. Syst. Myc. I, p. 228, Secr. n. 253. *A. hispidus* Scop. Carn. p. 444. — Pileo carnoso, obsolete umbonato, pallescente, squamis innatis, pilosis, adpressis, croceo-rubris variegato; stipite e farcto cavo, subæquali, squamoso, concolore; lamellis subdecurrentibus, confertis, aquose cinnamomeis; sporis ovato-oblongis, 10 = 4.

*Hab.* in fagetis Europæ haud raro. — Pileus 2-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 6-11 mm. crassus. Elegantissimus, nunc solitarius, stipite valido, lamellis demum distantibus, nunc subcæspitosus, stipite tenui, flexuoso, subsolido. Caro compacta, alba pileusque non hygrophani.

149. **Cortinarius craticius** Fr. Epicr. p. 282, Hym. Eur. p. 361. — 3815
Pileo carnoso, campanulato-expanso, obtuse umbonato, fibrillis innatis implexo-sericeo, lateritio-rubello; stipite solido, sursum attenuato, glabro, pallescente, basi tomentoso; lamellis semiadnatis, confertis, e pallide dein obscure cinnamomeis.

*Hab.* inter folia Fagi subcæspitosus, sed rarus in Hallandia et locis humilibus, Center Amer. bor. — Odor Raphani; cortina rubella, fugax; stipites, ut inter folia mos est, adscendentes, basi rubello-livida, albido-tomentosa; pileus 5 cm. latus, expallens, non hygrophanus; caro exsucca, pallida, haud crassa.

150. **Cortinarius robustus** Peck 29 Rep. p. 42. — Pileo ex hemisphæ- 3816
rico expanso, glabro, pallide badio, margine plerumque lobato; stipite valido, solido, bulboso, pallido, fibrillis sericeis, albidis orna-

to; lamellis confertis, pallide cinnamomeis; sporis ellipsoideis, 9 μ. longis.

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Americæ borealis. — Statura 5–10 cm. metiens; pileus 5–8 cm. latus; stipes 6–12 mm. crassus. Magnitudine admodum variat, sed vulgo validum asperumque se præbet.

151. **Cortinarius autumnalis** Peck 23 Rep. p. 109. — Pileo carnoso, 3817
convexo vel expanso, sordide rubiginoso brunneo, fibrillis innatis, ferrugineis variegato vel liturato; stipite æquali, solido, firmo, bulboso, pileo nonnihil pallidiore; lamellis latiusculis, late superficialiter emarginatis.

*Hab.* in pinetis, Bethlehem Amer. bor. — Statura 8–10 cm. metiens; pileus 5–10 cm. latus; stipes 12 mm. crassus. Interdum cæspitosus. Caro alba.

152. **Cortinarius hircosus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 124, f. 48. — 3818
Pileo convexo, e lilacino rufo-violaceo; stipite concolori, carnoso; lamellis lilacinis, dein luteo-brunneis; carne albescente, brunnea; odore valde ingrato; sporis 10 ≃ 4-5.

*Hab.* in silvis, Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 5 cm. diam.; stipes 5,5 cm. longus, 2 mm. crassus.

153. **Cortinarius recensitus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 125, f. 59, *C.* 3819
*callisteus* Saund. et Sm. t. 3? — Pileo convexo-expanso, margine lobato stipiteque cylindraceo-fumoso-brunneis; lamellis denique remotis; rubro-brunneis; carne brunnea; sporis 6-9 ≃ 4-5.

*Hab.* in silvis, Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 8 cm. diam.; stipes 11 cm. longus, 3 cm. crassus.

154. **Cortinarius ochraceus** Peck 23 Rep. p. 109. — Pileo carnoso, 3820
convexo, demum late subumbonato vel gibboso, glabro, levi vel obscure striato, pallide ochraceo; stipite solido, fibrilloso, apice ochraceo, inferne albo, gradatim in basim bulbosam incrassato.

*Hab.* sub Coniferis in locis adustis, in montibus Catskill Amer. bor. — Statura 5–10 cm. adæquans; pileus 5–8 cm. latus; stipes apice 8–12, basi 24–36 mm. crassus; stipes veluti vaginatus appareret. In plurimis speciminibus stipes brevis atque a basi ad apicem valde attenuatus.

155. **Cortinarius Weddellianus** Mont. Cent. VII, p. 30. — Maximus; 3821
pileo carnoso, convexo-hemisphærico, testaceo-lutescente, margine revoluto pileoliformi, leviter squamuloso, carne crassa flavescente; stipite valido, apice substrangulato, basi incurva incrassato, extus intusque fissurato, pileo concolori; lamellis tetradymis, convexis, ad-

nato-secedentibus, postice rotundatis, flavo-cinnamomeis, stipiti vix adnatis.

*Hab.* ad terram in Brasilia (WEDDELL).

156. **Cortinarius Cookei** Quél. in Bull. Soc. Bot. Fr. 1878, p. 288. 3822
— Parvus, luteo-fulvus, velo lanoso, pallidiore, nitido vestitus; stipite gracili flexuoso, farcto, floccis et annulis ornato; pileo umbonato-conico, 10-20 cm. diam., fibrilloso-lanoso; lamellis violaceo-rubiginosis; sporis ovoideis, 7 μ. longis, brunneis.

*Hab.* in silvis in Vogesis. — Gregarius.

****) Lamellis velove obscuris, fuscis, olivaceis.

157. **Cortinarius pholideus** Fr. Epicr. p. 282, Hym. Eur. p. 364, Cooke 3823
Ill. t. 761, Quél. in Grev. t. 117, f. 1, Berk. Outl. p. 188, *Ag.* Fr. S. M. I, p. 219, *A. lepidomyces* Alb. et Schw. t. 12, f. 1. — Pileo carnoso, expanso, obtuse umbonato, cervino, pilis fasciculatis, innatis, nigricantibus dense squamuloso; stipite attenuato, squamis fusco-fuligineis transversim squarroso annulatoque, apice levi, violaceo; lamellis subemarginatis, confertis, e violaceo argillaceo-cinnamomeis; sporis subsphæroideis, flavidis (sub lente), 6-7 ≈ 5-6.

*Hab.* in dumetis humidis ad terram in Europa et in Amer. fœder. — Pileus 2-12 cm. latus; stipes 5-11 cm. longus; lamellæ 4-8 mm. latæ. Nobilis, subolivascens (est sane e serie olivacea), pileo sat tenui, non hygrophano, sed colore sensim lætiore, interdum cinnamomeo.

158. **Cortinarius squamulosus** Peck 23 Rep. of the Bot. p. 108, t. 3, 3824
f. 1-3. — Pileo crasso, carnoso, convexo, dense fibrilloso-squamuloso, brunneo-cinnamomeo, sulcis obscurioribus; lamellis non stipatis, valde emarginatis pallide rufo-brunneis, dein cinnamomeis; stipite crasso, solido, rimoso-subsquamuloso, pileo concolori, basi in bulbum conicum vel subventricosum incrassato.

*Hab.* ad margines paludum in silvis, Sandlake Amer. bor. — Totus fungus 10-15 cm. alt.; pileus 5-10 cm. lat.; stipes apice 1,5-2,2 cm. crass., basi vero 3-4,5 cm. crassus. Affinis *C. pholideo* et *C. arenato*, a quibus lamellis valde emarginatis distinguitur.

159. **Cortinarius sublanatus** (Sow.) Fr. Epicr. p. 283, Hym. Eur. p. 364, 3825
Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 762, *Agaricus* Sowerb. t. 224, Fr. S. Myc. I, p. 214, *A. conopus* Pers. Syn. p. 285, teste Schwein. — Pileo carnoso, campanulato-expanso, umbonato, alutaceo-fuscescente, squamulis pilosis innatis; stipite bulboso-attenuato, sursum gla-

bro, pallido, deorsum tomento fusco squamoso; lamellis subadnatis, vix confertis, olivaceo-lutescentibus.

*Hab.* in silvis Europæ rarior. — Odor Raphani; velum fuscum, passim cingulatum; stipes 8 cm. longus, conico-elongatus, apice pallescens (violascens v. acyaneus); pileus 8 cm. latus; sporæ 10 $\mu$. longæ; color sæpe olivascens pileusque demum ferruginascens, plus minus carnosus. Multis rationibus ad Telamonias accedit. Cfr. Secr. n. 285, 187.

160. **Cortinarius phrygianus** Fr. Epicr. p. 283, Hym. Eur. p. 365 et Ic. t. 153, f. 3. — Pileo carnoso, obtuso, melleo, fibris densis simplicibus nigris hispido; stipite bulboso, fibris nigris laxis reticulato; lamellis rotundatis, subconfertis, sordide luteis. 3826

*Hab.* locis umbrosis udis in fagetis Europæ. — Habitus fere *Arm. melleæ*, odore Raphani; sporæ 8 ≃ 6.

161. **Cortinarius arenatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 283, Hym. Eur. p. 365, Cooke Illustr. t. 763, Hussey I, t. 72, *Agaricus* Pers. Syn. p. 293, *A. psammocephalus* Bull. t. 586, Dec. Fl. fr. *A. cannabiolens* Secr. n. 286 non obstat. — Pileo carnoso, convexo, primo gibbo, squamulis floccosis granuloso, helvolo-fuscescente; stipite clavato-attenuato, ultra medium peronato, fusco-squamuloso, apice levi, pallido; lamellis emarginatis, ventricosis, subconfertis, lutescente-cinnamomeis. 3827

*Hab.* in silvis mixtis montanis Europæ. — Pileus 8 cm. latus; stipes 8 cm. longus; sporæ 6-7 ≃ 4-5. Præcedenti arcte cognatus, junior etiam olivascens, a formis decoloratis *C. pholidei* ægre discernendus, sed lamellæ numquam violaceæ.

162. **Cortinarius melanotus** Kalchbr. manusc. cum icone, et in Fr. Hym. Eur. p. 365. — Pileo carnoso, convexo, luteo, squamis minutis, adpressis, nigro-olivaceis punctato; stipite solido, firmo, sursum attenuato, lutescente, squamis minutis, confertis, umbrinis ad cortinam subannulatam usque fibrilloso; lamellis rotundato-emarginatis, subdistantibus, ventricosis, lutescente-cinnamomeis. 3828

*Hab.* in pinetis ad Olaszinum Hungariæ. — Statura præcedentis; caro olivaceo-lutea; odor saporque vix notabiles.

163. **Cortinarius penicillatus** Fr. Epicr. p. 283, Hym. Eur. p. 365, Cooke Ill. t. 764, Quél. in Grev. t. 84, f. 1. — Pileo carnosulo, convexo, umbonato, ferrugineo-fusco, squamis innatis densis floccoso; stipite farcto, gracili, æquali, squamis adpressis fusco-ferrugineis vestito; lamellis adnato-secedentibus, subconfertis, obscure brunneis. 3829

*Hab.* in pinetis Europæ. — Stipes 5-8 cm. longus, 4-7 mm.

crassus, fragilis, ipso apice tantum nudus, sericeus, pallidior; pileus regularis, 2–3 cm. latus, demum fulvescens, carne pertenui concolore; lamellæ planæ, ventricosæ, 6 mm. latæ, acie dilutiores; sporæ ovoideæ, aculeolatæ 7–8 μ. longæ.

164. **Cortinarius Wrightii** B. et C. N. Pac. exp. n. 63. — Pileo convexo, umbonato, innato, tomentoso, fusco; stipite subæquali, fibrilloso, basi nitente-fulvo; lamellis crassiusculis, distantibus, postice rotundato-emarginatis. 3830

*Hab.* in Japonia.

165. **Cortinarius catskillensis** Peck 23 Rep. p. 109. — Pileo carnoso, e convexo vel subcampanulato subexpanso, levigato, pallide ferrugineo, fibrillis minutis, candidis irregulariter obsesso; stipite valido, solido, subcandido, fibrilloso, basi bulbosa gradatim in stipitem attenuata; lamellis aquose cinnamomeis, ætate fuscescentibus, profunde emarginatis. 3831

*Hab.* ad terram locis adustis montium Catskill Amer. bor. — Statura 8-10 cm. metiens; pileus 5-8 cm. latus; stipes 12-20 mm. crassus.

**Subg.** IV. **Dermocybe** Fr. Pileus tenuiter et æqualiter carnosus, primo ville subinnato sericeus, sed adultus glabratus, siccus nec hygrophanus. Caro uda aquosa v. colorata. Stipes æqualis v. attenuatus, extus rigidior, elasticus vel fragilis, intus farctus cavusve. Velum simplex, fibrillosum, in n. 173 cingulatum. — Subgen. naturale, tenuitate et substantia nec non stipite ab Inolomatibus, pileo non udo nec hygrophano ejusque indumento brevi, floccoso atomatove, colore lætiore etc. a sqq. facile distinctum.

*) Lamellis primo albidis v. pallidis.

166. **Cortinarius ochroleucus** (Schaeff.) Fr. Epicr. p. 284, Hym. Eur. p. 366, Luc. Suite Bull. t. 13, Berk. Outl. pag. 189, Brig. t. 31, f. 1-4, *Agaricus* Schaeff. t. 34 (colore pilei etc. nonnihil recedit), Fr. Syst. Myc. I, p. 234. Weinm. p. 158, Secr. n. 239 non obstat. — Pileo carnoso, convexo, e gibbo obtuso, levi, glabello, pallescenti-albo; stipite solido, firmo, ventricoso, albo, apice fibrilloso-cortinato; lamellis adnexo-liberis, confertis, ex albido argillaceo-ochraceis. 3832

*Hab.* in silvis Europæ et Amer. fœder. — Species distincta, rara, inodora, sapore amaricante, non ingrato; stipes 8 cm. longus, 8–11 mm. crassus; pileus 5–6 cm. latus, sub lente sericeus.

167. **Cortinarius decumbens** (Pers.) Fr. Epicr. p. 284, Hym. Eur. p. 366, Quél. in Grev. t. 127, fig. 3, *Agaricus* Pers. Syn. p. 286, Fr. Obs. 2, p. 49, Secr. n. 241. — Pileo carnoso, convexo-ex- 3833

panso, levi, glabrato, albo, dein lutescente, nitido; stipite e farcto cavo, clavato-bulboso, adscendente, glabro; lamellis adnexis, confertis, primo argillaceis.

*Hab.* locis graminosis silvaticis Europæ raro. — Minor; stipes 5-6 cm. longus, demum inæqualis, cavus, apice subpruinatus; pileus 2-4 cm. latus, primo sæpe gibbosus, sericeo-nitens pellicula fibrillosa, licet glaber.

168. **Cortinarius riculatus** Fr. Epicr. p. 284, Hym. Eur. p. 366. — Pileo carnoso, convexo-plano, gibbo, lutescente, micore sericeo adpresso, albicante, disco nudo; stipite cavo, levi, glabro, recto, pallescenti-albo, basi solido, incrassato; lamellis adnatis, subconfertis, aquose ferrugineis; sporis subsphæroideis, flavis, 9-10 ≃ 7-9. 3834

*Hab.* in silvis acerosis Europæ raro. — Præcedentes cum seqq. eximie connectit. Inodorus. Stipes 5 cm. v. parum ultra longus, apice 7 mm. crassus, politus, cortina fibrillosa; pileus 5-8 cm. latus, colore melleo, sed disco excepto primo floccis levigatis (ut primo obtutu glaber) vestitus; lamellæ 5 mm. latæ.

169. **Cortinarius tabularis** Fr. Epicr. p. 284, Hym. Eur. p. 366, Berk. Outl. p. 189, Kickx p. 192, *Agar.* Fr. S. M. I, p. 221, Secr. n. 166, Bull. t. 431, f. 5, *A. ochroleucus* Pers. Syn. p. 295 (var.). — Pileo carnoso, æquali, mox applanato, e flocculoso glabrato, fuscescenti-argillaceo, pallescente; stipite farcto, tenaci, elastico, albo, adpresse fibrilloso-squamoso glabrove; lamellis emarginatis, confertis, ex albido argillaceis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, subflavis, 10-16 ≃ 7-9. 3835

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Pileus 8 cm. et ultra longus; stipes 5-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus; lamellæ 7 mm. latæ. *C. anomalo* major, pallidior, glabrior, lamellis primo vel omnino albidis vel fugacissime cæsio-albidis; lamellæ demum etiam subferrugineæ; pileus singulari modo sæpe humore aqueo tectus et tum flocci in zonam albam circa marginem in exsiccatis confluentes.

170. **Cortinarius ochrophyllus** Fr. Monogr. II, pag. 308, Hym. Eur. p. 367. — Pileo carnoso, e convexo explanato, sicco, glabro, olivaceo-fuscescente, expallente; stipite solido, pallido, squamis adpressis, obscurioribus variegato; lamellis adnatis, confertis, ex ochraceo subcinnamomeis. 3836

*Hab.* in silvis frondosis Europæ passim. — *C. anomalo* affinis, distinctus lamellis primitus ochraceis.

171. **Cortinarius camurus** Fr. Epicr. p. 285, Hymenom. Eur. p. 367 3837

et Ic. t. 154, Kickx p. 192, Bull. t. 431, f. 4 (obscurior). — Fragilis; pileo carnoso, tenui, gibbo, glabrato, inæquali, fusco-canescente, expallente; stipite subcavo, æquali, curvato, extus intusque albo, apice argenteo, nitido; lamellis subadnatis, confertis, tenuibus, ex argillaceo-griseo fuscescentibus.

*Hab.* in silvis cæduis Europæ cæspitosus. — Singularis, admodum fragilis; stipes 8 cm. longus, 7-9 mm. crassus, tortus v. adscendens, deorsum longitudinaliter adpresse fibrillosus; pileus inæqualiter carnosus, margine submembranaceo, mox glaber, sed non hygrophanus, 5-8 cm. latus, sæpe rimose incisus, demum lutescens disco saturatiore; caro alba; lamellæ 4-7 mm. latæ, acie concolore integerrimæ, numquam cæsiæ.

172. **Cortinarius diabolicus** Fr. Epicr. p. 285, Hym. Eur. pag. 367, 3838
Berk. Outl. p. 189, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 221, Secr. n. 175. — Pileo carnoso, tenui, hemisphærico, obtuso, dein gibboso, fuscescente, griseo-naucoso, demum glabro, fulvo-lutescente; stipite farcto, subtenui, glabro, pallescente, apice cæsio; lamellis subemarginato-adnexis, confertis, e pallido (albido, fugacissime cæsio) argillaceis.

*Hab.* in fagetis montosis Europæ passim. — Singularis species, sed formæ et coloris mutationibus difficilis, vetustior ad *C. raphanoideum* facile rejectus. Inodorus; stipes 8 cm. longus, 4-5 mm. crassus, basi fere attenuatus; pileus 2-3 cm. latus, passim inæqualis, rimosus; lamellæ 5 mm. et ultra latæ, demum cinnamomeo-ochraceæ, fere distantes.

173. **Cortinarius sericeps** Peck in 33 Rep. of St. Mus. p. 20. — Pi- 3839
leo tenui, conico vel subcampanulato, sæpe expanso et umbonato, glabro, castaneo, centro obscuriore; lamellis latis, confertis ascendentibus, vel ventricosis, postice acutis, albicantibus, dein brunneis vel brunneo-cinnamomeis acie alba; stipite æquali, solido fibrilloso, nitido, albo sursum vix melleo; sporis latis, inæqualibus, ellipsoideis, utrinque acutis, granulosis, 16 : 11.

*Hab.* ad terram udam in silvis, Center Amer. bor.. — Gregarius vel subcæspitosus, 3-7,5 cm. altus; pileus 13-26 mm. latus; stipes 2-4 mm. crassus.

**) Lamellis primo violaceis, purpurascentibus.

174. **Cortinarius caninus** Fr. Epicr. p. 285, Hym. Eur. p. 368, Quél. 3840
Grev. t. 110, f. 1, Cooke Ill. t. 765, Saund. et Sm. t. 15, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 221, Weinm. p. 153, Secr. n. 165, Buxb.

C. 4, t. 22, Bull. t. 544, f. 1, h. l. sed fallax. — Pileo carnoso, convexo-applanato, obtuso, glabrato, lateritio-rufo decoloratoque; stipite clavato-bulboso, elastico, adpresse fibrilloso, subperonato (passim cortina fusco-zonato), pallido, apice violaceo; lamellis emarginatis, latis, subdistantibus, e purpurascente cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, 8-10 ≃ 7-8.

*Hab.* in silvis Europæ passim. — Major, stipite 5-8 cm. longo, $1^1/_4$ cm. crasso firmior, sed colore (etiam lamellarum) mutabilis; pileus æqualis, non rimosus, circa marginem micore sericeo canus, 8-11 cm. latus; caro mollis, alba, non violacea, demum potius lutescens; lamellarum color intensitate admodum varius et pileus junior fuscescens, siccus fulvescens.

175. **Cortinarius myrtillinus** Fr. Epicr. p. 285, Hym. Eur. p. 368, 3841
Quél. in Grev. t. 110, fig. 2, Jura p. 142, Bolt. t. 147. — Pileo carnoso, e gibbo applanato, fuligineo, fibrillis sericeis albis canescente; stipite farcto, bulboso, albo-sericeo, azono, albicante; lamellis adnatis, subdistantibus, amethystino-cæruleis, dein cæruleo-scenti-argillaceis.

*Hab.* in fagetis circa truncos rarior in Europa. — Color et habitus *Trich. nudi*, ut qui illud cortinatum dicunt, hunc ante oculos habuisse videantur; caro primo aquose fusca, dein alba, in stipitis apice tantum violascens; pileus non rufescit nec lamellæ purpurascunt, nec velum peronatum.

176. **Cortinarius azureus** Fr. Epicr. p. 286, Hym. Eur. p. 368, Cooke 3842
Ill. t. 766, Quél. t. 24, f. 4, Krombh. t. 2, f. 25. — Pileo carnoso, obtuso, sericeo-nitente atomatoque, lilacino-canescente; stipite farcto, glabro, striatulo, basi incrassato, villoso, albicante; lamellis subconfertis, læte cæruleo-violaceis.

*Hab.* in fagetis Smolandiæ inter muscos etc., (inter folia minor stipite incurvo) in Belgio et Germania. — Solitarius, elegans, carne stipitis cærulea, pilei alba, nec scissili, nec hygrophana; stipes subfragilis, sæpe tortus, amœne cæruleus, 8 cm. longus, 8-9 mm. crassus; pileus 3-6 cm. latus, convexo-planus, primo lilacinus, dein fusco-pallens; lamellæ 4 mm. latæ, tenues, primo leviter emarginatæ, dein decurrentes; sporæ obovatæ, granutosæ, 10 ≃ 8.

177. **Cortinarius albo-cyaneus** Fr. Monogr. II, p. 62, Hym. Eur. p. 368, 3843
Cooke Ill t. 748, Letell. t. 634. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, indumento sericeo secedente glabro, ex albo lutescente; stipite farcto, subclavato, nudo; lamellis emarginatis, latis, confertis, e cyaneo-purpurascente subochraceis; sporis 10 μ. longis.

*Hab.* in betuletis supra folia putrescentia in Europa. — Hujus lusus tenuior lectus in Scania inter folia faginea stipite incurvo, albo-squamuloso, qui videtur *A. incurvus* Pers. Ic. et descr. t. 7, f. 5.

178. **Cortinarius anomalus** Fr. Epicr. p. 286, Hym. Eur. p. 369 et 3844
Ic. t. 154, f. 2, Berk. Outl. p. 190, Quèl. p. 142, *Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 73, Syst. Myc. I, p. 220 (*a*), Weinm. p. 153, Bull. t. 431, f. 2. Cfr. Secr. n. 167, 168, *A. eumorphus* Pers. (si Cortinarius), Alb. et Schw. n. 500. — Pileo carnoso, tenui, convexo, obtuso, dein gibbo, fuligineo-rufescente, fibrillis secedentibus canescente decoloreque (fulvente); stipite subfarcto, tenui, attenuato, fibrilloso, subsquamoso, violaceo-pallido; lamellis confertis, lente decurrentibus, e cyaneo-purpurascente cinnamomeis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavis, 8-9 ≃ 6-7.

*Hab.* in silvis et pratis silvaticis muscosis inter Betulas etc. copiosissime in Europa et Amer. fœder. — Gregarius; pileo 3-11 cm. lato; stipite 8-14 cm. longo, 2-7 mm. crasso; carne aquosa; cortina colorata; lamellis nunc emarginatis, nunc decurrentibus, nunc violaceis, nunc purpurascentibus, nunc cæsiis, semper tenuibus, angustis. Varietas gracilior, stipite tenui, æquali, glabro, flexuoso in pinetis. Licet constantissimæ sint, ob summam affinitatem et colorem mutabilem (vix variabilem) quatuor præcedentes ut hujus subspecies considerare posses. Hæc affinitas in iisdem determinandis semper attendenda, ne heterogenea immisceantur.

179. **Cortinarius spilomeus** Fr. Monogr. II, p. 63, Hym. Eur. p. 369, 3845
Ic. t. 154, f. 3, Berk. Outl. p. 190, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 220, minime Secr. *A. bolaris* Brig. t. 28, f. 4-6 (icon, vix descriptio). — Pileo carnosulo, gibbo, sicco, glabrescente, fuscescente decoloreque; stipite subcavo, tenui, albo-lilacino, squamis rufis fulvisve eleganter variegato; lamellis emarginatis, confertis, angustis, cyaneo-lilacinis, pallentibus, demum cinnamomeis; sporis subsphæroideis, flavescentibus (sub micr.), 8-9 ≃ 7-8.

*Hab.* in pratis declivibus umbrosis, betuletis etc. passim abundans, subcæspitosus in Europa. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 5-11 cm. longus, 4-7 mm. crassus. Ex elegantissimis, quoad stipitem *C. bolari* similis, sed multo tenuior, subæqualis; squamæ *C. pholidei* similes, sed ipsa cortina alba. In silvis abiegnis occurrit solitarius et paullo major. Fr. Obs. 2, p. 83.

180. **Cortinarius calopus** Karst. in Hedw. 1881 et Ic. Hym. f. XVIII, 3846
p. 178. — Pileo carnoso, tenuiore, e convexo expanso, obtuso,

levi, canescente, fibrillis secedentibus sericello, margine e velo lilacino-purpurascente fibrilloso, demum glabro, rubente ferrugineo, 5-10 cm. lato; stipite solido, firmo, curvato, æquali, basi incrassato vel subinde bulboso lilacino-purpurascente, inferne mox decolorante, intus sordide albido, e velo primitus floccoso-squamoso, dein glabrato, circ. 10 cm. longo et 5 mm. crasso; lamellis adnatis primitus pallide cinnamomeis, subdistantibus, integerrimis; sporis ovoideis, fuscidulis (sub micr.), 9-11 ≃ 6.

*Hab.* prope Mustiala Fenniæ in abiegnis, m. Sept. — *C. suillo* affinis. Odor et sapor nulli. Cortina laxa mollis, appendiculata. Caro pilei aquose ferruginascens.

***) Lamellis nitide cinnamomeis, rubris, luteis. Stipes cortinaque fibrillosa colorati. Elegantes.

181. **Cortinarius miltinus** Fr. Epicr. p. 287, Hym. Eur. p. 369, Quél. 3847
in Grev. t. 110, f. 3, Jura p. 341. — Pileo carnoso, tenui, convexo, badio-cinnamomeo, mox glaberrimo, nitido; stipite fistuloso, tenaci, sursum æqualiter attenuato, cinnamomeo, rubro-fibrilloso, basi incrassato, albo, tomentoso; lamellis adnatis, angustis, planis, confertis, ferrugineis.

*Hab.* circa Upsaliam in Suecia (Arrhenius) et in silvis mixtis in Britannia. — Tota indoles præcedentium, sed colores *C. cinnamomei;* stipes eximie cartilagineus, 5-8 cm. longus, 5-7 mm. crassus, apice cortina rubella villosus; pileus obtusus v. late gibbus, 4 cm. latus, siccus expallens, testaceus, disco subbadio, carne aquosa, dein lutescente.

182. **Cortinarius cinnabarinus** Fr. Epicr. p. 288, Hym. Eur. p. 370 et 3848
Ic. t. 154, f. 4, Quél. in Grev. t. 110, f. 4, Jura p. 143, Berk. et Br. n. 1352, Oudem. Bat. p. 29, *A. purpureus* Fr. S. M. I, p. 228, Lasch n. 571. — Pileo carnoso, obtuso, sericeo, dein glabrato, nitido stipiteque farcto, brevi, fibrilloso veloque coccineo-cinnabarinis; lamellis adnatis, latis, subdistantibus, obscurioribus.

*Hab.* in fagetis Europæ haud raro. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus, 7-9 mm. crassus, firmus, passim bulbosus, numquam lutescens, quo et tota nitida facie a *C. purpureo* Bull. t. 598, *C. cinnamomeo* proximo, differt; lamellarum 7 mm. lat. acies inæqualis; odor Raphani.

183. **Cortinarius sanguineus** (Wulf.) Fr. Epicr. p. 288, Hym. Eur. 3849
p. 370, Gill. C. F. c. ic., Berk. Outl. p. 190, *Agaricus* Wulf. in Jacq. Coll. 2, t. 15, f. 3. Fr. Syst. Myc. c. syn. Sow. t. 43, Bolt.

t. 36, Secr. n. 219, Klotzsch Bor. t. 385, Krombh. t. 2, f. 28-30, *A. santalinus* Scop. — Pileo carnoso, tenui, obtuso, innato-sericeo squamulosove stipiteque e farcto cavo, tenui, æquali veloque obscure sanguineis; lamellis confertis, latiusculis, obscurioribus; sporis ellipsoideis, 6 ≃ 4.

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes basi potius attenuatus quam incrassatus, compressus succum sanguineum fundens. Proximis tenuior.

184. **Cortinarius anthracinus** Fr. Epicr. p. 288, Monogr. II, p. 308, 3850
Hym. Eur. p. 370, Quél. in Grev. t. 111, f. 1, Berk. et Br. n. 1269. — Pileo disco carnoso, ceterum tenui, e convexo expanso, umbonato, fibrilloso-levigato glabratove, subcastaneo; stipite fistuloso, æquali, fibrilloso, intense sanguineo; lamellis adnatis, confertis, puniceis, tritis sanguineis.

*Hab.* in silvis Europæ, — Stipes 5 cm. longus, 2-5 mm. crassus; caro concolor; sporæ ovoideo-elongatæ, 12-14 μ. longæ. Species elegans, distinctissima. — * **C. purpureo-badius** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, pag. 45: pileo disco carnoso, ceterum tenui, e convexo expanso, subumbonato, mox glabro, nitente, levi, purpureo-badio, carne alba, sub cute propeque lamellas purpurascente, circiter 2,5 cm. lat.; stipite e farcto cavo, æquali, flexuoso, fibrilloso, pallide sanguineo, circiter 5 cm. longo, 2-3 mm. crasso; lamellis sinuato-adnatis, distantibus, latis, croceo-cinnamomeis, 3 mm. latis; sporis ellipsoideis, uniguttulatis, flavidis, 8-10 ≃ 4. In silva acerosa, Haarankorpi prope Mustiala Fenniæ.

185. **Cortinarius aureifolius** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 89. — Pileo 3851
convexo, dein plano vel leniter depresso, dense fibrillose tomentoso, sæpe vix squamuloso, præcipue in disco, cinnamomeo-brunneo; lamellis latis, sat numerosis, subventricosis, apice rotundatis, adnatis, luteis, dein luteo-cinnamomeis; stipite brevi, solido, æquali, fibrilloso, luteo, intus brunneo; sporis oblongis, 11-13 ≃ 4-5; carne pilei lutea vel pallida; odore raphaneo.

*Hab.* in pinetis, Karner Amer. bor. — Totus fungus 2,5-3,5 cm. altus; pileus 16-30 mm. lat.; stipes 4-6 mm. crassus. Affinis *C. cinnamomeo* a quo differt stipite breviori, sporis longioribus.

186. **Cortinarius cinnamomeus** (Linn.) Fr. Epicr. p. 288, Hym. Eur. 3852
p. 370, Berk. Outl. p. 190, *Agaricus* Linn. n. 1205, Fr. S. M. I, p. 229 cum syn. Krombh. t. 71, f. 12-15, Weinm. p. 168, *A. betulinus* Scop. — Pileo carnoso, tenui, obtuso, umbonato, subcinnamomeo, fibrillis innatis lutescentibus sericeo squamulosove, de-

mum glabrato; stipite e farcto cavo, tenui, æquali, cum carne veloque lutescentibus; lamellis adnatis, latis, confertis, nitidis.

*Hab.* in silvis ubique copiosissime in Europa, in Amer. fœder. et circa Adventbay. — Pileus 2-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 5-7 mm. crassus; sporæ 7-8 ≃ 5-6. Innumeras pæne colligit formas sat constantes, sed nimis affines, ut separare arduum sit. Differunt præcipue lamellarum colore sanguineo: β. **semisanguineus** Fr. S. M. l. c., Alb. et Schw. n. 449, Secr. n. 254, Letell. t. 618, Brigant. t. 30, f. 1-4, Quél. Grev. t. 111, f. 2, Gill. C. F. cum ic.; cinnamomeo: Bolt. t. 150, Sowerb. t. 205; fulvo etc. — ***C. croceus** Fr. Hym. Eur. p. 371, Schaeff. t. 4, Batsch f. 117, Letell. t. 652: minor, pileo subsquamuloso; lamellis minus confertis, lutescentibus. In silvis Europæ. Pileus colore varius, etiam olivaceo-fuscescens; in paludosis hujus var. lamellis stipiteque olivascentibus.

187. **Cortinarius uliginosus** Berk. Outl. p. 190, Fr. Hym. Eur. p. 371. 3853
— Pileo conico-campanulato, expanso, acute umbonato, sericeo, lateritio, carne luteo-olivacea; stipite flexuoso, pallidiore; lamellis adnatis, distantibus, e luteo olivaceis, demum cinnamomeis.

*Hab.* in paludosis silvaticis Angliæ inter Sphagna. — Pileus 5 cm. diam. haud superans. Ambigit inter *C. croceum,* cujus forte varietas paludosa, et *croceo-conum,* a quo colore modo differre videtur.

188. **Cortinarius croceo-conus** Fr. Monogr. II, p. 67, Hym. Eur. 3854
p. 371, Quél. in Grev. t. 111, f. 3, Quél. p. 341. — Pileo carnosulo, e conico campanulato, persistenter acuto, glabrato, fulvo-cinnamomeo; stipite fistuloso, gracili, flexuoso; lamellis adscendentibus, linearibus, confertis, cinnamomeis.

*Hab.* catervatim locis muscosis in pinetis Europæ. — Statura *Cort. iliopodii* sed *C. croceo* affinis. Forsan rectius etiam hæc subspecies *C. crocei* censenda.

189. **Cortinarius orellanus** Fr. Epicr. p. 288, Hym. Eur. p. 371, Quél. 3855
in Grev. t. 111, f. 4, Jura p. 341, Berk. et Br. n. 1270, *A. callisteus* Lasch n. 570, *A. conformis* Secr. n. 253 (ex descr., synon. aliena), — Pileo carnoso, obtuse umbonato, villoso-squamuloso fibrillosove, aurantio-fulvo, carne similari rubente; stipite solido, firmo, subæquali, striato-fibrilloso cortinaque fulvis; lamellis adfixis, latis, subdistantibus, demum opacis.

*Hab.* rarior in silvis Europæ. — A præcedente (stipes etiam basi incrassatus) notis datis facile distinctus. — *B.*? pileo tenuiore,

subcinnamomeo: *A. purpureus* Bull. t. 598; idemque pileo glabrato forte *A. fuscescens* Jungh. Linn. V, t. 6, f. 9.

190. **Cortinarius concinnus** Karst. Myc. Fenn. III, p. 178. — Pileo 3856
carnoso, e convexo expanso, primitus obtuse umbonato, margine deflexo et undulato, fibrillis innatis sericeo, demum glabrato, sanguineo-fulvo, nitido, carne lutescente; stipite subfarcto, subæquali, striato-fibrilloso, lutescente, intus luteo, cortina sanguineo-fulva, demum toto sanguineo-fulvo; lamellis adnatis, subconfertis, e luteo subcinnamomeis; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, flavidis (s. l.), 9-12 ≃ 6.

*Hab.* in salicetis udis circa Mustiala in Fennia. — *C. orellano* affinis. Margo pilei infractus, unde (in expanso) jugum elevatum circa marginem; pileus 4-5 cm. latus; stipes 8-9 cm. longus, 8 mm. crassus, basi interdum leviter incrassatus.

191. **Cortinarius malicorius** Fr. Epicr. p. 289, Hym. Eur. p. 371 et 3857
Ic. t. 155, f. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, velutino fibrillosove, aureo-fulvo, carne scissili, e luteo olivaceo-virescente; stipite cavo, crasso, fibrilloso cortinaque aureis; lamellis rotundatis, confertis, aureo-fulvis, acie demum flocculosis, discoloribus.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Elegans, etiam *C. cinnamomeo* satis affinis, sapore grato. Color pilei fundamentalis est fulvus, qui in disco obscuriore apparet, sed ex indumento præcipue circa margines eleganter aureus; stipes $1^1/_4$ cm. crassus, demum fuscescens et olivaceus; caro lutea, dein olivascens; sporæ 8-10 μ. longæ, aculeolatæ.

192. **Cortinarius infucatus** Fr. Monogr. II, p. 309, Hym. Eur. p. 372 3858
et Ic. 155, f. 2. — Læte luteus; pileo carnoso, convexo, obtuso, sicco sericello; stipite solido, a basi clavata attenuato, fibrilloso, pallidiore; lamellis adnatis, confertis, linearibus, e fulvo cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Coloribus accedit ad *C. percomem* et *C. callisteum*, sed notis datis distinctus. Caro albida.

193. **Cortinarius fucatophyllus** Lasch l. c. n. 330 (*Agar.*), Fr. Hym. 3859
Eur. p. 372. — Pileo carnoso, tenui, acute umbonato, fibrilloso-squamuloso, subbrunneo; stipite tenui, fibrilloso, flavido, basi leviter incrassato, cortina flavido-rubella; lamellis adfixis, latis, subdistantibus, tenuibus, citrinis, coccineo-maculatis, denticulatis.

*Hab.* in pinetis Europæ dispersus. — Stipes 5-8 cm. longus, 3-5 mm. crassus, rarius virescens; pileus primo conicus, 4-6 cm. latus, variicolor, sæpe spadiceo-maculatus; sporæ 8-10 μ. longæ.

194. **Cortinarius colymbadinus** Fr. Epicr. p. 289, Hym. Eur. p. 372 et Ic. t. 155, f. 3. Cfr. Secr. n. 257. — Pileo carnosulo, subgibbo, fibrillis luteis secedentibus glabro, lutescente, carne scissili concolore; stipite subcavo, æquali, fibrilloso-striato, nudo, pallido; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, crassis, demum brunneo-ferrugineis, acie albo-floccosis. 3860

*Hab.* in silvis Europæ. — Distinctissimus, versipellis. Cortina vix ulla; stipes 5–11 cm. longus, 7–9 mm. crassus, interdum tortus et basi intus obscuriore attenuatus; pileus 5–8 cm. latus, primo melleo-alutaceus, glabratus, subudus, expallens, nitidus; odor fortis Raphani.

195. **Cortinarius castanellus** Peck 29 Rep. p. 43. — Pileo tenui, convexo vel expanso, umbonato, glabro, nitido, obscure castaneo, umbone subnigro; stipite sericeo, æquali, farcto vel cavo, pallido vel albido, superne obscure violaceo; lamellis confertis, postice rotundatis, cinnamomeis; sporis ellipsoideis, 9 $\mu$. long. 3861

*Hab.* ad terram in campis patentibus, West Albany Amer. fœder. — Statura 5 cm. metiens, pileus 12-24 mm. latus, stipes 2-4 mm. crassus. A *C. nigrello*, cui colore valde similis, distinguitur parvitate, pileo umbonato sporisque majoribus.

196. **Cortinarius fucosus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 126, f. 74. — Pileo convexo, gibbosulo, flavo-aureo, 6 cm. lat.; stipite albescente, carnoso 5 cm. long.; lamellis sat numerosis rufo-luteis, brunneis; carne alba vel albida; sporis 910 ≃ 8. 3862

*Hab.* in silvis prope Augsburg Bavariæ, autumno.

197. **Cortinarius fucilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 126, f. 65. — Pileo campanulato dein expanso, crusticolore, albido; stipite concolori; lamellis remotis, lutescentibus, brunneo-rufis; sporis 14 ≃ 8. 3863

*Hab.* in Siebentischwald prope Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 5-6 cm. lat.; stipes 8 cm. long., basi 2,5 cm. cr.

198. **Cortinarius basalis** Peck in 33 Rep. of the St. Mus. p. 20. — Pileo tenui, convexo vel expanso, piloso, brunneo; lamellis laxis, subventricosis, primitus pallide brunneis, senectute cinnamomeis; stipite brevi, æquali, cavo, fibrilloso, pallido vel pallide brunneis, annulo contexto prope basim cincto; sporis subellipsoideis, 8 ≃ 4,5 carne pallida, odore nullo. 3864

*Hab.* ad terram nudam in silvis Wading River Amer bor. — Totus fungus 2 cm. altus; pileus 10-20 mm. latus; stipes 2 mm. crassus.

****) Olivascentes, velo sordide pallido fuscove. — Pileus non in squamas laceratus.

199. **Cortinarius cotoneus** Fr. Epicr. p. 298, Hym. Eur. p. 372, Cooke Ill. t. 749, Quél. in Grev. t. 111, f. 5. *A. notatus* Secr. n. 288, sed Pers. Syn. p. 296 potius sq. — Olivaceus; pileo carnoso, campanulato-expanso, bullato, subrepando, innato-velutino; stipite solido, cortina fusca cingulato, basi incrassato; lamellis subconfertis, ex olivaceo brunneo-cinnamomeis. 3865

*Hab.* in quercetis Europæ raro. — Spectabilis, tactu mollis, extus intusque olivaceus, opacus, præcipue pileus laxus, 7,5–8 cm. latus; indumentum pure olivaceum, subpersistens; stipes 7,5–8 cm. longus.

200. **Cortinarius subnotatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 290, Hym. Eur. p. 372, *Agaricus* Pers. Syn. p. 296, Schaeff. t. 260 hujus monstrum. — Pileo carnoso, tenui, campanulato-explanato, floccis canis superficialibus squamuloso, mox glabro, ex olivaceo fusco; stipite spongioso-farcto, conico, elongato, squamis fibrillisve veloque lutescentibus notato, apice glabro nitente; lamellis adnato-ventricosis, latis, subdistantibus, e lutescente olivaceo-cinnamomeis. 3866

*Hab.* in fagetis Europæ raro. — Species elata, stipite valido, fragili, 8–11 cm. longo, adulto glabro; pileus primitus conicus, acutus, gibbus, pallidior, 11 cm. latus; huic peculiare est adultum et siccum fieri obscure fuscum, glabrum, exacte planum; lamellæ 7–11 mm. latæ, venis connexæ, crassiusculæ. Forma pallida Bull. t. 600, f. Y. Z. respondet.

201. **Cortinarius valgus** Fr. Hym. p. 373, Cooke Ill. t. 750, *A. sublanatus* b, Fr. S. M. I, p. 214 (Sow. t. 224 pileo tenui et colore hunc melius refert quam *C. sublanatum*, ad quem vero ob squamas referendus). Cfr. Secr. n. 287 (sat convenit, et pileus sericeus e typo esse debet, licet talem non viderit Fries). — Fragilis; pileo convexo, subgibbo, levi, glabrato, ex olivaceo testaceo, margine submembranaceo; stipite subcavo, procero, torto, nudo, pallido, nitido, apice striato, subviolaceo, bulbo albo-tomentoso radicante; lamellis adfixis, subdistantibus, e sordide helvolo testaceis; sporis 8 μ. longis. 3867

*Hab.* inter muscos in pinetis Europæ. — Stipes valde elongatus, 8–16 cm. longus, 7–9 mm. crassus, basi 1¼ cm. et ultra; pileus junior pallide olivaceus, dein helvolo-testaceus, carne concolore.

202. **Cortinarius raphanoides** (Pers.) Fr. Epicr. p. 290, Hym. Eur. 3868

p. 373, Quèl. in Grev. t. 111, f. 6, *Agaricus* Pers. Syn. p. 324, Fr. Syst. Myc. I, 230, Alb. et Schw. p. 170, Weinm. p. 171 cum var. stipite basi attenuato, Berk. Outl. p. 191, Kickx p. 193, Mich. t. 75, f. 2. — Ex olivaceo decolorans; pileo carnoso, e campanulato expanso, gibbo, fibrillis innatis sericeo; stipite farcto, firmo, fibrilloso, opaco cortinaque dilutioribus; lamellis adnato-ventricosis, subconfertis, ex olivaceo cinnamomeis; sporis 7-10 ≃ 6.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ copiose. — Statura fere *C. cinnamomei*, sed stipes firmior, nunc æqualis, nunc sursum attenuatus (non bulbosus), sæpe tortus, 5-8 cm. longus, 8 mm. crassus, cortina olivacea; pileus 2-5 cm. latus, tenuis (non adeo ac prioris), nec fragilis, primo fusco-olivaceus, siccus fulvescens subnitens, carne pallida; lamellæ colore ex aeris constitutione mutantur, ut ægre sæpe agnoscas; odor Raphani, sapor acris. Cfr. Secr. n. 294.

203. **Cortinarius depexus** Fr. Epicr. p. 291, Hym. Eur. p. 373, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 230, Obs. 2, p. 53, Weinm. p. 172, Batsch f. 191, Secr. n. 296 e syn. et loco. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, sericeo-fibrilloso, testaceo, expallente; stipite subfarcto, æquali, fibrilloso-striato cortinaque sordide pallidis; lamellis adnatis, subconfertis, e lutescente cinnamomeis, opacis. 3869

*Hab.* in silvis Europæ raro. — Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 5-9 mm. crassus. Est ex hac serie, licet vix olivascens; velum pallidum demum fuscescit. Caro e sordido albida.

204. **Cortinarius venetus** Fr. Epicr. p. 291, Hym. Eur. p. 374 et Ic. t. 155, f. 4, *Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 76 (lusus abnormis pileo umbilicato in humo trunci lectus). — Pileo carnoso, tenui, convexo-expanso, sericeo-villoso, ex olivaceo lutescente, opaco; stipite e farcto cavo, firmo, fibrilloso-striato cortinaque concoloribus; lamellis rotundato-adnatis, subdistantibus, latis, venosis, luteo-olivaceis, dein olivaceo-cinnamomeis; sporis 10 μ. longis. 3870

*Hab.* in fagetis Europæ passim, gregarius, distinctissimus. — Stipes basi sæpe luteo-villosus. Indumentum pilei luteum a prioribus mox distinguit, hinc color venetus s. lætius flavo-viridis (caro quoque viridi-lutea) nec fuscescens ut in præcedente. Pileus 4-5 cm. latus, obtuse umbonatus. Secr. n. 295 h. l. videtur.

205. **Cortinarius apparens** Britz. Hym. Südb. IV, p. 126, f. 62. — Pileo campanulato vel tantum convexo, denique expanso, obscure brunneo; stipite rubro-cinnabarino, brunneo-tincto; lamellis obscure brunneis, brunneo-violaceis; sæpe undulatis, remotis, carne sordide brunneo-violacea; sporis 10 ≃ 4-6. 3871

*Hab.* in silvis, Oberstaufen Bavariæ, autumno. — Pileus 3 cm. diam.; stipes 5 cm. longus, basi 2 cm. crassus.

**Subg. V. Telamonia** Fr. S. M. I. p. 120. Pileus udus, hygrophanus, primitus glaber v. fibrillis superficialibus, albidis veli adspersus. Caro tota v. margine abrupte tenuis (nec æqualiter attenuata), scissilis. Stipes velo universali infero annulatus v. peronato-squamosus, apice subcortinatus, hinc velum subduplex. — Huc referuntur nonnullæ species inter hanc et præcedentem seriem mediæ ob velum duplex, universale subannulatum, pileum haud sericeum e. s. p.

I. Platyphylli Fr. Hym. p. 374, *Mollipedes* Fr. Ep. p. 291. Lamellæ perlatæ, crassiusculæ, plus minus distantes. Stipes spongiosus v. totus fibrosus.

Sectiones hujus tribus aliter limitantur in Fr. Monogr. e stipite firmiore et tenui. Quæ dispositio magis habitum exprimit, sed præsens in opere systematico præferenda. Fr. l. c.

*) Stipite cortinaque albis v. albidis.

206. **Cortinarius macropus** Fr. Epicr. p. 291, Hym. Eur. pag. 374, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 215 et probab. Pers. Syn. p. 275. — Pileo carnoso, e convexo infractoque explanato, obtuso, squamulis minimis canescente; stipite solido, elato, æquali, fibrilloso, albicante, annulo tenui, distante; lamellis adnexis, distantibus, latissimis, ex pallido aquose cinnamomeis. 3872

*Hab.* in nemoribus humidis in Europa raro. — Major, stipite 8-16 cm. longo, 1-1½ cm. crasso, sed pileo 8 cm. lato haud compacto, primo testaceo-canescente; sporis ovoideis, tenuiter punctatis, 8 μ. longis.

207. **Cortinarius testaceo-canescens** (Weinm.) Fr. Epicr. pag. 292, Hym. Eur. p. 374, *Agaricus* Weinm. p. 147. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, testaceo, fibrillis squamulisque canescentibus obducto; stipite farcto, rigido, æquali, sericeo-nitente; lamellis emarginato-adnatis, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis. 3873

*Hab.* in pinetis Rossiæ. — Firmus, statura sq. Inter proximos videtur medius.

208. **Cortinarius rusticus** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 45. — Pileo carnoso, margine tenui, fere membranaceo, convexo, obtuso, argillaceo, undique fibrillis densis canescentibus obducto, margine e velo primitus floccoso-squamoso usque ad 10 cm. lato, carne molli, aquose albida, disco 1-2 cm. crasso; stipite farcto, cylindraceo vel sursum leviter attenuato, basi vulgo piriformi-incrassato, sæpe curvato, rigido, e velo canescente albido undique floccoso-squamoso, peronato-cortinato subannulatoque, usque ad 13 3874

cm. alto, basi usque ad 4, apice 1,5 cm. crasso; lamellis emarginatis vel postice truncatis, subliberis, subdistantibus primitus pallido-cinnamomeis, dein obscurioribus usque ad 8 mm. latis, crenulatis; sporis ellipsoideis, uniguttulatis, læte flavis, 8-10 ≃ 5-6.

*Hab.* in silva abiegna locis umbrosis, muscosis, udis prope Mustiala Fenniæ. — Ad *C. testaceo-canescentem* proxime accedit.

209. **Cortinarius laniger** Fr. Epicr. p. 292, Hym. Eur. p. 375 et Ic. 3875
t. 156, fig. 2, Gill. C. F. c. ic., *Agaricus bivelus* var. Fr. S. M. p. 215, Secr. n. 139 sat recedit. — Pileo compacto, hemisphærico, expanso, obtuso, squamis superficialibus albis lanato, dein glabrescente, aureo-fulvo; stipite valido, subæquali, albo, a velo candido peronato-vaginato, manifeste annulato; lamellis (subrotundato-) adnexis, leviter distantibus, croceo-fulvis, nitidis; sporis ellipsoideis, 11-12 ≃ 6-7.

*Hab.* in silvis abiegnis montanis Europæ sat frequens. — Elegantissimus, distinctissimus, sq. vulgo minor, sed annulus tumidus, patulus, persistens; pileus numquam gibbus, sed margine tenuis, junior albo-plumulosus, dein sericeus glabratusque.

210. **Cortinarius bivelus** Fr. Epicr. p. 292, Hym. Eur. p. 375 et Ic. 3876
t. 156, f. 1, Quél. in Grev. t. 111, f. 7, Jura p. 144, Berk. et Br., 1271, Fr. Obs. 2, p. 58, Syst. Myc. I, p. 215 incl. pr., Weinm. p. 146, Secr. n. 142? — Pileo carnoso, convexo-explanato, obtuso, glabro margineve sericeo, testaceo-fulvente; stipite firmo, subbulboso, sordide albido, peronato-cortinato, annulo spurio fugaci; lamellis adnexis, vix confertis, læte fulvo-cinnamomeis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavidis, 8-10 ≃ 5-7.

*Hab.* in silvis, betuletis muscosis, montanis abundans in Europa. — Mitis; stipes 5 cm. longus, totus carnoso-spongiosus nec extus firmior, nunc curtus bulbosus, nunc elongatus attenuatus, levis, pertusus, intus ferruginascens; pileus 5-14 cm. latus, mollis, bibulus, udus, sed non vere hygrophanus, vulgo glaberrimus, nitidus, sæpe obscurius maculatus, passim rivuloso-squamulosus, demum pertusus, rarius campanulatus, laxus.

211. **Cortinarius bulbosus** (Sow.) Fr. Epicr. pag. 292, Hym. Eur. 3877
p. 375, Berk. Outl. p. 191, *Agaricus* Sow. t. 130, Fr. Syst. Myc. I, p. 214 c. syn. Weinm. p. 145. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, glabro, spadiceo (fusco-testaceo), disco carnoso, subgibbo; stipite valido, bulboso, pallido v. dilutiore, velo albo peronato subannulatoque; lamellis adnatis, subdistantibus, opacis, cinnamomeis.

*Hab.* in silvis, pratis etc. Europæ rarior. — Stipite 8-11 cm.

longo, valide bulboso, basi intusque subcroceo, demum testaceo, pileo 5-8 cm, lato, tenuiore hygrophano, passim (*C. armillati* instar, cui eximie analogus) marginem versus fibrilloso-lacerato, carne concolore, sicca albida, colore obscuriore a priore certe distinctus.

212. **Cortinarius urbicus** Fr. Epicr. p. 293. Hym. Eur. p. 375, Quél. in Grev. tab. 111, f. 8, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 216. — Pileo 3878
carnoso, convexo-plano, glabro, argillaceo-albo; stipite solido, æquali, levigato, peronato, supra annulum angustum, album villoso; lamellis emarginatis, latis, aquose ferrugineis.

*Hab.* locis graminosis, ad vias juxta Salices etc. Europæ, autum., [ceteri vero Cortinarii locis incultis, silvaticis plerumque vigent]. — Proximus n. 209, glabritie et colore facile distinctus. *A. ombrophilus* Weinm. p. 148, ex Bong. mscr. receptus, videtur Pholiota. *A. arachnostreptus* Letell. f. 617 quoad staturam convenit, sed lamellarum colore admodum differt. — ***C. arvalis** Karst. Symb. VII, p. 3: pileo carnoso, convexo-plano, repando, flexuoso, marginem versus primitus fibrilloso, demum glabrato, sæpe squamuloso, vix hygrophano, fusco- vel rufo-pallente, adultiori alutaceo-testaceo-pallente, circiter 6 cm. lato; stipite solido, æquali vel inferne leviter incrassato, albido, e cortina fugaci, alba fibrilloso, apice primitus albo-villosulo, junior 2 cm. alto et crasso, demum elongato 4-5 cm. longo, 1,5 cm. crasso; lamellis subdistantibus, descendentibus, adnato-emarginatis, circiter 5 mm. latis, crassiusculis, aquose cinnamomeis vel ferrugineis; sporis 9-10 = 5-6. In nemoribus, locis cultis, umbrosis ad Helsingforsiam Fenniæ.

213. **Cortinarius licinipes** Fr. Epicr. p. 293, Hym. Eur. p. 376, Quél. 3879
p. 146, Bull. t. 600, f. X, W. T. (brevipes, var. loco sicciore nata). — Fragilis; pileo carnoso-membranaceo, convexo, dein expanso, umbonato, glabro, helvolo, hygrophano; stipite e farcto cavo, subæquali, pallido, squamis albis floccoso annulatoque; lamellis adnatis, perlatis, e pallido aquose cinnamomeis.

*Hab.* in silvis abiegnis, montanis, paludosis; stipes 11 cm. longus, 6-9 mm. crassus, basi villosus; pileus 5-8 cm. et ultra latus, primo obtusus, demum gibbus et circa umbonem depressus; lamellæ postice latissimæ 10 mm. Affinis insuper exstat var. tota pallida, pileo campanulato, stipite attenuato levi. Cfr. Secr. n. 140.

214. **Cortinarius microcyclus** Fr. Monogr. II, pag. 78, Hym. Eur. 3880
p. 376. — Pileo submembranaceo, convexo-plano, levi, glabro, testaceo-fusco, expallente, opaco, disco umbonato obscuriore; stipite farcto, a basi incrassata attenuato, pallescenti-albo, cortina in zo-

nam annularem collapsa; lamellis adnatis, perlatis, distantibus, e lilacino cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Statura et habitus *Cort. decipientis;* admodum tenuis et gracilis, pileo $2^1/_2$ cm. lato.

215. **Cortinarius castaneoides** Peck 23 Rep. p. 111, tab. 4, fig. 10-15. 3881
— Pileo tenui, e convexo expanso, margine deflexo, glabro, udo fusco badio vel castaneo, sicco pallidiore; stipite gracili, æquali, farcto vel cavo, subannulato, pileo pallidiore, velo v. vagina alba; lamellis haud confertis, leviter et inæqualiter emarginatis, lutescenti cinnamomeis, demum cinnamomeis.

*Hab.* sub Conio maculato in montibus Catskill Amer. bor. — Statura $2^1/_2$–5 cm. metiens; pilei latitudo 12–24 mm.; stipes 2–4 mm. crassus.; pileus interdum leviter umbonatus. Gregarius vel subcæspitosus; velum subpersistens eiusque abrupta acies vere distinctum annulum præbet.

**) Stipite lamellisque violaceis. Cortina vulgo albo-violascens, sed velum universale album. Nobilissimi.

216. **Cortinarius torvus** Fr. Epicr. p. 293, Hym. Eur. p. 376 et Ic. 3882
t. 157, f. 1, Gill. C. F. c. ic., Berk. et Br. n. 1354, Quél. p. 144, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 211, Weinm, p. 144, Secr. n. 117, Bull. t. 600, f. *Q*, *R*, *S*, (specc. tenuia). — Pileo carnoso, convexo-expanso, obtuso, dilute testaceo, squamulis fibrillisve canescente, demum pertuso, glabrato; stipite valido, e velo albo persistente vaginato annulatoque, apice violaceo-cortinato; lamellis crassis, distantibus, perlatis, e purpureo-umbrino cinnamomeis.

*Hab.* in silvis, præcipue fagetis, copiose in Europa et Maryland atque Worcester Amer. bor. — Spectabilis, vulgo robustus, stipite primo bulboso, dein elongato æquali, annulo manifesto et subpersistente; pileus 8 cm. et ultra latus primitus etiam spadiceus et violascens; stipes 8-14 cm. longus, 1-$2^1/_2$ cm. crassus. Varait lamellis carneo-rufescentibus.

217. **Cortinarius impennis** Fr. Epicr. p. 293, Hym. Eur. p. 376, Ic. 3883
t. 157, f. 2, Quél. p. 145. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, rigido, glabrato, subtestaceo, decolore; stipite solido, curto, subbulboso, pallido, cingulato-annulato apiceque violaceo, albo-cortinato; lamellis ex adnato emarginatis, distantibus, crassis, violaceis, mox purpurascentibus, demum aquose cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Germaniæ. — Stipes 5 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, sæpe cylindricus, fibrillosus, annulo incompleto; pileus disco

præcipue carnosus, primo umbrino-fuligineus, dein testaceus v. lateritius (in statu juniore color fere *Coll. butyraceæ*), non canescens, junior circa margines sericeus, demum rimosus. — *__C. lucorum__ Fr. Hym. Eur. p. 377: pileo levi, udo badio-lateritio; stipite firmo, clavato, valde fibrilloso, unicolore, pallescente; lamellis emarginatis, subdistantibus, aquose cinnamomeis cum tinctura carneo-violacea fugaci. In nemoribus circa Upsaliam etc. in Suecia, serotina. Carne dura, obscura, aquosa, sicca isabellina insuper mox differt.

218. **Cortinarius plumiger** Fr. Epicr. p. 294, Hym. Eur. p. 377, Quél. 3884
in Grev. t. 112, f. 1, Karst. Fenn. n. 232. — Pileo carnoso, tenui, e conico campanulato, gibbo, subolivaceo-fuscescente, floccis densis, albis plumoso sericeove; stipite solido, clavato-bulboso, floccoso, subannulato, pallescente; lamellis adnatis, vix confertis, latis, e violaceo mox cinnamomeis, acie concolore integra.

*Hab.* circa truncos Alni locisque humidis in montosis pinetis Europæ. — Speciosus; stipes 8–10 cm. longus, basi $2^1/_2$ cm. fere crassus, intus aquose albidus; pileus decolorans, magis expansus rimose fissus, 8 cm. latus; imbribus flocci prostrati et sericei.

219. **Cortinarius scutulatus** Fr. Epicr. p. 294, Syst. Myc. I, p. 211, 3885
Hym. Eur. p. 377 et Ic. t. 158, f. 2, Quél. in Grev. t. 112, f. 2, Lasch, Secr. n. 119, sed nonnihil recedit. — Pileo carnoso, tenui, ovato-expanso, obtuso, purpureo-umbrino (testaceo), primo circa marginem albo-sericeo, demum diffracto-squamuloso; stipite solido, rigido, elongato, subbulboso, extus intusque obscure violaceo, velo albo peronato subannulatoque; lamellis adnatis, subdistantibus, violaceo-purpureis.

*Hab.* locis subhumidis, præcipue fagetorum, frequens in Europa. — Nobilis, odore Raphani; pileus 5 cm. latus; stipes 8–14 cm. longus, 6–9 mm. crassus, supra bulbum, passim deficientem, cylindricus, apice passim cavus et tum pileus (disco carnosior, pro ratione minor) umbilicatus; velum nunc concentrice squamosum, nunc prorsus detersum, annulo membranaceo obsoletove; lamellæ acie primo albicantes, demum cinnamomeæ.

220. **Cortinarius evernius** Fr. Epicr. p. 294, Hym. Eur. p. 377, S. M. 3886
I, p. 212, Quél. in Grev. t. 112, f. 3, Berk. Outl. p. 191, Lasch l. c., Weinm. p. 179, Secr. n. 123 (sed bulbosus, et *C. elatior* subjungitur), Sow. t. 125 (forma valde recedens). — Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, expanso, glabro, purpurascenti-badio (testaceo-canescente), demum fibrilloso-lacerato; stipite va-

lido, cylidrico, molli, violaceo, velo albo squamoso obsoleteque cingulato; lamellis adnatis, latissimis, distantibus, violaceo-purpurascentibus; sporis subsphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis (sub micr.), 8-12 ≃ 5-7.

*Hab.* locis humidis montosis Europæ copiose. — Sat amplus; pileo 4-11 cm. lato, sed tenuis, demum fragilis, maxime laceratus et decoloratus; stipes rectus, 8-16 cm. longus, 1¼ cm. crassus prorsus ebulbis, basi potius attenuatus.

221. **Cortinarius quadricolor** (Scop.) Fr. Epicr. p. 295, Hym. Eur. 3887
p. 378, *Agaricus* Scop. Carn. p. 446, *A. rubellus* Schaeff. t. 303, *A. spurius* Pers. Syn. p. 288; *B.* major, triuncialis: Secr. n. 128. — Pileo carnoso-membranaceo, e conico explanato, albo-lutescente (fulvente), margine radiato-striato; stipite e farcto cavo, æquali, tenui, elongato, violaceo-albicante, cingulato; lamellis adnatis, latis, distantibus, serratis, e purpurascente cinnamomeis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Stipes 8 cm. usque longus, 5-6 mm. crassus. Valde affinis *C. hinnuleo* et, Persoonio indicante, potius varietas. Forma et statura analoga ratione in utroque variant.

222. **Cortinarius fundatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 127, f. 78. — 3888
Pileo convexo, parum umbonato, griseo-brunneo; stipite apice attenuato, pallide violaceo; lamellis sat remotis, brunneo-cinnamomeis; carne albida; sporis 12-14 ≃ 6.

*Hab.* in silvis prope Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 6 cm. diam.; stipes 8 cm. altus, basi 2 cm. crassus.

223. **Cortinarius refectus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 127, f. 72. *C.* 3889
*quadricolor* β. major Fries (?). — Pileo conico, levi, umbrino-lutescente; lamellis parce numerosis, griseo-lilacinis, brunneo-griseis, primitus semper violascentibus; stipite deorsum incrassato, sordide pallido; carne uda albida, pallide violacea; sporis 8 ≃ 6.

*Hab.* in silvis, Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 3,5 cm. diam.; stipes 9,5 cm. longus, 1 cm. crassus.

***) Stipite veloque rubellis luteisve. Lamellæ fulvæ v. cinnamomeæ, nec violaceæ, nec brunnescentes.

224. **Cortinarius armillatus** (Alb. et Schw.) Fr. Epicr. p. 295, Hym. 3890
Eur. p. 378 et Ic. t. 158, f. 1, Gill. C. F. cum. ic., Berk. et Br. n. 1354, Berk. Outl. p. 192, Quél. p. 143, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 214, Obs. 2, p. 61, Weinm. pag. 148, Alb. et Schw. n. 448 (squamosior). — Pileo carnoso, e campanulato expanso, mox innato-fibrilloso squamosoque, lacero, testaceo-rubro, margine tenui;

stipite solido, elongato, bulboso, fibrilloso, rufescente, velo rubro-zonato-cingulato; lamellis adfixis, perlatis, distantibus, e pallide obscure cinnamomeis; sporis ellipsoideis, flavis (sub lente), 10-12 ≃ 6-7.

*Hab.* in silvaticis montanis Europæ copiosus; ut plurimi nobilissimi, Europæ boreali privus fere videtur. — Amplus, princeps hujus tribus, sed ob pileum non vere hygrophanum pro Inolomate facile sumptus. Pileus 5-15 cm. latus; stipes 8-16 cm. longus, apice 7-9 mm. crassus; cinguli stipitis 1-4, fere cinnabarini, sed ipsa cortina pallidior.

225. **Cortinarius hæmatochelis** (Bull.) Fr. Epicr. p. 302, Hym. Eur. 3891
p. 378, Berk. et Br. n. 1273, Hussey I, t. 19, *Agaricus* Bull. t. 527, f. 1, Paulet t. 111. — Pileo carnoso, tenui, gibbo, sericeo-fibrilloso, fuscescenti-testaceo (pallido); stipite solido, sursum attenuato, zona rufa cincto; lamellis adnatis, confertis, subangustis, pallide cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Galliæ, Britanniæ. — Ex Berk. et Br. a priore distinctus, quod confirmat habitus iconis. Statura *C. brunnei*; stipes incrassatus, sed non bulbosus, intus fuscescens.

226. **Cortinarius paragaudis** Fr. Epicr. p. 295, Hym. Eur. p. 379. — 3892
Pileo subcarnoso, campanulato-expanso, umbonato, badio (fulvello-alutaceo), demum subfibrilloso; stipite elongato, molli, attenuato, subtorto, rubello-pallido, squamulis adpressis fibrillisve rubentibus variegato peronatoque; lamellis adnexis, ventricosis, subdistantibus, opacis, cinnamomeis.

*Hab.* locis humidis pinetorum in Europa. — Insignis, *C. brunneo* respondens, sed lamellæ minus distantes, forte *C. hæmatochelidi* subsumendus. Stipes fibrosus, demum cavus, 8 cm. et ultra longus, 7-11 mm. crassus, non bulbosus; cortina partialis albida; pileus 5 cm. latus, subrepandus, demum fibroso-lacerus, primo subpurpurascens, dein fulvo-cinnamomeus, hygrophanus. Inter Sphagna stipes 18 cm. long. ventricosus, basi longe attenuatus; pileus minor, infractus, flexuosus. — ***C. præstigiosus** Fr. Hym. Eur. p. 379: pileo submembranaceo, striato, marginem versus demum sericeo-fibroso; stipite cavo, æquali, gracili (2 mm.); lamellis tenuibus, distantibus, fulvo-cinnamomeis. In paludibus sterilibus Europæ inter Scirpum cæspitosum. Est quasi *Cort. decipiens*, colore vero et velo priori simillimus; de vera affinitate adhuc dubitamus.

227. **Cortinarius croceo-fulvus** (DC.) Fr. Epicr. p. 296, Hym. Eur. 3893
p. 379, *Agaricus* DC. Fl. fr. 5, p. 49, Fr. Syst. Myc. I, p. 214. —

Pileo carnoso, explanato, umbonato, levi, aurantio-fulvo; stipite solido, æquali, flavo-rufescente, linea aurantiaca zonato; lamellis adnatis, ferruginascentibus.

*Hab.* in silvis Galliæ australis. — Affinitas hinc non liquet. Pileus 10 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 9 mm. crassus, apice pallidus.

228. **Cortinarius limonius** Fr. Epicr. p. 296, Hym. Eur. p. 379 et Ic. t. 159, f. 1, Quél. in Grev. t. 112, f. 4, Gill. C. F. e. ic. Berk. Outl. p. 192, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 213, Obs. 2, p. 56, Weinm. 172, Holmsk. Ot. 2, t. 40, *A. ictericus* Scop. Carn. p. 439 (non *C. cinnamomeus*). — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, fulvo (ochraceo-luteo), demum rimuloso-squamuloso; stipite solido, firmo, æquali veloque floccoso-squamosis, concoloribus; lamellis adnatis emarginatisque, subdistantibus, e flavo fulvo-cinnamomeis. 3894

*Hab.* in pinetis Europæ borealis copiose. — Stipes 5-10 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, basi demum croceus, nunc attenuatus, nunc leviter incrassatus; annulus floccoso-radians sæpe deest, sed e squamis stipitis manifeste Telamonia; pileus 5-10 cm. latus, eximie hygrophanus, non scissilis.

229. **Cortinarius arenarius** Quél. in Bull. Soc. Bot. Fr. 1878, p. 288. — Pileo carnoso, convexo, 5 cm. diam. pruinoso, fulvello, cortina lutea velato; stipite fibroso-spongioso, farcto, radicanti, citrino; carne molli, sulphurea, dulci; lamellis adnato-decurrentibus, strictis brunneo-pallidis, acie ochracea; sporis ovoideis, 8 μ. longis, flavis. 3895

*Hab.* gregatim sub Pinis maritimis, in dunis, circa la Rochelle Galliæ (G. Bernard).

230. **Cortinarius helvolus** Fr. Epicr. p. 296, Hym. Eur. p. 379, Berk. et Br. 1355, Bull. t. 531, f. 1 (e statura et toto habitu optime, sed caro erronee alba). — Pileo subcarnoso, ex infracto explanato, glabro, hygrophano, ferrugineo-fulvente, demum rimoso, umbone obtuso evanido; stipite farcto, attenuato, concolore, velo peronato, sericeo-levigato, zona annulari ferrugineo-marginata terminato; lamellis emarginatis, perlatis, crassis, subdistantibus, opacis, cinnamomeo-fulvis. 3896

*Hab.* in silvis Europæ passim. — Stipes firmus, 5-8 cm. longus, 9 mm. usque crassus, apice quoque sericeus; pileus 2-8 cm. latus, levis, disco sæpe obscurior; caro fulvella; stipes demum extus intusque fusco-ferrugineus.

231. **Cortinarius hinnuleus** Fr. Epicr. p. 296, Hym. Eur. p. 380, Gill. C. F. cum ic., Quél. in Grev. t. 113, f. 1, Jura pag. 152, Berk. Outl. p. 192, Sow. t. 173, *A. helvolus* Pers. Obs. p. 49, Secr. n. 127. — Pileo carnoso-membranaceo, e conico-campanulato, expanso, subumbonato, glabro, e pallide fulvo cinnamomeo (fulvente), demum pertuso; stipite farcto, rigido, fulvente, deorsum attenuato, velo albo-sericeo levigato, apice pallido-cingulato; lamellis subemarginatis, distantibus, latis, tenuibus, fulvo-cinnamomeis, integerrimis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavis, 8–10 ≃ 6–7. 3897

*Hab.* in nemoribus etc. Europæ. — Magnitudine et statura valde varius, stipite nunc æquali brevi, 5 cm. longo, 4–7 mm. crasso, nunc tenui elongato 8–11 cm., flexuoso, etiam fuscescente, 9 mm. usque crasso; pileus 3–4 cm. latus variat pallescens et demum depressus, rarius circa marginem sericeus; lamellæ planæ, subvenoso-connexæ. Velo albo ab omnibus hujus gregis recedit.

232. **Cortinarius gentilis** Fr. Epicr. p. 297, Hym. Eur. p. 380 et Ic. t. 159, f. 2, Br. Bath. Transact. 1870, p. 72, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 212 (*a.*) Wahl. Suec. n. 1924, *A. helvolus* Pers. Syn. p. 273. — Pileo carnosulo, conico-expanso, acute umbonato, levi, glabro, demum rimose inciso stipiteque gracili, æquali, squamoso fulvo-cinnamomeis (luteis), squamis annuloque obliquo luteis; lamellis adnatis, crassis, valde distantibus, integerrimis, fulvo-cinnamomeis, unicoloribus; sporis subsphæroideo-ellipsoideis, fuscis, pellucidis (sub micr.), 8–9 ≃ 5–6. 3898

*Hab.* in pinetis montosis etc. Europæ, per totam æstatem et autumnum copiose. — Præcedente longe gracilior, lætior, intus concolor. Stipes circiter 8 cm. longus, 4 mm. crassus, substrictus, basi vulgo attenuatus, cum pileo (1–2½ cm. vel raro ultra, subinde squamuloso) concolor, valde hygrophanus et siccus læte luteus, sericellus.

233. **Cortinarius helvelloides** Fr. Epicr. p. 237, Hym. Eur. p. 380 et Ic. t. 159, f. 3, Berk. et Br. n. 929, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 213, (*A. carneus* Schaeff. t. 304 hujus status insolito firmior, locis siccis). — Pileo carnosulo, tenui, subconvexo, obsolete umbonato, ferrugineo (fulvello expallente), demum rimose inciso; stipite fistuloso, gracili, undulato, sericeo-fibrilloso veloque subannulato lutescentibus; lamellis adnatis, distantissimis, e violaceo-umbrino cinnamomeis, acie albo-floccosa. 3899

*Hab.* in dumetis udis, subpaludosis Europæ. — Vulgo admo-

dum tenuis. Pileus fere membranaceus, 1-2½ cm. latus, udus substriatus, longus, 2-5 mm. crassus, flexuosus.

234. **Cortinarius annexus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 128, f. 84, *C. punctatus* β. major Fr. — Pileo obtuse conico e rufo ochraceo, levi; stipite crasso pallidiore; lamellis remotis, rubro-brunneis; carne rufo-lutea, rufo-brunnea; sporis 8,5 ≃ 6. 3900

*Hab.* in silvis prope Oberstaufen Bavariæ, autumno. — Pileus 4 cm. diam., stipes 7 cm. longus, 1,5 cm. crassus. Cfr. *C. punctatus* n. 242.

235. **Cortinarius separabilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 128, f. 116. — Pileo convexo, nunc umbonato, nunc depresso, rubro-brunneo; stipite concolori; lamellis distantibus, undulatis, grosse dentatis, rubro-brunneis; carne sordide rubro-brunnea; sporis 8 ≃ 4. 3901

*Hab.* in silvis prope Langweid et Westheim Bavariæ, autumno. — Pileus 11 cm. diam.; stipes 11 cm. longus, 2 cm. crassus.

236. **Cortinarius sporadicus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 128, f. 108. — Pileo convexo, brunneo-rubro; stipite pallidiore, basi leniter incrassato; lamellis non confertis, cinnamomeis, rubro-brunneis; carne rubro-brunnea; sporis 6-8 ≃ 5-6. 3902

*Hab.* ad Siebentischwald prope Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 8 cm. diam.; stipes 8 cm. longus, basi 1,5 cm. crassus.

****) Stipite fuscescente, vel fusco vel sordido, lamellis obscuris. [*Inolomata* et *Dermocybæ* sæpe peronato-annulatæ, sed pileus non hygrophanus et primitus squamosus v. sericeus].

237. **Cortinarius bovinus** Fr. Epicr. p. 297, Hym. Eur. p. 381, Secr. n. 118. — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, glabrescente, aquose cinnamomeo (fulvescente), demum pertuso; stipite valido, spongioso-bulboso, e griseo cinnamomeo-fusco, supra zonam fuscam albido; lamellis adfixis, perlatis, subdistantibus, cinnamomeis. 3903

*Hab.* in silvis Europæ. — Validus; caro aquosa, pallida, albicans, disco compacta, sed margine abrupte tenui scissilis; stipes 8 cm. longus, basi 5, apice 2½ cm. usque crassus, obsolete peronatus, demum cariosus; pileus 10 cm. et ultra latus, obtusus v. gibbus, fragilis, opacus, fibrillis superficialibus v. omnino nullis; lamellæ 1¼ cm. latæ, leves.

238. **Cortinarius injucundus** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 298, Hym. Eur. p. 381, *Agaricus* Weinm. p. 150. — Pileo compacto, convexo-plano, obtuso, cinnamomeo-fuscescente, fibrilloso; stipite solido, clavato- 3904

attenuato, concolore, demum fulvo-lutescente, fibrillis veloque fuscis; lamellis emarginatis, perlatis, lilacino-argillaceis.

*Hab.* in pinetis Rossiæ, — Plurima prioris, stipes modo tenuior (8–12 mm. crassus), sed affinitas dubia.

239. **Cortinarius brunneus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 298, Hym. Eur. p. 381, 3905
Quél. in Grev. t. 113, f. 2, Jura p. 145, *Agaricus* Pers. Syn. p. 274, Fr. S. M. I, p. 211, c. syn. Secr. n. 125, Weinm. p. 144, *A. spongiosus* With. — Pileo campanulato-explanato, umbrino (testaceo-alutaceo, sordido), nudo, marginem versus in fibrillas innatas soluto, umbone carnoso obtuso; stipite farcto, elongato, sursum attenuato, elastico, fuscescente, albo-striato, velo cingulato, fusco-albo; lamellis adnatis, crassis, distantibus, e purpurascente umbrino-cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis, 8–10 ≃ 6–7.

*Hab.* locis humidis silvarum in Europa, in pinetis montosis abundans, speciosior. — Vulgo magnus, pileo 8 cm. lato, stipite valido 11 cm. longo, sed statura variat.

240. **Cortinarius Robinsonii** Mont. Syll. Crypt. n. 414. — Badio-testa- 3906
ceus; pileo carnoso, e campanulato expanso, umbonato, margine profunde sulcato, granulis minutissimis punctato; stipite solido, basi incrassato, radicato, zebrato, subconcolori; lamellis linearibus, arcuato-affixis et decurrentibus, ex umbrino tabacinis; sporis ovoideis, ferrugineo-fuscis, 10 $\mu$. longis.

*Hab.* ad terram sub trunco prostrato, augusto, Columbus Amer. bor. (Sullivant). — Pileus 2 cm. alt., 4–5 cm. lat.; stipes 5–6 cm. long., 7–10 mm. cr.

241. **Cortinarius brunneo-fulvus** Fr. Epicr. p. 298, Hym. Eur. p. 381. 3907
Cfr. Secr. n. 124 (equidem adultiorem descripsit Fr.). — Pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso, subumbonato, levi, innato-fibrilloso, virgato, cinnamomeo-fulvente, margine primo albo-fibrilloso; stipite farcto, a basi attenuato, fibrilloso-striato, fuscescente, extus intusque demum pallide fulvente; lamellis adnatis, perlatis, subdistantibus, opacis, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ serotinus. — Habitus omnino præcedentis, statura *C. evernii*. Sq. multo major, colore cinnamomeo-fulvente distinctus. Lamellæ $1^1/_4$ cm. et ultra latæ, distinctæ. In adultis velum utrumque deest. Nil violacei in nostro; caro tenuis, sordida.

242. **Cortinarius glandicolor** Fr. Epicr. p. 298, Hym. Eur. p. 382, 3908
*Agaricus* Fr. S. M. I, p. 213. — Unicolor, umbrinus; pileo carnosulo, convexo-explanato, umbonato, sicco canescente-fusco; stipite subcavo, æquali, gracili, stricto, subfibrilloso, velo cingulato, di-

stante, albo; lamellis adnatis, latis, distantibus, integerrimis; sporis 10 μ. longis.

*Hab.* in pinetis Europæ passim. — Stipes mollis, 8 cm. longus et ultra, 2-7 mm. crassus, velo vulgo evanido, ut cum *C. uraceo* facile confundatur; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, vulgo glaber, vetustus fibrillosus. Statura *C. gentilis*, sed color *C. brunnei* (absque omni lutescente v. cinnamomeo). Variat lamellis primo pallidis, vetustis tritis purpurascentibus, pilei margine striato et forte stipite violascente: Secr. n. 134.

243. **Cortinarius punctatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 299, Hym. Eur. p. 382, 3909
*Agaricus* Pers. Syn. p. 274 Fr. (utique hunc spectat), Syst. Myc. I, p. 213. — Pileo submembranaceo, conico-convexo, glabro, canescenti-umbrino (alutaceo), demum levi, pertuso; stipite subfistuloso, æquali, gracili, undulato, fibrilloso-striato, luteo-fusco, velo fugaci pallide fusco cingulato; lamellis adnatis, valde distantibus, integerrimis, brunneo-cinnamomeis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Valde affinis *C. gentili*, colore omnium partium pileoque convexo, obtuso v. obtuse umbonato distincto. Pileus 10-20 mm. diam.; sporæ 8-11 μ. diam. Vulgo quoque tenuior, valde flexuosus, ut *C. helvelloides*. In pinetis circa Upsaliam alius major, subcinnamomeus, pileo demum fibrilloso, lamellis sinuato-adnexis minus distantibus: Weinm. n. 295, Secr. n. 129. Cfr. *C. annexus* n. 233.

II. Leptophylli. Lamellæ angustæ, tenues, plus minus confertæ. Pileus tenuis. Stipes extus rigidior, subcartilagineus, farctus cavusve, deorsum sæpe attenuatus.

*) Stipite albido, pallido, non floccoso-squamoso.

244. **Cortinarius triformis** Fr. Epicr. p. 299, Hym. Eur. p. 382, Schaeff. 3910
t. 247? (specim. insolito magna), non *A. cæsareus* Schaeff. IV. p. 64, *A. ingricus* Weinm. n. 249 (adultior?; desunt notæ). — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, fibrilloso glabratoque, opaco, fusco-lutescente, hygrophano, margine tenui; stipite farcto, clavato, glabriusculo, pallido, intus spongioso, annulo albo; lamellis subadnatis, confertiusculis, lutescenti-melleis, demum pallide cinnamomeis,

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, fragilis, subbulbosus; pileus colore varius, primo brunnescens vel livido-lutescens, siccus sordide alutaceus; lamellæ tenues, distinctæ, unicolores. — ***C. melleo-pallens** Fr. Hym. Eur.

p. 383: pileo udo, subglabro, isabellino-melleo; stipite lutescenti-pallido, demum cavo, annulo contexto cingulato. In pinetis Europæ. Fragilis. Demum aquose lutescens, pilei subobtusi margine striato. — ***C. fusco-pallens** Fr. Hym. Eur. p. 383: pileo convexo, obtuso, dein expanso, umbonato, fuscescenti-pallido; lamellis angustis (2–4 mm.), aquosè albidis. In pinastretis densis Europæ. Decolorans, velo *C. brunnei*. Statura *C. biformis*.

245. **Cortinarius fallax** Quél. in Bull. Soc. Bot. Fr. 1878, p. 289. — 3911
Pileo submembranaceo, campanulato-convexo, 10–15 cm. diam.; pallide ochraceo-lutescente; stipite gracili, flexuoso, fistuloso, setoso, albido; carne alba; lamellis adnatis, pallide ochraceis; sporis ellipsoideis, 8 μ. longis, aculeatis, luteis.

*Hab.* gregatim in silvis et collibus, Jura Galliæ, autumno.

246. **Cortinarius biformis** Fr. Epicr. p. 299, Hym. Eur. p. 383. — 3912
Pileo tenui, e conico-campanulato expanso, glabro, nitido, badio-ferrugineo, umbone carnoso, prominente; stipite farcto, rigido, deorsum attenuato, fibrilloso-striato, pallidiore, annulo obliquo, albo; lamellis adnatis, subconfertis, crenulatis, cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis montosis Europæ. — Stipes 5–11 cm. longus, 7–9 mm. crassus; pileus 4–8 cm. latus, raro fibrillis adspersus, quam prioris tenuior, rigidior, udus, vix hygrophanus; lamellæ 6 mm. latæ, demum venoso-connexæ, primo in griseum vergentes, demum ferruginascentes, variantes marginato-decurrentes; annulus sæpius manifestus, interdum deest. Habitus *C. castanei*: Bull. t. 544, f. 2 plene.

247. **Cortinarius Lindgrenii** Fr. Epicr. p. 300, Hym. Eur. p. 383. — 3913
Pileo subcarnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, ferrugineo (ochraceo-alutaceo), demum repando; stipite e farcto cavo, curto, adpresse sericeo, albido, annulo subapicali reflexo; lamellis rotundatis, confertis, aquose ferrugineis.

*Hab.* in pinastretis Upsaliæ in Suecia (Lindgren). — Stipes 2½ cm. longus, 1¼ cm. crassus, bulbosus vel æqualis, demum ferruginascens; pileus e laminis duabus, facile scissilibus compaginatus, 4 cm. latus, margine lamellas excedente.

248. **Cortinarius nigrellus** Peck 26 Rep. pag. 62. — Pileo e conico 3914
convexo vel expanso, obtuso vel subumbonato, minute sericeo, hygrophano, udo nigrescenti-castaneo, sicco pallidiore; stipite subæquali, sericeo-fibrilloso, pallido, sæpe sericeo; lamellis confertis, angustis, emarginatis, brunnescenti-ochraceis, demum cinnamomeis; sporis, 7 × 4.

*Hab.* in muscosis in silvis, New Scotland Amer. bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 4-6 mm. crassus. Pileus udus colorem castanearum elixarum habet, siccus recentium. Margo pilei junioris ob velum albescit. Lamellæ in juventute pallidiores. Sapor ingratulus *Armill. mellææ* similis.

249. **Cortinarius lignarius** Peck 26 Rep. p. 62. — Pileo glabro, hygrophano, obscuro, udo aquose cinnamomeo, sicco pallidiore; stipite æquali, sericeo fibrilloso, cavo vel medulla albida repleto, subannulato, basi mycelio denso albo instructo; lamellis confertis, tenuibus, concoloribus, ætate juvenili velo denso, membranaceo obtectis; sporis 7 ≈ 5. 3915

*Hab.* in ligno putri, in montibus Catskill Amer. bor. — Subcæspitosus; statura $2^1/_2$-5 cm. adæquans; pileus 16-24 mm. latus; stipes 2 mm. crassus.

250. **Cortinarius nexuosus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 127, f. 92. — Pileo campanulato, dein expanso, pallide rubro-luteo; stipite albido, basi incrassato; lamellis subconfertis, pallide luteo-brunneis; sporis 6-8 ≈ 5-6. 3916

*Hab.* ad Haspelmoor Bavariæ, autumno. — Pileus 8 cm. diam.; stipes 12 cm. longus, basi 2 cm. crassus.

**) Stipite violascente.

251. **Cortinarius periscelis** Fr. Epicr. p. 300, Hym. Eur. p. 383, Berk. Outl. p. 193. — Pileo e campanulato convexo, lilacino, albo-sericeo, umbone carnoso, ceterum submembranaceo; stipite æquali, fibrilloso, concolore, velo contexto, fuscescente, subannulato; lamellis adnatis, confertis, angustis, e pallide obscure ferrugineis. 3917

*Hab.* in paludosis sphagnosis Rossiæ. — Peculiaris, forte potius e serie fusca. Stipes 8-11 cm. longus, 4-7 mm. crassus, rectus, siccus fuscescens, basi albo-villosus; pileus 5 cm. latus, hygrophanus. Affinis Secr. n. 122. Sporæ 10 $\mu$. longæ.

252. **Cortinarius bibulus** Quél. 10 Suppl. p. 6, t. VIII, f. 7. — Stipite gracili, vix fistuloso, fragili, fibrilloso, levi, cinereo-lilacino, velo floccoso spirali albo ornato; pileo ellipsoideo, dein campanulato, 15 cm. diam., rivuloso, prope marginem late sulcato, fibrilloso, griseo-violaceo, dein dilute fuligineo; carne tenui, valde uda, concolori; lamellis sinuatis, transverse venosis, sæpe anastomosantibus, nigro-violascentibus, dein brunneis; sporis ovoideis, 10 $\mu$. longis, fulvis. 3918

*Hab.* gregatim in montibus Juræ Galliæ.

253. **Cortinarius flexipes** Fr. Epicr. p. 300, Hym. Eur. p. 384, Quél. 3919
in Grev. t. 113, f. 3, Jura p. 146, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 212, Fr. Obs. 2, p. 78, *A. flexipes* Pers. ex parte, Alb. et Schw. *A. fraternus* Lasch n. 294, Secr. n. 121. — Pileo carnosulo, e conico expanso, acute umbonato, e violaceo fusco-cinnamomeo (helvolo-alutaceo), canescenti-fibrilloso; stipite tenui, farcto, flexuoso, subundulato, fibrilloso-squamoso, apice violaceo, velo albo subannulato; lamellis adnatis, latis, subdistantibus, ex umbrino-violaceo cinnamomeis; sporis 8-9 ≈ 5..

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ passim. — Stipes vulgo æqualis, pallidus, 11 cm. longus, 4-5 mm. crassus; pileus 1-1½ cm. latus, primo acute conicus, demum circa umbonem depressus; lamellæ primitus valde obscuræ, atro-purpureæ vel umbrinæ, acie albicantes.

254. **Cortinarius Flabellum** Fr. Epicr. p. 300, Hym. Eur. p. 384, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 231, Lasch n. 572 (var.), Secr. n. 267 e syn. — Pileo submembranaceo, conico-expanso, obtuse umbonato, olivaceo-fusco, expallente (alutaceo), cano-fibrilloso; stipite e farcto cavo, flexuoso, floccoso-squamoso, pallido, squamis annuloque albis; lamellis adnatis, venoso-connexis, linearibus, subconfertis, vulgo ex olivaceo ferrugineis. 3920

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ. — Odor fortis; pileus 2-4 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4-5 mm. crassus; annulus manifestus, integer, sed sæpe deest; stipes apice interdum violascens; umbo vulgo obtusus evanescensque; præcedentibus maxime affinis.

***) Stipite pileoque fulvis, ferrugineis.

255. **Cortinarius psammocephalus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 301, Hym. Eur. 3921
p. 384, Berk. et Br. n. 695, Cooke p. 188, *Agar.* Bull. t. 531, f. 2, Secr. n. 268. — Cinnamomeo-fulvus; pileo carnosulo, convexo-expanso, demum umbonato, furfuraceo-squamuloso; stipite farcto, attenuato, e velo contiguo squamuloso peronato; lamellis adnatis, arcuatis, confertis.

*Hab.* in pinetis Europæ haud raro. — Stipes 2-3 cm. longus, apice nudus, levis, annulo haud distincto, sed manifeste hujus gregis; pileus 2½ cm. latus; lamellæ obscuriores, interdum dente decurrentes; caro concolor nec alba, ut in tab. citata (ex quo patet f. 1 etiam hoc respectu erroneam).

256. **Cortinarius incisus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 301, Hym. Eur. p. 384, 3922
Ic. t. 160, fig. 1, Berk. et Br. n. 1272, Kickx p. 193, *Agaricus*

Pers. Syn. p. 310, Fr. S. M. I, p. 213, Bull. t. 586, f. 2 indeque Secr. n. 136 B. *B.* stipite elongato, flexuoso, Secr. l. c. A (sed apicem violascentem numquam vidit Fr.). — Pileo carnosulo, e conico-convexo explanato, umbonato, nudo, mox innato-fibrilloso squamosove, hygrophano (fulvente) stipiteque subfarcto, æquali, fibroso-fibrilloso ferrugineis, velo contexto-annulato albo obsoletove; lamellis adnatis, distinctis, vix confertis, cinnamomeo-ferrugineis; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, uniguttulatis, flavis, 9-12 ≃ 6.

*Hab.* ad terram copiose in Europa. — Gregarius, minor, versiformis; stipes 2-3 cm. (in B. 5-11 cm.) long., 2-5 mm. crass.; pileus 2-3 cm. latus, vulgo fulvo-ferrugineus, sed junior etiam spadiceus, olivaceo-fuscus etc., nisi primitus exsiccatus (nitens), valde squamoso- et rimoso-laceratus.

257. **Cortinarius iliopodius** (Bull.) Fr. Epicr. p. 301, Hym. Eur. p. 385, 3923
Berk. Outl. p. 193, *Agaricus* Bull. t. 586, f. 2, A. B.; tab. 578 et tab. 592 tantum ex parte, Fr. S. M. I, p. 231, Secr. n. 137, Lasch, Weinm. n. 296. — Pileo subcarnoso, convexo, subumbonato, e cano-sericeo glabrescente, helvolo (alutaceo), demum levi rimosoque; stipite æquali, tenui, (intus, extus) fulvente, velo pallido levigato peronato, sordido, sursum nudo, fibrilloso-striato; lamellis adnatis, subconfertis, tenuibus, subcinnamomeis.

*Hab.* in fagetis Europæ et Amer. fœder. — Multiformis; stipes 5-11 cm. longus, 2-5 mm. crassus, nunc elongatus flexuosus, basi non attenuatus, demum fuscescens; pileus opacus, 2-7 cm. latus, varians fuscescens, obtusus. Valde proteus et singulæ formæ vix definiendæ.

258. **Cortinarius lilacinus** Sacc. Mich. II, p. 243, Bizz. Fl. critt. Ven. 3924
I, pag. 73, *Ag. ileopodius* I. L. Bull. Champ. t. 578, fig. I, L.! (Cfr. Kickx Clav. Bull. p. 49). — Pileo carnosulo, primo conico dein convexo-expanso, umbonato, 2-4 cm. diam., violaceo-ferrugineo; lamellis cinnamomeo-ferrugineis; stipite concolore, basi paullo crassiore.

*Hab.* in silva Montello, (Treviso), Ital. bor. — Cystidia teretifusoidea, 45 ≃ 15-16, apice capitulato-muriculata; basidia clavulata, 25-30 ≃ 7; sporæ ovato-oblongæ, 7-8 ≃ 4, cinnamomeæ.

259. **Cortinarius quæsitus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 127, f. 104. — 3925
Pileo campanulato, convexo, rubro-luteo; stipes apice attenuato, basi albido, sursum violaceo; lamellis sat confertis, pallide cinnamomeis; carne sordide luteo-rufa; sporis 8-10 ≃ 4-5.

*Hab.* in silvis prope Langweid Bavariæ, autumno. — Pileus 8,5 cm. diam.; stipes 13 cm. longus, basi 2,5 cm. crassus.

****) Stipite floccoso-squamoso pileoque fuscescentibus. Cfr. n. 253.

260. **Cortinarius hemitrichus** (Pers). Fr. Epicr. p. 302, Hym. Eur. 3926
p. 385 et Ic. t. 160, fig. 2, Berk. et Br. n. 930, *Agaricus* Pers. Syn. p. 296, Fr. S. M. I, p. 230, Weinm. p. 181, Secr. n. 260. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, umbonato, fusco (fusco-alutaceo), fibrillis densis, superficialibus, albis circa marginem cirrato sericeove; stipite cavo, subæquali, pallide fusco, velo albo floccoso-squamoso annulatoque; lamellis adnatis, confertis, ex argillaceo cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, 7-8 ≥ 4-5.

*Hab.* inter muscos, folia decidua etc. passim in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Pileus rigens, scissilis, $2^1/_2$-8 cm. latus, *C. castanei* facie, primo fibrillis erectis eleganter cirrosus, iisdem vero imbribus etc. prostratis adpresse fibrillosus, demum glabrescens, nunc obtuse, nunc acute umbonatus, immo obtusus et in maximis, stipitis apice cavo, umbilicatus; stipes 4-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus, eximie floccosus, nec raro annulus membranaceus adest.

261. **Cortinarius stemmatus** Fr. Monogr. II, p. 90, Epicr. p. 309 for- 3927
ma serotina, velo stipitis nudi deterso, Hym. Eur. p. 385 et Ic. t. 60, f. 3. — Pileo subcarnoso, e convexo explanato, obtuso, spadiceo, circa marginem cano-sericeo, sicco expallente, fibrilloso; stipite subfistuloso, floccoso-squamuloso subannulatoque, ferrugineo-spadiceo; lamellis adnatis, confertis, spadiceis.

*Hab.* in silvis irriguis Europæ. — Affinis *Cort. uraceo*, sed hujus stipes semper nudus.

262. **Cortinarius rigidus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 302, Hym. Eur. p. 386, 3928
Quél. in Grev. tab. 113, fig. 3, Jura pag. 147, *Agaricus* Scop. Carn. p. 456, Fries apud Weinm. Linn. X, n. 56, Weinm. Ross. p. 667, *A. flexipes* Auct. p. p. Secr. n. 135. — Pileo submembranaceo, conico-convexo, umbonato, glabro, nitido, badio (helvolo); stipite e farcto cavo, tenui, æquali, flexuoso, dilutiore, velo albo-squamoso cingulatoque; lamellis adnatis, subconfertis, latis, distinctis, e ferrugineo cinnamomeis; sporis ellipsoideis, dilute flavescentibus, 6-11 ≥ 4-6.

*Hab.* locis humidis in pinetis, betuletis Europæ. — Gracilior; pileus $2^1/_2$ cm. latus, omnino glaber, sed velum album circa mar-

gines sericeum in junioribus, exoletus rarius fibroso-laceratus. Annulus etiam membranaceus. Olidus.

263. **Cortinarius paleaceus** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 302, Hym. Eur. 3929
p. 386 et Ic. t. 160, fig. 4, Quèl. in Grev. tab. 113, f. 5, t. 114, f. 4, Jura p. 146, *Agaricus* Weinm. n. 296, β. Secr. n. 138 ab hoc recedit squamis fuscis, sed vix diversus. — Pileo submembranaceo, conico-expanso, umbonato, squamulis villosis albis sericeo, fuscescente (alutaceo); stipite fistuloso, flexuoso, undulato, albo-squamuloso apiceque annulato, pallido-fuscescente; lamellis adnatis, vere confertis, albidis, demum cinnamomeis.

*Hab.* locis humidis in fagetis Europæ. — Præcedente longe tenuior, vulgo acute umbonatus. A *C. iliopodio* differt insuper stipite intus haud fulvente, velo floccoso-squamoso nec levigato.

264. **Cortinarius distans** Peck 23 Rep. p. 111. — Pileo, disco exce- 3930
pto, tenui, convexo, squamuloso, udo badio-brunneo, sicco fulvo; stipite subæquali, sæpe nonnihil apice attenuato, solido, subtiliter fibrilloso-squamoso, concolore: lamellis latis, distantibus, crassis, fusco-cinnamomeis.

*Hab.* in herbosis in pinetis Greenbush Amer. bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 8-12 mm. crassus; caro sordide lutea; pileus siccus per aliquid temporis zonam marginalem brunneam servat.

**Subg. VI. Hydrocybe** Fr. Pileus glaber vel fibrillis superficialibus albis tantum tectus, non viscosus, sed vegetus udus, siccus decolorans, carne tenuissima v. scissili: raro discus compactior. Stipes rigidulus, non peronatus; cortina tenuis, fibrillosa, raro irregulariter cingulato-collapsa. A *Telamonia* facile, sed velo tantum recedit. — Color vegeti semper indicatur, exsiccati intra parenthesin.

I. Firmiores. Pileus subcarnosus, e convexo v. campanulato-convexo expansus, obtusus v. demum gibbus, margine primo incurvo. Stipes (ut plurimum) sursum attenuatus.

*) Stipite albo, cortina concolore.

265. **Cortinarius firmus** Fr. Epicr. p. 303, Hym. Eur. p. 386, Trog 3931
Helv. n. 266, Weinm. p. 157, *A. subrepandus* Secr. n. 224 excl. syn. Bull. t. 96 (var. valde bulbosa). — Pileo æqualiter carnoso, hemisphærico-expanso, obtuso, glabrato, udo ochraceo-ferrugina-scente, carne compacta alba; stipite solido, valido, subbulboso, fibrilloso-striato, albo, fibrillis cortinaque ferruginascentibus; lamellis adfixis, confertis, tenuibus, e ferrugineo cinnamomeis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — Medius inter hoc subgenus *Phlegmacia* et *Inolomata*, sed nec viscidus nec innato-fibrillosus et sq. formis minoribus proximus; licet non hygrophanus, aptiore loco inseri nequit. Variat stipite æquali, in solo pingui udo ut sqq. sæpe valde tumente.

266. **Cortinarius subferrugineus** (Batsch) Fr. Epicr. pag. 303, Hym. 393?
Eur. p. 387, Quél. in Grev. t. 113, f. 7, Jura p. 147, Berk. et Br. n. 1275, *Agaricus* Batsch f. 186 (non bona) Fr. S. M. I, p. 234, Weinm. Ross. p. 157. Non Secr. n. 273, sed varii *Leucopodii* Ejusd. accedunt. — Pileo carnoso, convexo-expanso, obtuso gibbove, glabrato, testaceo-gilvo, ferruginascente, subhygrophano, margine tenui; stipite solido, spongioso, extus rigido, valido, subbulboso, ex albido sordido, cortina fibrillosa alba fugaci; lamellis emarginatis, vix confertis, latis, opacis, e pallido ferruginascentibus.

*Hab.* in silvaticis Europæ frequens, sed ob varios concolores caute separandus. — A *C. bivelo* differt velo tenui, marginali, haud peronato; stipite extus subcartilagineo; pileo tenuiore, primo pallidiore, hygrophano (sicco etiam nitente); lamellis primo aquosis et opacis; odore et sapore ingrato. Sq. mollior est et opacior, carne sordide alba, basi demum crocea. Sed multum variat (junior pallens) colorum intensitate, statura, pilei nitore, ut plures latere species censendum sit, licet notæ fidæ non pateant. Lamellæ basi venosæ, interdum rotundatæ.

267. **Cortiniarius armeniacus** (Schaeff.) Fr. Epicr. p. 304, Hym. Eur. 393?
p. 387, Gill. C. F. c. ic., Berk. Outl. p. 193, Quél. p. 147, *Agaricus* Schaeff. t. 81, Fr. Syst. Myc. I, p. 234, Weinm. p. 173, Secr. n. 220, 221 etc. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, gibbo, levi, glabro, fulvo-cinnamomeo (helvolo-alutaceo), nitido; stipite farcto, conico-attenuato, rigido, intus molli cortinaque subperonata albis; lamellis adnatis, confertis, e pallido fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ et Amer. fœder. — Pileus 5-11 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. 5 cm. crassus; lamellæ 4-7 mm. latæ. Firmus, lætus mutabilis; lamellæ tenues, demum nitidæ; pileus fibrillis albis mox carens, facile scissilis, siccus etiam ochraceus, sed notabilis var. (β. *falsarius*) pileo flavido, sicco albo, facile cum *C. caustico* confusa.

268. **Cortinarius damascenus** Fr. Epicr. p. 304, Hym. Eur. p. 387. 393?
Cfr. Krombh. t. 71, f. 29-23, Secr. n. 225 (carnosior), Schaeff. t. 40 nulli propiores. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, ob-

tuso, glabro, badio-cinnamomeo (testaceo, rivuloso); stipite solido, firmo, cylindrico, elastico veloque fibrillosis, albicantibus; lamellis adnatis, tenuibus, confertis, opacis, cinnamomeis; sporis ellipsoideis, utrinque obtusis, flavidis, 8-13 ≅ 4-7.

*Hab.* in graminosis Europæ, cæspitosus. — Sapor acris; stipes 8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 8 cm. latus, demùm late gibbus, disco interdum spadiceus, cute rigida, siccitate granuloso-rupta.

269. **Cortinarius privignus** Fr. Epicr. p. 304, Hym. Eur. p. 388, Trog n. 269, *Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 72, Weinm. p. 155. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, gibbo, levi, fusco-pallido, glabro, sed e micore fibrilloso adpresso argenteo-canescente (alutaceo-pallente); stipite e farcto cavo, fragili, subattenuato, argenteo, cortina alba hinc inde sericeo; lamellis adnatis, subconfertis, ex aquose opace cinnamomeis, acie serratis, albis; sporis 8 μ. longis. 3935

*Hab.* in pinetis Europæ, raro. — Nobilis, fragilis, olidus. Stipes 8 cm. longus, 7 mm. crassus; variat æqualis et tortus; pileus 5 cm. latus, non udus, sed eximie hygrophanus; lamellæ latiusculæ, primo subcarneæ, non violascentes; apex stipitis rarius fugacissime violascens. Habitus *Cort. malachii.*

270. **Cortinarius duracinus** Fr. Epicr. p. 304, Hym. Eur. p. 388, Quél. in Grev. t. 115, f. 1, Jura p. 342, Schaeff. t. 221 non male habitum exprimit, sed potius Hebeloma. — Pileo carnoso, tenui, rigido, convexo-plano, gibbo, glabro, aquose testaceo (alutaceo, opaco); stipite farcto, rigido, inæquali, radicato, glabro cortinaque tenui, in margine brevi, infracto sericea albis; lamellis adnatis, subconfertis, tenuibus, aquose cinnamomeis. 3936

*Hab.* ad terram præcipue in silvis frondosis Europæ. — Nobilis, pallens, rigidus, cute tam pilei, quam stipitis duracina. Stipes nunc bulbosus radice fusiformi, nunc totus fusiformis, levis, cute separabili. Margo pilei ad 1 mm. acute infractus, unde jugum elevatum circa marginem fungi expansi.

271. **Cortinarius candelaris** Fr. Epicr. p. 305, Hym. Eur. p. 388, *C. Friesii* Lund Holm. p. 52. — Pileo subcarnoso, e conico campanulato, obtuso, glabro, helvolo (fulvo, nitido), margine breviter infracto, albo-sericeo; stipite solido, extus cartilagineo, rigido, lutescenti-albo, basi fusiformi-radicato; lamellis adnato-decurrentibus, linearibus, vix confertis, fulvo-cinnamomeis. 3937

*Hab.* in pinetis Europæ raro, sed valde insignis, coloribus *C. scandenti*, characteribus priori, sed affinitate vix alii hujus gre-

gis affinis. Stipes 5-8 cm. longus, 7-9 mm. crassus, firmus, obsolete fibrillosus, intus spongioso-fibrosus; pileus subparabolicus, 2½ cm. altus et latus, marginello infracto 2 mm. lato; lamellæ acie dilutiores.

272. **Cortinarius illuminus** Fr. Epicr. p. 305, Hym. Eur. p. 388. — 3938
Pileo carnoso, convexo-plano, gibbo, glabro, crustulino-testaceo (testaceo-alutaceo), ambitu tenui; stipite subcavo, attenuato, sericeo fibrilloso, e pallido ferruginascente; lamellis adnatis, minus confertis, subdistantibus, e pallido cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis montosis Europæ rarior. — Stipes 8-10 cm. longus, 9-11 mm. crassus, basi extus intusque albus; pileus sub lente innato-virgatus; lamellæ primo albido-incarnato-testaceæ, 4-11 mm. et ultra latæ; cortina alba, sporis ferruginea.

273. **Cortinarius tortuosus** Fr. Epicr. p. 305, Hym. Eur. p. 389 et 3939
Ic. t. 161, f. 1, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 235, Lasch l. c. Secr. p. 256 non obstat, sed neutiquam a Leucopodiis separari potest. — Pileo subcarnoso, convexo, subgibbo, glabro, levi, nitido, ferrugineo-badio (testaceo); stipite subcavo, rigido, æquali, subtorto, argenteo; lamellis adnatis, confertis, integerrimis, fulvis, tactis purpurascentibus.

*Hab.* locis humidis pinetorum in Europa. — Stipes nunc brevior, nunc (vulgo) longior, 8-11 cm. metiens, crassitie 6-7 mm. adæquans, magis tortus, radicatus, apice primo violascens; pileus 5 cm. latus. Variat minor, gracilior, pileo acute umbonato. Lamellæ nitide fulvæ, tritæ sanguineæ facile distinguunt.

274. **Cortinarius dilutus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 305, Hym. Eur. p. 389, 3940
Quél. in Grev. t. 85, f. 2, Luc. Suit. Bull. t. 40, *Agaricus* Pers. Syn. p. 300, Fr. S. M. I, p. 235, Alb. et Schw. n. 462, Bolt. t. 10, Secr. n. 231. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, subumbonato, glabro, levi, opaco, helvolo (alutaceo); stipite e farcto cavo, molli, pallido, basi incrassato, cortina fibrillosa; lamellis emarginato-adnexis, latis, confertis, pallide cinnamomeis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis 6-8 ≃ 4-5.

*Hab.* in humidiusculis silvarum Europæ. — Valde refert *C. armeniacum*, sed minor. Stipes 5-8 cm. longus, 4-9 mm. crassus, fragilis, mollis, pallidus, velo albo-maculatus; pileus magis decolorans, primo badius, passim circa marginem albo-sericeus, 5 cm. circiter latus; lamellæ 7-9 mm. latæ.

275. **Cortinarius erugatus** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 306, Hym. Eur. 3941
p. 389, *Agar.* Weinm. p. 181, *A. hyalinopus* Secr. n. 237, excl.

syn. — Pileo carnosulo, convexo-plano, subumbonato, glabrato, levi, nitido, testaceo-ochraceo; stipite e farcto cavo, elongato, sursum attenuato, pallido, fibrilloso-striato; lamellis subadnatis, confertis, erosulis, cinnamomeis; sporis 10 $\mu$. longis.

*Hab.* in silvaticis Europæ rarius. — Stipes 8-12 cm. longus et ultra, 6-8 mm. crassus, carnoso-fibrosus, apice passim lilacinus; pileus 3-6 cm. latus, primo fibrillosus, umbone evanido, colore varians (Bull. t. 528, f. 1, staturam exhibet).

276. **Cortinarius Hœftii** (Weinm.) Fr. Epicr. p. 306, Hym. Eur. p. 389, 3942
*Agaricus* Weinm. p. 178 «pileo margine fibrilloso, lamellis subdistantibus» recedit. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, aquose testaceo (alutaceo, opaco), micore sericeo maculato; stipite subfistuloso, æquali, fibrilloso-striato, nudo, argenteo; lamellis adnatis, confertis, venoso-connexis, primo argillaceo-incarnatis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Stipes 8 cm. longus, 5 mm. crassus, sat tenax sæpe flexuosus; pileus $2^1/_2$ cm. latus, incarnato-alutaceus, ob tenuitatem eximiam marginis pellucido-striatus; lamellæ integerrimæ, demum cinnamomeæ.

277. **Cortinarius regularis** Peck 30 Rep. p. 43. — Pileo convexo v. 3943
expanso, glabro, hygrophano, udo aquose brunneo, sicco rubescenti ochraceo, sæpe subtiliter radiato-ruguloso; stipite longo, substricto, cavo, sursum leviter attenuato, sericeo-fibrilloso, albo; carne albida, sicca candicante; lamellis confertis, in juventute subviolaceis; sporis ellipsoideis, $10 \simeq 8$.

*Hab.* in paludosis sphagnosis, Center Amer. bor. — Gregarius, 8-13 cm. altus; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 2-5 mm. crassus. Facies vere regulariter symmetrica unde eius nomen.

278. **Cortinarius redactus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 130, f. 120. — 3944
Pileo undulato, convexo, atro-brunneo, margine incurvo; stipite sordide albido sursum attenuato; lamellis remotis, primo luteis dein brunneis; carne sordide rubro-brunnea; sporis $9\text{-}10 \simeq 6$.

*Hab.* in silvis, Oberstaufen Bavariæ, Autumno. — Pileus 2,5-3 cm. lat.; stipes 5 cm. long., basi 1,5 cm. cr.

279. **Cortinarius divulgatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 129, f. 117 — 3945
Pileo inæquali convexo, pallide rufo-luteo; stipite ad basim incrassato, albido; lamellis sat remotis, brunneolis; carne albida, brunneola; sporis $8\text{-}10 \simeq 6$.

*Hab.* in silvis, Oberstaufen Bavariæ, autumno. — Pileus 7 cm. diam.; stipes 8 cm. longus, 3 cm. crassus.

280. **Cortinarius Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 138. — Pileo 3946

nunquam ex toto dilatato, 3-5 cm. lato, margine diu inflexo, irregulari, partim plane-impresso, nec distincte umbonato, sed in medio valde pulvinato, margine tenui frequens fisso, glabro levissimo, nitido, rufo-fusco; lamellis postice rotundate-adnexis, usque 5 mm. et ultra latis, antice acuminatis, subconfertis, mox ferrugineo-cinnamomeis, deinde obscurioribus, acie dilutis; velo etiam mox ferrugineo, diu visibili, tandem obliterato; stipite albido, partim fuscescente-afflato, discreto, farcto, apice 4-12 mm. crasso, deorsum ut plurimum parum incrassato, 3,5-4,5 cm. longo, glabro, subnitido; carne albida; odore fungorum, sapore dulcidulo, grato; sporis ferrugineis, ellipsoideis, 6-8 ≃ 4.

*Hab.* gregatim in silva, Sopot in Slavonia.

**) Stipite lamellisque vulgo violascentibus. In variis prioris sectionis speciebus tinctura fugax in summo stipite.

281. **Cortinarius Livor** Fr. Epicr. p. 306, Hym. Eur. p. 390. — Rigidus; pileo æqualiter carnoso, convexo-plano, obtuso, glabro, ex olivaceo-fuligineo alutaceo; stipite farcto, e basi subbulbosa conico-attenuato, curto, violaceo, extus cartilagineo; lamellis emarginatis, confertis, latis, planis, semicircularibus, aquose cinnamomeis. 3947

*Hab.* in pinetis montosis Europæ. — Habitus Inolomatis minoris. Stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 9-11 mm. crassus, cortina fibrillosa evanida glaber, politus, basi pallens; pileus sæpe maculatus, carne alba, stipitis violacea. Solitarius.

282. **Cortinarius saturninus** Fr. Epicr. p. 306, Hym. Eur. p. 390 et Ic. t. 161, f. 2, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, pag. 219, Secr. n. 159. — Pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso, glabro, udo, obscure badio (testaceo), decolore, cortina fibrillosa alba, circa, marginem sericeo; stipite farcto, levi, violaceo, basi incrassato; lamellis, adnexis, tenuibus, confertis, e purpurascente aquose ferrugineis. 3948

*Hab.* locis graminosis, humentibus Europæ catervatim. — Pileus 5-14 cm. latus, 5-8 cm. longus, circiter $1^1/_4$ cm. crassus; cortina infera, sed eximie fibrillosa, laxa; caro e cæruleo albescens, margine tenuis. Statura variat et pileus valde decoloratur. Est quasi *C. armeniacus* violascens.

283. **Cortinarius imbutus** Fr. Epicr. p. 306, Hym. Eur. p. 390, Quél. in Grev. t. 127, f. 2, Trog n. 272. Cfr. Secr. n. 162. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, glabro, gilvo (expallente), marginem tenuem versus subfibrilloso; stipite solido, æquali, levi, albido, apice vio- 3949

lascente; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, e violaceo-cinereo cinnamomeis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ præcocior. — Stipes 8 cm. longus, haud floccosus nec laxe fibrillosus, quia fugax cortina apici modo et margini pilei adnexa; caro sordida, in apice tantum stipitis manifeste violacea; lamellæ demum rotundatæ, obscure cæsiæ nec purpurascentes. Est quasi *C. subferrugineus* violascens, sed minor. — Var. **vilior** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 59; typo pallidior et quoad singulas partes tenuior; pileo conico-convexo, sicco subalutaceo, 4 cm. lato; stipite 9 cm. longo, 1 cm. crasso; lamellis 4 mm. latis; sporis ellipsoideis 9–12 ≃ 4–5; odore Raphani debili. In silva Syrjä prope Mustiala Fenniæ.

284. **Cortinarius cypriacus** Fr. Epicr. p. 307, Hym. Eur. p. 390. 3950
Kalchbr. t. XXI, f. 2. — Pileo subcarnoso, e campanulato plano, gibbo, glabro, cinnamomeo (fulvente); stipite farcto, æquali, molli, concolore, fibrillis adpressis striato, apice violaceo; lamellis emarginatis, confertis, aquose ferrugineis, primo obsolete lilacinis.

*Hab.* in lucis Europæ. — Cum *C. impenni*, cui valde similis, sed stipite æquali, molli, colorato, pileo disco excepto tenuissimo, fere membranaceo, lamellis confertis certe differt.

285. **Cortinarius lætior** Karst. Hattsv. I, p. 387. — Pileo submem- 3951
branaceo, hemisphærico, subinde subumbonato, versus marginem tenuiorem, striatum subfibrilloso, glabro, fulvo-cinnamomeo, helvolo, 4 cm. lato; stipite e farcto cavo, æquali, violascente, basim versus albido, fibrillis adpressis striatulo, circ. 10 cm. longo, circ. 7 mm. crasso; lamellis adnatis, subconfertis, cinnamomeis, circiter 6 mm. latis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, uniguttulatis, 7–9 ≃ 4–6.

*Hab.* in silvis muscosis Fenniæ. — *Cort. cypriaco* affinis.

286. **Cortinarius plumbosus** Fr. Epicr. p. 307, Hym. Eur. p. 391. — 3952
Pileo carnosulo, convexo-plano, umbonato, udo, e nigricanti-plumbeo decolore, opaco, micore sericeo circa marginem splendente; stipite cavo, attenuato, fibroso-striato, molli, e violaceo pallescente; lamellis adnexis, confertis, integerrimis, e violaceo-olivaceo pallide cinnamomeis.

*Hab.* locis udis, sphagnosis in pinetis Europæ. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 4 mm. crassus. Est forte gracilior status *C. olivascentis*, iisdem locis obvii ejusdemque staturæ; color enim mox brunneo-cinnamomeus [testaceus] et expallens, umbo evanescens. Etiam ad *C. dilutum* tenuissimum accedit. Stipes basi albus, apice striatus, intus violaceus.

287. **Cortinarius sciophyllus** Fr. Monogr. II, p. 309, Hym. Eur. p. 391 3953
et Ic. t. 161, f. 3. — Pileo tenui, centro carnoso, e convexo expanso, obtuso, obscure cæruleo-fusco (chalybæo), primo circa marginem albo-sericeo; stipite solido, a basi incrassata attenuato, violaceo; lamellis adnatis, confertis, angustis, obscure umbrinis.

*Hab.* ad terram in fagetis Europæ. — Stipes ad basim ferruginascens; cortina alba; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus.

288. **Cortinarius castaneus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 307, Hym. Eur. p. 391, 3954
Quél. in Grev. t. 115, f. 3, Berk. Outl. p. 194, *Agaricus* Bull. t. 268, Fr. S. M. I, p. 235, Secr. n. 279, Weinm. p. 175, [Schaeff. t. 229, monstrum mutilum]. — Pileo carnosulo, firmo, campanulato-convexo, explanato gibbove, levi, castaneo (nitido); stipite cartilagineo, e farcto cavo, levi, violaceo v. rufescenti-pallido, cortina alba fibrillosa; lamellis adfixis, ventricosis, subconfertis, e violaceo ferrugineis.

*Hab.* ad terram nudam ubique, catervatim in Europa et in silvis et hortis Amer. bor. — Polymorphus, minor, rigido-tenax, parum decolorans; stipes 4 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus $2^1/_2$ cm. vel ultra latus, tenuiter et æqualiter carnosus, sæpe irregularis, junior circa marginem albo-sericeus; lamellæ varie adnexæ, acie albidiores, in fungo simillimo primitus dilute ferrugineæ; sporæ 7-10 ≃ 3-5.

289. **Cortinarius cohabitans** Karst. Hattsv. I, p. 388. — Pileo carnoso, 3955
e convexo mox explanato, vix vel subumbonato, primitus subumbrino, dein aquose cinnamomeo, rufescente, disco obscuriori, tandem nigricante, udo, vix hygrophano, circ. 5 cm. lato; stipite æquali, solido, primo extus intusque dilute violascente, expallente, e velo albicante adpresse flocculoso annulatoque, circiter 11 cm. longo, 1-3 cm. crasso; lamellis ex adnato emarginatis, subdistantibus latis, primitus violascentibus mox dilute purpurascentibus demum aquose cinnamomeis et rufo-maculatis; sporis subellipsoideis, subflavis, 8-9 ≃ 5.

*Hab.* in horto Mustialensi Fenniæ. — Cæspitosus; odor et sapor obsoleti. *C. castaneo* affinis in graminosis sub umbra Salicis capreæ.

***) Stipite veloque subobsoleto luteis rufisve.

290. **Cortinarius balaustinus** Fr. Epicr. p. 307, Hym. Eur. p. 391. — 3956
Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, udo, fibrillis innatis virgato, glabro, rufo-ferrugineo (fulvo-testaceo, nitido); stipite solido, coni-

co-attenuato, fibrilloso-striato, e pallido dein extus intusque fulvo-ferruginascente; lamellis adnatis, postice latis, subconfertis, ferrugineo-rufis.

*Hab.* in fagetis Europæ. — Major, statura *C. subferruginci*, cortina rufescens; stipes sæpius incurvus; lamellæ integerrimæ, primo magis cinnamomeæ.

291. **Cortinarius colus** Fr. Epicr. p. 308, Hym. Eur. p. 391, Paul. t. 99 3957
(specimen solito majus). — Pileo subcarnoso, convexo, subgibbo, glabro, brunneo-rufescente (pallidiore, nitido); stipite solido, sursum attenuato, rigido, nudo, longitudinaliter fibrilloso-striato cortinaque supera, fugaci dilutioribus; lamellis adnatis, planis, crassiusculis, obscure cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Upsaliæ trans Ulva, Haga etc. in Suecia copiose. — Valde diversus. Mycelium igneo-croceum; stipes 10 cm. longus, basi 9-11, apice 5 mm. crassus, tenax, totus fibrosus; pileus parvus, $2^1/_2$-5 cm. latus, primo campanulatus, sed mox convexus, eumorphus; lamellæ 7 mm. latæ, tenaces, venoso-connexæ, subconfertæ; sporæ 8-9 $\mu$. longæ.

292. **Cortinarius isabellinus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 308, Hym. Eur. 3958
p. 393, *Agaricus* Batsch f. 17. — Pileo subcarnoso, convexo, subumbonato, melleo, glabro (lutescente, nitido); stipite subcavo, æquali, rigido, striato, nudo, lutescente; lamellis adnatis, firmis, subdistantibus, e flavido argillaceo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis montanis siccis Smolandiæ, raro. — Præcedenti affinis, non cum *C. triformi* var. *melleo-pallenti* confundendus. Rigidior et firmus; cortina parca, fugacissima, flavida.

293. **Cortinarius phæophyllus** Karst. Symb. VII. p. 3. — Pileo sub- 3959
carnoso, e convexo expanso, umbonato, omnino levi e velo circa marginem primitus sericeo, glabro, aquose cinnamomeo, sicco ochraceo et nitido, 3-5 cm. lato; stipite e farcto cavo, rigido, tenaci, firmo, æquali, vulgo flexuoso, leviter fibrilloso-sericeo, albido-pallente, sicco in lutescentem vergenti et nitido, usque ad 10 cm. longo, 5-7 mm. crasso; cortina fibrillosa, lutescenti, fugaci; lamellis adnatis, subdistantibus, crassiusculis, ventricosis, distinctis, brunneo-cinnamomeis, margine melleo primitus subtiliter crenulatis; sporis ellipsoideis, 7-9 ≃ 4-5.

*Hab.* locis graminosis, umbrosis, silvaticis prope Mustiala Feniæ. — Inodorus, dense gregarius; stipes basi demum putredine umbrino-nigrescente. Lamellæ primitus melleæ? Caro albida, stipitis demum fuscescens. *Cort. isabellino* proximus.

294. **Cortinarius renidens** Fr. Epicr. p. 308, Hym. Eur. p. 392 et Ic. t. 162, f. 1., Paul. t. 54, f. 1, 2? Batsch f. 23 habitum fungi sicci exprimit. — Pileo subcarnoso, convexo-plano, levi, glabro, nitido, fulvo (ochraceo); stipite farcto, firmo, æquali, glabro cortinaque fibrillosa flavis; lamellis subadnatis, confertis, tenuibus, fulventibus. 3960

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Indoles *C. armeniaci*, pileo semper glabro et eximie hygrophano, sed vulgo minor, velum luteum, stipes flavescens. Pileus 2-5 cm. latus, gibbus vel stipitis apice cavo umbilicatus, scissilis; lamellæ juniores pallide cinnamomeæ. Cortinariorum more insertione variæ, etiam liberæ visæ.

295. **Cortinarius angulosus** Fr. Epicr. p. 308, Hym. Eur. p. 392 et Ic. t. 162, f. 2. — Pileo carnosulo, explanato, repando, fragili, glaberrimo, hygrophano, helvolo-fulvo (ochraceo, opaco); stipite cavo, torto, æquali, striato, fulvello, cortina fugacissima, fulva; lamellis adnatis, crassis, subdistantibus, fulvis, acie integra concolore. 3961

*Hab.* in pinetis Europæ raro. — Stipes 8 cm. longus, 4-7 mm. crassus, deorsum subattenuatus; pileus 8 cm. latus, tenuis, ut vix scissilis, siccus levis et lætus, sed non nitens; margo membranaceus, infractus et flexuosus; caro albo-lutescens, in stipite obscurior; lamellæ medio latiores, 7 mm. latæ et ultra, fragiles.

296. **Cortinarius zinziberatus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 309, Hym. Eur. p. 392, *Agaricus* Scop. Carn. p. 455? — Pileo subcarnoso, convexo-explanato, umbonato, levi, fuscescenti-melleo (lutescente), margine sericeo-fibrilloso; stipite farcto, æquali, sericeo-levigato; lamellis adnatis, distantibus, e lutescente cinnamomeis, integerrimis, brevioribus, crispis. 3962

*Hab.* in silvis cæduis frondosis Europæ raro. — Valde similis *C. colymbadino*. Stipes 5 cm. longus, 4-7 mm. crassus, extus basique intus lutescens; pileus 2-5 cm. latus, disco glabro; lamellæ 4-7 mm. latæ; olidus. [*Scopolius* cortinam vocat annulum fugacem].

297. **Cortinarius luxuriatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 131, f. 143. — Pileo campanulato, rubro-brunneo, margine subincurvo; stipite albido, luteo, æquali; lamellis rufo-luteis, sat confertis; carne pallide rubro-brunnea, nitida; sporis 10-12 = 4-6. 3963

*Hab.* in silvis prope Westheim Bavariæ, autumno. — Pileus 5 cm. diam.; stipes 6 cm. longus, 6 mm. crassus.

298. **Cortinarius benevalens** Britz. Hym. Südb. IV, p. 130, f. 126. — Pileo convexo, pallide rubro-luteo, margine recto acuto; stipite 3964

æquali, pallide rubro-luteo; lamellis sat distantibus, sordide albidis, pallide luteo-rubris; carne uda pallide rubro-lutea; sporis 10 ≃ 6.

*Hab.* ad Grünteugipfel 1740 m. alt. Bavariæ, autumno. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 6-7 cm. long., 1 cm. cr.

299. **Cortinarius multivagus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 131, f. 135. — Pileo convexo, margine incurvo, leniter umbonato, pallide rubro-brunneo; stipite concolori; lamellis remotis, pallide rubro-brunneis; sporis 6-8 ≃ 6. 3965

*Hab.* in Siebentischwald prope Augsburg Bavariæ, autumno. — Pileus 4 cm. diam.; stipes 6 cm. longus, 9 mm. crassus.

300. **Cortinarius vernalis** Peck in 23 Rep. of the St. Mus. (Bot.) p. 113. — Pileo tenui, hemisphærico vel convexo, dein plus minusve expanso, levi vel primo fibrillis paucis, nitidis signato, udo pallide aquose cinnamomeo, sicco albido vel luteo-albido; lamellis latis, versus marginem pilei attenuatis, vix emarginatis, pallide cinnamomeis; stipite subconcolori, levi, gracili, cavo, fragili. 3966

*Hab.* ad terram in pascuis in montibus Helderberg Amer. bor. — Totus fungus 2,5-3,5 cm. altus; pileus 1,5-2 cm. lat.; stipes 3 mm. crass.

301. **Cortinarius rubidus** Mont. Syll. Crypt. n. 413. — Pileo amplo, carnoso-membranaceo, e convexo explanato, luteo-rubricoso, margine repando fissili; stipiti crasso intus cavo umbrino levi, basi et apice incrassato; lamellis latis, tridymis, secedenti-adnexis, distantibus, pileo concoloribus; sporis suboblongis, ferrugineis, punctato-asperulis, 10 $\mu$. longis, basidiis cylindraceo-clavatis, 175 $\mu$. longis. 3967

*Hab.* ad truncos dejectos, julio, Columbus Amer. bor. (Sullivant). — Pileus 10 cm. lat., 1 mm. cr.; stipes 6-8 cm. long., 2 cm. medio crass.

****) Stipite fuscescente; cortina pallide sordida v. alba (nec lutea); lamellis obscuris.

302. **Cortinarius uraceus** Fr. Epicr. p. 309, Monogr. II, p. 112, Hym. Eur. p. 393 et Ic. t. 162, fig. 2. — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, subgibbo, levi, glabro, udo umbrino (alutaceo, fibroso-lacero); stipite subcavo, molli, æquali, firmo, fibrilloso, striato, e fusco nigricante, apice olivascente nudo; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, badio-brunneis. 3968

*Hab.* in pinetis Europæ. — Habitus *C. glandicoloris*; stipes sursum potius quam deorsum attenuatus, passim flexus; pileus

2-5 cm. latus, subolivascens, margine primo incurvo; caro fusca; lamellæ perlatæ 7-9 mm., integræ, sed acie primo albidæ; cortina supera, tenuissima, fuscescens. *A. glandicolor* Weinm. Secr. n. 429 huic similis videtur, sed tenuitate et colore umbrino-cinnamomeo differt; sporæ 8-9 μ. longæ. — Var. **Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 138, *Inocybe conveniens* Schulz. Myk. Beitr. p. 13: a typo differt pileo cinnamomeo obscure maculato (in adultis); lamellis subsinuatis; stipite apice albido, inferne conico-cuspidato; sporis 6,5-9, μ. long., oblongo-ellipsoideis, ferrugineo-purpureis. Gregatim in silvis Slavoniæ.

303. **Cortinarius jubarinus** Fr. Epicr. p. 309, Hym. Eur. p. 393, sub 3969
*A. araneoso* Bull. t. 431, f. 1. — Pileo subcarnoso, campanulato-expanso, glabro, splendide cinnamomeo-fulvo (nitente); stipite e farcto cavo, firmo, fibrilloso-striato, fulvescente, cortina fugaci alba; lamellis adnatis, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinastretis siccis montanis Europæ copiose. — Ob colores facile confunditur cum *C. cinnamomeo* et *C. inciso*; ab illo mox differt velo albo, ab hoc superficie vix hygrophana, semper polita et integra, etiam si pileus margine rimoso-incisus.

304. **Cortinarius rubricosus** Fr. Epicr. p. 310, Hym. Eur. p. 393, 3970
Lucand Suite Bull. t. 92, *Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 44, Secr. n. 280. — Pileo subcarnoso, mox explanato, umbonato, glabrescente, fusco-badio (testaceo, nitido); stipite solido, curto, firmo, deorsum attenuato, fuscescente, cortina alba collapsa cingulato sericeove; lamellis obtuse adnatis, subconfertis, tenuibus, integerrimis, læte ferrugineis.

*Hab.* in silvis cæduis, pinetis etc. Europæ catervatim. — Species major et firmior, grege *C. castanei*, sed velum exacte *C. armeniaci* primo fibrillosum, dein in zonam latam vagam collapsum, ut stipes 2-5 cm. longus (interdum attenuatus) peronatus appareat. Pileus firmus, regularis, 8 cm. usque latus, primo circa marginem albo-sericeus; color variat brunneo-rufus.

305. **Cortinarius irregularis** Fr. Epicr. p. 310, Hym. Eur. pag. 394, 3971
*Agaricus* Fr. Obs. 2, p. 43. Ex habitu Bolt. t. 13, Secr. n. 281 (lamellis minus confertis ad *C. biformem* recedit). — Pileo subcarnoso, explanato, umbonato, repando, glabrescente, fusco-brunneo (fulvo-ferrugineo, nitido); stipite subcavo, æquali, rigido, nudo, testaceo, albo-striato; lamellis decurrentibus, confertissimis, ferrugineis.

*Hab.* in pinetis siccis montanis Europæ subcæspitosus, rarus, sed

suis locis constans. — Cortina non conspicua nisi circa marginem pilei primo albo-sericeum; interdum vero basis stipitis peronata conspicitur. Pileus 6–8 cm. latus; stipes 5–10 cm. longus, 4–9 mm. crassus, basi passim attenuatus; lamellæ attenuato- vel arcuato-decurrentes. In hunc ad unguem quadrat descr. A. *lucidi* Pers. Syn. p. 299, sed pendet unice ab A. *lamprocephalo* Bull. t. 544, f. 2, qui (ut Secr. n. 281) lamellis minus confertis *C. hiformi* propior.

306. **Cortinarius pateriformis** Fr. Epicr. p. 310, Hym. Eur. p. 394. 3972
— Pileo subcarnoso, rigido, plano-depresso, obtuso, orbiculari, castaneo-fusco, fibrillis secedentibus albis adsperso; stipite cavo, æquali, stricto, fibrilloso, albo-fuscescente; lamellis emarginato-adnatis, subconfertis, testaceis.

*Hab.* locis humidis, nemorosis Europæ. — Stipes 5–8 cm. longus, 2–5 mm. crassus; pileus $2^1/_2$ cm. latus, rigido-fragilis, fibrillis sæpe albo-zonatus. In rivulis exsiccatis montanis sub Abietibus forma major; pileo convexo-plano, 5 cm. lato, sub tente pilosulo; stipite 4–9 mm. crasso, fragili, fusco, sicco vero argenteo-micante. A. *inæqualis* Weinm. p. 176, obscurus, potissimum *C. brunneo-fulvus* neglecto velo.

307. **Cortinarius pulcher** Peck 26 Rep. p. 63. — Pileo e conico late 3973
convexo, umbonato, sæpe irregulari, hygrophano, ochraceo, udo nitido atque plerumque striatulo, sicco pallide ochraceo; stipite æquali, solido, subflexuoso, sericeo-fibrilloso vel pallide ochraceo; lamellis subdistantibus, latis, emarginatis, acie irregularibus, ochraceis; sporis $8 \simeq 5$.

*Hab.* ad terram in silvis, New Scotland Amer. bor. — Gregarius, 5 cm. altus; pileus $2^1/_2$–4 cm. latus; stipes 2–4 mm. crassus.

308. **Cortinarius fusco-violaceus** Peck 27 Rep. p. 96. — Pileo con- 3974
vexo, cito expanso vel centro depresso, umbonato, glabro, hygrophano, castaneo-brunneo violaceo tincto, margine fibrillis sericeis dealbato; stipite flexuoso, æquali, solido; pileo concolore, sericeo-fibrilloso; lamellis e plano ventricosis, postice rotundatis, subdistantibus, fusco-violaceis, demum subcinnamomeis.

*Hab.* in paludibus sphagnosis, Forestburgh Amer. bor. — Statura $2^1/_2$–4 cm. adæquans; pileus 12–20 mm. latus.

II. Tenuiores. Pileus submembranaceus, e conico expansus, umbonatus, umbone acuto v. rarius obtuso evanidoque (contraria ratio Firmiorum), margine primo recto. Stipes subæqualis v. basi attenuatus. (Tenuitas pilei tantum ad amplitudinem relativa).

*) Stipite albo.

309. **Cortinarius dolabratus** Fr. Epicr. p. 311, Hym. Eur. p. 394. — 3975
Pileo carnoso-membranaceo, e campanulato expanso, obtuso, glabro, testaceo (levi, alutaceo), circa marginem sericeo; stipite elato, valido, cylindrico, glabro, candido; lamellis adnatis, latissimis, distinctis, distantibus, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* locis subhumidis in pinetis desertis, Europæ raro. — Statura *C. evernii* (Bull. t. 162 habitum non male exprimit), sed stipes ad 10-16 cm. elongatus, 1¼ cm. et ultra crassus; pileus fragilis, 5-10 cm. longus, semper levigatus; lamellæ postice latissimæ, 2,5 cm. usque latæ, dente subdecurrentes.

310. **Cortinarius rigens** (Pers.) Fr. Epicr. p. 311, Hym. Eur. p. 395, 3976
Berk. et Br. n. 931, Pers. Syn. p. 288, non Secr. n. 244, qui potius *Cort. camurus*. — Pileo carnosulo, conico, mox convexo, obtuso, levi, glabro, opaco, argillaceo (alutaceo-albo); stipite cartilagineo, rigido, radicato, glabro, nudo, albo, deorsum subattenuato; lamellis adnato-subdecurrentibus, latis, distantibus, argillaceis, demum obscure cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis etc. Europæ vulgatissimus, serotinus. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 5-10 cm. longus, 4-11 mm. crassus; sporæ 8-9 *μ*. longæ. Priori affinis, sed rigidior nec fragilis, pallidior; lamellæ vero demum obscuriores, opacæ. Caro alba. Cortina vix ulla (an igitur Secr. n. 232?). Magnitudine variat et stipite fusiformi v. basi incrassato.

311. **Cortinarius fulvescens** Fr. Epicr. p. 311, Hym. Eur. p. 395, Secr. 3977
n. 230 (sed subochraceus). — Pileo carnosulo, convexo-plano, nitido, cinnamomeo (testaceo), demum fibrilloso, umbone prominente subacuto; stipite attenuato, molli, subflexuoso, glabro, pallescente; lamellis adnatis, subdistantibus, tenuibus, planis, fulvo-cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Stipes farctus, 8 cm. longus, subæqualis; pileus fere membranaceus; cortina distincta.

312. **Cortinarius Krombholzii** Fr. Hym. Eur. p. 395, *A. leucopus* 3978
Krombh. t. 2, f. 31, 32. — Pileo conico-campanulato, dein gibbo, levi, glabro, disco carnoso, margine tenui, velo appendiculato; stipite fistuloso, æquali, nudo, albido; lamellis subliberis, latis, ferrugineis acie lutescentibus.

*Hab.* in Bohemia. — A sq. certe differt. Stipes 8 cm. longus, 6-7 mm. crassus; pileus galericulatus 2½ cm. latus, alutaceus, apice (udus?) obscurior. Cfr. Secr. n. 263.

313. **Cortinarius Reedii** Berk. Outl. p. 194, Hussey II, t. 45, Fr. Hym. Eur. p. 395. — Pileo subcarnoso, e conico expanso, umbonato, levi, nitido, persistenter brunneo, disco areolato, margine fisso; stipite solido, pallido, subbulboso, fibrilloso-striato; lamellis liberis, ventricosis, ex albo cinnamomeis. 3979

*Hab.* in fagetis Angliæ vere. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 4-5 cm. longus; caro pallida.

314. **Cortinarius leucopus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 311, Hym. Eur. p. 395, Berk. Outl. p. 194, Kickx p. 193, *Agaricus* Bull. t. 533, f. 2, Pers. Syn. p. 333, Fr. Syst. Myc. I, p. 236, Weinm. p. 177. — Pileo subcarnoso, e conico expanso, demum umbonato, levi, glabro, helvolo (alutaceo, nitido); stipite e farcto cavo, æquali, candido; lamellis subadnexis, ventricosis, confertis, e pallido cinnamomeis. 3980

*Hab.* in pinetis Europæ et in silvis pr. Minussinsk in Sibiria haud frequens. — Pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 2–5 cm. longus, 4-9 mm. crassus. Minor, habitu *C. pluvii*, sed non viscidus, hinc Secr. n. 242 diversus; lamellæ vero media ætate in ochreum etiam vergunt colorem.

315. **Cortinarius scandens** Fr. Epicr. p. 312, Hym. Eur. p. 396 et Ic. t. 113, f. 1, Quél. in Grev. t. 128, f. 4. — Pileo submembranaceo, e conico explanato, e fulvo-ferrugineo aquose melleo (alutaceo), umbone carnosulo, margine striato; stipite fistuloso, flexuoso, levi, apice incrassato, basi attenuato, albido; lamellis adnatis, tenuibus, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis, acie concolore. 3981

*Hab.* in pinetis, Kungsparken etc. Upsaliæ in Suecia, locis humentibus, et North Wootton Heat in Britannia. — Similis *C. obtuso*. Stipes 8-10 cm. longus, 5 mm. crassus, mollis, udus flavescens et siccus candicans; basis subulata semper alba; cortina tenuis, fibrillosa, supera; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. et ultra, siccus alutaceus, sed umbo (acutus, obtusus, obsoletus) fulvescens; lamellæ angustæ, 2-4 mm. latæ, planæ.

316. **Cortinarius blandulus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 132, f. 96. — Pileo subconvexo, luteo; stipite basi incrassato, albo; lamellis sat confertis, luteo-ochraceis; carne lutescente, ad basim stipitis brunnea; sporis $10 \simeq 4$–5. 3982

*Hab.* in silvis fagineis prope Althegnenberg Bavariæ. — Pileus 1,5 cm. diam.; stipes 2 cm. longus, 2 mm. crassus.

*) Stipite violascente vel rubello.

317. **Cortinarius erythrinus** Fr. Epic. p. 312, Hym. Eur. p. 396, Quél. 3983

in Grev. t. 115, f. 2, *Agaricus* Fries Obs. 2, p. 44, Secr. n. 284, *A. badius* Weinm. p. 175. — Pileo carnosulo, e conico convexo-plano, glabrato, badio-rufo, umbone subprominente obscuriore; stipite e farcto cavo, æquali, subcurvato, sursum violaceo; lamellis leviter adnexis, subdistantibus, ventricosis, pallide cinnamomeis.

*Hab.* in silvis Europæ passim. — Stipes 5-8 cm. longus, 4-5 crassus, cortina alba fibrillosus vel fibrilloso-striatus, plus minus cærulescens. Var. *argyropus* l. c. videtur status tenuior, stipite argenteo, apice albo-pruinato. Pileus 2½-4 cm. latus, siccus fulvescens. *C. castaneum* admodum refert.

318. **Cortinarius decipiens** (Pers.) Fr. Epicr. p. 312, Hym. Eur. p. 396. 3984
Quél. in Grev. t. 114, f. 3, Berk. et Br. 1129, Hoffm. Ic. t. 9, f. 2, *Agaricus* Pers. Syn. p. 298, Fr. S. M. I, p. 236, Weinm. p. 174, Secr. n. 283. — Pileo submembranaceo, conico, glabro, nitido, badio-fusco (testaceo), dein circa umbonem carnosulum, prominentem, obscuriorem depresso; stipite subfistuloso, æquali, gracili, cuticula separabili pallida tecto, intus subtestaceo; lamellis adnatis, tenuibus, subconfertis, testaceo-ferrugineis.

*Hab.* in silvis passim in Europa et Amer. fœder. — Ad *C. castaneum* se habet, ut *C. fulvescens* ad *C. armeniacum;* ad hanc seriem pertinet, licet stipes non violascens, sed modo albo-rubellus. Pileus 2-3 cm. latus vel parum ultra; stipes 8-11 cm. longus, 2-5 mm. crassus, in vulgari strictus. Habemus autem var. insignem pileo dilutiore, stipite flexuoso glabro, lamellis minus confertis. Similis brevipes in fagetis frequens (Secr. n. 282) interdum in humo truncorum obviam venit, sed vere xylophilum nullum vidimus Cortinarium.

319. **Cortinarius germanus** Fr. Epicr. p. 312, Hym. Eur. p. 397, Luc. 3985
Suit. Bull. t. 192 (var.) Quél. in Grev. t. 114, f. 2. — Pileo submembranaceo, conico-expanso, obtuse umbonato, subsericeo, fragili, levi, fuscescente (argillaceo); stipite subfistuloso, tenui, æquali, glabro, e lilacino pallescente; lamellis adnatis, subdistantibus, latis, aquose cinnamomeis.

*Hab.* in fagetis Europæ raro. — Stipes 8 cm. longus, 2 mm. crassus, subtortus, demum argenteus; pileus vix 2½ cm. latus, exstrius. Olidus.

320. **Cortinarius janthipes** Secr. n. 298, Fr. Hym. Eur. p. 397, Quél. 3986
in Grev. t. 113, f. 7. — Pileo carnosulo, e conico convexo-plano, obtuse umbonato, fibrilloso, nitido, brunneo, margine lutescente; stipite farcto, tenui, subfragili, nitido, violaceo, deorsum rufe-

scente; lamellis leviter adnexis, subconfertis, ex albo griseo-olivaceis.

*Hab.* in silvis frondosis Europæ. — Stipes 2½ cm. longus, crassitie 2 mm. paullo excedens, subflexus, cuticula separabili; pileus firmulus, 2-2¼ cm. latus.

321. **Cortinarius fistularis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 132, f. 99. — 3987
Pileo primo gibboso dein leniter excavato, rubro-brunneo, margine recto; stipite concolori; lamellis brunneo-rubris, sat remotis; sporis 9-10 ≃ 5-6.

*Hab.* Haide prope Gabelbachgreuth Bavariæ, æstate. — Pileus 2 cm. diam., stipes 5,5 cm. longus, 3 mm. crassus.

322. **Cortinarius insignis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 132, f. 144. — 3988
— Pileo campanulato lilacino-carneo; stipite concolori; lamellis sat numerosis, lilacinis, rubro-luteis; carne albida, pallide violacea; sporis 8-9 ≃ 6.

*Hab.* in silvis, Grünten Bavariæ, autumno. — Pileus 7 cm. diam.; stipes 6 cm. longus, 1,5 cm. crassus.

***) Stipite lutescente, vulgo pallescente.

323. **Cortinarius detonsus** Fr. Epicr. p. 313, Hym. Eur. p. 397, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 232, Weinm. n. 299, Lasch. — Pileo submembranaceo, conico-expanso, subumbonato, glabro, testaceo vel lutescente (alutaceo, sericello); stipite e farcto cavo, sursum attenuato, glabro, luteolo-pallido; lamellis adnatis, tenuibus, subdistantibus, e lutescente testaceis, integerrimis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, flavidis, 6-9 ≃ 5-6. 3989

*Hab.* in silvis inter muscos in Europa. — Major, mollis, sat fragilis, pileo 4-6 cm. lato, colore incuso pallide lutescente distinctus; pileus udus striatus; stipes 8-11 cm. longus, 6-8 mm. crassus; umbo ut sqq. acutus, sensim evanescens, interdum obscurior.

324. **Cortinarius saniosus** Fr. Epicr. p. 313, Hym. Eur. p. 397 et Ic. 3990
t. 113, f. 2, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 232 (lusus singularis), *A. turcicus* Lasch Linn. l. c. n. 336 (alius lusus pileo ubique fibrilloso-lacero), Secr. n. 257 var. — Pileo carnosulo, e conico convexo, umbonato, exstrio, glabro, fusco-fulvo [fulvo, nitente], margine passim fibrilloso-lacero; stipite farcto, curvato, cortina flava fibrilloso, lutescente; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, testaceo-cinnamomeis, integerrimis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, uniguttulatis, 8-12 ≃ 5-6. — *B.* stipite elongato, flexuoso, basi croceo-rubente; pileo tenuiore.

*Hab.* locis humidiusculis et graminosis Europæ vulgatus gregarius. — Staturæ et coloris, modo lætioris et vix hygrophani, variatio et tota facies *C. incisi*, sed minus incisus et cortina semper fibrillosa lutea certe distinctus. Stipes æqualis, firmulus, 4-6 cm. longus; pileus 1-2,5 cm. latus; caro concolor.

325. **Cortinarius obtusus** Fr. Epicr. p. 313, Hym. Eur. p. 397 et Ic. 3991
t. 113, f. 3, Quél. in Grev. t. 129, f. 1, Berk. et Br. n. 1274, *Agaricus* Fr. S. M. I, p. 233, Weinm. p. 183, Secr. n. 247. — Pileo submembranaceo, conico-campanulato, ad medium striato, nitido, helvolo [ochraceo-pallido, opaco, fibrilloso-lacero]; stipite cavo, molli, ventricoso, adpresse fibrilloso, pallescente; lamellis adnato-ventricosis, subdistantibus, fulvo-cinnamomeis, acie albo-fimbriatis.

*Hab.* in silvis, præcipue pinetis, Europæ copiosissime. — Pileus 2½-5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-7 mm. crassus; cortina mere fibrillosa, albida, qua pileus junior passim cano-sericeus, vulgo glaber, sed siccus laceratus; umbo evanescens. Olidus.

326. **Cortinarius acutus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 314, Hymn. Eur. p. 398, 3992
Quél. in Grev. t. 152. f. 5, Berk. Jura p. 150, Outl. p. 195, *Agaricus* Pers. Syn. p. 316, Fr. S. M. l. c., Secr. n. 245. — Pileo membranaceo, conico, acute umbonato, toto striato, helvolo [alutaceo, sericello-levi]; stipite fistuloso, æquali, gracili, flexuoso, pallescente cortina fugaci alba; lamellis adnatis, subconfertis, tenuibus, angustis, ochraceis, integerrimis.

*Hab.* locis humidis pinetorum in Europa. — Habitus fere Galeræ; stipes 8-11 cm. longus, 2-3 mm. crassus, in vivo luteus, pallescens, siccus fere albus; pileus primo badio-ferrugineus, 1¼ cm. latus. Var. in silvis frondosis lamellis liberis, cinnamomeo-ochraceis (Weinm. p. 182), sed insertio lamellarum inter Cortinarios frequenter variabilis occurrit. Color pilei insuper pallidior, siccus fere albescens.

327. **Cortinarius finitimus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 132, f. 110. — 3993
Pileo expanso, umbonato, ochraceo-ferrugineo, umbone obscuriori, radiato, margine recto; lamellis sat numerosis, albidis, rubro-luteis; sporis 6-7 ≃ 2-3; stipite tenui, longiusculo, basi vix sensim incrassato.

*Hab.* in silvis prope Westheim Bavariæ, autumno. — Pileus 3 cm. diam.; stipes 6 cm. longus, 3 mm. crassus.

328. **Cortinarius unimodus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 131, f. 131. — 3994
Pileo campanulato rufo-brunneo, margine recto, stipite fibroso concolori; lamellis distantibus, brunneis; sporis 10-12 ≃ 8.

*Hab.* in silvis, Grünten Bavariæ, autumno. — Pileus 4-5 cm. lat.; stipes 8 cm. long., 6-7 mm. cr.

****) Stipite fuscescente.

329. **Cortinarius Junghuhnii** Fr. Epicr. p. 314, Hym. Eur. p. 398, Berk. et Br. n. 1130, Cooke p. 191. — Pileo carnosulo, tenui, e conico explanato, papillato, fibrillis tenuibus, innatis, albis, persistentibus subvelutino, nitide cinnamomeo (fulvello); stipite farcto, æquali, subflexuoso, dilute testaceo, nitido, adpresse fusco-fibrilloso; lamellis adnatis, tenuibus, ventricosis, croceo-testaceis; sporis 8 $\mu$. long. 3995

*Hab.* in silvis abiegnis muscosis, montosis Europæ. — Odor nullus; stipes 5-8 cm. longus, 4 mm. crassus, intus obscurior, basi albidus, etiam attenuatus; cortina obsoleta; pileus $2^1/_2$ cm. latus, udus et lente lustratus ad medium striatus; lamellæ 4 mm. latæ, basi venosæ.

330. **Cortinarius depressus** Fr. Epicr. p. 314, Monogr. II, p. 113, Hym. Eur. p. 398 et Ic. t. 163, f. 4, *A. Cucumis* $\beta$. Fr. Obs. 2, p. 41. — Pileo submembranaceo, e conico convexo, umbonato, glabro, circa marginem striatum primo superficie sericeo; stipite cavo, æquali, levi, rigido, rubello, basi fusco, albo-sericeo; lamellis adnatis, distinctis, subconfertis, e croceo lutescentibus. 3996

*Hab.* in nemoribus humidis Europæ raro; nuperius lectus locis sterilibus inter lichenes. — Odor debilis, piscinus v. Cucumeris; cortina vix ulla; stipes brevis, $3^1/_2$ cm. haud superans, 5 mm. crassus, rigidus, demum nigricans; pileus 5-8 cm. longus, demum planiusculus, circa umbonem depressus, e fusco ferrugineus. *A. depressus* Weinm. p. 177 videtur fere idem stipite elongato, lamellis ferruginascentibus, qualem etiam legi. Cfr. Secr. n. 276.

331. **Cortinarius milvinus** Fr. Epicr. p. 314, Hym. Eur. p. 399, Quél. in Grev. t. 114, f. 6, Quél. p. 150. — Pileo membranaceo, conico-expanso, subumbonato, glabro, ad discum latum carnosulum striato, subolivaceo (alutaceo-pallido), margine squamulis innatis albis coronato; stipite subfistuloso, æquali, curvato, fusco-pallido, cortina alba sericeo-maculato; lamellis adnatis, subdistantibus, tenuibus, olivascenti-ferrugineis, basi venosis. 3997

*Hab.* gregatim in nemoribus Fagi in Europa. — Stipes 5-8 cm. longus, 4-5 mm. crassus, non flexuosus; pileus $1\text{-}2^1/_2$ cm. latus, cervino-olivascens. Olidus. Videtur Secr. n. 299; sole enim tactus fulvescit.

332. **Cortinarius fasciatus** Fr. Epicr. p. 315, Hym. Eur. 399, Quél. 3998

in Grev. t. 114, f. 5, *A. acutus* Alb. et Schwein. p. 166. — Pileo membranaceo, e conico expanso, glabro, fuscescente (testaceo-pallido, sericeo), umbone carnosulo, acuto, nigricante; stipite subfistuloso, fibroso-fissili, subundulato, glabro, pallide fuscescente; lamellis adnatis, tenuibus, subdistantibus, cinnamomeis.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Ob colores similis *C. flexipedi*, sed tota indole *C. acuto* proximus; stipes rectus, sed superficies vulgo undulata, 5-8 cm. longus, circiter 2-3 mm. crassus; pileus 1-1½ cm. latus, raro ultra; lamellæ 3 mm. latæ. *A. inhonestus* Weinm. n. 288 etiam huc pertinere videtur.

**PAXILLUS** Fr. Gen. Hym. p. 8, Hym. Eur. p. 400 (Etym. *paxillus* h. e. palus). — Hymenophorum cum stipite contiguum, decurrens. Lamellæ membranaceæ, scissiles, subramosæ et passim postice anastomosantes, ab hymenophoro discretæ et facile secedentes. Sporæ sordide albidæ vel ferrugineæ. — Fungi carnosi, putrescentes, pileo e margine involuto continue et successive explicato et dilatato, indeterminato.

Genus naturale, sed nondum rite definitum. Plures Tricholomatis et Clitocybes species ad hoc videntur transferendæ, quod aliorum examini commendo. Lamellis facile secedentibus cum Boletis analogum, incremento vero indefinito cum Polyporis. Plurimæ species videntur edules, *P. involutus* in Rossia admodum æstumatus. Fr. l. c.

**Subg. I. Lepista** Fr. Pileus integer, centralis. Sporæ sordidæ, modo in n. 6 ferruginascentes.

*) *Tricholomei:* lamellis sinuato-adnexis.

Hujus loci videntur *Tricholom. cinerescens, personatum, nudum* etc. Cfr. supra p. 130-131.

**) *Clitocybei:* lamellis decurrentibus. [De his nobilibus speciebus conferendæ ampliores descriptiones in Friesii Monogr. Hymen. II].

1. **Paxillus giganteus**(Schw.) Fr. Hym. Eur. p. 401, *Agaricus* Sowerb. 3999
t. 244, Letell. t. 682, Fr. Monogr. II, p. 118, Sverig ätl. Svamp. t. 86. — Amplus, alutaceo-albus; pileo carnoso, tenui, e depresso plano-infundibuliformi, molli, margine involuto, dein patente, glabro, canaliculato-sulcato; stipite solido, obeso, glabro; lamellis subdecurrentibus, confertissimis, passim ramosis et anastomosantibus, ex albido alutaceis.

*Hab.* in pratis fertilibus, silvaticis, apricis locisque stercoratis in Europa. — Magnopere insignis, a *Clitocybe maxima* valde distinctus, sed sequentibus affinis; a nonnullis ad gen. *Clitocyben*

relatus. Pileus pro ratione tenuis, udus glaber, siccus flocculosus v. rivulosus, a margine ad stipitem facile fissilis, 10-25 cm. lat. stipes 6-7 cm. long., 5 cm. (basi) cr. Hymenophorum non corneum

2. **Paxillus sordarius** (Pers.) Fr. Epicr. p. 316, Mon. II, p. 117, Hym. Eur. p. 401, *Agaricus* Pers. Syn. p. 370, Fr. Obs. I, p. 13, Buxb. Cent. IV, t. 36, f. 1. *B.* major, pileo repando, Secr. n. 677, Sterb. t. 20, f. A. — Pileo carnoso, e convexo-gibbo plano-depresso, levi sed impolito, sordide albo, margine demum explanato sulcato; stipite spongioso-farcto, æquali, striato, albido-griseo, apice sericello; lamellis adnatis, planis, confertis, ex aquose albido fuscescentibus; sporis sordidis, 8 ≃ 6. 4000

*Hab.* ad terram et truncorum basim rarus in Europa et pr. Minussinsk in Sibiria. — Priori affinis, sed minor; pileus 2-2½ cm. latus, magis compactus, vetustior canus et sæpe fusco-griseo variegatus. Hymenophorum corneum. Stipes 2-3 cm. longus, 4-7 mm. crassus; lamellæ vix decurrentes.

3. **Paxillus Alexandri** Fr. Hym. Eur. p. 401, Gill. C. F. c. ic. — Pileo carnoso, compacto, e plano depresso, sicco impolito, cervino, margine arcte involuto, explanato striatulo; stipite obeso; lamellis subdecurrentibus, confertis, buxei coloris; sporis albidis, 4-5 ≃ 2-3. 4001

*Hab.* inter muscos in silvaticis Galliæ (P. Alexandre et Gillet) et in Germania. — Præcedentibus affinis, sed primo obtutu *P. involuto* simillimus; tamen a cl. Britzelmayr, Gillet etc. ad gen. *Clitocyben* relatus. Stipes 1¼ cm. modo longus, sed 2-3 cm. crassus, inferne cum muscis coalescens; pileus 5-8 cm. latus, raro ultra; caro albo-lutescens. Num h. l. *A. propinquus* Pers. M. Eur.?

4. **Paxillus Lepista** Fr. Epicr. p. 316, Hym. Eur. p. 402, Ic. t. 164, f. 1, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 271, Secr. n. 1009, ex quo *A. truncatus* Pers. Syn. p. 458 (mihi dubius), Sterb. t. 19, C. — Pileo carnoso, plano-depresso, sicco, sericeo glabratove, sordide albido, marginem versus rimuloso-squamuloso, margine tenui, involuto, levi, nudo; stipite solido, crasso, cute subcornea cum hymenophoro contigua et similari; lamellis longe decurrentibus, subramosis, confertis, sordide albis, dein obscuratis; sporis pallide rubello-fuscescentibus. 4002

*Hab.* in silvis, locis humidis Europæ, rarus et solitarius. — Species nobilis, sed admodum mutabilis; stipes 5-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus, præmorsus, elasticus, pallescens, sed varians rufescens et fuscescens, nunc brevis, nunc elongatus; pileus 2½-11 cm. latus, fragilis.

5. **Paxillus extenuatus** Fr. Epicr. p. 316, excluso Scop. Carn. p. 448, Hym. Eur. p. 402, Ic. t. 164, f. 2. — Pileo rigido, e disco carnoso extenuato, campanulato-convexo expansoque, nudo, glabro, udo, alutaceo-fuscescente, margine involuto, pubescente, levi; stipite solido, tenaci, glabro, basi tuberoso-radicato; lamellis longe decurrentibus, arcuatis, confertissimis, ex albo murinis. 4003

*Hab.* locis graminosis in pinetis Upsaliæ in Suecia. — Stipes 4-5 cm. longus, 7-11 mm. crassus, elasticus, fibroso-tenax; mycelium cum terra in tuber concrescit; pileus 2-8 cm. latus, varians argillaceus.

6. **Paxillus panæolus** Fr. Monogr. II, p. 117, 310, Hym. Eur. p. 402, Hoffm. Ic. t. 10, f. 1. — Pileo tenui, e convexo-plano subdepresso, glabro, udo, albido, margine involuto tenui; stipite farcto, striato-fibrilloso, rufescente, deorsum incrassato; lamellis leviter decurrentibus, confertis, angustis, demum aquose ferrugineis; sporis aquose ferrugineis. 4004

*Hab.* ad terram in pinetis Europæ. — Præcedentibus minor, tenuior; stipes 2-3 cm. longus vel parum ultra, 6-7 mm. crassus; pileus 2-6 cm. latus; caro nigrescens; lamellæ linea cornea ab hymenophoro limitatæ. Ob sporarum colorem ad *Tapinias* accedit. — ***P. spilomæolus** Fr. Epicr. p. 317, Hym. Eur. p. 402: pileo guttato-maculato stipiteque gracili albo-lutescentibus; lamellis demum aquose ferrugineis, basi corneo-griseis. Cum priore et supra folia Abietis in horto botanico Upsaliensi in Suecia.

7. **Paxillus nitens** Lambotte Fl. Myc. Belg. I, p. 284. — Pileo convexo, carnoso, iove udo glutinoso, sicco nitente veluti sandaracha obtecto, brunneo-lutescente, margine diu involuto pallidiore; carne albida, subsulphurea, 5½ cm. diam., penitus glabro; stipite sursum luteo-rubescente, basi obscurius brunnescenti, apice subtiliter flocculoso, basim versus attenuato, e farcto cavo, intus albo, longitudine pilei diametrum æquante; cortina nulla; lamellis liberis, sinuatis, angustis, tenuibus, confertissimis, griseo-lutescentibus, demum brunneo-olivaceis; sporis ochraceo-brunneis; odore et sapore amaricantibus. 4005

*Hab.* cæspitosus in ligno emortuo abietino in horto Verviers in Belgio.

8. **Paxillus strigosus** Peck 26 Rep. p. 63. — Pileo convexo vel expanso, sicco fragili, pilis rigidis irregulariter strigoso; stipite æquali, solido, concolore; lamellis confertis, angustis, subdecurrentibus, 4006

albidis, demum cinnamomeis, pluribus ex iis furcatis; sporis brunnescenti-ochraceis, subglobosis, $4^1/_2$ $\mu$. diam.

*Hab.* ad terram inter folia in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 5 cm. metiens; pileus $2^1/_2$–4 cm. latus; stipes 2-3 mm. crassus. Ætate juvenili pro Clitocybis specie sumi potest. Inter Lepistam et Paxillum ambigens considerari potest, ab illo sporarum colore saturatiore, ab hoc lamellis distinctis haud anastomosantibus recedens. Ob pilei fragilitatem lamellæ haud facile ab illo separantur. Pilei pili erecti vel adpressi.

9. **Paxillus solidus** Rav. B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 18. — Pileo pulvinato, rufo-fusco, subtomentoso; stipite solido, glabro; lamellis latis, distantibus, decurrentibus, e cinereo-maculatis, fuscis, postice anastomosantibus; sporis fusoideis. 4007

*Hab.* in pinetis ad areas combustas in Carolina infer. — Pileus 5-7 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 12-13 mm. cr.; lamellæ basi poroso-anastomosantes, Boletum imitantes.

10. **Paxillus Muelleri** Berk. Austral. Fungi n. 41, p. 159. — Pileo convexo, umbonato, obscure furvo; stipite fulvo-pruinato; lamellis decurrentibus una desinentibus, fulvis. 4008

*Hab.* in pratis pr. Albert River Wilson's Promontory Australiæ. — Pileus 4 cm. circ. lat.; stipes 2,5 cm. long., 12-13 mm. cr.

11. **Paxillus sulphureus** Berk. Dec. n. 315. — Sulphureus; pileo cum lamellis obconico-plano, flocculoso-squamoso, carnoso; stipite deorsum attenuato solido; lamellis latis, ventricosis, adnato-decurrentibus; sporis elongato-oblongis, luteo-olivaceis. 4009

*Hab.* in lignis emortuis et ad terram, Darjeeling Indiæ. — Pileus 3,5-5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 6-9 mm. cr.

12. **Paxillus Eucalyptorum** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 49. — Cæspitosus; pileo convexo, carnoso, compacto, flavo-fusco; stipite deorsum attenuato transversim squamuloso; lamellis distantibus decurrentibus, flavis; sporis elongatis. 4010

*Hab.* in truncis Eucalyptorum in Australia occid. (Drummond). — Pileus 8-20 cm. lat.; stipes 6 cm. long., 1,7-2 cm. cr. Sporæ siccitate decoloratæ.

13. **Paxillus chrysites** Berk. Dec. n. 314. — Totus aureus; pileo infundibuliformi, molli, glabro, subvirgato, margine striato; stipite fistuloso; annulo demum caduco; lamellis decurrentibus venosis; sporis ochraceo-flavis, mediocribus. 4011

*Hab.* in lignis putridis Darjeeling Indiæ. — Subcæspitosus; pileus 5 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 12-14 mm. cr.

14. **Paxillus pinguis** Berk. Dec. n. 316. — Pileo depresso, demum 4012
infundibuliformi, luride sulphureo, flocculento, subcarnoso; stipite brevi, subæquali, concolore; lamellis sulphureis, adnato-decurrentibus, interstitiis venosis; sporis elongato-oblongis.

*Hab.* ad terram muscosam, Darjeeling Indiæ. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 2,5 cm. long., 8-9 mm. cr.

15. **Paxillus flavidus** Berk. Dec. n. 116. — Pileo alutaceo-fusco, de- 4013
presso; stipite lento, flavo, squamulis glutinosis aspero; lamellis parce ramosis, postice furcatis, vivide flavis.

*Hab.* ad terram inter gramina in silvis Waynesville Ohio Amer. bor. (Lea). — Pileus 5-9 cm. lat., udus viscidus; stipes 2-5 cm. long., 8-12 mm. cr.

16. **Paxillus pubescens** Ellis Bull. Torr. 1876, p. 76. — Pileo car- 4014
noso convexo, cuticula brunnea, tenui, levi secedente, viscosa tecto, demum (siccitate) sordide rubescente, 2,5-5 cm. lato; carne flavida, compacta, marginem versus attenuata; stipite solido, deorsum subattenuato sursum fibrilloso-squamuloso, 3-4 cm. longo, 12-13 mm. crasso; lamellis adnato-decurrentibus, laxiusculis, intermixtis brevioribus interstitiisque simul atro-puberulis; sporis fusoideo-ellipticis, olivaceis, 20 $\mu$. longis.

*Hab.* in silvis pineis, New Jersey Amer. bor., autumno. — Species peculiaris, cæspitosa; pubescentia e tubulis cylindricis deorsum attenuatis, 50 $\mu$. longis constans.

**Subg. II. Tapinia** Fr. Pileus vulgo excentricus v. resupinatus. Sporæ ferrugineæ.

17. **Paxillus involutus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 317, Sverg. ätl. Svamp. 4015
t. 75, Hym. Eur. p. 403, Gill. C. F. c. ic., Berk. Outl. t. 12, f. 5, Ic. Hoffm. t. 10, f. 2, Kickx p. 192, *Agar.* Batsch f. 61, Ventur. t. 42, f. 6, 7, Pers. Myc. Eur. 3, p. 62, *A. lateralis* Schaeff. t. 72, *A. contiguus* Bull. t. 240, 576, f. 2, *Ruthea involuta* Klotzsch Boruss. t. 391. Var. excentricus, truncigenus, Schaeff. t. 71. — Pileo compacto, e convexo-plano depresso, udo, glabrescente, ochraceo-ferrugineo, circa marginem involutum villoso, carne pallida; stipite solido, firmo, nudo lamellisque ramosis, latis, postice poroso-anastomosantibus, pallidioribus; sporis sphæroideis aut sphæroideo- vel oblongato-ellipsoideis, flavidis, 8-12 ≃ 5-6.

*Hab.* ad terram camporum et silvarum in Europa et Carol. inf. Amer. bor., var. ad truncos, frequens. — Stipes 5-8 cm. longus, 1-2½ cm. crassus, obesus, raro elongatus, sordide lutescens, basi pas-

sim bulbosa; pileus 8-13 cm. latus, succosus, plus minus obscurus, sole infestus nitens; variat lobatus et squamosus. Edulis.

18. **Paxillus leptopus** Fr. Monogr. II, p. 311, Hym. Eur. p. 403, Ic. t. 164, f. 3, Berk. et Br. n. 4276, *A. filamentosus* Fr. Epicr. p. 317. — Pileo carnoso, excentrico, gibbo, demum depresso, in squamas villosas lacerato, fusco-lutescente, carne lutea; stipite solido, brevissimo, deorsum attenuato; lamellis decurrentibus, simplicibus, strictis, perangustis, lutescentibus, dein obscurioribus. 4016

*Hab.* ad terram et frustula lignea in Europa. — Species insignis, habitu prioris, sed distinctissima. Stipes tenuis, brevis, $2^1/_2$ cm. adæquans, crassitie $1^1/_4$ cm. obliquus; pileus 4-8 cm. latus primo glaber, dein in squamas villosas secedens; lamellæ admodum confertæ, postice haud anastomosantes nec tactu maculatæ. Vix est *A. filamentosus* Scop. nec Schaeff. et nomen ineptum, quare novum receptum.

19. **Paxillus atro-tomentosus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 317, Monogr. II, p. 119, Hym. Eur. p. 403, Gill. C. F. c. ic., Bern. Roch. t. 56, f. 1, Berk. Outl. p. 195, Quél. p. 196, *Agaricus* Batsch f. 32, mutuata in Paulet t. 33, f. 2, 3 et Nees f. 175, Weinm. p. 226, Alb. et Schwein. p. 226, *A. jacobinus* Scop. p. 438. — Pileo carnoso, compacto, excentrico, gibbo, dein plano-infundibuliformi, sicco, rivuloso-granuloso, ferrugineo, margine tenui involuto, carne alba; stipite solido, valido, adscendente, radicato, tomento denso umbrino-nigrescente velutino; lamellis adnatis, confertis, basi ramosis, lutescentibus; sporis ellipsoideo-sphæroideis, subhyalinis, eguttulatis, 6 ≃ 3-4. 4017

*Hab.* in pinetis ad terram et truncos in Europa haud rarus, sed vulgo solitarius: Batsch legit ad Salices. — Validus, firmus, interdum lateralis, sed postice marginatus; pileus 5-11 cm. latus; primo pulverulento-velutinus. Hymenophorum sulcato-rugosum. Stipes 5-8 cm. longus, $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. crassus.

20. **Paxillus griseo-tomentosus** (Secr.) Fr. Epicr. p. 318, Monogr. II, p. 119, Hym. Eur. p. 404, *Agaricus* Secr. n. 986. — Pileo spongioso-carnoso, convexo-plano, gibbo, excentrico, obliquo, udo, glabro, argillaceo, margine involuto, pubescente, carne aquosa; stipite spongioso, valido, tuberoso, villo griseo velutino; lamellis decurrentibus, latiusculis, basi venoso-connexis, argillaceis. 4018

*Hab.* subcæspitosus ad bases Quercuum etc. in Europa. — Statura prioris, pileus disco carnosus, ceterum tenuis, sæpe lateralis, sed postice marginatus, obovatus; tuber stipitis unilaterale.

21. **Paxillus chrysophyllus** Trog. Nachtr. Schweiz. Schwäm. p. 77, Fr. Hym. Eur. p. 404. — Pileo carnoso, campanulato-plano, horizontali, rimoso-squamoso, pallide cinnamomeo, carne alba; stipite excentrico, sublaterali, brevi, firmo, adscendente, pallido; lamellis decurrentibus, latis, confertis, ex albo citrinis. 4019

*Hab.* in trunco vetusto Piri Mali Helvetiæ. — Præcedentibus affinis, lamellarum colore etc. bene distinctus. Ceterum multo major; pileus 11–14 cm. lat.; lamellæ 13 mm. latæ; odor acidulus.

22. **Paxillus crassus** Fr. Epicr. n. 318, Hym. Eur. p. 404, Batt. t. 25, f. *G*. — Pileo carnoso, obliquo, planiusculo, levigato, ferruginascente; stipite farcto, excentrico, brevissimo, adscendente; lamellis decurrentibus, latis, subdistantibus, strictis, cinnamomeis. 4020

*Hab.* ad truncos Populorum Italiæ, ligna (ut apparet) fabrefacta in Gallia et in pineto prope Bruxelles in Belgio (Dom. Bommer et Rousseau) et Rockhampton in Australia (Thozet). — Caro crassa, sed mollis, spongiosa, subconcolor; margo pilei altero latere altior; lamellæ siccæ pulverulentæ in specimine Australiæ usque ad basim decurrentes.

23. **Paxillus panuoides** Fr. Epicr. p. 318, Hym. Eur. p. 404, Pat. Tab. n. 129, Berk. Outl. t. 12, f. 6, *Agaricus* Fr. Obs. II, p. 227, Weinm. p. 226, *A. croceo-lamellatus* Letell. Ann. sc. nat. 1835, p. 94, *Merulius lamellosus* Sowerb. t. 403. *B.* pileo exalbido, *A. lamellirugus* Dec. Fl. fr. V, p. 44, *Merulius crispus* Turpin Ann. Mus. Hist. nat. 1834, p. 52, *Canthar. Dutrochetii* Montagne Ann. sc. nat. *C. resupinatus*, cupularis, *Gomphus pezizoides* Pers. Myc. Eur. 2, p. 10. Huc insuper Pers. Myc. Eur. Ag. n. 9, 15, 17*, 61, ?. — Pileo carnoso, dimidiato, conchato, e pubente glabrato, postice porrecto, sessili resupinatove, sordide luteo; lamellis decurrentibus, confertis, ramosis, crispatis, luteis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, dilutissime flavescentibus, 4-5 ≃ 3-4. 4021

*Hab.* ad ligna Pini tam silvatica quam domestica, per omnem Europam, et in Africa australi (M. Owan) valde versiformis, ut e longa synonymorum serie patet. Superficies pilei, 2–11 cm. lati, e pubente glabrata, subrivulosa; lamellæ ad basim decurrentes, postice anastomosantes antice liberæ, hinc hymenium basi eximie merulioides, sursum agaricinum. Cfr. *Paxillus acheruntius* (Humb.) Schröt. Bericht. Schles. Gesell. 1884, p. 300 et Sacc. in Barb. Fl. Sard. Comp. p. 249. (Est forma in fodinis Sardiniæ et Germaniæ).

24. **Paxillus atrætopus** Kalchbr. in Myc. univ. n. 803. — Pileo carnoso, subexcentrico, convexo, centro depresso, margine involuto, 5–8 4022

cm. lato, levi, glabro, saturate rufo; stipite solido, in radicem fusiformem producto, 5-8 cm. longo, 7-9 mm. crasso, superne a lamellis decurrentibus sulcato, cetèrum levi, nudo, pileo subconcolore; lamellis longe decurrentibus latiusculis, utrinque attenuatis, subconfertis, ochroleucis; carne flavida.

*Hab.* in stipitibus truncorum arborum cæsiorum, in dumetis montis « Boschberg » prope Somerset-East Afric. austr. (P. Mac Owan et Tuck). — Ob stationem haud terrestrem inter Clitocybeas militare nequit, ob stipitem saturate coloratum a Pleurotis, ob sporas pallide flavas a Flammulis alienus videtur et hinc ad Paxillos fungum hunc refert auctor, licet non constet, an lamellæ ab hymenophoro facile separabiles.

25. **Paxillus hirsutus** Peck Bot. Gaz. 1879, p. 169. — Pileo convexo 4023
vel subexplanato, piloso, fulvo brunneo; stipite cylindrico, laterali vel excentrico, piloso, concolore; lamellis latiusculis, subdistantibus, decurrentibus, concoloribus; sporis late ellipsoideis, 5-6 ≃ 4.

*Hab.* Belleville Ontario Amer. bor. (Prof. J. Macoun). — Statura circiter 5 cm. adæquans; pileus 5 cm. latus; stipes $1^1/_4$ cm. crassus. *Paxillo atro-tomentoso* affinis videtur, sed colore pallidiori et pileo piloso separatur. A *P. pubescente* lamellis glabris distingui potest. Pilei pili in disco magis conspicui, ita ut margo subglaber videatur.

26. **Paxillus aurantiacus** Ellis Bull. Torr. Cl. 1882, p. 18. — Pileo 4024
viscidulo plus minusve excentrico, concavo, innato-tomentoso, sordide flavo-brunneo, 3,5-6 cm. lato, primitus margine involuto, demum expanso; carne flavida, compacta; lamellis late aurantiis, demum aurantio-rubris, decurrentibus, quater sexies furcatis, acie integra obtusa, subconfertis; stipite solido spongioso, brevi, 2,5 cm. longo, 3-6 mm. crasso, subæquali, plerumque curvo, breviter brunneo-tomentoso; sporis oblongo-ellipsoideis, 5 ≃ 4, albis.

*Hab.* in truncis dejectis muscosis Juniperi, New Jersey Americæ borealis.

27. **Paxillus Fagi** B. et Br. Ann. N. H. n. 1961. — Eximie grega- 4025
rius, crispus, sursum pallidus, subtus aurantius; lamellis crispatis aurantiis.

*Hab.* in truncis Fagi Coed Coch Britanniæ. — Massam crispam elegantissimam format; a *P. panuoide* vere diversus.

28. **Paxillus rudis** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 99. — Pileo sub- 4026
cuneiformi, sordide flavido, tomentoso, margine inflexo; stipite nullo; lamellis crassiusculis, obtusis, postice costatis.

*Hab.* in asseribus pineis horizontaliter, Connecticut Amer. bor. (WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus; sporæ lutescentes, subellipticæ, 1-guttatæ, 6-7 μ. longæ. Affinis *P. panuoidi.*

29. **Paxillus reniformis** Berk. et Rav. in B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 20. — Pileo reniformi dense tomentoso, brunneo-pallido; stipite obsoleto; lamellis latissimis, primum albidis demum e sporis brunneo-ferrugineis. 4027

*Hab.* in asseribus quercinis Sulphur springs Carolinæ bor. (RAVENEL). — Subimbricatus; pileus 2,5-8 cm. latus. Accedit ad *P. panuoidem*, sed lamellarum colore differt.

30. **Paxillus porosus** Berk. Dec. n. 115. — Pileo excentrico, carnoso, rufo-brunneo, nitido, udo viscido; stipite lento laterali, sursum reticulato; hymenio toto poroso, flavo. 4028

*Hab.* in silvis udis Waynesville, Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus 5-10 cm. lat., 7-20 mm. cr.; stipes 8-9 mm. cr.; sporæ semiovatæ; odor fortis, ingratus. *Paxillo involuto* affinis, sed sporæ majores, hymenium boletoideum.

31. **Paxillus prostibilis** Britz. Hym. Südb. IV, p. 133, f. 5. — Pileo inæqualiter convexo, tomentello, læte brunneo; stipite deorsum attenuato, albo; lamellis confertis, flavidis; carne sordide albido-brunnea, stipitis demum rufescente; sporis ovato-oblongis 9-11 ≃ 5-6, flavo-brunneis, uniguttatis. 4029

*Hab.* in silvis prope Augsburg et Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, vix 2 cm. crassus.

Species quarum diagnosis nunc deest.

32. **Paxillus viridis** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 133. 4030

*Hab.* ad terram in silvis, Rio Negro Brasiliæ (SPRUCE).

33. **Paxillus retiarius** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 133. 4031

*Hab.* in solo sabuloso Panure Brasiliæ (SPRUCE).

## *Sect. 4.* **Melanosporæ** Gill. et Britz.

(*Pratellæ* et *Coprinariæ* Fr. sensu ampl.).

Sporæ atro- vel fusco-purpureæ, nigricantes vel rarius (in gen. *Bolbitio*) fusco-ferrugineæ *). — Species omnes, dempto *Anthracophyllo*, molles nec lentæ.

*) Observandum sporarum colorem variare e diverso colore fundi, in quo delapsæ sunt.

Variarum Melanosporarum leguntur formæ steriles lamellis persistenter albis v. g. *Stroph. obturatæ*, *Psil. udæ*. Magis fallaces sunt species lamellis diu albis persistentibus et tabescentibus, demum e sporis decoloratis, pro Leucosporis facile sumptæ, quales *Ag. cretaceus*, *Hyph. pilulæforme*, *Galera Rabenhorstii*, *Psathyra? albinea*.

**CHITONIA** Fr. Hym. p. 277 (Etym. *chiton* tunica). — Velum universale (volvaceum) a pileo discretum, h. e stipes basi volvatus, rarius simul annulatus. Hymenophorum a stipite discretum. Lamellæ liberæ. Sporæ fusco-purpureæ.

1. **Chitonia Coprinus** Fr. Obs. II, p. 2, Syst. Myc. I, p. 279, Hym. Eur. p. 278, Weinm. Ross. p. 239, *A. involucratus* Dur. et Lév. Expéd. scient. Alg. t. 51, f. 7. — Minor; pileo carnoso, convexo, viscido, flavescente; stipite fistuloso, nudo, albido, volva exigua; lamellis liberis, nigro-fuligineis. 4032

   *Hab.* ad vias rarissime in Suecia et Rossia. — Stipes 5–8 cm. longus, 5 mm. crassus, fragilis; pileus semiglobatus, levis, interdum volvæ frustulis floccoso-squamulosus.

2. **Chitonia rubriceps** Cooke et Mass. Grev. XV, p. 65. — Pileo carnosulo, campanulato, dein expanso, umbonato, levi, glabro, testaceo, margine subtiliter striato: stipite erecto, fistuloso, pallidiori, radicanti, volva vaginiformi, saccata, albida, margine lacerata; lamellis liberis lanceolatis, subconfertis, brunneo-purpureis; sporis ellipsoideis, utrinque leniter attenuatis, 12 ≃ 6. 4033

   *Hab.* ad terram in calidariis Kew Britanniæ. — Pileus 2,5 cm. diam.; stipes 6,5–7 cm. longus, circ. 4 mm. crassus.

3. **Chitonia pedilia** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 344. — Pileo ovato, compacto, e volva stellata ejusque apicem obtegente oriundo, furfuraceo; stipite cavo, farcto, sursum attenuato; lamellis angustis albis. 4034

   *Hab.* in insula Ceylon Indiæ. — Pileus carnosus, leniter appendiculatus, 3 cm. altus, 4 cm. ad basim latus; stipes 6 cm. longus, 2 mm. ad medium crassus, deorsum obtusus, basi volva stellata alba lata instructus atque cavitate centrali angusta floccis albis farcta; caro, sicut pilei, in rubrum vergens; lamellæ liberæ.

4. **Chitonia poderes** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 345. — Pileo hemisphærico, fibrilloso-squamoso, sericeo-striato, apice volvæ fragmentis aspero; stipite sursum attenuato; annulo supero amplissimo; volvæ brunneæ margine dentato. 4035

   *Hab.* in insula Ceylon Indiæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes

4½ cm. longus, 1½ mm. crassus. Procul dubio affinis *Ph. padilæ*, sed differt pileo hemisphærico, squamuloso striato, volva minus ampla atque præsertim annulo amplo, albo.

**AGARICUS** Linn. Gen. p. 327 emend. Karst. Hattsv. I, p. XXIV et Patouill. Hym. p. 121 (Etym. *Agaricon* fungus quidam), *Psalliota* Fr. Hym. p. 278, *Pratella* Gill. Tab. anal. p. 128. — Stipes annulatus, ab hymenophoro discretus. Lamellæ liberæ. *Lepiotis* analogæ.

*) Edules, majores, magis carnosi, sub nomine *Champignons* celebrati.

1. **Agaricus augustus** Fr. Epicr. p. 212, Hym. Eur. p. 278, Sverig. ätl. Svamp. t. 38, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 521, Quél. p. 236, — Pileo e globoso-hemisphærico expanso, obtusissimo, disco levi, ambitu fibrilloso-squamoso; stipite solido, valido, glabro; annulo supero, amplissimo, extus areolato-squamoso; lamellis confertis, angustis, e pallido fuscis, collario discreto a stipite remotis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, flavidis, diaphanis (s. m.), uniguttulatis, 6-7 ≃ 4. 4036

   *Hab.* in silvis Europæ raro, sæpe ad acervos formicarum. — Speciosus, maximus, usque ad 20 cm. altus latusque. Pileus albo- v. fusco-citrinus.

2. **Agaricus exaltatus** Berk. Dec. n. 291. — Pileo amplo, sicco, fusco-purpurascente, subsericeo; stipite exaltato, fusiformi, radicato, medio cavo, fibrilloso-corticato, pallido; lamellis latis, postice truncatis vel attenuato-rotundatis, e niveo fusco-purpureis. 4037

   *Hab.* ad argillam et ad terræ cumulos, Darjeeling Indiæ, 2100 m. alt. (Hooker). — Pileus 15 cm. latus, undulatus; caro tenuis, centro excepto, alba, sub cuticula purpureo-brunnea; stipes 23 cm. longus, 4 cm. ad medium crassus, pellicula tenui rimosa vestitus, velum, si præsens, fugax; lamellæ demum fungino-purpureæ. Ex eius affinibus cum *A. augusto* tantum comparandus ob stipitis evolutionem.

3. **Agaricus elvensis** Berk. et Br. n. 1009, Fr. Hym. Eur. p. 278, Cooke Ill. t. 522. — Pileo carnoso, e globoso hemisphærico, fibrilloso, in squamas latas, persistentes disrupto, margine verrucis pyramidalibus obsesso; stipite solido, fibrilloso; annulo amplissimo, subtus areolato-verrucoso; lamellis liberis, carneo-fuscis. 4038

   *Hab.* sub quercubus Angliæ. — Cæspitosus, amplus, stipite 10 cm. longo, 5 cm. crasso; pileus 15 cm. et ultra latus; sporæ ovato-oblongæ, 8 ≃ 4.

4. **Agaricus arvensis** Schaeff. t. 310, 311, Paul. t. 134, f. 1, 2, Gill. C. F. c. ic., Sverig. ätl. Sv. t. 4, Hussey I, t. 76, 77, Berk. Outl. t. 10, f. 4, Kickx p. 172, Fr. Hym. Eur. p. 278, Cooke Ill. t. 523, *A. Georgii* Sow. t. 304, *A. pratensis* Scop., *A. edulis* Krombh. t. 23, f. 11-14, 26, f. 9-13, Tratt. Essb. Schw. t. J., *A. exquisitus* Vitt. Mang. t. 18. — Pileo carnoso, e conico-campanulato explanato, primo floccoso-farinoso, dein glabello, levi rivulosove; stipite cavo, floccoso-medullato; annulo pendulo, amplo, duplicato, exteriore radiatim fisso; lamellis liberis, antice latioribus, ex albido-rubello fuscis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 9-11 ≃ 6. 4039

*Hab.* in pratis etc. Europæ, Hautane, Ceylon (Gardner) et in campo Avenæ, Ticonderoga, nec non in Tasmania frequens, vulgo ab *A. campestri* haud distinctus, sed suavior plurimisque notis diversus. — Caro alba, immutabilis; lamellæ diu pallidæ persistentes, aridæ, nec media ætate obscure rubentes, nec umquam liquescentes. — Var. **purpurascens** Cooke Ill. t. 584; pileo, præcipue umbone, sanguineo. Ad terram Deerfold Forest Britanniæ.

5. **Agaricus Rodmani** Peck 36 Rep. St. Mus. p. 45. — Pileo crassiusculo, firmo, primum convexo, dein subplano, margine decurvo, glabro vel rarius disco subtiliter rimoso-squamoso, albido, dein flavescente v. subochraceo, carne alba, immutabili; stipite brevi, subæquali, solido, albido, sub annulo glabro, sursum sæpius furfuraceo vel farinoso-squamuloso; annulo variabili, crasso vel tenui, integro aut lacerato; lamellis confertis, angustis, postice rotundatis, liberis, stipitem partim vel omnino attingentibus, primo albidis, dein rubro tinctis demumque brunneo-atris; sporis late ellipsoideis vel subglobosis, plerumque 1-guttulatis, 5-6 ≃ 4-5. 4040

*Hab.* in herbosis Americæ borealis. — Fungus 5-7,5 cm. altus; pileus 5-10 cm. latus; stipes 12-25 mm. crassus. Inter *Ag. campestrem* et *Ag. arvensem* medius.

6. **Agaricus fabaceus** Berk. Dec. n. 114. — Pileo tenui, umbonato, demum plano, albo; stipite fibrilloso, basi bulboso, sursum æquali, albo; velo amplo, extus floccoso; lamellis confertis, tenuissimis, liberis, brunneis. 4041

*Hab.* ad terram inter folia emortua in silvis patentibus, Waguesville, Ohio Amer. bor. (T. G. Lea). — Pileus 10-13 cm. latus, ætate juvenili conicus, udus viscidus; cuticula glabra instar corii capreoli; stipes 8-10 cm. longus, 8 mm. crassus, glaber paucis fibrillis exceptis; lamellæ brunneo-nigræ instar. Affinis *A. arvensi*, in juventute odorem peculiarem haud ingratum afflat.

7. **Agaricus Achimenes** B. et C. Dec. n. 202. — Pileo plano, glabro, 4042
nitido, verrucis exasperato; stipite floccoso-farcto; lamellis liberis ex albido cinereis.

*Hab.* ad terram, Santee River Australiæ (Ravenel), Society-Hill in Carolina inf. Amer. bor. (Curtis). — Solitarius; pileus 10-15 cm. latus, pallidus vel ochroleucus glaber instar corii capreoli; stipes 10-15 cm. longus, albus; annulus amplus, deflexus; lamellæ primum albidæ. Species eximia *A. fabaceo* affinis, sporis pallidioribus.

8. **Agaricus cretaceus** Fr. Syst. Myc. I, p. 28, non Bull., Hym. Eur. 4043
p. 279, Sverig. ätl. Svamp. t. 39, Cooke Ill. t. 524, Sv. Bot. t. 596, f. 2, Seyn. Montp. p. 85, Quél. p. 107. — Pileo carnoso, e globoso convexo, candido, unicolori, primo sericeo-levigato, dein squamuloso fibrillosove; stipite cavo, levi, attenuato; annulo supero fixo, amplo, reflexo iterumque adscendente; lamellis subremotis, antice latioribus, diu albis, demum carneo- v. fusco-nigricantibus.

*Hab.* in graminosis pinguibus Europæ. — *Annul. levi* tam similis, ut ex iconibus ægre discernatur. Differt carne molli, pileo demum squamuloso, annulo amplo, fixo, lamellis demum obscuratis. Sporæ 9 ≃ 6 omnino *A. campestris*, ut observavit Seynes; teste vero Worth. tantum 4 ≃ 3.

9. **Agaricus didactylus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 547. — 4044
Pileo convexo, carnoso, piloso-squamoso, squamis superioribus erectis; stipite bulboso, deorsum floccoso-maculato, candido, penetrante, annulo amplo descendente duplici; lamellis utrinque attenuatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 cm. latus; stipes 13 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, squamis transversis albo-floccosis obsitus; lamellæ modice latæ. Similis *A. arvensi* annulo duplici atque *A. cretaceo* stipite penetrante.

10. **Agaricus Sallei** Berk. Some Fungi S. Doming. n. 4. — Pileo te- 4045
nui, campanulato, squamuloso-furfuraceo, acute umbonato; stipite tenui deorsum leviter incrassato; annulo submedio; lamellis remotis; sporis 11 ≃ 8.

*Hab.* in ligno emortuo, S. Domingo (Sallé). — Pileus 8 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 5 mm. vel ultra crassus; annulus deflexus, persistens; lamellæ modice latæ, liberæ admodum remotæ. Affinis *A. cretaceo* ejusq. more cum *Lepiota* similitudinem præbens.

11. **Agaricus primipilus** B. et C. N. Pac. exp. n. 52. — Pileo am- 4046
plissimo, fortiter umbonato, brunneolo, squamis minutis sericeis brunneis ornato; stipite subbulboso; lamellis latis argillaceis.

*Hab.* in clivis umbrosis collium in insulis Bonin. — Plures refert varietates *Lep. procerœ* sed sporis coloratis, etiam *Ag. cretaceo* affinis sed sporis majoribus et forma diversis.

12. **Agaricus trachodes** Berk. Dec. n. 153, Lond. Journ. VI, p. 487. 4047
— Pileo carnoso, convexo, expanso demum depresso verrucoso, interstitiis sericeis; stipite sursum attenuato, farcto, albo; annulo amplissimo deflexo; lamellis angustis, subliberis, pallidis, demum fuscis.

*Hab.* ad terram in umbrosis, Peradenya Ceylon (Thwaites, Gardner). — Pileus 11 cm. latus, pallide rubescenti-brunneus; stipes 10 cm. longus, fere 2 cm. crassus, fibris laxis farctus, plerumque radicatus; annulus $2^1/_2$ cm. latus. Fere affinis *A. cretaceo*.

13. **Agaricus simulans** Berk. Dec. n. 154, Lond. Journ. VI, p. 487. 4048
— Amplus; pileo carnoso, hemisphærico, piloso-squamoso, centro glabro; margine crenato; stipite valido, sursum attenuato, fibrilloso; annulo lacerato fugaci; lamellis approximatis, angustis, liberis, primum candidis; sporis 8 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Gardner, Thwaites). — Pileus 14 cm. latus, umbonatus atque centro glaber; stipes 10 cm. longus, 2 cm. crassus; lamellæ diu candidæ, postice attenuatæ, haud ventricosæ. Stipes ut in *A. trachodi* pilei carnem non penetrat. Exsiccatione fulvescit.

14. **Agaricus tornocephalus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 548. 4049
— Pileo campanulato, nitido, demum plano, glabro, margine incurvo; stipite sursum attenuato, furfuraceo, annulo descendente amplissimo; lamellis angustis, utrinque attenuatis, fuscis; sporis 5 $\mu$. l.

*Hab.* ad terram Ceylon (Thwaites). — Pileus 8-10 cm. latus, pallidissime citrinus; stipes 13 cm. longus, 9 mm. ad medium crassus, dense floccoso-furfuraceus; annulus candidus; mycelium albo-fibrosum. Siccitate fulvescit sed differt ab *A. simulante* lamellis annuloque.

15. **Agaricus spilocephalus** B. et Br. Linn. Journ. XXVII, p. 152. — 4050
Pileo expanso, carnoso, umbonato, albido, centro squamulisque punctiformibus atro-purpureis, margine striato, carne alba; stipite pallido, sursum attenuato, striato; floccis intricatis araneosis farcto; annulo amplo supero; lamellis atro-purpureis, liberis; sporis 5 $\mu$. l.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1,6 mm. crassus ad medium.

16. **Agaricus hemilasius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 547. — 4051
Pileo carnoso, convexo, dilatato, squamulis pilosis sublateritiis toto obsito; stipite irregulari, deorsum tumido, glabro; annulo ascenden-

te, amplo, lacerato; lamellis utrinque attenuatis, remotis, cinereis; sporis 4 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 10 cm. latus, carne alba subtiliter maculata; stipes 13 cm. longus, fere 2 mm. ad medium crassus, albus leviter umbrino pictus striatusve; lamellæ 5 mm. latæ. Annulus diversus ab illo *A. simulantis* sporis multo minoribus, nec siccitate fulvescit. *A. spilocephalus* lamellas habet latiores, annulum descendentem atque stipitem fibris secedentibus, involutis repletum.

17. **Agaricus pratensis** Schaeff. t. 96, Fr. Monogr. I, p. 405, Hym. Eur. p. 279, Gill. C. F. cum ic., Cooke Ill. t. 525, Kickx p. 172, Quél. p. 108, *A. spodophyllus* Krombh. t. 26, f. 19-22, *A. candidus* Schum. p. 253. — Pileo carnoso, ex ovoideo expanso, levigato vel squamuloso, albido-cinereo; stipite farcto, basi incrassato, nudo; annulo medio, simplici, deciduo; lamellis liberis, angustatis, acutis, postice rotundatis, cinereis, demum fuscis; sporis ovato-oblongis 7-8 ≃ 4. 4052

*Hab.* in pratis et silvis frondosis Europæ parcius. — Pileus 5-6 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 1 cm. et ultra crassus; statura curta, robusta, pileo compacto. — ***B. fulveolus** Lasch n. 587, Fr. Hym. Eur. p. 279: pileo convexo-plano, obtuso, squamuloso-fibrilloso, flavido, subrubello; stipite cavo, fibrilloso, flavescente; lamellis liberis, latiusculis, canescentibus, fulvo-denticulatis. In silvis Europæ. Inter proximos medius, notabilis. — Var. **australis** Berk. Fung. Uitenhage, n. 9: stipitibus connatis; pileo verrucoso-rimoso; annulo appendiculato. Ad terram Uitenhage Africæ austr. et in acervis destructis formicarum, Somerset East (MAC-OWAN). Forma Mac-Owaniana speciosa, ampla, pileo ovato-hemisphærico, albo, in squamas latas, polygonales, concolores diffracto insignis, siccitate flavescens, lamellis postice rotundatis, cinereis demumve umbrinis.

18. **Agaricus campester** Linn. Suec. n. 1205 (inclusis vicinis), Scop., Fr. Syst. Myc. p. 281, c. syn., Hym. Eur. p. 279, Sverig. ätl. Sv. t. 5, Cooke Ill. t. 526, Schaeff. t. 33, Sowerb. t. 305, Grev. t. 161, Krombh. t. 23, f. 1-8, Vittad. t. 6-8, Barla t. 27, Tratt. t. K. Hussey I, t. 90, Gonn. et Rab. 2, t. 1 etc. — Pileo carnoso, convexo-plano, floccoso-sericeo squamulosove, carne subrubente; stipite farcto, levi, albo; annulo medio, sublacero; lamellis liberis, approximatis, ventricosis, subliquescentibus, carneo-fuscis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 7-9 ≃ 6; basidiis 21-24 ≃ 7. 4053

*Hab.* in campis et silvis per omnem Europam, ad terram humosam prope Minussinsk et in dumetis prope Kanygino in Sibiria, ad terram in locis adustis, Peradenya Ceylon (THWAITES), in Mongolia boreali, in montibus Tannu-ola, ad fluvium Ar-Torcholyk (POTANIN), pr. Albany in America boreali, in herbosis pr. S. José de Flores et pr. la Bocha del Riachuelo in Argentina Amer. merid., nec non in Africa australi et Oceania. — Pileus 6-14 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 1-2 cm. crassus; odor debilis saporque gratus; caro mutabilis; lamellæ illico rubescunt. Jam antiquitus in cibariis æstumatissimus. — *A. campestris* varietates numerosæ: A. *alba* pileo subsericeo, albido; stipite brevi: Berk. Outl. t. 10, f. 3, Viv. t. 44, Harz. t. 9. B. *praticola* pileo rufo-squamoso, carne illico rufescente; sporis 7 = 5: Vittad. t. 7, Viv. t. 43. C. *rufescens* pileo rufo, minute squamuloso; stipite elongato; sporis 6 = 4: Berk. l. c. f. 2. D. *umbrina* pileo levigato, umbrino; stipite valido, squamuloso: Vitt. t. 8. E.? *fulvastra* pileo levi, ochraceo-fulvo; stipite solido; lamellis e roseo nigricantibus: Viv. t. 45, fig. sup. Hæc non obvia et forte distincta. Magis abnormis lusus est var. *costata* pileo sulcato, repando: Viv. t. 45, f. inf., Cooke Ill. t. 528, et var. *exannulata* Cooke Ill. t. 528. Coluntur insuper variæ formæ vulgo fuscescentes sub nominibus *A. hortensis*, *vaporarius*, *cryptarum* etc. Krombh. t. 26, f. 14, Paul. t. 132, Cooke Ill. t. 527.

19. **Agaricus silvicola** Vitt. l. c., Krombh. l. c., f. 8, Gonn. et Rab. II, t. 2, Paul. t. 183, Fr. Hym. Eur. p. 280, Cooke Ill. t. 529, *A. edulis* Pers. — Pileo levigato, nitido, albo; stipite farcto, elongato, subbulboso, annulo simplici, carne subimmutabili; lamellis ex albido fuscescentibus. 4051

*Hab.* in silvis haud raro in Europa. — Similis *A. arvensi*, sed annulo etc. distincta. Caro demum tantum rufescens.

20. **Agaricus exsertus** Vivian. t. 46 et *A. pudicus* ibid., Fr. Hym. Eur. p. 280. — Pileo carnoso, sublevigato, glabro, albo, carne rubente; stipite cavo, gracili, subflexuoso, levi; annulo exiguo vel lacerato, appendiculato; lamellis carneis. 5055

*Hab.* locis apricis in monte Garbo prope Genuam in Ital. bor. — Auctor ab *A. campestri* distinguit. In *A. exserto* pileus disco squamulosus, in *A. pudico* prope marginem.

21. **Agaricus bitorquis** Quél. Quelq. esp. (1883), p. 3, t. VI, f. 8. — Pileo rotundato, crasso, glabrescente, lacteo, dein margine dilute flavido vel pallide ochraceo, carne firma, alba, aere carnea dein fuliginea; 4055

stipite farcto, ovoideo, glabro, albo, apice collario membranaceo basique velo volviformi sulco concavo discretis instructo; lamellis a stipite discretis, rotundatis, albis, dein e roseo sordide brunneis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, guttulatis, 5-6 μ. diam., flavo-purpureis.

*Hab.* ad terram in Alpibus maritimis (Barla). — *Ag. campestri* et *A. villatico* affinis, *Ag. Bernardii* similis. Pileus 5-9 cm. latus; stipes 5-10 mm. crassus. « An *Chitonicæ* propior? ».

22. **Agaricus Bernardii** Quél. in Bern. Champ. Roch. p. 123, t. XXIII, f. 1. — Pileo carnoso, compacto, convexo, tomentoso, rimoso-areolato, griseolo; carne dura, alba aere purpurella dein brunneola; stipite farcto, ovoideo, rapiformi crasso, apice striato; annulo membranaceo, superne striato; lamellis liberis, rotundatis, carneis, dein flavo-fuligineis. 4057

*Hab.* in pascuis Rochelle Galliæ. — Pileus 1-2 cm. latus, stipes 4-5 cm. crassus. Edulis, odore tamen nauseabundo.

23. **Agaricus villaticus** Brond. Cr. Ag. t. 7, Bresadola F. Trid. p. 54, t. 60, Cooke Ill. t. 585. — Pileo convexo-expanso, luride straminео, sericeo, mox squamoso-decorticato, amplo, 10-20 cm. lato; stipite solido, deorsum ventricoso, 6-10 cm. longo, 1,5-3 crasso, annulo apicali amplissimo, reflexo infra tomentello; lamellis confertissimis, rotundato-liberis; sporis ellipticis 12-13 ≃ 6, basidiis clavato-capitatis 25-30 ≃ 10. 4058

*Hab.* in pascuis et stercoratis Europæ. — Caro albida, fracta ochraceo-sublateritia, odore subnauseoso, sapore amygdalino.

24. **Agaricus angelicus** Sp. Fung. Arg. Pug. II, n. 5. — Fungis 2-6 cæspitosis; pileo primo subgloboso, dein subcampanulato-expanso, mutua pressione triangulari, levissimo, candidissimo, margine intus revoluto, 4-5 cm. diam.; carne compacta candidissima, ½-1 cm. crass., in stipitem descendente atque ab hymenophoro discreta; lamellis polymacriis, utrinque obtuse rotundatis, apicem versus latioribus, 6-8 mm. lat., primo vinoso-roseis, dein atris; stipite crasso, candido, levi vel pruinosulo 4-5 cm. long., ¾-1¼ cm. crass., tereti, arrhizo, intus carnoso-fibroso, compacto; annulo tenui membranaceo in senectute subaraneoso, fere ab apice stipitis oriundo et descendente atque dilatato totum hymenium tegente dein irregulariter lacerato, marginem pilei frustulatim ornante atque late stipitem vestiente; sporis ellipticis 1-2-guttulatis, fuligineo-rubiginosis, utrinque rotundatis, 6-8 ≃ 4-5. 4059

*Hab.* in herbosis humidulis en la Boca del Riachuelo in Argen-

tina Amer. merid. (O. Schnyder). — Species pulchella *Ag. campestri* affinis, sed satis recedens.

25. **Agaricus latipes** Berk. et Dec. n. 383. — Pileo expanso, convexo, 4060
umbonato, sicco stipiteque marginato-bulboso sursum attenuato, cavo, squamosis; lamellis postice attenuatis.

*Hab.* ad terram, Nunklow, Kassya Indiæ 1200 m. alt. (Hooker). — Odor gratus; pileus 11 cm. latus, squamis erectis vestitus, pallide fusco-fulvus; stipes 14 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, intus extus abruptus, deorsum bulbosus; totus fungus fragilis. Est e numerosis affinibus *Ag. campestris*.

26. **Agaricus silvaticus** Schaeff. t. 242, Krombh. t 24, f. 9, 10 (ad *A.* 4061
*campestrem* revergit), Secr. n. 93, Berk. Outl. p. 167, Fr. Hym. Eur. p. 280, Cooke Ill. t. 530. — Pileo carnoso, tenui, e campanulato expanso, gibbo, fibrilloso squamosoque; stipite cavo, æquali, albido; annulo simplici, distante; lamellis liberis, confertis, utrinque æqualiter attenuatis, tenuibus, aridis, e rubello fuscescentibus; sporis ellipsoideis, fusco-purpureis, 6-8 ≃ 4.

*Hab.* in silvis Europæ ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites), Buffalo et Cincinnati Amer. bor., sub Pinis, Northampton Australiæ, pr. Somerset East Africæ australis passim (Mac Owan). — Pileus 8 cm. latus quam priorum longe tenuior, fragilior, obscurior, primitus fusco-squamosus, dein desquamatus, margine sæpe rimose incisus; caro alba v. paullum rufescens; stipes 8 cm. vel ultra longus, $1^1/_4$ cm. crassus; lamellæ etiam cinnamomeo-fuscæ.

27. **Agaricus amethystinus** Quél. Assoc. Franc. 1884, p. 4. — Pileo 4062
convexo-plano, 3-4 cm. lato, tenuiter fibrilloso, albo, præcipue medio roseo- vel amethysteo-tomentello; stipite albo, glabro, annulo tenui, sericeo; lamellis remotis, confertis, ventricosis, e griseo badio-brunneis; sporis ovoideo-oblongis, 6-7 *μ.* longis, purpureo-brunneis.

*Hab.* in silvis arenosis Auniz Galliæ (G. Bernard). — *Agarico rusiophyllo* Lasch affinis sed *Agarico silvatico* propior.

28. **Agaricus flavescens** Gill. Champ. Franc. p. 564 cum icone (sub 4063
*Pratella*). — Pileo carnoso, subgloboso, dein convexo, levi, glabro, nitido, ex albido mox flavo-rufescente, 5-7 cm. lato, cuticula facile secedente; stipite sursum attenuato, basi bulboso, albo vel flavido tincto, intus medulloso-farcto, annulo membranaceo, fugaci, infra flavido; lamellis liberis, numerosis, denticulatis, e sordido brunneis; sporis ovoideis, 8 ≃ 4, brunneis; carne alba, firma, odore et sapore subnullis.

*Hab.* inter Pinos in Gallia boreali, autumno.

29. **Agaricus jejunus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 24. — Pileo carnoso, 4064
tenui e campanulato expanso, disco gibbo, levi, umbrino, ceterum in squamas pilosas adpressas rufo-fuscas secedente; stipite cavo, e basi incrassata æqualiter attenuato, annulo lacero evanescente; lamellis liberis, confertissimis, demum nigris.

*Hab.* in insulis Antillis una cum *A. campestri* et *arvensi*. — *A. silvaticum* primo obtutu in memoriam revocat, at stipite pileique indole potius ad Lepiotas v. g. *L. mastoideam* (multo tenuiorem tamen) accedit. Stipes 7,5 cm. usque longus, a basi bulbosa æqualiter attenuatus, ut apice vix 4 mm. crassus, immaculatus, albidus; pileus tenuis, mollis, 6-7 cm. et ultra latus demum planus; lamellæ plane liberæ, at nullo collario remotæ, multo magis numerosæ et confertæ quam in Campestribus Europæis, in siccis aridæ et atræ.

30. **Agaricus hæmorrhoidarius** Kalchbr. Hung. t. 18, f. 1, Fr. Hym. 4065
Eur. p. 281, Cooke Ill. t. 531, Gill. C. F. c. ic. — Pileo carnoso, ex ovato expanso, rufo-fusco, squamis latis adpressis tecto, margine primo infracto, carne fracta illico sanguinea; stipite mox cavo, fibrilloso, basi solida subbulbosa; annulo supero, amplo; lamellis liberis, approximatis, confertis, roseo-carneis, demum purpureo-umbrinis.

*Hab.* ad radices Quercuum in Europa. — Valde spectabilis, 8-11 cm. alta; pileus et stipes albus, tacti sanguineo-maculati. Hic junior inferne adpresse squamulosus, adultus farinosus, glabrescens.

31. **Agaricus xanthodermus** Genev. in Bull. Soc. bot. Fr. XXIII, p. 31, 4066
Gill. Tab. anal. p. 129 et ic. Luc. Suit. Bull. t. 20. — Pileo carnoso, convexo, griseo-albido, levi, cuticula tactu flavicante; stipite cylindraceo, albido, farcto, intus basi flavido, sursum pallido; annulo tenui membranaceo; lamellis sinuatis, purpureo-fuscis; sporis ovoideis, atro-purpureis.

*Hab.* in pascuis, pratis Autun Galliæ. — Pileus 6-7 cm. lat.; stipes 5-6 cm. long., 2 cm. cr.

32. **Agaricus insinuatus** Cooke in Grevillea. — Pileo carnoso, ex ovato 4067
expanso, obtuse umbonato, fusco, squamis latis adpressis tecto, margine primo infracto, fibrilloso-striato; stipite crasso, abrupte bulboso, subradicato; annulo fibrilloso, evanido; lamellis subliberis, latis, ventricosis, fusco-purpureis.

*Hab.* ad terram (?) Rio Janeiro Brasiliæ. — Pileus 10-12,5 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 18-20 mm. crassus. *Ag. hemorrhoidario* similis, sed annulus vere obsoletus.

33. **Agaricus sanguinarius** Karst. Symb. Fenn. IX, p. 46. — Pileo 4068
carnoso, molli, e campanulato expanso, obtuso, vulgo repando, levi, fusco-pallente, superficie in squamulas adpressas, minutas diffracto, demum squamoso-fibrilloso-lacerato; stipite medulla tenui farcto æquali vel deorsum incrassato, curvato, fragili, sericeo-flocculoso, glabrescente, albo, annulo supero, pendulo, fixo, persistenti, versus marginem extus areolato-squamoso, albo; lamellis liberis, confertis, vix ventricosis, albis dein roseis demum umbrinis; sporis ovatis, flavidis, 5-7 = 3-4; carne fracta illico sanguinea.

*Hab.* in arenosis pinetis Syrjöas prope Mustiala Fenniæ. — Odor et sapor fungini. Cæspitosus. Affinis *Agarico hæmorrhoidario* Schulz. Pileus 6-7 cm. latus.

34. **Agaricus setiger** Fr. Epicr. p. 214, Hym. Eur. p. 281, Seyn. Montp. 4069
p. 89, Lèveill. Comm. in Paul. p. 73, Paul. t. 132, f. 3, 4. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, sericeo-levi stipiteque farcto, elongato, æquali, squamulis pilosis sericeo dilute umbrinis; annulo tenui, fugaci; lamellis liberis, umbrino-fuscis.

*Hab.* in silvis umbrosis Europæ. — Colore et statura facile distinctus, sed e Paulet odore ceterisque bonis qualitatibus præcedentibus cognatus.

35. **Agaricus lasiophrys** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 547. — 4070
Pileo conico, lateritio, squamulis floccosis ubique obsito; stipite concolori, subæquali annuloque fibrillosis; lamellis pallidis, ventricosis, postice rotundatis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 9 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 7 mm. ad medium crassus, fibrillis rubris vestitus; lamellæ 7 mm. latæ, pallide purpureo-brunneæ. Totus fungus exsiccatione obscure-ruber evadit.

36. **Agaricus endoxanthus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 548. 4071
— Pileo e campanulato plano-depresso, epidermide brunnea in squamas squamulasve rupta; stipite sursum attenuato fibroso-farcto, carne basis nitide flava; annulo amplissimo; lamellis postice rotundatis atro-purpureis; sporis 5-8 μ. long.

*Hab.* ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 cm latus, roseus, carne alba brunneo maculata; stipes 5-8 cm. longus, 9-13 mm. crassus, sordidulus; annulus deflexus, persistens.

37. **Agaricus actinorrachis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 548. 4072
— Pileo convexo carnoso, epidermide in fragmenta radiantia punctata rupta; stipite valido, radicante, glabro, farcto; annulo magno descendente; lamellis arcuatis, postice attenuatis; sporis 6-8 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 8 cm. latus, leviter depressus, carne alba; stipes 13 cm. longus, 1½ cm. crassus, intus roseus; lamellæ 7 mm. latæ, roseæ. Plurimis notis cum *Ag. endoxantho* convenit, sed basi radicata lamellisque differentibus merito separatur.

38. **Agaricus bolorrhizus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 549. — 4073
Pileo e convexo plano, umbonato, squamuloso; stipite elongato, albo-farcto, basi marginato-bulboso; lamellis angustis brunneis; sporis 6 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 6-8 cm. latus, sordide roseo-albus; stipes 8 cm. longus, 5 cm. crassus, roseus, floccosus; mycelium fibrillosum; lamellæ vix 2 mm. latæ; stipitis substantia brunnea pileum intrans, a quo colore differenti distinguitur. Exstat forma pileo subglabro.

39. **Agaricus fœderatus** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 384. — Pileo 4074
carnoso, tenui, ex ovoideo campanulato fulvo, centro depressiusculo, margine striato appendiculato, squamulis albis sparsim granuloso; stipite crasso intus excavato excoriato; annulo amplo reflexo; lamellis lineari-attenuatis, adfixis, e rubello fuscescentibus; sporis ovoideo-oblongis, 10 μ. longis, fuscis.

*Hab.* ad terram in pascuis circa Columbum Amer. fœder. (SULLIVANT). — Subcæspitosus; pileus 5-7 cm. lat., 2-3 cm. alt.; stipes 10 cm. long., 1 cm. cr. Affinis *Stroph. ocreatæ* dicitur, num ergo e genere *Strophariæ?*

40. **Agaricus placomyces** Peck 29 Rep. p. 40. — Pileo potius tenui, 4075
expanso, plano, sicco, squamuloso, albido, disco squamisque minutis brunneis; stipite glabro, medulla tenui repleto, sursum leviter conico, bulboso, albido, bulbo luteo maculato atque vulgo uno v. binis processibus radiciformibus instructo; annulo amplo, molli, sæpe guttis atri humoris adsperso; lamellis confertis, liberis, candidis, inde roseis, postremo nigrescenti-brunneis; sporis ellipsoideis, brunneis, 4½-5 μ. long.

*Hab.* ad terram sub Conio maculato, Oneida (H. A. WARNE), Knowersville Amer. bor. — Statura 8-13 cm. metiens, pileus 5-8 cm. latus, stipes 4-8 mm. crassus. Pulcherrima species, pileo plano eleganter squamis minutis brunneis exornato.

41. **Agaricus Johnsonianus** Peck 23 Rep. p. 98, t. III, f. 4-6. — Pi- 4076
leo carnoso, molli, fragili, lato, convexo vel expanso, glabro, albo, disco lutescente, margine tenui, plerumque purpureo maculato, udo striatulo; stipite æquali, glabro, solido, apice leniter striato; an-

nulo albo, tumido, ob sporas brunneas maculato; lamellis confertis, postice rotundatis, subliberis, ex albo brunneis.

*Hab.* ad terram herbosam in pascuis, Knowersville Amer. bor. — Statura 5-10 cm. adæquans, latitudo 5-10 cm.; stipes 6-10 mm. crassus; sapor subdulcis, avellanus.

42. **Agaricus bambusigenus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 251. — 4077
Pileo umbonato, e convexo plano, fibroso-squamuloso, rufulo, marginem versus albo; stipite deorsum incrassato, fibroso-squamoso, albo; annulo superiore, amplo; hymenio e pallide rubro brunneo; lamellis postice rotundatis liberis.

*Hab.* ad radices emortuas Bambusarum densis cæspitibus, in insula Cuba. — Pileus 6-8 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 1 mm. ad medium crassus. Adest ibidem var. *minor* sporis 5-6 μ. longis.

43. **Agaricus pampeanus** Speg. Fungi Arg. Pug. II, n. 6. — Solitarius; 4078
pileo levissimo, candido-subargenteo, centro vix intensius colorato, subnitente, primo subgloboso dein explanato, 5-7 cm. diam., lenissime undulato, margine acutiusculo lamellas valde excedente; carne candida, $^1/_2$-1 cm. crass., compactiuscula, exsucca, ab hymenophoro discreta, in stipitem descendente, lamellis di- rarius tri-macriis, tenuibus, confertissimis, fragilibus, apice obtusatis, deorsum abrupte sinuato-rotundatis, primo carneo-fuscis, dein purpureo-atris, maculis vagis dilutioribus, marmoratis ornatis, $^1/_2$-$^3/_4$ cm. lat., basim versus latioribus, stipite firmo, solido, farcto, candido, 2-3 cm. long., $^3/_4$-$1^1/_2$ crass., levi, facillime a pileo secedente, medio annulo membranaceo, submobili ornato, tereti basi non vel vix incrassato, intus albo, in senectute apicem versus fuscescente carnoso-compacto; sporis ellipticis vel ovoideis, quandoque basi lateraliter subapiculatis, 6-7 ≃ 4-5, atro-fuligineis.

*Hab.* in herbosis ad viarum latera en S. José de Flores in Argentina Americ. merid. — Species pulcherrima! distinctissima ob marginem candidissimum late lamellas atras excedentem et areolam efformantem.

44. **Agaricus rhytopilus** Mont. Cent. VII, p. 29. — Elatus; pileo car- 4079
noso, convexo, explanato, centro umbonulato pallido, rugis radiantibus reticulato margineque striatulo (?); stipite longo, cavo, concolori, basi sensim incrassato cum pileo ad speciem articulato; annulo supero, patulo-reflexo, persistente, supra brunneo infra pallido; lamellis tridymis, liberis, convexis, cinereis, tandem cinereo-nigricantibus.

*Hab.* in agris cultis Brasiliæ, ad stercus equinum (Weddell).

45. **Agaricus Rhinocerotis** Jungh. in Ann. Sc. nat. 1841, p. 320. — 4080
Pileo carnoso, sicco convexo-explanato, leviter fibrilloso, citrino-pallescente; lamellis liberis, dein fusco-badiis; velo partiali membranaceo-molli, crasso, dein annuliformi pendulo; stipite albo, basi incrassato, intus cavo; odore anisato.

*Hab.* muscis innatus ipsisque basi cinctus in silvulis Thibaudiarum in insula Java, 3000 m. alt. — Rhinocerotes hunc fungum appetere Javani referunt, unde nomen illi impositum *Tjanmur, Fungus Badak, Rhinoceros.*

46. **Agaricus versipes** B. et Br. F. Brisb. II, p. 54. — Pileo amplis- 4081
simo, medio depresso, lento, glabro, albo; stipite floccoso-farcto, basi attenuato; annulo amplo; lamellis ex albo salmonicoloribus, liberis, basi fasciculatis; sporis 7-10 μ. diam., pallidis.

*Hab.* ad radices Bambusæ in horto Botanico, Brisbane Queensland (Bailey). — Pileus 12-20 cm. latus; stipes 15 cm. longus, circ. 4 cm. crassus, subinde cavus.

47. **Agaricus Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 135, *Ag. perra-* 4082
*rus* Schulz. Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. 1879, p. 493. — Pileo carnoso, e semiglobato explanato, dilute ochraceo, concentrice-squamoso; lamellis valde liberis, confertis, utrinque angustatis, antice cuspidatis, postice rotundatis, e sordide-roseo aut carneo dein fusco-purpureis, fere nigris; stipite discreto, albo vel dilute ochraceo, e farcto cavo, plerumque parum curvato, basim versus sæpe bulboso, interdum (in humo soluto) radicato (radice cylindrica, præmorsa, 5 mm. crassa et 6,4 cm. longa), apice levi, deorsum squarroso-squamoso, squamis magnis sed non persistentibus; annulo grandi, membranaceo, persistenti, ex albo luteolo; carne alba; odore subaniseo; sapore subdulci; sporis saturate fusco-purpureis, ovatis, pleurotropis, 8 μ. longis.

*Hab.* fungus spectabilis rarissime et subsparsim mensibus Augusto et Septembri, juxta Quercus vetustas in terra humosa in Slavonia. — Pileus 10,5-16 cm. ultraque latus; stipes apice 1-2 cm. crassus, 8-16 cm. longus; lamellæ 5-7 mm. latæ. *Lepiotæ proceræ* analogus.

48. **Agaricus Lalage** Berk. in Ann. Nat. Hist. 1885, p. 385. — Me- 4083
dius; pileo roseo, furfuraceo-squamuloso, centro lætiore; annulo amplo; stipite deorsum peronato, basi bulbilloso; lamellis fusco-purpureis.

*Hab.* in graminosis Zanzibar. — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 2,5 cm. long., 3-4 mm. cr. «An *Chitoniæ* propior?».

**) Minores, in cibariis rejecti, pileo tenuiter carnoso.

49. **Agaricus comtulus** Fr. Epicr. p. 215, Monogr. p. 407, Hym. Eur. 4084
p. 281, Ic. t. 130, f. 1, Cooke Ill. t. 533. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, adpresse sericeo glabratove; stipite cavo, subattenuato annuloque medio, fugaci albo-flavescentibus; lamellis liberis, confertis, antice latioribus, e carneo roseis; sporis 4-5 ≃ 2-3.

*Hab.* locis graminosis pinguibus Europæ. — Stipes 6 cm. longus, 4-7 mm. crassus, intus primo flocculoso-farctus. *A. campestri* maxime affinis, sed habitus et statura sequentium.

50. **Agaricus subgibbosus** Fr. Epicr. p. 215, Monogr. I, p. 408, Hym. 4085
Eur. p. 281, Cooke Ill. t. 532 (teste Berk.). — Pileo carnosulo, convexo-plano, umbone levi, glabro, sed ambitu sericeo-fibrilloso; stipite subfistuloso, tenui, cortina fugaci annulato; lamellis remotis, ex albo cinereo-fuscis.

*Hab.* in silvis abiegnis Europæ. — Stipes 2½ cm. longus, 2-4 mm. crassus; pileus vix 2½ cm. latus, flavescens.

51. **Agaricus? cepæoides** Ces. in Flora 1853, p. 200. — Totus can- 4086
didus (lamellæ vero et raro stipites cito decolorantes), mollis, sed veli in pileo nullum vestigium; stipite e bulboso attenuato; annulo membranaceo, caduco; hymenophoro discreto.

*Hab.* in graminosis pinguibus prope Vercelli Italiæ, prima æstate. — Pro *Lepiota naucina*, *Pholiota gibberosa*, *Agarico comtulo* successive habuit auctor sed denique ut distinctum et novum habuit.

52. **Agaricus sagatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 282, Monogr. I, p. 407, 4087
Hym. Eur. p. 281, Weinm. p. 242, *A. mutabilis* Fl. Dan. t. 1008, f. 2. — Pileo carnosulo, convexo-plano, levi, glabro, fulvo, subnitente; stipite cavo, æquali, annulo distante patulo: lamellis liberis, ventricosis, umbrinis.

*Hab.* in pratis humidis Europæ borealis, raro. — Stipes fragilis, 6 cm. longus, 7 mm. crassus; pileus pelliculosus, 6 cm. latus. 4088

53. **Agaricus semotus** Fr. Monogr. II, p. 347, Hym. Eur. p. 282, Ic. t. 131, f. 1. — Pileo carnoso, e convexo expanso, levi, glabro, testaceo-rubello, disco obscuriore; stipite fistuloso, velo infero rubello, et prope apicem in annulum patulum abrupto ex maxima parte vestito; lamellis liberis, subremotis, postice attenuatis, pallidis, e sporis fuscescentibus.

*Hab.* in montibus Gottsundensibus prope Upsaliam, raro. — Species valde insignis; stipes 4 cm. longus, sursum attenuatus, supra

annulum 5 mm. a pileo distantem pallidus; pileus $2^1/_2$ cm. v. parum ultra latus; sporæ ellipsoideæ, 4-5 ≃ 2-3.

54. **Agaricus dulcidulus** Schulzer in Kalchbr. Hung. t. 17, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 282. — Pileo carnoso, plano, subgibbo, glabriusculo, sicco, luride albo vel ochraceo; stipite farcto, fragili, subbulboso, glabriusculo, concolore; annulo medio, membranaceo, persistente; lamellis liberis, confertis, e cinereo nigricantibus. 4089

*Hab.* in Hungaria australi sub Quercubus sociatim vigens. — Stipes 4 cm. latus, incurvus; umbo pilei subfuscus, sæpe sordide violascens. *A. subgibboso* affinem censet auctor.

55. **Agaricus rusiophyllus** Lasch n. 429, Fr. Hym. Eur. p. 282. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, umbonato, fibrilloso, pallescente; stipite subcavo, fibrilloso, albo; annulo supero, reflexo; lamellis liberis, confertis, roseis, dein fuscescentibus. 4090

*Hab.* in silvis frondosis Europæ raro. — Stipes 4-6 cm. longus, 3-4 mm. crassus, basi incrassatus; pileus 2-4 cm. latus, carneo- v. pallescenti-albus, margine subappendiculato. Videtur admodum affinis *A. hæmatospermo.*

56. **Agaricus rubellus** Gillet Hym. Franc. p. 565, cum icone. — Pileo carnoso, convexo plano, obtuso, umbonato, squamis rubescentibus obtecto; stipite mox cavo, albido, nudo, glabro, tenui, basi in bulbum globosum incrassato, carne alba, pilei centro excepto ubi maculam brunneam exhibet; lamellis numerosis, convexis ex albo pallidis et brunneo rubescentibus. 4091

*Hab.* juxta sepes in Gallia bor. et prope Verviers in Belgio. — Pileus 4-5 cm. latus, stipes 5 cm. longus.

57. **Agaricus hæmatospermus** Bull. t. 595, f. 1, Fr. Syst. Myc. I, p. 282, Hym. Eur. p. 282, Batt. t. 10, *B.* Confer Krombh. t. 3, f. 21-25, Secret. n. 68. — Pileo carnosulo, e campanulato expanso, levi, demum umbonato squamuloso-que, alutaceo-fuscescente, demum nigricante; stipite fistuloso, æquali, glabro, concolore; annulo medio, erecto; lamellis liberis, e roseo-sanguineo fuscescentibus. 4092

*Hab.* in nemoribus Europæ et Upsaliæ in horto. — Pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 4-5 ≃ 3.

58. **Agaricus callipeplus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 552. — Pusillus; pileo convexo, obtusissimo, fuligine violaceo obsito; stipite gracili albo; lamellis carneis ventricosis; sporis 5 μ. long. 4093

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Gregarius; pileus 9 mm. latus; stipes 1 cm. longus, $^1/_2$ mm. crassus, e filamentis albis, radiantibus erumpens; lamellæ 2 mm. latæ. Affinis

dicitur *Inocybæ echinatæ*, lamellis vero multo pallidioribus. Exsiccatione obscurus fit.

59. **Agaricus geniculatus** Brigant. t. 35, f. 4-3, Fr. Hym. Eur. p. 283. 4094
— Pumilus; pileo carnosulo, e campanulato expanso, tumido, glabro, dilute badio, margine hinc inde fisso; stipite fistuloso, basi incrassato geniculatoque, annulo infero; lamellis liberis, a stipite remotis, confertis, undulatis.

*Hab.* ad truncos et ramos dejectos in Europa. — Distinctissimum merito dicit auctor. Stipes vix $2^1/_2$ cm. attingens, sed pileus sæpe excedens; lamellæ remotæ latum collarium circa stipitem relinquunt.

60. **Agaricus nymphidius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 549. — 4095
Pileo convexo, umbonato, candido, subtiliter squamuloso; stipite flexuoso, granulato, farcto; annulo descendente amplissimo; lamellis falciformibus, postice rotundatis, pallide atro-purpureis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Albus; pileus 4 cm. latus; stipes basi in roseum vergens; mycelium amplum, albo-fibrillosum; lamellæ 3 mm. latæ.

61. **Agaricus lituratus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 550. — 4096
Pileo plano, tenui, late umbonato, liturato; stipite clavato, albo-farcto, albo fulvo-tincto; lamellis angustis, utrinque attenuatis, cinereis; sporis 5 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 4 cm. latus, griseolus; stipes 6 cm. longus, 2 mm. ad medium crassus; annulus descendens. Stricte affinis *A. dyspini*, sed habitus distinctus.

62. **Agaricus dyspines** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 549. — Pi- 4097
leo convexo, striato, albido, maculis punctisve brunneis sordido; stipite clavato; annulo erecto; lamellis carneo-lividis, postice rotundatis, liberis; sporis 6 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 cm. latus, griseolus, centro leniter umbonato, at undulato; stipes 6 cm. longus, 2 mm. crassus, farctus; annulus angustus, candidus, erectus, roseo-griseus; lamellæ ventricosæ, 3 mm. latæ; mycelium filamentosum. Exstant duæ formæ, quarum una minus squamulosa et levigata, lamellis pallidis, angustioribus.

63. **Agaricus celidotus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 550. — 4098
Pileo convexo, umbonato, piloso-squamuloso, brunneo; stipite clavato, radicante, fulvo-tincto, albo-farcto penetrante; lamellis falciformibus, postice attenuatis, brunneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3

cm. latus; caro pallida, præter supra stipitis apicem ubi est obscure umbrina; stipes 8 cm. longus, circiter 5 mm. ad medium crassus; annulus parvus, descendens; lamellæ antice latæ. Exstat varietas pumila, pileo albido, obscure griseo purpureo maculato, stipite albo.

64. **Agaricus rhodochrous** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 551. — 4099
Pileo primum ovato dein conico-campanulato, umbonato, subcarnoso, carneo; stipite glabro, albo-farcto, intus extusque rubro; lamellis liberis sanguineis; sporis 5 $\mu$. long., brunneo-purpureis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3-4 cm. latus, mirifice carneus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. vel ultra crassus; annulus amplus descendens; lamellæ in forma conica postice attenuatæ, in forma expansa, truncatæ.

65. **Agaricus diminutivus** Peck 26 Rep. p. 59. — Pileo expanso vel 4100
centro depresso, plerumque leniter umbonato, sicco, alutaceo, disco roseo-brunneo atque squamis minutis adpressis sericeis adsperso; stipite æquali vel sursum leviter conico, medulla candida farcto vel cavo, glabro, pallido; annulo tenui, persistenti, albo; lamellis confertis, tenuibus, liberis, ventricosis e brunneo-roseo nigrescentibus; sporis $5 \simeq 4$.

*Hab.* ad terram in silvis, Croghan Amer. bor. — Statura 4-5 cm. adæquans, pileus $2\frac{1}{2}$-4 cm. longus, stipes 2-5 mm. crassus. Plerumque pileus totus rubescenti-brunneus; caro admodum fragilis.

66. **Agaricus ochropodius** Mont. Cent. VII, p. 29. — Solitarius, epi- 4101
gæus; pileo carnoso tandem explanato, levi, argenteo; stipite æquali, cavo, flavescente; annulo supero persistente, patulo, pallido; lamellis didymis, liberis, convexis, angustis, a stipite discretis, tandem nigrescentibus.

*Hab.* in silvis humidis provinciæ Matto-Grosso Brasiliæ (Weddell).

67. **Agaricus campigenus** Berk. Fl. New. Zeal. p. 174. — Minor; pi- 4102
leo campanulato, subcarnoso, squamuloso; stipite gracili; annulo latiusculo superiore deorsum incrassato; lamellis angustis, postice attenuatis, subadnatis.

*Hab.* ad terram graminosam in Nova Zelandia (Colenso). — Pileus 25 mm. altus, campanulatus; stipes 40 mm. altus, 4-5 mm. crassus; sporæ pallide purpurascentes, oblique obovatæ. Habitus fere *Lepiotæ*.

68. **Agaricus lepiotoides** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 551. — 4103
Pileo campanulato, tenui, squamis minutis sursum nigris deorsum

dilutioribus vestito; stipite curvo basi bulbilloso; annulo erecto; lamellis ventricosis, postice attenuatis, liberis; sporis 4 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 2½ cm. v. ultra latus; stipes 4 cm. longus, 3 mm. crassus, subcandidus, intus rubescens; lamellæ 2 mm. vel ultra latæ, brunneæ. Habitus fere *Coprini*.

69. **Agaricus fulvipes** Berk. Dec. n. 403. — Totus fulvellus; pileo convexo, obtusissimo, floccoso-squamoso; stipite sursum attenuato transversim floccoso; annulo fugaciore, medio; lamellis subangustis; sporis 5 μ. long. late subcymbiformibus. 4104

*Hab.* ad terram, Sikkim Indiæ. — Pileus 4 cm. latus; stipes 4 cm. long., 6 mm. crass. Similis *Lepiotæ*, e. g. *Lep. polystictæ*.

70. **Agaricus trisulphuratus** Berkeley in Ann. Mag. Nat. Hist. 1885, p. 386. — Pileo hemisphærico, lætissime aurantiaco, dense furfuraceo; carne alba; stipite concolore, e furfuraceo-squamuloso, subglabro, deorsum radicante; annulo amplo; lamellis ex albo fusco-purpureis. 4105

*Hab.* in arenosis, Zanzibar Africæ. — Pileus 1-2,5 cm. lat., stipes 2,5 cm. long., solidus.

71. **Agaricus nothus** Berk. F. Zanz. n. 16. — Pileo plano, fulvo, squamis erectis aspero; stipite æquali, farcto, deorsum fulvo-furfuraceo; lamellis fusco-purpureis; carne tenui, alba. 4106

*Hab.* ad terram arenosam, Zanzibar Africæ. — *Ag. trisulphurato* affinis.

72. **Agaricus xylogenus** Mont. Syll. Crypt. n. 385. — Pileo carnoso, membranaceo, tenui, e conico campanulato, levi, luteo, mox convexo, umbonato, umbone fuscescente; stipite cavo, basi incrassato annuloque infra medium persistente albis; lamellis lanceolatis, liberis, roseis, postice latioribus; sporis sphæricis, decolorantibus hyalinis, 5-7½ μ. diam., secundum ætatem variantibus. 4107

*Hab.* ad ligna in terram nudam dejecta, augusto, prope Columbum in Amer. fœder. (SULLIVANT). — Pileus 3-6 mm. latus, 3 cm. altus; stipes cartilagineus, 7 cm. longus, 5 mm. medio crassus. Cum *Lepiota cepæstipede* comparandus, at vero plurimis characteribus ab eo diversus.

**PILOSACE** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 9. (Etym. *pilos* pileus et *sacos* clipeus). — Hymenophorum a stipite discretum, sed volva et annulus nulli. — Est *Agaricus* exannulatus, *Pluteis* respondens.

1. **Pilosace tricholepis** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 25. — Pileo carnoso, 4108

convexo-expanso, obtuso, cute in squamas pilosas confertas fuscescentes secedente; stipite firmo, nudo, rufescente, apice dilatato; lamellis angustis, liberis collario remotis, confertis, fuligineis.

*Hab.* in terra fimetosa Ins. St. Thomæ. — Speciosus fungus, *Agarico* affinis, sed absque veli vestigio; stipes 12–15 cm. longus, 6–8 mm. crassus, æqualis, fissilis, gilvo-rufescens, apice in orbem, a carne pilei secedentem et collarium præbentem, dilatatus; pileus firmus, at non compactus, 10 cm. latus, albidus, squamis pilosis nigricantibus variegatus, ut in *Lentino tigrino*.

2. **Pilosace hololepis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 25. — Pileo carnoso, 4109
convexo, obtuso, albido cute in squamas sparsas, adpressas, glabras, concolores secedente; stipite e basi bulbosa æquali, nudo, albido; lamellis liberis, fuscis.

*Hab.* ad terram, Costa Rica. — Stipes 5 cm. longus, 4–7 mm. crassus; pileus firmus 5 cm. et ultra latus, cute in vertice granulosa, ceterum in squamas adpressas laceratus. Lamellas rite examinare non licuit, hinc nescimus an collario a stipite remotæ sint ut in præcedente, cui manifeste affinis. Fr. l. c.

3. **Pilosace algeriensis** Fr. in Quélet p. 360 et Hym. Eur. p. 283. — 4110
Pileo carnoso, compacto, 2–3 cm. lato, levigato, convexo-plano, niveo; stipite solido, obeso, sericeo, albo, 4-5 cm. longo; lamellis liberis, angustis, nigro-purpureis; sporis subsphæroideis, 8 μ. diam., brunneo-purpureis; carne delicata, odora.

*Hab.* in pratis Aiù Beida Algeriæ. — ***P. macrospora** Sacc. *P. algeriensis* Cooke Ill. t. 618, nec Fr.: pileo albo-argillaceo; sporis ovatis basi attenuatis, majusculis, 18 ≃ 8, fusco-purpureis. Ad terram inter Filices Scarborò Britanniæ. — An var. *exannulata Agar. campestris* in Cooke Ill. t. 528, *B.* sit potius *Pilosaces* species, dubium.

4. **Pilosace Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 135. — Pileo valde 4111
tenui, fragilissimo, irregulari-campanulato, dein subexplanato et margine repando, 4–9 cm. lato, ad marginem multifido, dilute luteo-fusco, medio parum obscuriori, non viscoso sed humidulo, glabro, levi, plerumque vertice areolatim dehiscenti; lamellis liberis, nec confertis, sublinearibus, utrinque rotundatis, 4–9 mm. latis, mox obscure nigro-fuscis, acie integris et albo-pruinatis, nec diffluentibus; stipite discreto, fistuloso, stipato, inde plerumque parum flexuoso, cylindrico aut sursum leniter incrassato, sed apice identidem maxime abrupte-contracto, in medio 0,5–1,4 cm. crasso, 4–8 cm. et ultra longo, albo, supero, sæpe usque medio costatulo; carne

alba, sine odore et sapore; sporis pure atris, obtuse ellipsoideis, 6-9 ≃ 4-5.

*Hab.* cæspitosim ad basim Quercuum vivarum in silva Vidor Slavoniæ. — E parte subterranea prorumpit corpus carnosum, unde oriuntur plura individua.

5. **Pilosace eximia** Peck 24 Rep. p. 70. — Pileo carnoso, tenui convexo v. late campanulato, demum expanso atque subumbonato, glabro, obscure fuligineo-brunneo; stipite gracili, cavo, basi subincrassato, sordide rubro; lamellis confertis, latis, ventricosis, postice rotundatis, sordide rubris vel brunneo roseis, demum brunneis; sporis ellipsoideis, 6 μ. long. 4112

*Hab.* ad truncos vetustos in silvis, Greig Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$ cm. metiens, pileus 6-12 mm. latus, stipes 1 mm. crassus.

6. **Pilosace Phœnix** Fr. Hym. Eur. p. 301, Secr. n. 372, Mich. t. 73, f. 1, *B.* stipite brevi, basi ventricoso, subulato-radicato, *A. ventricosus* Schum. Fr. Syst. Myc. videtur junior. — Pileo carnoso, tenui, campanulato-expanso, levi, glabro, hygrophano; stipite farcto, striato, subbulboso, radicato, pallido; lamellis liberis, ventricosis, e pallido umbrinis. 4113

*Hab.* ad terram fimetosam Europæ rarissime. — Major, pileo e fusco pallescente, nitido. Dubium, an huc pertineat vel ad *Psilocyben*.

**STROPHARIA** Fr. Monogr. I, p. 408 (Etym. *strophium*, ob velum annulatum). — Hymenophorum cum stipite contiguum. Velum annulatum. Lamellæ plus minus adnatæ. — Respondent Armillariis et Pholiotis.

A. *Viscipelles*: pilei pellicula levi v. squamosa, sæpius viscosa.

*) *Mundæ*, haud fimicolæ.

1. **Stropharia depilata** Pers. Syn. p. 408 (*Agar.*). Fr. Hym. Eur. p. 283, *A. Hornemanni* Fr. S. M. I, p. 285, Weinm. p. 244, Sommerf. Lapp. p. 264, Fl. Dan. t. 1191. — Pileo compacto, convexo-plano, obtuso, levi, glabro, viscido; stipite solido, æquali, infra annulum amplum squamis albis, revolutis squarroso; lamellis adnato-decurrentibus, latis, ex albido nigricantibus; sporis ellipsoideis, 11-14 ≃ 6-8. 4114

*Hab.* in pinetis et truncis Europæ borealis, frequens. — Pileus 8-15 cm. latus; stipes 10-20 cm. longus, 1,5 cm. crassus; sporæ 11-14 ≃ 6-8. Speciosa, magna, valida; pileo livido-lutescente, dein

cinnamomeo, jove sereno sicco. Est Buxb. C. 4, t. 4, f. major, neglectis squamis.

2. **Stropharia versicolor** With. Arr. 4, p. 166 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 286, Hym. Eur. p. 284. — Pileo carnoso, convexo-plano, squamoso, squamis disci confertis; stipite spongioso-farcto, bulboso, albido-fusco, annulo persistente; lamellis decurrentibus, e pallido rufo-brunneis. 4115

*Hab.* in Anglia. — Stipes 5 cm. longus, crassitie pennæ cygneæ, deorsum crassior; pileus $2^1/_2$–10 cm. latus. Tenuior, pileo (viscoso?) virescente-brunneo.

3. **Stropharia æruginosa** Curt. Lond. t. 309 (*Agar.*), Fr. S. M. l. c. cum syn., Hym. Eur. p. 284, Pat. Tab. 231, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 551, Sowerb. t. 264, Krombh. t. 3, f. 27, 28; t. 62, f. 11–14, Schaeff. t. 1, Batsch f. 213, Fl. Dan. t. 1248, Hussey I. t. 35, Klotzsch in Fl. Bor. t. 458, Fl. Batav. t. 617, *A. viridimarginatus* Schum. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbonato, muco æruginео secedente expallente; stipite cavo, æquali, viscido, infra annulum squamoso fibrillosove, cærulescente; lamellis adnatis, mollibus, fuscis, purpurascentibus; sporis ellipsoideis vel oblongo-ellipsoideis, fuscescentibus, 8 = 10-4-5. 4116

*Hab.* ad terram et truncos silvarum frequens, etiam in campis graminosis, ad vias, maxime varians et communis in Europa et Carolina inf. Amer. bor. — Pileus 8–11 cm. latus, primo virens, dein lutescens etc. pellicula facile separabili; vulgo levis, sed in silvis squamis superficialibus secedentibus adspersus; stipes 5–8 cm. longus, 6–12 mm. crassus. Velum passim cortinatum.

4. **Stropharia subæruginosa** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 554. — Pileo convexo, umbonato, viscidulo demum depresso, carnoso ex ærugineo flavo-fusco, carne rubescente; stipite glabro, candido; annulo angusto; lamellis e subcarneo fuscis, adnexis. 4117

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Cæspitosa; pileus $4^1/_2$ cm. latus, minute squamosus; stipes 4 cm. longus, 7 mm. crassus, intus rubescens; annulus angustus; lamellæ postice rotundatæ. Manifeste diversa a *Stropharia æruginosa.*

5. **Stropharia albo-cyanea** Desmaz. Cat. p. 22, Dub. Syn. p. 807, Pers, M. E. 3, t. 29, f. 2, 3, Berk. Outl. p. 168, Fr. Hym. Eur. p. 284, Luc. Suit. Bull. t. 113, Cooke Ill. t. 552, *A. pseudocyaneus* Letell. Ann. sc. nat. 1835, p. 94. — Pileo carnoso, tenui, umbonato, levi, viscoso, e viridi albicante; stipite cavo, tenui, flexuoso, sicco, levi, albicante; annulo incompleto; lamellis attenuato- 4118

adfixis, ex albo-carneo fuscis, purpurascentibus; sporis ellipsoideis, $6^1/_2$-8 ≃ 3-4,5, fuscis.

*Hab.* inter gramina pinguiora Europæ. — Pileus 2-3 cm. diam.; stipes 5-7 cm. longus. Priore tenuior, minor et præcipue mollior. Pilei pellicula tenuior, ægre separabilis.

6. **Stropharia inuncta** Fr. El. p. 40, Hym. Eur. p. 284, Cooke Ill. t. 4119
534, Berk. et Br. n. 1229, Saund. et Smith t. 29, f. 6, 7, Quél. p. 110, Buxb. Cent. IV, t. 4, f. minor. — Pileo carnoso, molli, levi, glabro, subumbonato, glutine livido-purpurascente, secedente, pallescente; stipite molli, flexuoso, candido, infra annulum distantem fugacem sericeo-fibrilloso; lamellis adnatis, ventricosis, dilute fuscis; sporis e flavido purpureo-brunneis, 7-8 ≃ 4-6.

*Hab.* in graminosis, ad vias per regiones campestres Europæ frequens, gregaria. — Pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes 3 cm. longus, 5 mm. crassus; lamellæ 6-9 mm. latæ. Valde insignis, mollis, pilei pellicula facile secedente. Duplex forma; Lundensis pileo campanulato-expanso, stipite farcto; Upsaliensis pileo convexo-plano, evidentius umbonato, stipite cavo: analogæ cum sqq.

7. **Stropharia coronilla** Bull. t. 597, (*Agar.*) Fr. Syst. Myc. I, p. 282, 4120
Hym. Eur. p. 285, Pat. Tab. 232, Cooke Ill. t. 535, Bern. Roch. t. 24, f. 3, Quél. t. 14, f. 7, Inzeng. Sicil. p. 61, *Ag. phæosporus* Fr. Monogr. I, p. 413, *Ag. melaspermus* Fr. Hym. Eur. p. 285, Ic. t. 130, f. 2, nec Bull. *Ag. obturalus* Kalchbr. Hung. t. XVII, f. 2, Sacc. M. Ven. t. IV, f. 21-23. — Pileo carnoso, ex hemisphærico explanato, levi, ochraceo-fulvo, margine albo-floccoso; stipite farcto, curto, basim versus attenuato; annulo angusto, striis violaceis radiantibus; lamellis sinuato-adnatis, ex albido violaceis, acie albis; sporis fusco-purpureis, ovato-oblongis, 10 ≃ 5.

*Hab.* ad terram Europæ australis. — Pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus. Parva sed firmula.

8. **Stropharia obturata** Fr. S. M. I. p. 283, Hym. Eur. p. 285, Berk. 4121
et Br. n. 1253, Seyn. Montp. p. 82, (Saund. et Sm. t. 25, f. 1, 2 multo minor, forte *Str. coronilla,* ad quam quoque Paul. t. 104, f. 6 bis) Secr. n. 99. — Pileo subcompacto, convexo-plano, obtuso, subsicco, demum rimoso-squamuloso; stipite farcto, curto, deorsum subattenuato annuloque tumido albis; lamellis adnatis, planis, ex albo purpurascenti-umbrinis.

*Hab.* per regiones campestres Europæ et pr. Somerset East Africae australis (Mac Owan). Sporæ 7 ≃ 4 (Phillips). — Pileus $2^1/_2$-6 cm. latus, flavus, vix pelliculosus nec glutinosus, cum stipite

3-4 cm. longo, 6-7 mm. crasso, firmus. An revera diversa a *Str. coronilla?* — A similibus *Phœotis* hæc et sq. differunt lamellis numquam ferruginascentibus, sporis in fundo albo fuscis, in nigro vinoso-purpurascentibus.

9. **Stropharia melasperma** Bull. t. 540, f. 2 (*Agar.*) nec Fr., Bres. Trid. p. 55, t. LXI, Cooke Ill. t. 536, Quél. t. 24, f. 3 (pileo albo). 4122
— Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, molli, levi, glabro, viscidulo; albido centro stramineo sæpe areolato-diffracto; stipite cavo, æquali, glabro annuloque membranaceo albis; lamellis leviter adnexis, ventricosis, confertis, e pallido cinereo violaceo-nigricantibus.

*Hab.* in regionibus campestribus Europæ nec non ad Somerset East Africae australis (Mac Owan). — Pileus 3,5-4,5 cm. lat.; stipes 4-6 cm. long., 6-7 mm. cr. Sporæ fuscæ, ovoideæ, $10 \simeq 6$; basid. $22-28 \simeq 8$.

10. **Stropharia rufo-alba** Berk. Dec. n. 156, in Journ. of Bot. VI, p. 488. — Pileo carnosulo, subviscoso, albido centro depresso, rufescente; stipite tenui, bulboso, sursum candido, infra annulum integrum patulum rufescente; lamellis ventricosis, adnexis, atro-fuscis. 4123

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Gardner). — Pileus $2^1/_2$ cm. v. ultra latus, interdum leviter umbonatus, rubro-brunneo maculatus; stipes circiter $2^1/_2$ cm. longus, vix 2 mm. crassus. Affinis *Strophariæ melaspermæ* Bull. Faciem præbet *Str. squamosæ* in statu pumilo, glabro.

11. **Stropharia squamosa** Fr. S. M. I, p. 284 cum syn., Hym. Eur. p. 285, Cooke Ill. t. 553, Weinm. p. 243, Berk. Outl. t. 10, f. 6, Kickx p. 174, Quél. p. 337, A. stipitis squamis fibrillosis, reflexis. Pers. Fl. Dan. t. 2077, f. 1. B. stipite strigoso-tomentoso. *A. distans* Pers. Fl. D. l. c. f. 2. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, subviscido, squamis floccosis superficialibus concentricis adsperso; stipite subfistuloso, gracili, tenaci, infra annulum distantem villoso-squamoso, inferne ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, nigricantibus, acie albidis; sporis ellipsoideis, $10-14 \simeq 6^1/_2-7$, violaceo-fuscis. 4124

*Hab.* in silvis, ruderatis, hortis Europæ et Portville Amer. bor.; A. locis graminosis, B. inter folia. — Pileus luteus; Weinm. l. c. habet var. pileo fusco, ad truncos Alni.

12. **Stropharia aureo-fulva** Berk. Dec. n. 252. — Pileo hemisphærico, acute umbonato, sicco aureo-fulvo, margine squamuloso; stipite elongato, flexuoso, subtus cum pileo concolore squamuloso, sursum 4125

pallido; annulo subdistante, erecto; lamellis latis, affixis, atro-rufis, margine albis; sporis ellipsoideis, majusculis.

*Hab.* in ligno emortuo, Iillapaar, 2100-2400 m. alt. (Hooker). — Inodora, valida; pileus $2^1/_2$ cm. vel ultra latus; stipes 8 cm. longus, 5 mm. crassus, basi tomentosus. Affinis *Str. squamosæ*, a qua lamellis latissimis recedit. Differt etiam habitatione.

13. **Stropharia thrausta** Kalchbr. Hung. t. 15, f. 2, Fr. Hym. p. 285, 4126
B. et Br. Ann. Nat. H. n. 1659, Cooke Ill. t. 554. — Subgregaria, hygrophana; pileo carnoso, conico dein expanso, viscidulo, glabro, margine plano, cinnamomeo-aurantio; stipite farcto, dein subcavo, subæquali v. leniter deorsum incrassato, pulverulento, supra annulum glabro rufescente, infra subochraceo floccoso; lamellis late adnatis, subemarginatis, distantibus, cinereis dein nigricantibus, punctulatis; annulo mediocri, paullo supra medium stipitem inserto.

*Hab.* in graminosis Hungariæ et Britanniæ. — Sporæ ovato-oblongæ, 12–15 ≃ 6; odor et sapor obsoleti. Affinis *Str. squamosæ*.

14. **Stropharia Percevali** B. et Br. Ann. N. H. n. 1767, Cooke Ill. 4127
t. 550. — Pileo subviscido, carnoso ex umbonato explanato, hic illic ochraceo, præsertim versus marginem, albido-floccoso, floccis mox evanescentibus; stipite transverse squamoso, sursum cavo, pallido; annulo angusto plus minus persistente; lamellis distantibus adfixis, latis, candidis, demum subcinereis, postremo pallidis, umbrinis; sporis breve fusoideis, 16–17 ≃ 7, fuscis.

*Hab.* inter ramenta, Wallington; in ligno emarcido, Highgate, Britanniæ. — Pileus 5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, sursum attenuatus, basi 8-13 mm. sursum 6 mm. crassus; lamellæ 12 mm. latæ. Pilei caro demum sordide umbrina; stipes intus umbrinus, radicatus. Affinis *Str. squamosæ* sed diversa. — Var. **aurantiaca** Cooke Ill. t. 555: pileo stipiteque infra annulum lateritio-aurantiis; sporis intus granulosis, 16 ≃ 6. Ad terram Wafford Britanniæ.

15. **Stropharia albo-nitens** Fr. Monogr. I, p. 415, Hym. Eur. p. 286, 4128
Ic. t. 131, f. 2. — Pileo carnoso, tenui, e convexo expanso, gibboso, viscoso, glabro, hyalino-albo, sicco candido; stipite medullato-farcto, undique floccoso-villoso, sicco stramineo-albo; lamellis adnatis-confertis, subventricosis, e pallido fuscis.

*Hab.* in silvaticis circa Upsaliam, quibusdam annis copiose, et in silvis ad terram pr. Minussinsk in Sibiria. — Stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, 2-4 mm. crassus, pellucidus, elongatus flexuosus; pileus pro ratione parvus, exsquamis, disco interdum lutescente; sporæ ovoideæ 6-9 ≃ 4-5.

16. **Stropharia Worthingtonii** Fr. Hym. Eur. p. 286, Cooke Ill. t. 556. *A. albo-cyaneus* Saund. et Sm. t. 29, f. 1-5, non Desm. — Pileo carnosulo, campanulato, levi, glabro, viscido [?], luteo; stipite fistuloso, gracili, flexuoso, glabro, cyaneo; annulo incompleto, distante; lamellis adnatis, latis, brunneo-cinnamomeis; sporis ellipsoideis, 7 ≃ 4,5, fuscis. 4129

*Hab.* in pascuis Angliæ. — Statura et coloribus distat a *S. albocyanea*. Stipes 8 cm. longus, sed vix 2 mm. crassus, æqualis; pileus vix 2 ½ cm. latus.

17. **Stropharia palustris** Quélet Jur. t. 23, f. 9, Fr. Hym. Eur. p. 286. — Pileo submembranaceo, hemisphærico, umbonato, subviscoso, griseo-fulvo, hygrophano, disco brunneo; stipite fistuloso, gracili, albo, squamis transversalibus fulvis vestito; annulo distante, membranaceo, exiguo; lamellis adnatis, perlatis, e pallido brunneo-nigris; sporis brunneo-purpureis. 4130

*Hab.* in paludosis Juræ. — Stipes 5-8 cm. longus, vix 2½ mm. crassus; pileus 2½ cm. latus, et infra.

18. **Stropharia consentiens** Karst. Fl. Myc. Fenn. III, p. 139. — Pileo carnosulo, e convexo explanato et umbonato, demum medio late plano-depresso, levi, glabro viscidulo, livido-lutescente, ad olivaceum vergente, medio vulgo fulvescente, subhygrophano, margine involuto; stipite subæquali, farcto, flexuoso, apice pruinoso, lutescente ferrugineo; lamellis adnatis, subdistantibus, ventricosis, pileo dilutioribus. 4131

*Hab.* in prato humido Isoniittu pr. Mustiala in Fennia. — Subcæspitosa, priori affinis. Pileus 3-6 cm. latus; stipes subinde apicem versus incrassatus et complanatus, 10 cm. longus, 4-7 mm. crassus; cortina manifesta, mox evanida; odor et sapor nullus.

19. **Stropharia crocopepla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 546. — Pileo conico, carnoso, squamulis erectis croceis obsito; stipite subæquali dense fulvo-lanato; annulo superiore; lamellis atro-rubentibus, liberis; sporis 8 ≃ 5, oblique ovatis, curvis. 4132

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, squamulis marginem excedentibus; stipes 5 cm. longus, 5 mm. crassus, dense, centro præsertim, vestitus; annulus amplus; lamellæ 3 mm. latæ.

20. **Stropharia plumaria** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 552. — Pusilla; pileo e campanulato convexo, papillato-umbonato, floccoso-squamuloso; stipite gracili, flexuoso, subtiliter fistuloso; annulo erecto; lamellis ventricosis umbrino-carneis; sporis 5 μ. long. 4133

*Hab.* ad arenæ cumulos, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Gregaria; pileus 6-8 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, fere 1 mm. crassus, sursum albus, deorsum umbrinulus. Totus fungus siccitate obscuratus. Stricte affinis *Strophariæ Microcosmo* sed pileo floccoso-squamuloso.

21. **Stropharia chrysocycla** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 550. — 4134
Pileo convexo, papillato-umbonato, squamuloso, margine floccis aureis picto appendiculatoque; stipite gracili, subæquali, nitide aurantiaco-flavo, flocculoso, e farcto cavo; annulo angusto; lamellis ventricosis approximatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 3 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus, radicatus; lamellæ 3 mm. latæ, approximatæ, subgriseæ demum subnigrescentes. Margo luteus illum *Hygrophori chrysodontis* in mentem revocat. Pluribus notis ad *S. crocopeplam* accedit.

22. **Stropharia chloroconia** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 552. 4135
— Pusilla; pileo convexo, umbonato, pulvere viridi farinaceo; stipite gracili, subtiliter fistuloso, pulverulento; lamellis ventricosis carneis, liberis; sporis 6 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 8-18 mm. latus, primum campanulatus; stipes 1¼-4 cm. longus; lamellæ postice rotundatæ. Duæ exstant formæ, quarum altera procera, stipite tenuissimo, pileoque campanulato, altera pileo magis expanso stipiteque breviori, tenaciori, pallidiori.

23. **Stropharia epipasta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 553. — 4136
Pileo convexo, tenui, squamuloso, flavo-olivaceo, pulvere olivaceo insperso; stipite concolori, stricto, pulverulento, fistuloso; lamellis brunneolis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Gregaria; pileus 18 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 1½ mm. crassus; annulus angustus.

24. **Stropharia myriosticta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 553. 4137
— Gregaria; pileo hemisphærico, obtuso, straminco, verrucis minutis, pulveraceis obsito; stipite elongato, concolori, furfuraceo, cavo; annulo minute furfuraceo; lamellis stramineis, postice rotundatis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus vix 18 mm. latus, verrucis albis, minutis adspersus; stipes 5-6 cm. longus, 1 mm. crassus, pallidior.

25. **Stropharia subcitrina** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 553. — 4138

Pusilla, gregaria; pileo convexo, minute umbonato, citrino, particulis nigris consperso; stipite filiformi, citrino, particulis citrinis obsito; lamellis ventricosis, rubris; sporis 5 $\mu$. longis, brunneo-purpureis.

*Hab.* ad substantias vegetales putrescentes, Ceylon (THWAITES). — Pileus 7 mm. latus; stipes 13 mm. longus, fere 1 mm. crassus, luteus; annulus fugacissimus. Siccitate rubescit.

26. **Stropharia erythrospila** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 553. 4139
— Pileo convexo, obtuso, albido, punctis rubris pulveraceo; stipite stricto, candido; annulo erecto; lamellis liberis, brunneolis; sporis 5 $\mu$. long., brunneis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 8 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, $1^1/_2$ mm. crassus. Siccitate obscuratur.

27. **Stropharia illota** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 552. — Pileo 4140
convexo, umbonato, carneo-fuligineo, carne alba; stipite tenui, rubro, albo-farcto; lamellis rubris, postice rotundatis; sporis 4 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 18 mm. latus, subconicus, ruber, particulis fuligineis plus minus dense absitus; stipes 3 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ. Adest forma stipite breviori atque margine pilei fimbriato. — Var. **thysanophora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 552: pileo convexo, rubro, fimbriato-appendiculato; stipite extus intusque concolori albo-farcto; lamellis angustis. Ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). Pileus $1^1/_2$ cm. latus, stipes $1^1/_4$ cm. longus, lamellæ vix 1 mm. latæ.

28. **Stropharia porphyrophylla** B. et C. N. Pac. exp. n. 54. — Pileo 4141
albo, centro umbonato, luteo, viscoso, nitido, stipite deorsum incrassato albis; lamellis ventricosis, adnexis, purpureis.

*Hab.* ad terram Iaponiæ. — Stricte affinis *Strophariæ semiglobatæ.*

29. **Stropharia asota** B. et C. N. Pac. exp. n. 53. — Fasciculata; 4142
pileo convexo fusco-purpureo; stipite elato, solido, concolore; mycelio expanso albo; lamellis latis adnatis.

*Hab.* inter paleam Oryzæ atque rejectamenta et quisquilias, Hong-Kong. — Affinis *Str. semiglobatæ* sed longe latior.

**) *Merdariæ*: annulo sæpe incompleto.

30. **Stropharia luteo-nitens** Vahl Fl. Dan. t. 1067, Fr. S. M. p. 284, 4143
et 511, Hym. Eur. p. 286, Cooke Ill. t. 604, Weinm. p. 243, Som-

merf. — Pileo carnoso, tenui, conico-campanulato, umbonato, viscido, luteo, margine squamuloso; stipite fistuloso, levi, supra annulum distantem pruinoso; lamellis adnexis, ventricosis, cinereo-nigricantibus.

*Hab.* in fimo, in agris Europæ. — Pileus 2-6 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; sporæ fuscæ, 14 ≃ 6-7, ellipsoideæ. Minor, vix squamosa; stipite brevi, sub lente fibrilloso-striato.

31. **Stropharia merdaria** Fr. S. M. I, p. 291 (stipite denudato), Hym. Eur. p. 286, Ic. t. 130, f. 3, Cooke Ill. t. 537, Weinm. p. 253, Dub. Bot. p. 806, Berk. et Br. 1255, Saund. et Sm. t. 25, fig. inf. (forma minor), Quél. p. 111, Buxb. C. 4, t. 16, f. 2. — Pileo convexo-plano, obtuso, glabro, udo, hygrophano; stipite e farcto cavo, tenaci, curto, flocculoso, sicco, pallido; annulo lacerato, fugaci; lamellis adnatis, latis, e lutescente umbrinis. 4144

*Hab.* in merda exsiccata, frequens in Europa. — Gregaria; stipes vulgo 2½ cm. circiter longus, longior flexuosus, demum levigatus. Velum primo telosum, tam in stipite annulum tenellum, quam appendiculas in margine relinquens; pileus 3-4 cm. latus, pelliculosus sed non vere viscidus, udus subcinnamomeus, siccus ochraceus, demum extimo margine striatulus; sporæ globoso-ellipsoideæ, atro-fuscæ, 8 ≃ 5; sec. Karst. et Britz. sporæ multo majores (12-16 ≃ 6-8), forte speciei alius. Adest var. multo major (habitu *S. æruginosæ*) pileo gibbo e luteo stramineo, stipite subfarcto.

32. **Stropharia accessitans** Britz. Derm. et Mel. p. 169, f. 84. — Pileo hemisphærico, demum explanato, medio elevato vel excavato, flavido, dein flavo-griseo, viscoso; stipite albido-flavo, demum brunneolo, primo molliter tomentoso, subcavo; carne ex albido brunneola, odore destituta; lamellis haud confertis late adnatis, subdecurrentibus, dilute griseo-violaceis; sporis oblongis, utrinque acutis, 10-12 ≃ 6. 4145

*Hab.* ad terram limosam pr. Immenstadt Bavariæ australis. — Pileus usque ad 3 cm. latus; stipes 7 cm. altus, 3 mm. crassus.

33. **Stropharia mammillata** Kalchbr. Hung. t. 16, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 287. — Pileo submembranaceo, ex hemisphærico expanso, conico-papillato, levi, viscido, pallide ochraceo; stipite fistuloso, glabro, ex albido lutescente, annulo fugaci; lamellis rotundato-adnatis, subdistantibus, arcuatis, nigro-fuscis; sporis ovatis, metulæformibus, nigro-fuscis. 4146

*Hab.* in fimo equino per pascua Slavoniæ (Schulzer). — Stipes

5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus, sæpe incurvus; pilei papilla saturate crocea.

34. **Stropharia indictiva** Britz. Derm. et Mel. p. 169, f. 118. — Pileo valde viscoso, aurantiaco; lamellis quam in *Stropharia merdaria* latioribus, adnatis, grlseo-brunneis, maculis obscurioribus tinctis, haud confertis; sporis oblongis, uno apice acutis, altero obtusis, 12-14 ≃ 7-8. 4147

*Hab.* in Bavaria australi. — Pileus circ. 9 cm. latus; stipes 12 cm. et ultra longus, superne 2 cm. circ. crassus. Inter *Strophariam merdariam* et *S. stercorariam* media.

35. **Stropharia stercoraria** Fr. S. M. I, p. 291 cum syn., Hym. Eur. p. 287, Cooke Ill. t. 538, Weinm. p. 254, Berk. Outl. p. 168, Quél. p. 112, Secr. n. 361, Bull. t. 566, f. 4. — Pileo carnosulo, ex hemisphærico expanso, levi, glabro, discoideo stipiteque medulla discreta farcto, elongato, infra annulum distantem flocculoso, levigato subviscidis; lamellis adnatis, latis, ex albo umbrinis v. olivaceo-nigris; sporis majusculis, ellipsoideis, 18-20 ≃ 10-13, atro-fuscis. 4148

*Hab.* in stercore locis silvaticis Europæ. — Stipes 8 cm. et ultra longus, supra velum pruinatus; pileus 1-2½ cm. latus, luteus, livido-flavescens etc.; lamellæ etiam fusco-purpureæ et, ut in proximis, postice latissimæ, truncatæ et subdecurrentes. Cum seq. sæpe confunditur; Secr. n. 362 et Sow. t. 249 hunc spectare videntur. Adest forma **flexuosa** Britz. Mel. p. 169 f. 31: tota sordide flavida; pileo distinctius umbonato, 3 cm. cr.; stipite prælongo, flexuoso, usque 12 cm. longo; sporis 20 ≃ 10. In agro stercorato pr. Stadtbergen Bavariæ.

36. **Stropharia umbonescens** Peck 3 Rep. p. 41. — Pileo primum conico, subacuto, demum expanso umbonatoque, glabro, viscido, luteo, umbone in rubrum vergente; stipite æquali, levi, cavo, vulgo pileo parum pallidiore; lamellis planis, latis, demum ventricosis, nigrescenti-brunneis, dilute olivaceo tinctis; sporis purpureo-brunneis, subnigris, 15-18 ≃ 10. 4149

*Hab.* in fimetis in pascuis, Schenevus Amer. bor. — Statura 8-10 cm. metiens, pileus 13-24 mm. latus. Evidenter stricte affinis *Str. stercorariæ* et *semiglobatæ*, cum quibus probabiliter confusa, sed pilei forma ita singularis, ut pro specie distincta censenda sit. Pilei pellicula viscida secernibilis. Vetustate interdum in areolas disrumpitur.

37. **Stropharia fusoidea** Pat. Tab. anal. p. 104, tab. 233. — Pileo 4150

convexo, dein convexo-expanso, papillato, glabro, margine striato, flavo-ochraceo, 10-15 mm. lat.; lamellis adnatis, latis, inæqualibus, subdistantibus, rotundatis, purpureis; stipite elato, 5-6 cm. longo, gracili, cavo, levi, albo, sursum striato, basi longe (4-5 cm.) radiato, radice fusoidea, fibrillosa, alba; annulo angusto, distante, fugaci; sporis ovoideis, fusco-purpureis, majusculis, 12-14 ≃ 6-7.

*Hab.* ad terram stercoratam, Lons-le-Saunier Jura Galliæ.

38. **Stropharia semiglobata** Batsch f. 110 opt. (*Agar.*), Pers. Syn. p. 4151
407, Fr. Syst. Myc. p. 284, ubi synon., Hym. Eur. p. 287, Pat. Tab. 234, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 539, Grev. t. 344, Huss. I. t. 39, *A. glutinosus* Curt. I, t. 194. — Pileo carnosulo, hemisphærico, levi stipiteque fistuloso, gracili, stricto, glabro lutescentibus, glutinosis, velo infero, abrupto, annulari-terminato; lamellis adnatis, latis, planis, nigro-nebulosis; sporis ellipsoideis, 13-14 ≃ 8-9.

*Hab.* vulgatissima in fimo in Europa et Amer. fœder. et in silvis ad terram pr. Minussinsk in Sibiria, pr. Somerset East Africæ australis (Mac-Owan), in Victoria, N. S. Wales Australiæ et in Tasmania. — Minor, gracilis; pileus 1-3 cm. latus; stipes altit. circiter 8 cm.

39. **Stropharia siccipes** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX p. 46. — Pileo 4152
carnosulo, ex hemisphærico expanso, obtuso orbiculari, nudo, levi vel tandem margine pellucide striatulo, viscido, argillaceo-albo, sicco lutescente; stipite farcto, subinde demum cavo, flexuoso vel stricto, levigato, subtiliter fibrilloso, flocculoso, supra annulum incompletum, siccum, distantem subflocculoso vel pruinoso, pallescente, sicco; lamellis adnato-subdecurrentibus, argillaceis, subfusco-nebulosis, demum fuscis; sporis ellipsoideis fuscescentibus et pellucidis, 12-15 ≃ 7-9.

*Hab.* in stercore bovino circa Mustiala, passim, Julio-Sept. — Media inter *Stroph. stercorariam* et *Stroph. semiglobatam*, ab illa differens stipite sicco breviori, colore, ab hac stipite farcto, sicco, flocculoso neć non colore. Pileus 2-3 cm. latus; stipes 4-7 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ usque ad 9 mm. latæ.

B. *Spintrigeræ*: pileo epelliculoso, sed innato-fibrilloso, non viscoso.

40. **Stropharia calceata** Fr. Epicr. p. 216, Hym. Eur. p. 287, *A. lu-* 4153
*cer* Schaeff. t. 257, f. 1-3 (f. 4 videtur Inocybe). — Pileo carnoso, e campanulato-convexo expanso, adpresse fibrilloso, udo, umbone valido, levi; stipite solido, glabro, albo, basi marginato-bulboso,

limboque liberó, volvaceo; lamellis subliberis, confertis, ventricosis, ex albo fuscescentibus.

*Hab.* inter folia uda locis humidis Europæ. — *I. rimosæ* videtur proxima, sed sporæ fuscæ. Stipes firmus, 5-8 cm. longus. 4-7 mm. crassus, apice obsolete pruinatus; annulus nullus; pileus sordide lutescens, pallens, udus fere viscidulus.

41. **Stropharia ocreata** Holmsk. Ot. 2, t. 36, (*Agar.*) Nees Syst. f. 168, Fr. S. M. I, p. 279, Hym. Eur. p. 288. — Pileo carnoso, e globoso campanulato-expanso, obtuso, primo granuloso, dein imbricato-squamoso; stipite farcto, e velo infero, squamoso, vaginato-adnato peronato subannulatoque; lamellis subliberis, linearibus, confertis, cinereo-nigricantibus. 4154

*Hab.* locis graminosis in silvis Europæ. — Priori manifeste cognata, speciosa. Pileus e rubro gilvus, 5-8 cm. latus; stipes supra vaginam albus, 8 cm. longus.

42. **Stropharia Feildeni** Berk. Arct. Exped. n. 8. — Pileo crasso pyramidato-rimoso; volva tenui; stipite brevi e massa difformi mycelio penetrata oriundo; lamellis nigris; sporis subglobosis hic illic pedicello brevissimo suffultis, 6-7,5 $\mu$. d. 4155

*Hab.* in Insulis Bellot, 80′ 41° lat. N. (Cap. Feilden), Mount Prospect in regione arctica (H. C. Hart). — Pileus convexus, 8 cm. latus siccus, probabiliter admodum contractus; stipes 12 mm. longus e massa globosa 4 cm. diam. erumpens. Singularis species adspectum præbens similem plerisque formis *Ag. campestris*, sed sporæ longe diversæ et manifeste affinis *Str. ocreatæ*. Videtur eadem species a H. C. Hart ad Hayes Sound lecta fuisse.

43. **Stropharia Medusa** Brigant. Neap. t. 36, f. 1-5, Fr. Hym. Eur. p. 288. — Pileo carnoso, e globoso convexo, levi, siccitate subrimoso-squamoso, albo-flavescente, margine lobato; stipite solido, subtuberoso, fibrilloso, albo; annulo fugaci; lamellis subliberis, ex albido fuligineis, acie crenatis. 4156

*Hab.* ad terram in viridariis Neapoli. — Species distincta, sed affinitas haud clara.

44. **Stropharia Caput-Medusæ** Fr. Epicr. p. 216, Monogr. I, p. 418, Hym. Eur. p. 288, Ic. t. 131, f. 2, Cooke Ill. t. 540. — Pileo carnoso, fragili, ex ovato expanso, lacunoso, squamuloso, discoideo; stipite sursum cavo, infra annulum superum squamis imbricatis, squarrosis, secedentibus volvato; lamellis adfixis, ventricosis, ex argillaceo pallide umbrinis; sporis fusco-purpureis, anguste fusoideis, 16-18 = 5, fuscis. 4157

*Hab.* in pinetis circa truncorum radices subcæspitosa in Europa. — Insignis, rara. Velum universale fuscum, squamosum, in stipite persistens, zonas concentricas, imbricatas, squarroso-recurvatas formans. Stipes a basi solida æqualiter attenuatus, 5–8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, albidus, annulo fere *Lep. procerœ* sed persistente, ambitu tumido et fusco; pileus vertice umbrinus, ambitu subalutaceus, velo secedente granulosus et rimoso-squamulosus. — Var. **alba** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 47 : pileo dense squamoso-squarroso, demum glabro, sordide cinereo-albido, sicco albo; velo universali floccoso-squamoso, albo; sporis ovoideo-oblongis 9–11 ≃ 4–5 fusco-purpureis; odore alcalino. Cæspitosa, pr. Mustiala Fenniæ.

45. **Stropharia scobinacea** Fr. Epicr. p. 217, Hym. Eur. p. 288, 4158
Secr. n. 89. — Pileo carnoso, tenui, ex hemisphærico expanso, gibbo, sulcatulo, squamulis confertis, adpressis, secedentibus, nigricantibus tecto; stipite cavo, fibrilloso, albo, apice farinaceo; annulo supero fugaci; lamellis adnatis, confertis, crenulatis, ex albo-rufescente purpurascentibus.

*Hab.* ad truncos Fraxini in Europa. — Subcæspitosa, vere et æstate. Priori manifeste affinis, statura eadem. Stipes a basi incrassata attenuatus; pileus primo fuscus, dein ambitu griseo-violaceus, centro e livido lutescens. Uda et fragilis; sporæ 7–8 ≃ 3 (Plowright).

46. **Stropharia Battarræ** Fr. Epicr. p. 217, Hym. Eur. p. 289, Secr. 4159
n. 87, excl. syn. Batt. t. 28, f. H. — Pileo carnoso, tenui, obtuso, adpresse squamuloso, griseo; stipite farcto, infra annulum fugacem squamis fusco-rufescentibus imbricato, apice pruinato; lamellis sinuato-adnexis, confertis, e rubello fuscescentibus.

*Hab.* ad Populos Europæ australis. — Stipes 2–3 cm. v. parum ultra latus subincurvus, basi incrassatus, rufescens; pileus 2–3 cm. latus, variat albidus, griseus et fuscus, squamis obscurioribus, carne tenui succulenta. — **Str. aculeata** Quél. Jur. p. 256, t. 22, fig. 4, Fr. Hym. Eur. pag. 289: pileo subolivaceo, stipite inferne tantum squamoso, reliquis notis prioris. Loco natali ad Populos plurimisque notis cum priore convenit; sporæ ovato-oblongæ, atro-violaceæ.

47. **Stropharia punctulata** Kalchbr. Hung. t. 14, f. 1, Fr. Hym. Eur. 4160
p. 289. — Pileo carnoso, tenui, convexo, sicco, pallido, e velo squamuloso-punctato, demum nudo; stipite farcto, pallido, squamulis punctiformibus ad annulum superum vestito; lamellis sinuato-adnatis, dente decurrentibus, latis, subconfertis, e pallido dilute umbrinis; sporis fuscis.

*Hab.* in solo graminoso ad ramenta sub terra putrescentia in Europa, cæspitosa. — Stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, varians æqualis et basi incrassatus; annulus tenuis e fibrillis in zonam congestis. Ægeritinis forsan affinior.

48. **Stropharia Jerdoni** Berk. et Br. n. 913, t. 14, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 289, Cooke Ill. t. 541. — Pileo carnoso, campanulato, obtuse umbonato, minute rivuloso, squamis albis, superficilibus, secedentibus ornato, ochraceo, sicco fusco; stipite cavo, gracili, sericeo-squamuloso, albo; annulo supero; lamellis adnatis, transverse lineatis e pallido brunneis. 4161

*Hab.* ad frustula lignea Angliæ. — Stipes 8 cm. longus, 4-6 mm. crassus, superne albo-pulverulentus, inferne fuscescens, squamulosus; pileus 5 cm. latus, sine pellicula separabili.

49. **Stropharia spintrigera** Fr. Epicr. p. 217, Hym. Eur. p. 289, Ic. t. 132, f. 1, Cooke Ill. t. 542. — Pileo carnosulo, ex ovato explanato, obtuso, levi, glabro; stipite cavo, æquali, floccoso-fibrilloso, candido, apice nudo, annulo distante tenui, fugaci; lamellis adnatis, confertis, brunneo-fuscis. 4162

*Hab.* ad truncos Europæ cæspitosa, rara, sed insignis. — Stipes 8 cm. longus, 6 mm. crassus, etiam floccoso-squamosus, interdum ventricosus; pileus mollis, fragilis, 8-10 cm. latus, e fuscescente v. incarnato albidus; lamellæ lineares, 2-4 mm. latæ, integerrimæ, postice junctæ, subliquescentes; sporæ oblongo-ellipsoideæ 9-12 ≃ 4-6.

50. **Stropharia hypsipoda** Fr. Epicr. p. 218, Hym. Eur. p. 290, Ic. t. 132, f. 2, Cooke Ill. t. 619. — Pileo convexo-plano, levi, glabro, hygrophano; stipite cavo, æquali, glabro; annulo medio persistente lamellisque adnato-secedentibus, subdistantibus ex albido fuscis. 4163

*Hab.* in turfosis solitaria in Suecia et Britannia. — Tota fragilis Stipes 8-10 cm. longus, 4-6 mm. crassus; pileus fere membranaceus, 5 cm. latus, udus fuscescens et margine striatulus, siccus alutaceo-pallescens et omnino levis; sporæ ovato-ellipsoideæ, 14 ≃ 7, atro-violaceæ.

51 **Stropharia cothurnata** Fr. Epicr. p. 218, Hym. Eur. p. 290, Ic. t. 132, f. 3. — Pileo carnosulo, convexo-plano, obtuso, levi (sub lente sericello-levigato); stipite subfistuloso, æquali, molli, albo, ad annulum medium angustum floccoso-villoso; lamellis adnexis, ventricosis, confertis, albo-fuscescentibus. 4164

*Hab.* in umbrosis abiegnis in Suecia. — Habitus *Inoc. geophyl-*

*læ* albæ. Stipes 4-5 cm. longus, 2-3½ mm. crassus, supra annulum glaber; pileus, disco excepto, submembranaceus, 1¼-2½ cm. latus, albus, non hygrophanus, sed caro aquosa.

52. **Stropharia arginea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 511. — 4165
Pusilla; pileo campanulato, umbonato, glabro, substriato, albido; stipite flexuoso, filiformi, concolori; lamellis ventricosis, carneis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 11 mm. latus; stipes 3 mm. longus, vix 1 mm. crassus; annulus medius, fugax. Exsiccatione rubescit. Habitus *Mycenæ*.

53. **Stropharia Microcosmus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 551. 4166
— Pusilla, gregaria; pileo campanulato, late umbonato, glabro; stipite curvo, cavo, annulo descendente; lamellis ventricosis pallide rubris; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 mm. latus, albus, umbone rubescenti-brunneo; carne ad medium crassa; stipes 18 mm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ 1 mm. latæ, siccitate obscurissimæ.

54. **Stropharia olivaceo-flava** Kalch. et M. Ow. Grev. IX, p. 131. 4167
— Pileo carnoso, convexo, obtuso depressove, levi, glabro, olivaceo-flavo; stipite cylindrico, farcto, basi turgescente, subbulboso et fibris validis solo affixo, ceterum fibroso-striato, pileo pallidiore; annulo distante, lacero persistente; lamellis plano-adnatis, confertis, albido-purpureis, demum purpureo-nigricantibus.

*Hab.* in arenosis sæpe inundatis ad fluv. Klyn Visch River (Mac-Owan) et Port Natal (Wood). — Pileus viscosus? 4-6 cm. latus; stipes 5-8 cm. long., 2-5 mm. crassus. Epidermis pilei haud raro disrumpens, in quibusdam subviridescens; exsiccatione umbrina fit. Statura *Str. stercorariæ* sed lamellæ angustæ.

55. **Stropharia Howeana** Peck 26 Rep. p. 59. — Pileo e convexo 4168
expanso, fragili, glabro, subumbonato, lutescente; stipite glabro, cavo, basi leviter incrassato; annulo tenui, fugaci, plerumque pilei margini adhærente; carne alba; lamellis confertis, tenuibus, postice rotundatis, acie erosis, albidis, demum ferrugineo-brunneis; sporis 9 ≃ 5.

*Hab.* ad terram, Center Amer. bor. — Statura 8-10 cm. metiens, pileus 5-8 cm. latus, stipes 4-8 mm. crassus; pilei superficies in areolas interdum disrumpitur; sapor amaricans. Sporarum color non distincte brunneus, ex quo species æquali jure inter *Pholiotas* collocari posset.

56. **Stropharia sulcatula** Gill. Champ. Franc. p. 580. — Pileo sub- 4169
carnoso, primo hemisphærico dein convexo, rugoso-striato, squamis rufescentibus, superficialibus, dein fere omnino dilabentibus, præcipue in juventute tecto, margine striatulo, albido, sursum leniter rufescente, 3-5 cm. diam.; lamellis numerosis, adhærentibus, griseis, dein pallide brunneis, demum brunneis vel rufo-fuligineis, acie acuta denticulata; stipite fistuloso, æquali, longo, super annulum striato, subtus vero squamuloso, albo, basi radicata; annulo albo, tenui, fugaci; carne albida; sporis ovoideis, brunneis.

*Hab.* gregatim in trunco abietino in Gallia bor., æstate.

57. **Stropharia capillacea** Gill. Champ. de France p. 581. — Pileo 4170
carnoso, tenui conoideo-campanulato, tenuissime rugoso rufo-brunneo, centro obscuriori, fimbriis longis, albis vel albescentibus, præcipue ad marginem, tecto, 1-2 cm. diam.; lamellis numerosis, adnatis, convexis, margine denticulatis, brunneo-nigris; stipite gracili basi vix incrassatulo, cavo, albido, squamis concoloribus, ad basim magis perspicuis tecto, 4-6 cm. alto, 2-4 mm. crasso; annulo fugaci, albo, striato, dein fuligineo-rufescente; odore tenui alliaceo.

*Hab.* gregaria in areis carbonariis in Gallia bor., autumno.

58. **Stropharia sulcata** Gill. Champ. Franc. p. 580. — Pileo carno- 4171
sulo, conoideo-campanulato, umbonato, sulcis ramosis, apice excluso, exarato, rufescenti, 2-3 cm. diam.; lamellis parce numerosis, adhærentibus, apice latioribus, integris, brunneolis; stipite gracili, cavo, super annulum albo-farinoso, subtus vero albo-striato, basi rufescente; annulo albo.

*Hab.* in areis carbonariis in Gallia, autumno.

**HYPHOLOMA** Fr. Syst. Myc. I, p. 287 (Etym. *hyphe* textura et *loma* fimbria). — Hymenophorum cum stipite continuum. Velum in telam margini pilei adhærentem contextum. Pileus plus minus carnosus, margine primitus incurvo. Lamellæ adnatæ v. sinuatæ. — Plurima cæspitosa, lignatilia.

*) *Fascicularia*: colore pilei tenacis, glabri, sicci læto nec hygrophano.

1. **Hypholoma silaceum** Pers. Syn. p. 421 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 290, 4172
Secr. n. 349, Batt. t. 22, *E.* — Pileo carnoso, convexo, viscoso, aurantio-rufo, circa marginem sericeo, albido; stipite e farcto cavo, bulboso, nitido, fibrilloso-striato; lamellis adnatis, confertis, e griseo olivaceis; sporis pallide purpureo-brunneis.

*Hab.* ad terram solitarium in Europa, sec. Secretan e tubere communi cæspitosum. — Pileus 8 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 8-15 mm. crassus.

2. **Hypholoma sublateritium** Schaeff. t. 49, f. 6, 7 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 288, ubi syn. (excl. Bull. et forte Bolt.), Hym. Eur. p. 290, Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 557, Hussey I, t. 60, Kickx p. 174, Berk. Outl. p. 169, Secr. n. 345 (differt cortina in stipite subannulari), Krombh. t. 44, f. 1-3, Hedw. Crypt. t. 38. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, discoideo, sicco, glabrescente; carne compacta, albida; stipite farcto, fibrilloso, deorsum attenuato, ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, ex albo olivaceo-fuligineis; sporis ellipsoideis, 6-7 ≃ 3-4. 4173

*Hab.* ad et juxta truncos, subcæspitosum in Europa, Hautane Range, Ceylon et in Amer. fœder. — Majus, amarum, vix olens; pileus fulvo-lateritius, ambitu pallidior, 5-8 cm. latus; stipes 8 et ultra cm. long., 4-7 mm. crassus. Var. plurimæ: B. *subsolitarium* pileo stipiteque basi incrassato unicoloribus, rufescentibus. Fr. Syst. Myc. l. c., Paul. t. 109; C. *Schaefferi* B. et Br. Ann. N. H. n. 1768 minus, pileo conico dein depresso, rugoso flavido; stipite cavo æquali; lamellis angustis, decurrentibus: Schaeff. t. 49, f. 4, 5; D. *squamosum* Cooke Ill. t. 558 pileo squamis parcis, latiusculis saturatioribus consperso; sporis 8 ≃ 4. Ad truncos Britanniæ.

3. **Hypholoma perplexum** Peck 23 Rep. p. 99. — Pileo carnoso e convexo expanso, sæpe late subumbonato, glabro, luteo, disco rubro vel brunneo-rubro, margine pallidiore; stipite subæquali, firmo, subtiliter fibrilloso, cavo, basi e luteo rubescente; carne alba; lamellis minime latis, postice rotundatis, facillime a stipite separabilibus, pallide luteis, deinde viridi tinctis, postremo purpureo-brunneis; sporis purpureo-brunneis. 4174

*Hab.* ad truncos in silvis vel locis adustis, Sandlake, Albany et in montibus Catskill Amer. fœder. — Statura 5-8 cm. adæquans; latitudo 5-8 cm.; stipes 5-8 mm. crassus; sapor dulcis. Peraffine *H. sublateritio*, a quo vix differt lamellarum colore.

4. **Hypholoma capnoides** Fr. Syst. Myc. I, p. 289, Hym. Eur. p. 291, Ic. t. 133, f. 1, Cooke Ill. t. 559, Berk. et Br. n. 913, Quél. p. 338, Sommerf. Lapp. p. 264. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso sicco, glaberrimo, carne tenui alba; stipite subcavo, æquali sericeo-levi, pallido; lamellis adnatis, vix confertis, latis, aridis, e cæsio-fumoso purpurascentibus; sporis ellipsoideo-sphæroideis, sub lente dilute fuscidulis, 7 ≃ 5. 4175

*Hab.* ad truncos Pini, nec alios, in silvis montosis et alpinis Europæ. — Pileus $2^1/_2$-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 4-9 mm. crassus; odor saporque mites. Stipes sub indumento ferruginascit. Pileus unicolor, vulgo lutescens, cortina purpurascens; lamellæ interdum in eodem cæspite pallidæ, latiores, firmiores et minus confertæ quam in reliquis.

5. **Hypholoma epixanthum** Fr. Epicr. p. 222, Hym. Eur. p. 291, Ic. t. 133, f. 2, Cooke Ill. t. 560, Berk. et Br. n. 914, Kickx p. 175, Paul. t. 107, Batt. t. 23 *D.* Cfr. Secr. n. 348, 352, 353. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, subgibbo, levi, sericello, demum glabro, carne flava; stipite cavo, subæquali, floccoso-fibrilloso, albido, apice pruinoso, basi fuscescente; lamellis adnatis, confertis, albido-flavis, demum varie cinerescentibus. 4176

*Hab.* ad truncos Europæ frequens. — Olidum, non liquescens, statura varium. Pileus 3-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. et ultra longus, 6-9 mm. crassus; sporæ 6-7 ≃ 4. Colore pallide flavo, pilei disco sæpe obscuriore, cortina alba, lamellis facile distinctum. Minime *A. flavidus* Schaeff., cui simile.

6. **Hypholoma elæodes** Fr. Epicr. p. 222, Hym. Eur. p. 291, Cooke Ill. t. 562, Kickx p. 175, *A*) Paul. t. 108, Secr. n. 337, B. C., *B*) Bull. t. 30, Larb. t. 16, f. 2, sed stipes hirsutus pictus. — Pileo carnoso, planiusculo, subumbonato, sicco, glabro, carne lutea; stipite e farcto cavo, æquali, fibrilloso, ferruginascente; lamellis adnatis, confertis, tenuibus, e viridi pure olivaceis. 4177

*Hab.* ad truncos et terram, cæspitosum in Europa. — Pileus 5-6 cm. latus; stipes 5 cm. longus; sporæ 5-6 ≃ 3-4; odor amarus. Stipes vulgo gracilis, incurvus vel flexuosus, pileo [in A. *lateritio* in B. *alutaceo*] concolor; pileus opacus. Secr. n. 357 est var. major, statura *H. lateritii.* — Secr. n. 536, qui Batsch f. 29, inter hoc et sequens medius.

7. **Hypholoma fasciculare** Huds. Fl. Angl. p. 615 (*Ag.*), Fr. S. M. I, p. 288, Hym. Eur. p. 290, Gill. C. F. cum. ic., Cooke Ill. t. 561, Pat. t. 116, Bolt. t. 29, Sow. t. 225, Fl. Dan. t. 2075, Krombh. t. 44, f. 4-5, Grev. t. 329, Hussey II, t. 45, Fl. Bat. 1824 ex descr. — Pileo carnoso, tenui, subumbonato, glabro; stipite cavo, tenui, fibrilloso, flexuoso carneque flavis; lamellis adnatis, confertissimis, linearibus, subliquescentibus, e sulphureo virescentibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 6-7 ≃ 4; bas. 22 ≃ 4; cystid. 40-50 ≃ 10-12. 4178

*Hab.* ad truncos terramque in Europa, in ligno vetusto et frustulis, Peradenya Ceylon (Thwaites, Gardner) et ad radices ve-

tustas in Amer. fœder., Port Natal Africæ (Wood) et in Tasmania. — Pileus 1-5 cm. latus; stipes 5-24 cm. longus, 4-6 mm. crassus. Colore, tenuitate et odore intense amaro facile distinctum. Pileus subdiscoideus, sæpe obtusus. Sed exstat var. *robustior* stipite basi incrassato, terrestris (Secr. n. 355; var. β. Pers.), cum *H. silaceo* analoga. Alia *nana* Secr. n. 359. — Var. **obtusum** Schulz. Verhandl. Hermann. 1884, p. 21, t. I, f. 2: pileo prima ætate stramineo, medio obscure flavo, convexo, dein explanato-umbonato, obscuriori, margine lacerato, carne flavescente; stipite flavo-virescente, subinde nigro-punctulato, basi subflavescente, sursum tubuloso, basi lanoso; lamellis viridulis, adnexis, angustis. Ad ramos vetustos arborum in silvis Slavoniæ. — Pileus usque 2,5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

8. **Hypholoma megapotamicum** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, n. 15. — 4179
Fasciculato-cæspitosum; primo hemisphærico-subgloboso, 8-10 mm. diam., centro umbonulato, glabro, margine involuto ac velo cortinæformi, albo, gossypino-fibrilloso stipiti juncto, mox libero sed squamulose albo-appendiculato, dein hemisphærico-explanato, 20-25 mm. diam., circa umbonem sæpius depresso, in juventute toto fulvo-virescente, postea margine et centro flavescenti-fulvello; stipite subfistuloso, gracili, elongato, 25-32 mm. long., 1-2 mm. cr. recto vel flexuoso, apicem versus subattenuato, deorsum incrassatulo, 3 mm. cr., confluente, toto ex veli frustulis albo-squamuloso præcipue ad tertium superiorem in parte pileo tecta minute costulato-striato, extus primo flavido, dein lateritio-lutescente, fibrosulo-tenacello, intus flavo-luteo, subcavo; lamellis polymacriis, sinuato-adnatis, confertiusculis, apice acutiusculis, attenuato-rotundatis, centro ventricosis, 2 mm. lat., acie integra, primo pallide flavo-virentibus, dein lateritio-subvirescentibus vel lateritio-fulvis; carne pilei tenui tantum ad umbonem incrassata, compactiuscula, succosa, sub sectione v. pressione pellucida evadente, lutea, cum illa stipitis concolori continua; sporis ellipticis vel ovoideis 6-8 ≃ 4-5, utrinque obtusis, (quandoque 1-septatis?) rubiginosis vel olivaceo lateritiis.

*Hab.* ad truncum vetustum cariosum Salicis humboldtianæ in nemoribus secus el Rio de la Plata, Palermo. — Cl. Spegazzini habet ut subspeciem *H. fasciculare*.

9. **Hypholoma transversum** Gill. Champ. de France p. 571. — Pileo 4180
carnoso, convexo, dein expanso, obtuso, mammillato, margine brevi, revoluto, glabro, ad peripheriam dilute lateritio-rufo, medio ob-

scuriori; stipite farcto, solido, glabro, deorsum attenuato; carne firma, pilei alba, stipitis pallida; lamellis parum numerosis, angustis, apicibus attenuatis, decurrentibus, basi excepta venis numerosis validisque conjunctis, flavicantibus.

*Hab.* ad terram in silvis Galliæ. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 1 cm. circ. crassus.

10. **Hypholoma ælopodum** Fr. in Vet. Ak. Förh. 1873, Hym. Eur. p. 292. 4181
— Pileo carnoso, e convexo plano, obtuso, glabro, rufescente; stipite fistuloso, tubulum discretum includente, squamis minutis lateritiis variegato; lamellis adnatis, e lutescente fusco-olivaceis.

*Hab.* ad truncos Abietis et Laricis in Ostrogothia. — Subcæspitosum fusiformi-radicatum. Statura præcedentium.

11. **Hypholoma dispersum** Fr. Ep. p. 222, Hym. Eur. p. 292, Ic. t. 133, 4182
f. 3, Cooke Ill. t. 586, Berk. Outl. p. 169. Lusus elongatus: Saund. et Sm. t. 24, f. 1-3, *A. marginatus* Pers., non Batsch, Secr. n. 358, *A. fasciculatis* var. Pers. Syn., Fr. S. M. — Pileo carnosulo, campanulato, expanso, obtuso, levi, e velo circa marginem sericeo; stipite subfistuloso, tenui, tenaci, fibrilloso-sericeo, basi fuscescente; lamellis adnatis, tenuibus, subventricosis, confertis, stramineo-pallidis, dein nebulosis.

*Hab.* in pinetis ad truncos et terram Europæ, in Tasmania et Australia, vulgo sparsum. — Stipes omnino æqualis, strictus, 5-8 (interdum 15-18) cm. longus, 2-3 mm. crassus, ex maxima parte fusco-ferrugineus, apice pallens; pileus 2-3 cm. latus, fulvo-melleus; lamellæ 4-6 mm. latæ, obsolete virentes; sporæ ovato-oblongæ, 12-14 ≃ 6.

12. **Hypholoma nitidipes** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 133. — Pileo car- 4183
noso, firmo, convexo, glabro vel indistincte fibrilloso, albido vel flavescente; stipite æquali vel basi leniter incrassato, solido, sericeo, nitente, albido; lamellis confertis, adnatis, albidis vel subcinereis, dein roseo-brunneis, acie plerumque alba; sporis ovatis, 5-6 ≃ 4, roseo-brunneis.

*Hab.* ad terram Albany Americæ borealis. — Totus fungus 5-10 cm. altus; pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 6-10 mm. crassus. *Pholiotæ præcoci* habitu simile, a qua stipite solido sporisque minoribus mox distinguitur.

13. **Hypholoma arridens** Britz. Derm. et Mel. p. 170, f. 108. — Pileo 4184
subcampanulato, expanso, hemisphærico, dein explanato medioque excavato, flavo-rufo, marginem versus pallidiori margineque albido; stipite sursum flavo-rufo, deorsum pallide flavescente in sul-

phureum vergente, vix cavo; carne pilei flavido-alba, stipitis concolore, basim versus brunneola; lamellis subconfertis, subadnatis, flavo-brunneis; sporis oblongis, 6-8 ≃ 3.

*Hab.* ad truncos pineos in Bavaria australi. — Pileus 6 cm. latus; stipes 6 cm. et ultra longus, 6-8 mm. crassus.

14. **Hypholoma assimulans** Britz. Derm. et Mel. p. 170, f. 109. — 4185
Pileo primo campanulato, dein expanso, sæpius medio excavato, initio ex albo flavescente medioque flavo-rufo, demum obscuriori, griseo-brunneo, hygrophano; stipite sordide rufo-brunneo, sursum ex toto flavescente, cavo; lamellis confertis, initio albidis, dein griseis, adnatis et subdecurrentibus; sporis oblongo-rotundatis, 8 ≃ 3-4.

*Hab.* in silvulis prope Mödishofen Bavariæ australis. — Pileus usque ad 8 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 8 mm. crassus.

15. **Hypholoma Britzelmayri** Schulz. in Britz. Derm. et Mel. p. 152, 4186
f. 52. — Pileo carnoso, convexo-umbonato, 4-4,5 cm. lato, margine inflexo, albido-flavo, disco obscuriore, glabro, levi, non viscido; stipite cylindrico, crasso, 7 cm. alto, 1 cm. crasso, carnoso, basi subdilatato, radiculoso; lamellis adnatis subconfertis, albidis, mox griseo-brunneis; sporis ovato-ellipsoideis, 8-11 ≃ 4-6; odore farinaceo, sapore dulci.

*Hab.* in cultis Bavariæ et Hungariæ.

**) *Viscida:* pileo nudo, viscoso.

16. **Hypholoma Buxbaumii** Weinm. in Flora 1832, p. 340, Ross. p. 250, 4187
Fr. Hym. Eur. p. 292, Buxb. C. IV, t. 14. Cfr. *Collyb. semitalis.* — Pileo carnoso, convexo-plano, levi, glabro, viscido; stipite solido, longo, æquali, albo-nitente; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, cinereo-nigricantibus.

*Hab.* in pinetis Rossiæ. — Solitarium, majus, stipite 10-13 cm. longo, 6-8 mm. crasso; pileo 5-8 cm. lato, albido-flavescente; lamellis 1¼ cm. latis.

17. **Hypholoma Prescotii** Weinm. Ross. p. 249, Fr. Hym. Eur. p. 292. 4188
— Pileo carnoso, convexo-plano, glabro, viscido; stipite farcto, æquali, elastico, albo, squamulis albo-rufescentibus obsesso; lamellis adnatis, confertis, e cinereo fusco-violascentibus.

*Hab.* ad truncos Pini, in Rossia, confertum. — Stipes 8-10 cm. longus, 4-5 mm. crassus; pileus rufescens, 5-9 cm. latus; lamellæ 4-6 mm. latæ.

18. **Hypholoma Gilletii** Fr. Hym. Eur. p. 292, Gill. C. F. c. ic. — Pileo 4189
carnoso, convexo-plano, levi, glabro, glutinoso, circa marginem

lilacino; stipite solido, curvato, strigoso-squamoso, subconcolore; lamellis adnatis, rufo-violaceis.

*Hab.* ad radices Quercuum in Gallia (P. ALEXANDRE). — Habitus vere peculiaris, sed *H. Prescotii* videtur affine. Pileus 8 cm. latus, ex icone in disco ochraceus (in schedula «roux»); lamellæ in icone argillaceo-isabellinæ.

19. **Hypholoma Œdipus** Cooke in Grevillea 1885, p. 1, Ill. t. 587 *A.* 4190
— Pileo glutinoso, medio carnoso, margine membranaceo, primo turbinato vel hemisphærico, margine lacerato, annulo evanescente, dein convexo, margine levi, glabro, obtuso, hygrophano, disco umbrino, margine pallidiori; stipite crassiusculo, deorsum in basim bulbosam elato, solido, sursum fibrilloso, circa annulum medianum pruinosum; lamellis primo albis, dein umbrinis, tota latitudine adnatis, subinde dente minuto decurrentibus, planis, margine sæpe granulato; sporis obscure brunneis.

*Hab.* ad ramos v. folia emortua Clehanger Britanniæ (J. RENNY et BULL). — Pileus 12-25 mm. latus; stipes 5 cm. longus, 4-6 mm. crassus, albidus.

***) *Velutina*: pileo fibrillis innatis sericeo v. virgato.

20. **Hypholoma Storea** Fr. Epicr. p. 223, Hym. Eur. p. 293. — Pileo 4191
carnoso, convexo-plano, umbonato, sicco, pilis longitudinalibus, in cortinam porrectis, fibrilloso; stipite solido, elongato, æquali, levi, subfibrilloso, pallido; lamellis adnatis, aridis, livido-fuscescentibus, acie albo-serrulatis.

*Hab.* ad truncos Fagi in Suecia et ad basim arborum in Britannia. — Affine Inocybis; stipes firmus, 10-13 cm. longus, 8 mm. crassus; pileus 8 cm. fere latus, demum circa umbonem depressus, e dilute fusco isabellino-sordidus.

21. **Hypholoma capnolepis** Kalchbr. Grev. IX, p. 132. — Pileo car- 4192
noso, hemisphærico-expanso, alutaceo, strato subtili fibrilloso, fumoso vestito et hoc areolatim disrumpente, squamuloso; stipite solido, elongato æquali, basi bulboso, fibrillis striato, pallido; lamellis adnatis, ventricosis, latissimis, confertis, (in sicco) fuligineis.

*Hab.* in Portu Natal Africæ austr. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes fere 12-16 cm. long., 4 mm. cr. Fungus nobilis a proximo *H. Storea* et aliis hujus gregis, indumento pilei et lamellis latissimis optime distinctus.

22. **Hypholoma lacrimabundum** Fr. Syst. Myc. I, p. 287, Hym. Eur. 4193
p. 293, Ic. t. 134, f. 1, Gill. C. F. cum ic., Pat. t. 117, Cooke Ill.

t. 566, Weinm. p. 247, Berk. et Br. n. 1254, Hoffm. Ic. t. 15, f. 3 (forma diminuta), *Geophila cotonea* Quél. Ench. p. 112. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, piloso-squamoso, squamis innatis obscurioribus; carne stipiteque cavo, fibrilloso-squamoso albidis; lamellis adnatis, confertis, fusco-purpureis; sporis purpureo-brunneis, 8-10 ≃ 5.

*Hab.* ad terram et truncos in fagetis, betuletis, valde cæspitosum in Europa et in dumetis pascuis, Bethlehem Amer. fœder. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 6-9 mm. crassus. *H. pyrotricho* minus, sed firmius, vere carnosum, non hygrophanum. Cortina alba. Pileus et stipes primo albi, dein fuscescentes. Species distinctissima, sed cum modo citata sæpe confusa.

23. **Hypholoma populinum** Britz. Hym. Südb. IV, p. 157, f. 43-140. — 4194
Pileo medio irregulariter fibrilloso-squamoso, brunneo-rufescente, subflavescente; stipite albido, fibrilloso; lamellis confertis, sordide lilacinis; sporis subtrigono-rotundatis, cuneiformibus 7-9 ≃ 4, e flavo-brunneis.

*Hab.* ad Populos italicas prope Gersthofen et prope Friedberg Bavariæ australis. — *H. lacrimabundo* affine.

24. **Hypholoma stuppeum** Berk. Fl. New. Zeal. p. 175. — Pileo car- 4195
noso, convexo expanso, squamis e pilis fasciculatis stuppeis strigoso; stipite basi incrassato, fibrilloso; lamellis umbrinis adnexis.

*Hab.* ad terram in Nova Zelandia (Colenso). — *H. lacrimabundo* affine.

25. **Hypholoma pyrotrichum** Holmsk. Ot. II, t. 35 (*Agar.*), Fr. in Vet. 4196
Ak. Förhandl. 1851, p. 48, Hym. Eur. p. 293, Cooke Ill. t. 514, *A. lacrimabundus* Bull. t. 525, f. 3, Krombh. t. 42, f. 12-16, *A. macrourus* Abbild. Schw. 3, A, *A. ignescens* Lasch n. 588, *A. velutinus* b, Fr. Epicr. p. 224. — Pileo subcarnoso, e conico hemisphærico, obtuso, fibrillis fulventibus, passim squamuloso-fasciculatis, subadpressis dense vestito, igneo-fulvo, carne cortinaque fulvis; stipite cavo, fibrilloso, fulvescente; lamellis adnatis, pallidis, dein brunnescentibus.

*Hab.* circa truncos arborum, in silvis frondosis et ad truncos Pini in Europa. — Pileus 7-8 cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus. Admodum spectabile, cæspitosum. Stipes fibroso-mollis, sæpe squamoso-squarrulosus; sporæ ovato-oblongæ, 11 ≃ 6, atræ.

26. **Hypholoma velutinum** Pers. Syn. p. 409, Secr. n. 399, Fr. Monogr. 4197
I, p. 424, Hym. Eur. p. 293, Cooke Ill. t. 563, Inzeng. t. 7, f. 2,

Berk. Outl. p. 170, t. 11, f. 2, *A. lacrimabundus* Bull. t. 194, Sow. t. 41, *A. purpureo-brunneus* Jungh. Linn. V, p. 404. — Pileo subcarnoso, e campanulato expanso, demum obtuse umbonato, levi, primo fibrillis adpressis tomentoso, dein glabrescente, hygrophano, carne tenuissima concolore; stipite cavo, fibrilloso-sericeo, sordide argillaceo; lamellis secedentibus, subconfertis, e fuscescente spadiceis, nigro-punctatis; sporis ellipsoideis, obliquis vel irregularibus, apiculatis, fuscis, impellucidis 9-10 ≃ 5; basid. 18-25 ≃ 7-8; cystid. 40 ≃ 9.

*Hab.* in plateis, ad vias etc. Europæ. — Pileus 6 cm. latus, stipes 10 cm. longus. Statura varium, sæpe giganteum, fragile. Pileus non squamosus, recens luridus, semisiccus fulvescens, siccus argillaceo-isabellinus. Abnormes lusus Schæff. tab. 34, Paulet t. 55, f. 1.

27. **Hypholoma hemisodes** Berk. Dec. n. 294. — Pileo semiovato sub- 4198
carnoso, fibrilloso, fulvo; stipite deorsum crassiore, flocculento, fistuloso; lamellis latis, truncato-adnexis, fusco-purpureis; sporis purpureo-brunneis.

*Hab.* in cumulis terreis Darjeeling Indiæ 2280 m. alt. (Hooker). — Inodorum, firmulum; pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus; caro alba, sub cuticula lutescens; stipes 5 cm. longus, 4 mm. crassus, fulvus, basi pallidior; lamellæ acie candidæ. Affine *H. velutino.*

28. **Hypholoma atrichum** Berk. Dec. n. 295. — Cæspitosum; pileo 4199
hemisphærico obtuse umbonato, glabro, pallido-luteo; umbone rufo; stipite rufescente, deorsum cavo; lamellis postice rotundato-liberis, atro-purpureis; sporis minute echinulatis.

*Hab.* in ligno fabrefacto et in solo Darjeeling Indiæ, 2100-2400 m. alt. (Hooker). — Odor debilis, sat persistens; pileus 8 cm. latus carnosulus; stipes 8 cm. vel ultra longus, 6-12 mm. crassus deorsum cavus sed non vere cavus; lamellæ potius angustæ. Affine *H. velutino*, sed distinguitur pileo glabro, lamellis angustis fragilibus stipiteque non manifeste fistuloso.

29. **Hypholoma castanophyllum** Berk. Dec. n. 296. — Pileo campa- 4200
nulato, carnosulo, sicco, glabro, margine lacerato; stipite glabro, æquali, fistuloso; lamellis latis, adnatis, castaneis; sporis echinulatis.

*Hab.* ad terram, Jillapahar Indiæ (Hooker). — Inodorum; pileus 6 cm. latus pallide purpureo-brunneus, versus marginem lutescente, carnosulus sed tenax; margo luteo-albus, excedens; stipes 8 cm. longus, 12 mm. crassus. summo pileo concolor rubescenti-albus

sicut caro pilei; lamellæ saturate castaneo-brunneæ. Affine *H. velutino.*

30. **Hypholoma melantinum** Fr. Monogr I, p. 425, Hym. Eur. p. 294, Ic. t. 134, f. 2. — Pileo submembranaceo, e campanulato demum explanato, umbrino, expallente, squamulis pilosis, innato-adpressis, nigris variegato; stipite fistuloso, fibrilloso-hispido, pallido; cortina fimbriata, fugaci; lamellis adnexis, ventricosis, pallide umbrinis. 4201

*Hab.* ad truncos cariosos Betulæ Europæ. — Eximie distinctum, solitarium, gracile; stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. crassus; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, fragilis; sporæ 6-7 ≃ 3-4.

31. **Hypholoma comaropsis** Mont. Syll. Crypt. n. 386. — Pileo ovoideo, carnoso, crasso, umbonato, ferrugineo-vaccino, squarrosulo; cortina alba contexta; stipite solido, flexuoso, æquali, concolori; lamellis didymis minoribus semilunaribus, majoribus postice rotundo-affixis, e purpurascente spadiceis; sporis oblongis, ferrugineo-fuscis, 7,5 μ. longis. 4202

*Hab.* in graminosis silvaticis, æstate, Columbus Amer. bor. (Sullivant), — Pileus $^1/_2$-2 cm. alt., $^1/_2$ cm. lat.; stipes 4-5 cm. long., 4-5 mm. cr.

****) *Flocculosa:* squamis floccosis, superficialibus, secedentibus.

32. **Hypholoma cascum** Fr. Epicr. p. 224, Monogr. I, p. 426, Hym. Eur. p. 294, Cooke Ill. t. 544, Rabenh. Crypt. p. 465, *A. macropus* Pers. Syn. p. 402. Cfr. Fr. Syst. Myc. I, p. 296, Secr. n. 384. — Pileo subcarnoso, ex ovali expanso, molli, glabrato, ruguloso, pallescente, disco obtuso levi; stipite cavo, æquali, fibrilloso, albo, subpruinoso; lamellis rotundato-adnexis, ventricosis, aridis, perlatis, e griseo nigro-fuscis. 4203

*Hab.* locis graminosis, sed in pineto-montanis, Europæ. — Gregarium, admodum fragile; stipes 8-10 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus 4-7 cm. latus, griseo-alutaceo-albicans; lamellæ 7 mm. latæ, acie albicantes.

33. **Hypholoma coriarium** Panizzi Comm. Critt. Ital. I, p. 173, Fr. Hym. Eur. p. 294. — Pileo subcarnoso, e convexo demum depresso, disciformi, floccoso-squamoso, glabrescente, argillaceo, centro obscuriore; stipite cavo, clavato, substriato, sericello; lamellis late rotundato-emarginatis, ex albido incarnatis, in ochraceum vergentibus. 4204

*Hab.* in cortice vaporariorum cæspitosum in Europa. — Velum fibrillosum, fugax. Præcipue insigne stipite sursum dilatato.

34. **Hypholoma intonsum** Passer. Fung. Parm. p. 82, Fr. Hym. Eur. 4205

p. 294. — Pileo subcarnoso, flocculoso-tomentoso, cortina membranacea reticulata appendiculato, patente; stipite cavo, albo, inferne glabriusculo, apice flocculoso, striato; lamellis adnatis, confertis, e roseo spadiceis, acie albo-crenulatis.

*Hab.* in Italia et Germania.

35. **Hypholoma Artemisiæ** Passer. l. c. p. 82, Fr. Hym. Eur. p. 294. — 4206
Pileo carnoso-membranaceo, e glandiformi expanso, flocculoso, margine subinvoluto, albo-cortinato; stipite fistuloso, crasso, albo, basi fibrilloso-floccoso, apice attenuato et striato; lamellis adnatis, confertis, ex albo fuscescentibus, acie integra alba.

*Hab.* in Italia. — Hoc et duo præcedentia videntur affinia.

36. **Hypholoma silvestre** Gill. Champ. de Franc. p. 568. — Pileo car- 4207
noso, tenui, conico, dein explanato, obtuso primo albido, mox squamis latis fibrillosis, brunneis vel nigrescentibus obsito, apice fuligineo margineque albo, prima ætate velo appendiculato; stipite fistuloso, cylindraceo, flexuoso, glabro, albo, apice subinde roseo tincto basique flavido maculato; carne alba, odore et sapore nullis; lamellis numerosis, basi rotundata latioribus, apice acutioribus, subtiliter denticulatis, adnatis, primo griseo-roseis, demum brunneolis.

*Hab.* ad terram in silvis, subcæspitose, in Gallia. — Pileus 5–7 cm. latus; stipes 7–10 cm. longus, 1 cm. crassus.

37. **Hypholoma hypoxanthum** Phill. et Plowr. in Grevillea. *H. Storea* 4208
*β. cæspitosum* Cooke Ill. t. 543. — Cæspitosum; pileo umbonato, udo, viscido, sordide albo, umbone obscuriore, brunneo, minutis fibrillis nigris evanescentibus squamuloso; stipite curvo, cavo, basi incrassato, albido, sursum glabro, deorsum floccoso-squamoso; lamellis purpureo-brunneis, confertis, angustis, acie candidis, adnatis, secedentibus, plerumque furcatis; sporis ovato-oblongis, 9–11 = 4–5.

*Hab.* in ligno fagineo emarcido et sub Fagis, Forres, High Beech, Epping Forest in Britannia. — Pileus circiter 5 cm. latus; stipes 5–10 cm. longus, 6 mm. crassus. Pileus, centro excepto, subcarnosus, umbone tenui carnoso. Cum *H. Storea* perperam confusum. Stipitis basis distincte luteo tincta; mycelium aurantio-rubrum.

38. **Hypholoma hirto-squamulosum** Peck 25 Rep. p. 79. — Pileo fir- 4209
mo, convexo vel expanso, piloso-squamuloso, hygrophano, udo griseo-brunneo, sicco brunneo; stipite curto, firmo, æquali, cavo, subtiliter piloso-squamuloso atque pileo concolore; lamellis angustis, versus stipitem rotundatis e griseo brunneis; sporis subellipsoideis, cymbiformibus, nucleatis, 6 $\mu$. long.

*Hab.* ad truncos dejectos Acerum in silvis, Portville Amer. bor. Statura $2^1/_2$ cm. metiens, pileus 12–20 mm. latus; stipes vix 2 mm. crassus. Pilei pili minuti aspectum fere similem *Armillariæ melleæ* conferunt.

*****) *Appendiculata*: pileo glabro, hygrophano. [Plures species Friesio ignotæ Auctorum fide receptæ].

39. **Hypholoma coronatum** Fr. Hym. Eur. p. 295, Ic. t. 134, f. 3. — 4210
Pileo submembranaceo, e convexo explanato, obtuso, glabro, subisabellino, centro obscuriore et maculis obscurioribus variegato, margine appendiculis dentiformibus albis coronato; stipite fistuloso, tenui, glabro, levi, albo; lamellis adnatis, confertissimis, linearibus, umbrinis.

*Hab.* ad radices Borassi flabelliformis in horto botanico Upsaliensi in Suecia, cæspitosum. — Species admodum pulchella, sed facies peregrina; stipes 4–5 cm. long., longitudinaliter facile fissilis; pileus 5 cm. latus, eximie horizontalis; lamellæ perangustæ, sub lente in carneo-purpureum vergentes.

40. **Hypholoma lanaripes** Cooke in Seem. Journ. 1866, p. 63, t. 3, f. 2. 4211
Brit. t. 1, f. 3, Ill. t. 545, Fr. Hym. Eur. p. 295. — Pileo submembranaceo, e campanulato expanso, glabro, diffracte squamoso, pallido, hygrophano; stipite cavo, subfibrilloso, albo, basi tomentoso, velo appendiculato, fugaci; lamellis adnatis, confertis, linearibus, ex albido purpureo-fuscis.

*Hab.* in ollis hortorum Britanniæ. — Præcedenti videtur affine. Pileus 4–8 cm. latus, disco fuscus, circa marginem purpurascens; stipes 5–8 cm. longus.

41. **Hypholoma Candolleanum** Fr. Syst. Myc. I, p. 296, Hym. Eur. 4212
p. 295, Pat. tab. 350, Cooke Ill. 546, Weinm. Ross. p. 249, Sommerf. Lapp. p. 264, Berk. Outl. p. 170, Kickx p. 175, Seyn. Montp. p. 81, Saund. et Sm. t. 34 infer., Fl. Dan. t. 774 optima, *A. violaceo-lamellatus* Dec. Fl. fr. 2, p. 143, *A. appendiculatus* Schum. — Pileo subcarnoso, e campanulato-convexo, explanato, obtuso, glabro, hygrophano; stipite cavo, fragili, subfibrilloso, albo, apice striato; lamellis rotundato-adnexis, confertis, e violaceo fusco-cinnamomeis.

*Hab.* ad terram in silvis frondosis cæspitosum in Europa, pr. Ssamodurowka in Sibiria in dumetis et ad terram ad frustula lignea humo obvoluta, North Greenbush et Greig Amer. fœder. — Colores, etiam lamellarum, e statu sicco et udo valde mutantur, ut pauca synonyma absolute erui possint. Cortinâ appendiculatâ et

lamellis primo violaceis hæc species facile dignoscitur; stipes 8 cm. longus, 4–8 mm. crassus, basi solidus, subincrassatus; pileus 5–11 cm. latus; sporæ 8 ≃ 4, albescens, vertice ochraceo, sed primitus spadiceus, carne albicante.

42. **Hypholoma violaceo-atrum** Letell. t. 701, Fr. Hym. Eur. p. 295. — 4213
Cæspitosum; pileo carnosulo, e conico expanso, umbonato, glabro, atro-violaceo; stipite fistuloso, levi, albido; lamellis adnexis, fusco-violaceis.

*Hab.* ad basim truncorum Galliæ. — A priore vix differt nisi pilei colore: forte tamen distinctum, quum simile non adsit inter plures prioris formas.

43. **Hypholoma appendiculatum** Bull. t. 392 (incl. præc.) (*Agar.*), Sow. 4214
t. 324, Fr. Hym. Eur. p. 296, Cooke Ill. 547, Pat. t. 349, Berk. Outl. t. 11, f. 3, Kickx p. 176, *A. stipatus* Pers. Syn. p. 423, Alb. et Schw. p. 206, Fr. S. M. l. c. incl. proximis. — Pileo carnoso-membranaceo, ovato-expanso, glabro, hygrophano, sicco rugoso, subatomato; stipite fistuloso, æquali, glabro, albo, apice pruinato; lamellis subadnatis, confertis, aridis, ex albido incarnato-fuscis; sporis ellipsoideis, utrinque obtuse rotundatis, pellucide fuscis, 6–8 ≃ 3–4.

*Hab.* ad truncos, præcipue Fagi, stipato-cæspitosum, in Europa et ad truncos vetustos Salicum à la Boca et à la Recoleta Argentinæ in Amer. merid. — Cortina præcedentis, quo longe tenuius, fragilius, lamellarum juniorum colore facile distinctum; pileus 4–7 cm. latus e spadiceo fulvus v. ochreo-pallescens, carne concolore; stipes 8 cm. longus, 4–7 mm. crassus.

44. **Hypholoma madeodiscum** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 88. — Pileo 4215
tenui, convexo, dein subplano, hygrophano, udo pallide castaneo vel rufo-brunneo, sicco griseo-cinnamomeo vel pallide ochraceo, disco rugoso; margine prima ætate subtiliter sericeo-fibrilloso; stipite æquali vel basi leniter incrassato, cavo, albo, subsericeo; lamellis confertis, leniter emarginatis, albidis, dein brunneis; sporis ellipticis 8,5–10 ≃ 6–6,5 brunneis.

*Hab.* ad truncos putrescentes, locis humidis M. Adirondack Americæ borealis. — Fungus 5–7,5 cm. altus; pileus 2,5–5 cm. latus; stipes 4–6 mm. crassus. Velum album, tenuissimum. Ab *Hyph. appendiculato* differt statura majori, pileo minus rugoso sporarumque magnitudine.

45. **Hypholoma subpapillatum** Karst. Hattsv. I, p. 501. — Cæspitosum; 4116
pileo carnoso-membranaceo, e glandiformi convexo, demum expanso, repando, glabro, papillis minutissimis confertissimis subscabro, badio

vel rufo-cinnamomeo, jove sicco ochraceo-pallescenti et rugoso, 5-6 cm. lato; stipite fistuloso, æquali, sericeo-nitente, pallescente, apice striato et pruinato, 4-6 cm. longo, 3-5 mm. crasso; lamellis rotundato-adnexis, confertis, aridis, e pallido sive lutescenti-pallido fuscis seu umbrinis; sporis ellipsoideis, fuscidulis (s. micr.), 5-6 ≃ 2,5-3.

*Hab.* in ligno vetusto Betulæ Mustiala in Fennia. — Ab *Hyph. appendiculato* pileo granulosello, subcinnamomeo, stipite pallido lamellisque e pallido umbrinis mox dignoscendum. Cortina appendiculata cito evanida.

46. **Hypholoma felinum** Pass. Fung. Parm. p. 82, *Ag. catarius* Fr. 4217
Hym. Eur. p. 296. — Pileo carnoso-membranaceo, ex hemisphærico expanso, glabro, hygrophano; stipite fistuloso, curto, tenui, nitidulo, albo, basi incrassato et albo-floccoso, apice striato; lamellis adnatis, ex albo fuscis.

*Hab.* in Italia bor.. — Stipes junior basi cingulo fugaci e cortinæ appendiculis protractis præditus.

47. **Hypholoma leucotephrum** Berk. et Br. n. 1256, Fr. Hym. Eur. 4218
p. 296, Cooke Ill. t. 548. — Cæspitosum; pileo carnoso-membranaceo, subcampanulato, dein convexo, rugoso, albido; stipite fistuloso, deorsum sericeo-fibrilloso, apice striato, velo amplo hinc inde appendiculato; lamellis adnexis, angustis, e cinereo-albido griseo-nigris; sporis fusco purpureis, 7 ≃ 5.

*Hab.* ad basim truncorum Angliæ, quam maxime cæspitosum. — Stipes 10 cm. longus, 10 mm. crassus; pileus 8 cm. latus; lamellæ 3 mm. latæ.

48. **Hypholoma egenulum** Berk. et Br. n. 915, Cooke Ill. t. 605, Fr. 4219
Hym. Eur. p. 296. — Pileo carnosulo, ex hemisphærico expanso, levi, subverniceo, hyalino-albo, sicco niveo, margine striatulo; stipite fistuloso, adpresse squamuloso; lamellis adnatis, dente decurrentibus, umbrino-purpureis; sporis fusco-purpureis.

*Hab.* ad terram locis graminosis Angliæ. — Stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus; pileus 4 cm. latus.

49. **Hypholoma piluliforme** Bull. t. 112 (*Agar.*), Dec. Fl. fr. II, p. 201, 4220
Fr. Monogr. I, p. 428, Fr. Hym. Eur. p. 296. — Pileo submembranaceo, e globoso expanso, obtuso, levi, glabro, udo fusco, sicco sordide ochraceo; stipite fistuloso, glabro, albo; cortina telosa, primo annulata; lamellis adnexis, secedentibus, tenuibus, albis, fuscescentibus.

*Hab.* ad truncos arborum muscosos Europæ, raro. — Ob lamel-

las iconis albas ad Leucosporos fuit relatum. Ab *H. appendiculato* differt statura pumila, fere *Psath. disseminatæ*, lamellis numquam in carneum vergentibus.

50. **Hypholoma hydrophilum** Bull. t. 511, (*Agar.*), Secr. n. 401, Fr. 4221
Monogr. I, p. 427, Hym. Eur. p. 333 (sub *Bolbitio*), Cooke Ill. t. 605, Berk. et Br. n. 1126, Saund. et Sm. t. 24, Seyn. Montp. p. 80, *A. curvatus* Weinm. p. 248 Cfr. *Ps. spadiceæ*. — Pileo carnoso-membranaceo, e convexo expanso, subrepando, rugoso, spadiceo, hygrophano, disco levi, margine subinfracto; stipite fistuloso, adpresse fibrilloso, pallescente, apice obsolete farinulento; lamellis adnexis, ventricosis, confertis, plorantibus, fusco-cinnamomeis; sporis ferrugineis, 7-8 ≃ 3-4; basid. 22-24 ≃ 3-5; cystid. 54-75 ≃ 18.

*Hab.* inter folia decidua, circa truncos in Europa, valde cæspitosum. — Cortina admodum fugax, sæpe nulla; pileus circiter 4 cm. latus siccus fulvescens; stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. crassus. Ob velum obsoletum ad *Bolbitium* accedit.

51. **Hypholoma sublentum** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 60. — Pi- 4222
leo carnoso, tenaci e campanulato-convexo expanso, obtuso, repando, marginem versus leviter ruguloso, levi, demum sæpe rimoso, glabro, primitus velo circa marginem sericeo, hygrophano, fuligineo-rufescente seu brunneo, sicco expallente subalutaceo; stipite fibroso, cavo, æquali sericeo-levigato, albo; velo in telam margine pilei adhærentem contexto, fugaci; lamellis adnatis, confertis, linearibus expallentibus albido-subpurpurascentibus, fuscis, acie albicantibus flocculosisque crenulatis; sporis ellipsoideis, utrinque obtusis, uniguttulatis, flavis diaphanisque, 8-10 ≃ 4-5; odore fungino, sapore nullo.

*Hab.* in Fennia. — Pileus circiter 7 cm. latus; stipes usque ad 5 cm. longus, 5 mm. ad 1 cm. crassus.

52. **Hypholoma squalidellum** Peck 29 Rep. p. 40. — Pileo tenui, sub- 4223
conico, convexo vel subcampanulato, in senectute expanso, glabro, hygrophano, sicco ochraceo-luteo, udo obscuriore et striatulo, in senectute squalido atque ob sporas maculato; stipite gracili, farcto, fibroso, subflexuoso, rubescenti-brunneo; lamellis latis, laxis, postice rotundatis ex albido purpureo-brunneis, acie albidis; sporis ellipsoideis, purpureo-brunneis, 9-10 μ. long.

*Hab.* ad terram humidam ad et iuxta vias silvarum, Greig Amer. fœder. — Gregarium, 2½-5 cm. altit.; pileus 12-25 mm. latus; stipes 2 mm. crassus. Pluries occurrit forma minor pileo gibboso vel late umbonato.

53. **Hypholoma saccharinophilum** Peck 25 Rep. p. 78. — Pileo ovato 4224
vel hemisphærico, demum convexo, glabro, hygrophano, pallide alutaceo; stipite æquali, farcto, apice pruinoso, substriato, albo; lamellis confertis, angustis, versus stipitem rotundatis, pallidis, tandem roseo-brunneis; sporis ellipsoideis, nucleatis, 8 $\mu$. long.

*Hab.* ad basim muscosam Aceris saccharini, North Elba Amer. fœder. — Cæspitosum, 5 cm. altit.; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 4 mm. crassus.

54. **Hypholoma hymenocephalum** Peck 31 Rep. p. 34. — Pileo tenui, 4225
fragili, e campanulato expanso, plerumque umbonato, hygrophano, udo brunneo striatuloque, sicco pallido vel albido radiatimque ruguloso, subatomato, velo albido appendiculato, mox evanido; stipite gracili, fragili, cavo, striato atque subtiliter apice farinoso, albo; lamellis angustis, confertis, fusco-brunneis; sporis ellipsoideis, brunneis, 8 ≃ 4.

*Hab.* ad terram sub Alnis in montibus Adirondack Amer. bor. — Statura 8-11 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 2-3 mm. crassus. In sectione Appendiculatorum certe collocandum. Pilei stipitisque fragilitate singulare.

55. **Hypholoma phyllogenum** Peck 26 Rep. p. 60. — Pileo firmo, con- 4226
vexo, plerumque leviter umbonato, hygrophano udo rubescenti-brunneo, sicco alutaceo; stipite æquali, fibrilloso, farcto vel cavo, basi in discum planum tenuem dilatato; lamellis planis, latis, confertis, brunneis, acie candidis; sporis pallide brunneis, subglobosis, 5 $\mu$. diam.

*Hab.* ad folia dejecta in silvis, Worcester Amer. fœder. — Statura 16-25 mm. adæquans; pileus 4-8 mm. latus, stipes 1 mm. crassus. Minima sed distincta species notatu digna ob basim discoideam qua foliis adhæret.

56. **Hypholoma incertum** Peck 29 Rep. p. 40. — Pileo fragili, con- 4227
vexo vel subcampanulato, demum expanso, hygrophano, sæpe radiato-plicato, albido disco lutescenti, margine tenui plerumque purpureo picto, sæpe undulato, veli albi, flocculenti, fugacis fragmentis ornato; stipite æquali, stricto, cavo, facile rimoso, albido, pruinoso vel subtiliter apice furfuraceo; lamellis confertis, angustis ex albido roseo-brunneis, acie sæpe irregularibus.

*Hab.* ad terram inter frutices, Green Island et Sandlake Amer. bor. — Gregarium vel subcæspitosum, 5-8 cm. altum; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 2-4 mm. crassus.

57. **Hypholoma condensum** Berk. Dec. n. 297. — Pileo semiovato, ob- 4228

tuso, pallide vinoso; stipite elongato, flexuoso, concolore, fistuloso, velo fugacissimo appendiculato; lamellis postice rotundatis adnexis; sporis minutis, glabris.

*Hab.* ad terram, Darjeeling Indiæ (Hooker). — Inodorum, dense cæspitosum; pileus circiter $2^1/_2$ cm. latus, fragilis, pallide e griseo purpureo-brunneus; caro umbrino-brunnea; stipes 8-10 cm. longus, 4 mm. crassus; velum candidum; lamellæ rubro-umbrinæ. Stricte affine *Hyphol. hydrophilo*, sed forma et colore diversum, lamellis haud ventricosis, immo arcuatis posticeque latioribus.

**PSILOCYBE** Fr. Syst. Myc. I, p. 289 (Etym. *psilos* nudus et *cybe* caput seu pileus). — Velum nullum manifestum, saltem haud contextum. Stipes subcartilagineus, rigidus vel tenax, tubulosus, tubo cavo farctove, sæpe radicans. Pileus plus minus carnosus, glaber, margine primo incurvo. Lamellæ fuscescentes vel purpurascentes non decurrentes.

I. Tenaces. Velum accidentale, raro conspicuum. Stipes callosus, flexilis, sæpius coloratus. Pileus pelliculosus, jove udo sæpius viscidulus, subexpallens. Color pilei lætus.

*) Lamellis ventricosis.

1. **Psilocybe sarcocephala** Fr. Monogr. I, p. 429, non Epicr., Hym. Eur. p. 297, Ic. t. 135, f. 1, Cooke Ill. t. 567. — Pileo carnoso, compacto, e convexo expanso, obtuso, levi, sicco, ferrugineo-pallido; stipite robusto, e farcto cavo, albido, apice albo-farinoso; lamellis adnatis, perlatis, haud confertis, incarnato-cinereis, dein sporisque 10 $\mu$. longis, subfuligineis. 4229

*Hab.* locis graminosis in silvis Europæ copiose lecta Holmiæ. — Species nobilis, princeps hujus sectionis, pileo compacto ab omnibus distincta. Variat simplex, robusta, major et cæspitosa, stipite tenuiore flexuoso. *A. sarcocephalus* Fr. Ep. est forma dubia, delenda, potius *Ps. udæ* forma. — ***Ps. Cookei** Sacc. Cfr. Cooke Ill. t. 620 (*A. sarcoceph.*): pileo majore, ochraceo, demum umbilicato, 7-9 cm. lato, radiatim rivuloso; lamellis demum fusco-fuligineis; sporis ovato-oblongis 10-11 = 4-5, fuligineis. Ad truncos Kenilworth Britanniæ.

2. **Psilocybe albo-quadrata** Berk. in Ann. Nat. Hist. 1885, p. 386. — Cæspitosa; pileo late campanulato, gibbo, albo-tessulato; stipite candido, fistuloso; lamellis pallidis, utrinque acutis, subliberis. 4230

*Hab.* in Zanzibar. — Affinis *Ps. sarcocephalæ*. Pileus, 2,5 cm. lat. facile fissilis; stipes 3,5-4 cm. long.

3. **Psilocybe tædiosa** Kalch. in Grevillea IX, p. 17. — Pileo carnoso, e convexo-plano, obtuso vel vertice depresso-brunneo; stipite gracili, cavo pallidiori; lamellis adnatis, ventricosis, subconfertis, fuligineis; sporis ovatis 12 ≃ 9. 4231

*Hab.* ad terram Natal ad Inanda Africæ (Wood). — Pileus 2, 5-5 cm. latus; caro pilei 5-7 mm. crassa; stipes 10-13 cm. longus, 2-4 mm. crassus. *P. sarcocephalæ* Fr. proxima at multo tenerior stipiteque haud robusto distincta.

4. **Psilocybe pertinax** Fr. Monogr. I, p. 429, Hym. Eur. p. 297, Ic. t. 135, f. 2. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, reticulato-rugoso, obscure brunneo, disco levi; stipite cavo, striato fibrilloso-que, pallido; lamellis adnatis, lanceolatis, confertis, ferrugineo-brunneis; sporis copiosis, valde obscuris, supra pileum fere olivaceo-fuliginosis, nigricantibus. 4232

*Hab.* loco udo inter folia delapsa pinea prope Upsaliam in Suecia. — Species nobilis, sed admodum rara; stipes 5-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus, late cavus, pariete interno cartilagineo.

5. **Psilocybe nemophila** Fr. Hym. Eur. pag. 297. — Pileo carnoso, convexo, obtuso, glabro, levi, lateritio, circa marginem incurvum pallidiore; stipite solido, nudo, pallidiore, inferne fusiformi-attenuato, lateritio; lamellis longe decurrentibus, angustissimis, pallidis, brevioribus, crispato-dentatis. 4233

*Hab.* ad terram Galliæ sub vetustis arboribus (P. Alexandre). — Species typi peculiaris, habitu *Coll. fusipedis*, sed sporæ griseo-violaceæ.

6. **Psilocybe atro-brunnea** Lasch n. 450, Erb. Critt. Ital. n. 327, Fr. Hym. Eur. p. 207. — Pileo carnoso, tenui, campanulato-convexo, umbonato, levi, subbrunneo; stipite farcto, longo, fibrilloso, apice albo-farinaceo; lamellis adnexo-secedentibus, subdistantibus, brunnescentibus. 4234

*Hab.* in paludosis inter Sphagna, in Markia frequens. — Subtenax. Stipes 8-14 cm. longus, 4-5 mm. crassus, pileo dilutior; pileus 4-6 cm. latus; lamellæ crassiusculæ, latæ; sporæ 9-12 ≃ 5-6.

7. **Psilocybe ericæa** Pers. Syn. p. 413 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 291 (non Secr.), Weinm. pag. 254, Berk. et Br. n. 149, Cooke Ill. t. 568, Hym. Eur. p. 298, Ic. t. 136, f. 1. — Pileo carnoso, tenui, e conico-convexo explanato, levi, glabro, udo viscidulo, sicco nitente; 4235

stipite subcavo, elongato, tenaci, pallido; lamellis adnatis, latis, planis, e pallido nigris.

*Hab.* in montosis ad terram locis humidis Europæ, Australiæ et Africæ austr. copiose, vulgo catervatim. — Major, 8-11 cm. altus, pileo 2-3 cm. lato, ferrugineo-fulvo; sporis 8-10 ≃ 5. [Schaeff. t. 210 habitum refert, sed pileo squamoso valde aliena].

8. **Psilocybe subericæa** Fr. Ic. sel. n. 367, t. 136, f. 2, Cooke Ill. t. 588, *Ag. clivulorum* Letell. t. 676. — Pileo carnosulo, convexo, dein explanato, levi, glabro, fulvo; stipite fistuloso, glabro, demum flavescente; lamellis sinuatis, adnexis, latis, pallidis, dein nigrescentibus; sporis ovato-oblongis, fuscis, 12-14 ≃ 6. 4236

*Hab.* in campis prope Chester Britanniæ et in Suecia. — A typica *Ps. ericæa* differt stipite breviori, 4-5 cm. long., pileo dilatato, 5 cm. lat. et fulvo.

9. **Psilocybe lysiophylla** Fr. Linn. V, p. 510, Epicr. p. 227. — Pileo carnoso, tenui, planiusculo, levi, glabro; stipite farcto, levi, æquali, subvelutino; lamellis liberis subventricosis, nigricantibus. 4237

*Hab.* ad terram in Brasilia Amer. australis. — Similis *Psilocybæ ericæcæ*, pileo aurantio-fulvo at lamellis liberis diversa; stipes in sicco fragilis.

10. **Psilocybe dichroa** (Pers.) Karst. Hattsv. I, pag. 504, *A. dichrous* Pers. Syn. p. 343, *A. ericæus* b. Fr. Syst. Myc. I, p. 291, *Ag. ericæus* b, *minor* Weinm. Hym. et Gast. pag. 255. — Pileo e conico-campanulato convexo, subumbonato, carnoso-membranaceo, margine striatulo, glabro, subviscidulo, nitidulo, spadiceo, cælo sereno fere alutaceo, 2,5-3,5 cm. lato; stipite deorsum leniter incrassato, fistuloso, e pallido fuscescente sericeo, circiter 7 cm. longo, apice 2-3, inferne 3-4 mm. crasso; lamellis adfixis, subconfertis, ventricosis, latis fusco-purpurascentibus, acie albidis. 4238

*Hab.* in terra humida turfosa prope pagum Kuusto par. Tammela fine m. Sept. — Var. **tenuior** Karst. l. c.: a typo magnitudine minori (pileo circiter 1 cm. lato; stipite 5-6 cm. longo, 2 mm. crasso), stipite æquali, pileo ad medium striato lamellisque fuscis vel demum umbrinis differens. Supra Hypna acervata in Syrjöas Fenniæ.

11. **Psilocybe uda** Pers. Syn. p. 414 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 292 cum syn., Hym. Eur. p. 298, Cooke Ill. t. 569, Kickx p. 177. — Pileo carnoso, tenui, convexo-plano, sicco, ruguloso, expallente; stipite elongato, tenui, tenaci, fibrilloso, deorsum ferrugineo; lamellis adfixis, ventricosis, laxis, ex albido purpurascentibus; sporis oblongatis, 4239

utrinque attenuatis, flavescentibus, 16-20 ≃ 7-9 (Karst.) v. 10 ≃ 5 (Cooke).

*Hab.* in paludibus turfosis Europæ et Afric. austr. frequens. — Pileus 1-2½ cm. latus, testaceo-fulvus, expallens, non hygrophanus; stipes 5-8 cm. longus. Exstat var. pileo submembranaceo, acute conico, fulvo, lamellis flavo-lividis i. e. substerilibus, in sphagnosis. — ***Ps. Polytrichi** Fr. Obs. I. p. 51, Hym. Eur. p. 298, Weinm. p. 255: pileo carnosulo, e campanulato-convexo plano-depresso, levi, glabro, sicco, circa marginem albicante; stipite elongato, flexuoso, glabro, pallide fulvente; lamellis adnato-ventricosis, demum decurrentibus, distantibus, albido-nebulosis. Locis similibus, inter Polytricha. Prioris filia, sed facile differt pileo pallide flavo albicante, lamellis demum decurrentibus, haud purpurascentibus, sæpe virentibus. — ***Ps. elongata** Pers. Ic. descr. t. 1, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 298: pileo submembranaceo, campanulato-convexo, udo striato, livido- v. virenti-flavo, sicco levi, flavescente. Inter Sphagna in pineto-montanis.

12. **Psilocybe delita** Britz. Derm. et Mel. p. 172, f. 20-33. — Pileo 4240
hemisphærico, medio acute papillato, flavido, marginem versus brunneo-nigrescente; stipite hinc inde flexuoso, cavo; lamellis primo dilute rufo-griseis, dein obscurioribus, atro-rufis acieque pallida, haud confertis, subadnatis, ventricosis; sporis oblongis, 12-4 ≃ 6-8.

*Hab.* in silvis prope Anhausen Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 11 cm. longus, 3 mm. circ. latus. Forte ad *Psilocybem udam* ducenda.

13. **Psilocybe elongatipes** Peck 29 Rep. p. 40. — Pileo tenui e con- 4241
vexo expanso, glabro, udo, luteo; stipite elongato, subfragili, flexuoso, æquali, farcto vel cavo, vulgo sericeo fibrilloso, pallido v. rufo; lamellis subdistantibus, latis, planis, demum ventricosis, lutescentibus, demum brunneis, vulgo acie albidis; sporis brunneis, ellipsoideis, 10-13 μ. long.

*Hab.* inter Sphagna in paludosis et uliginosis in silvis, Greig Amer. fœder. — Statura 8-13 cm. metiens; pileus 12-20 mm. latus; stipes 2 mm. crassus. Affinis videtur *Ps. elongatæ*. In juventute velum subtile manifeste adest.

14. **Psilocybe corneipes** Fr. Monogr. II, p. 304, Hym. Eur. p. 298, 4242
Ic. t. 136, f. 3. — Pileo carnosulo, e campanulato convexo, glabro, badio, margine striato; stipite fistuloso, corneo, rigido, nitido, glaberrimo, badio-nigricante; lamellis adnatis, postice latissimis, subdistantibus, ex albido nebuloso-fuscescentibus.

*Hab.* in silvis densis udis Europæ. — Species distinctissima, stipite *Myc. cohærentis* ab omnibus dignoscenda.

15. **Psilocybe areolata** Klotzsch in Hook. Engl. Fl. V, p. 112, Fr. Hym. Eur. p. 298, Cooke Ill. t. 570, Luc. Suit. Bull. t. 140. — Pileo carnosulo, convexo, minute fibrilloso, cuticula in areolas quadratas rupta, ochraceo fuscove; stipite fistuloso, fibrilloso, basi subincrassato, sordide albo; lamellis adnatis, stillantibus, ex umbrino nigricantibus; sporis 12–14 ≃ 8–9. 4243

*Hab.* in hortis Scotiæ et in silva Groenendael prope Bruxelles in Belgio (Dom. Bommer et Rousseau). — Species quoad affinitatem haud clara. Adesse dicitur velum fibrillosum, membranaceum; stipes 5–8 cm. longus, 6 mm. crassus; pileus 4–8 cm. latus; lamellæ 4–6 mm. latæ.

16. **Psilocybe Sullivantii** Mont. Syll. Crypt. n. 387. — Pileo carnoso, convexo-hemisphærico, amplo, e carneo-fulvo rufescente, verrucis sericeis conicis fuscellis toto exasperato, margine expanso (exsiccatione involuto) fusco-liturato (lituris flexuosis radiantibus ramosis pulchre variegato); stipite crasso, inferne incrassato, suboblongo, fusco-verrucoso, sursum nudo, intus cavo; lamellis postice latis, convexis, polydymis, fusco-purpurascentibus tandem nigrescentibus, stipiti secedenti-affixis; sporis (quaternatis) fuscis amygdaliformibus, fere 10 μ. long. 4244

*Hab.* in terra nuda prope Columbum, provinc. Ohio Amer. bor. (Sullivant). — Species perpulchra ad *Pilosacen* accedens; pileus 11–12 cm. lat.; stipes 10 cm. long.

17. **Psilocybe canificans** Cooke in Grevillea 1885, p. 1. Ill. t. 621, *Agaricus areolatus* Sm. in Mus. Brit. — Gregaria; pileo campanulato, dein expanso, vix umbonato, disco carnoso, levi, obscure brunneo, apice ferrugineo, toto stipiteque pilis subtilibus sparsis albis apice evanescentibus obsito, velo albo, fibrilloso, primo margine pilei adhærente; stipite concolori, subæquali, farcto, basi obscurissimo; carne pilei pallida, stipitis rufescente, deorsum sensim fuscescente; lamellis latis, adnatis, ventricosis sordide umbrinis; sporis ellipticis, 12–17 ≃ 8. 4245

*Hab.* in stramine putrescente Stoke Newington (W. G. Smith). — Pileus circ. 3,5–4 cm. latus; stipes 7,5 cm. longus, 6–8 mm. crassus.

18. **Psilocybe agraria** Fr. Monogr. II, p. 304, Berk. et Br. n. 1257, Hym. Eur. pag. 299, Ic. t. 137, f. 1, Cooke Ill. t. 622. — Pileo carnosulo, e convexo explanato, glabro, albo nec hygrophano; sti- 4246

pite fistuloso, glabro, æquali, velo nullo; lamellis obtuse adnatis, subdistantibus, linearibus, albis, demum fuscis.

*Hab.* in agris argillaceis; ad basim truncorum in Anglia. — Singularis in hac stirpe colore opaco albo, siccitate cinerescente; stipes 4-5 cm. longus, 2-4 mm. crassus; pileus $2^1/_2$ cm. et ultra. Caveas, ne e lamellis albis Leucosporam fingas.

19. **Psilocybe scobicola** Berk. et Br. Ann. N. H. n. 1769, Cooke Ill. t. 607. — Pileo convexo, umbilicato, candido, glabro; stipite fibrilloso, subæquali vel apice dilatato, fistuloso; lamellis latis adnexis. 4247

*Hab.* ad ramenta, Glamis Britanniæ. — Pileus (ex ic. cit.) 2-3 cm. lat., sordide albus; stipes 2-3 cm. long., 3-5 mm. cr., concolor; lamellæ carneo-fuscæ; sporæ ignotæ.

20. **Psilocybe chondroderma** B. et Br. Ann. N. H. n. 1538, Grev. V, p. 3, Cooke Ill. t. 606 *A*. — Pileo campanulato, carnoso, margine appendiculato excepto, omnino glabro, levi, lateritio-brunneo, hinc illinc rimuloso; stipite subæquali, fistuloso, pallidiori, basi squamuloso; lamellis ventricosis affixis, secedentibus, acie alba; sporis suboblongis, atro-purpureis, $7 \simeq 3{,}5$. 4248

*Hab.* in pinetis Glamis Britanniæ. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes circ. 5 mm. crassus, basi 6 mm. crassus.

21. **Psilocybe limophila** Peck 30 Rep. p. 42. — Pileo tenui, convexo, demum expanso, fragili, atomaceo, radiatim ruguloso, sæpe margine rimoso atque plerumque in areas secedente; stipite æquali, apice striato subtiliterque farinoso, cavo, curto, albo; lamellis latiusculis, laxis, albidis vel pallidis, inde purpureo-brunneis; sporis ellipsoideis, $10\text{-}13 \simeq 5\text{-}6$. 4249

*Hab.* in limo alluviali sub Salices, Green Island Amer. fœder. — *Hyph. incerto* affinis sed velo minus evoluto, lamellis distantioribus sporisque latioribus.

22. **Psilocybe atomatoides** Peck 29 Rep. p. 41. — Pileo tenuiusculo, fragili, convexo vel subcampanulato, demum expanso, rugoso-plicato, subhygrophano, particulis minutis nitentibus velique albi floccosi fugacis reliquiis adsperso, griseo vel ochraceo-brunneo, interdum roseo picto; stipite æquali, cavo, ætate juvenili squamis minutis floccosis vestito, apice pruinoso, albido; carne cinerea; lamellis latiusculis, subventricosis, postice rotundatis, e cinereo fusco-brunneis; sporis subellipsoideis, nigrescenti-brunneis, $6\text{-}7 \simeq 4$. 4250

*Hab.* ad terram et ad ligna cariosa sub Pinus, West Albany Amer. fœder. — Statura 4-5 cm. metiens; pileus 16-24 mm. la-

tus; stipes 2 mm. crassus. Valde udo iove, pileus aquosus sed mox siccus; sporæ acervatim subnigræ, nihilominus species ad Psilocybearum fragilium tribum tute referenda.

23. **Psilocybe palmigena** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 292. — 4251
Gregaria; pileo hemisphærico, albo, demum plano, fusco, tenui, subviscido, glabro; stipite ex albo helvolo, fistuloso, glabro, basi strigoso; lamellis latis, liberis, fuscis; sporis purpureo-brunneis.

*Hab.* ad truncos Palmarum in silvis Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 8 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, vix 1 mm. crassus.

24. **Psilocybe agnata** Britz. Derm. et Mel. p. 175, f. 68. — Pileo 4252
obtuse clavato, dein subexpanso, medio flavido, marginem versus dilute griseo-brunneo, opaco, ceraceo; stipite albido, cavo, aqua repleto; lamellis adnatis, denticulo subdecurrentibus, brunneo-violaceis, demum atro-violascentibus; sporis oblongis, plerumque apicibus acuminatis, 10–12 ≃ 6.

*Hab.* in agris Bavariæ australis. — Pileus 3,5 cm. latus; stipes usque ad 12 cm. longus, 3 mm. crassus.

25. **Psilocybe insiliens** Britz. Derm. et Mel. p. 173, f. 51. — Pileo 4253
udo brunneo-griseo, sicco sordide ex albido flavescente, convexo dein expanso, medio umbonato; stipite filiformi molli, sursum pallide, deorsum obscure brunneo; lamellis adnatis, subventricosis, subdistantibus, griseo-brunneis; sporis oblongis, utrinque acutis, 8 ≃ 4.

*Hab.* in culmis emortuis Bavariæ australis. — Pileus 2-3 cm. circ. latus; stipes 4 cm. longus, 1,5-2 mm. crassus.

26. **Psilocybe discordans** Britz. Derm, et Mel. p. 173, f. 36. — Pi- 4254
leo subviscoso, campanulato, dein expanso medioque umbonato, margine lamellas pellucidas ostendente, flavo-rufulo; stipite pileo pallidiori, fibrilloso, farcto; lamellis late adnatis, griseo-brunneolis, confertiusculis; sporis oblongis, utrinque obtusis, 12 ≃ 7-8.

*Hab.* ad fimum equinum prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 1 cm. et ultra latus; stipes 3,5 cm. longus, circ. 1 mm. crassus.

27. **Psilocybe testaceo-fulva** Britz. Derm. et Mel. p. 173, f. 116. — 4255
Pileo hygrophano, hemisphærico, medio umbonato-compressulo, demum expanso, sicco flavo, udo brunneo-flavescente; stipite brunneo-rufo, subinde fibrilloso, cavo; lamellis confertiusculis, rufo-brunneis, griseo violascentibus, adnatis; sporis oblongis, utrinque obtusis, 8-10 ≃ 4.

*Hab.* in silvulis Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 5 cm. et ultra longus, 2 mm. crassus.

28. **Psilocybe rhodophæa** Mont. Syll. Crypt. n. 389. — Pileo sub- 4256
membranaceo, hygrophano, convexo-expanso, nudo, glabro, erubescente; stipite procero, flexuoso, fistuloso, concolori; lamellis convexis, distantibus, attenuato-adnexis, e roseo fusco-nigricantibus; sporis maximis, ellipticis, fuscis, 16,5 ≃ 7,5.

*Hab.* in foliis in terram delapsis persistens, Columbus Amer. bor. (Sullivant). — Pileus 1,5 cm. lat.; stipes 7-9 cm. long., 1-1,5 mm. cr.; lamellæ 2,5 mm. latæ.

**) Lamellis sublinearibus, adscendentibus.

29. **Psilocybe tegularis** Schum. in Fl. Dan. t. 1958 Fr. S. M. I. p. 294, 4257
Hym. Eur. p. 301. — Pileo carnosulo, e glandiformi campanulato, glabro, areolato-rimoso; stipite farcto, a basi incrassata sursum attenuato, pallido; lamellis attenuato-adnexis, adscendentibus, confertis, fuscescentibus.

*Hab.* locis graminosis Daniæ. — Pileus 2½ cm. latus, 18 mm. altus; stipes 6 cm. longus, apice 2 mm. crassus. Firmior, carnosior; color alutaceus. Affinitate dubia, ob marginem in icone rectum forsan potius *Psathyra*.

30. **Psilocybe ammophila** Dur. et Lév. Expl. scient. Alg. t. 31, Seyn. 4258
Montp. p. 79, Cooke Ill. t. 606, Fr. Hym. Eur. p. 299. — Pileo subcarnoso, ex hemisphærico umboniformi; stipite demum molli, cavo, ad dimidium in arena demerso, basi clavata; lamellis subangustis, sinuato-adnexis vel dente subdecurrentibus, fumosis, e sporis nigro-pulverulentis; sporis 32 ≃ 23.

*Hab.* in sabulo maritimo in Algeria, ad Monspelium Galliæ, inter cæspites Elymi arenarii Ostenda in Belgio et sabulo St. Andrews Britanniæ. — Pileus 3-4 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus. Ob lamellas subangustas sinuatas huc spectat potius quam ad *Deconicam*, ubi locavit cl. Fries. Icon cl. Bern. in Roch. t. XXV, f. 4-5 videtur satis recedens. Affinitas adhuc incerta, sed stipitis basi demersa clavataque species insignis.

31. **Psilocybe comta** Fr. Hym. Eur. p. 301, Cooke Ill. t. 589, *A.* 4259
*A. comtulus* Berk. et Br. n. 917, t. 14, f. 4, non Fr. — Pileo submembranaceo, e conico expanso, striato, maculis nitentibus adsperso, e pallido ochraceo, margine subcrenulato; stipite fistuloso, flexuoso, levi, sericeo-nitente; lamellis adnatis, adscendentibus, distantibus, roseo-umbrinis; sporis umbrino-fuscis.

*Hab.* in silvis locis graminosis Angliæ et in silva Groenendal prope Bruxelles in Belgio (Dom. Bommer et Rousseau). — Stipes 5 cm. longus, 2-3 mm. crassus; pileus $2\frac{1}{2}$-4 cm. latus.

32. **Psilocybe callosa** Fr. Obs. II, p. 180, S. M. I, p. 292 (incl. sq.), 4260
Hym. Eur. p. 301, Weinm. p. 256, Kickx p. 178, Buxb. C. IV, t. 15, f. 1, Pers. M. E. 3, t. 27, f. 3, *B.* stipite elongato, flexuoso. — Pileo carnosulo, conico-campanulato, obtuso, levi, glabro, sicco; stipite fistuloso, tenaci, æquali, glabro, pallido; lamellis adnatis, adscendentibus, ventricosis, fuligineo-nigris.

*Hab.* in graminosis ad vias in Europa et ad terram et in fimo bovino prope Minussinsk in Sibiria. — Pileus $1\frac{1}{2}$-2 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus; parva, gregaria, tenax, pileo albo, lutescente, livido etc. varians.

33. **Psilocybe semilanceata** Fr. Obs. II, p. 178, Hym. Eur. p. 301, 4261
Gill. C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 572, Sowerb. t. 248, f. 1-3, Weinm. n. 414, b. Secr. n. 365, Berk. Outl. p. 172, Lasch n. 445. — Pileo submembranaceo, acute conico, fere cuspidato, humido viscoso, striatulo; stipite medullato, tenaci, flexuoso, glabro, pallido, subcortinato; lamellis adnexis, adscendentibus, purpureo-atris; sporis dilute fuscis ellipsoideis, 9-16 ≃ 6-9.

*Hab.* ad vias, inter gramina stercorata in Europa et Africa austr. — Pileus 14 cm. latus, 5 mm. altus; stipes 11 cm. longus; sporæ sec. Cooke, 10-12 ≃ 6. — Var. **cærulescens** Cooke Ill. t. 573: pileo obtusiusculo, stipite basi subcærulescenti, sporis 10-12 ≃ 6. In pascuis Britanniæ. Pileus luteus, virescens etc., pellicula facile secedente; margo primo infractus et substantia tenax a Galeris separant.

34. **Psilocybe cærulipes** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 89. — Pileo te- 4262
nui, subcampanulato, dein convexo obtusoque vel subumbonato, glabro, hygrophano, viscidulo, aquose brunneo, udo, margine striatulo, sicco flavescente vel subochraceo, disco sæpe brunneo; stipite gracili, æquali, flexuoso, tenaci, cavo vel medulla secernibili farcto, subtiliter fibrilloso, apice pruinoso, cæruleo, subinde apice albido; lamellis primo adscendentibus, confertis, adnatis, griseo-cinnamomeis, dein ferrugineo-brunneis, acie alba; sporis ellipticis 7-10 ≃ 4-5.

*Hab.* ad ligna putrescentia South Ballston Americæ borealis. — Fungus solitarius vel cæspitosus, 2,5-4 cm. altus; pileus 1-2 cm. circ. latus; stipes 2 mm. crassus.

35. **Psilocybe subviridis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 292. — Pi- 4263

leo umbonato depresso glabro, subviridi, umbone fusco; stipite gracili, fistuloso, glabro, basi plus minus tomentoso; lamellis confertis, angustis, adnatis; sporis purpureo-brunneis.

*Hab.* in ligno carioso Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. latus, luteo-viridis, pellucidus; margo incurvus; stipes 4-5 cm. longus, 1 mm. crassus.

II. RIGIDÆ. Velum nullum. Stipes rigidus. Pileus vix pelliculosus, sed caro sæpius scissilis, hygrophanus. Lamellæ adnexæ, rarissime adnatæ. Velo partiali primitus nullo ab *Agaricis* et *Hypholomatibus*, quibus simillimæ, differunt.

36. **Psilocybe cano-brunnea** Fr. Syst. Myc. I, p. 294, Hym. Eur. p. 302, 4264
Batsch. f. 105, Lasch, Quél. p. 238. — Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, levi, hygrophano, udo subviscoso; stipite cavo, curto, radicato, squamuloso, albido; lamellis subliberis, confertis, ventricosis, e pallido fusco-purpureis.

*Hab.* ad terram nudam apricam, adustam etc. Europæ, simplex. — Firma, rigida, pileo 3-4 cm. lato fusco-incarnato, sicco alutaceo-pallente; stipes 6 cm. longus, 6-7 mm. crassus; sporæ 8-9 $\mu$. longæ.

37. **Psilocybe cano-rubra** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 554. — 4265
Pileo plano-depresso, pellicula atro-rubra, e margine striato, sericeo pallido, deglubto; stipite e farcto cavo; lamellis pallidis, horizontalibus, postice rotundato-adnatis; sporis 6 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 2-2½ cm. latus, pellicula demum centro glebam formante; stipes 2½ cm. longus, 1 mm. crassus, brunneus v. rubescens, intus rubescens, albo-farctus; lamellæ 3 mm. latæ. Affinis *Ps. cano-brunneæ* Fr. Exsiccatione obscure rubra.

38. **Psilocybe Antillarum** Fr. Elench. I, p. 42, Epicr. p. 225. — Pi- 4266
leo carnoso, convexo, demum areolato-corrugato; lamellis adnexis, ventricosis, nigricantibus; stipite solido, æquali, striato, glaberrimo.

*Hab.* inter stramina insulæ St. Crucis (BENZON). — Stipes eximie æqualis, 7-14 cm. long., 8 mm. cr., pallescens, demum apice sporidiis atris inquinatus; pileus semper glaberrimus (luteus vel albidus in spiritu vini); lamellæ 6-8 mm. latæ, confertæ, primo fuscæ, dein livido-nigræ.

39. **Psilocybe spadicea** Fr. Epicr. p. 225, Hym. Eur. p. 302, Cooke 4267
Ill. t. 610, Berk. Outl. p. 171, Kickx p. 176, Schaeff. t. 60, f. 4-6, *A. stipatus* Auctt. *A. curvatus* Weinm. p. 218 ad spec. Cfr. Secr. n. 933, saltim affinem. — Rigida; pileo carnoso, convexo-plano,

obtuso, levi, udo, hygrophano; stipite cavo, tenaci, pallido, apice levi; lamellis rotundato-adnexis, aridis, confertis, ex albido carneo-fuscis; sporis ellipsoideis, sub micr. fuscidulis, 8-9 ≃ 4-5.

*Hab.* ad terram inter folia, ad bases truncorum Europæ frequens, subcæspitosa. — Velum, etiam primitus, absolute nullum; stipes firmus, 3-11 cm. longus, cartilagineus (locis humidis ad terram tamen mollior); pileus 6-11 cm. latus convexo-planus, levis, primitus glaber, rigidus, scaber, spadiceo-umbrinus, siccus expallens, carne albicante, margine subinfracto, siccitate sæpe diffractus, præcipue *Ps. polycephala*; lamellæ demum nunc cinnamomeæ (jove sicco), nunc umbrinæ. — ***Ps. hygrophila** Fr. Epicr. p. 226, S. M. I, p. 296, Hym. Eur. p. 302: major; pileo e fusco alutaceo; stipite 10-15 cm. longo, subfusiformi-radicato; lamellis emarginatis, longe lineatim decurrentibus, demum fusco-umbrinis. Locis humidis ad radices Fraxini in Europa. — ***Ps. polycephala** Paul. t. 111, f. 1-2, Fr. Hym. Eur. p. 302: densissime stipata, rigidior; stipite tenuiore, flexuoso; lamellis subliberis, demum fusco-umbrinis. Ad truncos Betulæ, Sorbi in Europa. Color ut in vulgari nunc e spadiceo ochraceus, nunc e livido-pallido alutaceus, immo ad Fagos, Ulmos, Salices etc. forma gregaria tantum albido-fuscescens: *A. papyraceus* Bolt. t. 11.

40. **Psilocybe cæspiticia** Berk. Dec. n. 298. — Cæspitosa; pileo campanulato-conico, apice deplanato, spadiceo, viscido, hygrophano, carnoso; stipite deorsum incrassato, fibrilloso, fistuloso; lamellis angustis, adnexis, umbrino-albidis; sporis pallido-brunneis. 4268

*Hab.* in promontoriis argillaceis, Darjeeling Indiæ 2250 m. alt. copiose (Hooker). — Inodora, fragilis, pellucida; pileus 12 mm. latus, conico campanulatus, rubescenti-brunneus; caro umbrina; margo incurvus; stipes $2^1/_2$ cm. vel ultra longus; lamellæ exsiccatione fuscis. Affinis *Ps. spadiceæ* sed diversa.

41. **Psilocybe cernua** Vahl Fl. Dan. t. 1005, Fr. S. M. I, p. 298 c. syn., Hym. Eur. p. 302, Cooke Ill. t. 574, Schaeff. t. 205, Berk. Outl. p. 471, Paul. t. 110, f. 3. — Pileo carnosulo, e campanulato-convexo expanso, glabro, albo, sicco ruguloso; stipite fistuloso, flexuoso, glabro, albo, apice levi pruinato; lamellis adnatis, subventricosis, vix confertis, ex albido-cinereo fusco-nigricantibus; sporis ellipsoideis, 7-10 ≃ 5-7; basid. 18-20 ≃ 8-9; cystid. 36 ≃ 8-10. 4269

*Hab.* ad terram, folia, ligna putrida, vulgo cæspitosa in Europa et Peradenya Ceylon (Gardner). — Pileus 1-3 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 2-3 mm. crassus. Transit ad Psathyras. Subfra-

gilis. Pileus pallescens, pellucido-striatulus, primitus nudus, velo nullo.

42. **Psilocybe limicola** Peck 24 Rep. p. 70, t. 2, f. 9–13. — Pileo 4270
tenui e convexo expanso, glabro, hygrophano, udo obscure aquoso brunneo margineque striatulo, sicco pallido, ochraceo-brunneo atque corrugato-plicato; stipite gracili, æquali, fragili sericeo, sursum cavo, inferne medulla distincta separabili farcto, albido; lamellis confertis, postice rotundatis, adnexis, cinnamomeo-brunneis, dein obscurioribus; sporis subellipsoideis, cymbiformibus, 10 $\mu$. long.

*Hab.* in limo humido in silvis, Greig Amer. bor. — Subcæspitosa; 5 cm. alta; pileus 12–25 mm. latus; stipes vix 2 mm. crassus. *Ps. cernuæ* proxima sed gracilior et fragilior, habitatione diversa, sporis latioribus.

43. **Psilocybe squalens** Fr. Epicr. p. 226, Hym. Eur. p. 303, Ic. t. 137, 4271
f. 2. — Pileo carnosulo, e convexo plano depressove, levi, glabro, udo, hygrophano; stipite farcto, subæquali, arrhizo, apice striato; lamellis adnato-decurrentibus, confertis, planis, argillaceo-fuscis.

*Hab.* ad et juxta truncos raro, solitaria v. cæspitosa in Europa et Africa austr. — Velum nullum; stipes $2^1/_2$–5 cm. longus, 2–4 mm. crassus, tenax, obsolete fibrillosus; pileus $2^1/_2$–5 cm. latus, e luride expallens, margine incurvo; sporæ ferrugineo-fuscæ.

44. **Psilocybe murcida** Fr. Syst. Myc. I, p. 299, Hym. Eur. p. 303, 4272
[Secr. n. 392 vix recedit]. — Pileo carnosulo, convexo, obtuso, striatulo, hygrophano, sicco levi; stipite fistuloso, gracili, fragili, stricto, nudo; lamellis adnatis, segmentoideis, subdistantibus, umbrinis.

*Hab.* locis umbrosis in fagetis Europæ. — Pileus 3–4 cm. latus; stipes 8–11 cm. longus, 2–3 mm. crassus. Gracilis ut Psathyra, sed pileus carnosus convexus et margo incurvus Psilocybæ. Pileus spadiceus, siccus alutaceus v. rosellus, ex Sommerf. Lapp. p. 265 primitus velo (haud partiali) fulvo-strigoso obductus. Variat simplex et cæspitosa.

45. **Psilocybe hebes** Fr. Syst. Myc. I, p. 293, Hym. Eur. p. 303, Ic. 4273
t. 137, f. 3 (minor), Cooke Ill. t. 589, Pers. M. E. 3, t. 28, f. 5, paullo major. — Pileo carnosulo, convexo-expanso, obtuso, glabro, hygrophano; margine striatulo; stipite fistuloso, glabro, æquali, pallescente; lamellis adnatis, triangulis, confertis, albido-fuscis.

*Hab.* in fagetis ad truncos, folia Europæ. — Rigidula, etiam lamellæ; pileus viscidulus, luridus, siccus pallens, levigatus. Adest forma anglica elatior, pileo primitus obtuso, dein subumbonato, spo-

ris atro-purpureis 17 μ. long. Inter folia in silvis Britanniæ. Cfr. B. et Br. Ann. N. H. n. 1952.

46. **Psilocybe simulans** Karst. Symb. VII, p. 5. — Pileo submembranaceo, e conico-convexo expanso, vulgo obtuse umbonato, glabro aquose ferrugineo, margine pallidiore, in melleum vergente, pellucide striatulo, primitus incurvo, sicco luteo-fulvo, stipite fistuloso, tenaci, æquali, flexuoso, curvato, adscendente, levi glaberrimo, nudo, sublubrico, nitente spadiceo apice pallidiori; lamellis adfixis, secedentibus confertis, semicircularibus ex albido pallide melleis in cinerescentem vel obsolete olivascentem vergentibus demum subcinereis; sporis ovoideis, pellucidis, 4-6 ≃ 3. 4274

*Hab.* ad ligna vetusta muscisque obtecta, sociâ Omphaliâ campanellâ, in uliginosis agri Mustialensis Fenniæ. — Pileus circ. 1 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus, circ. 1 mm. crassus.

47. **Psilocybe fœnisecii** Pers. Ic. descr. t. 11, f. 1 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 295, Hym. Eur. p. 303, Cooke Ill. t. 590, Weinm. p. 259, Berk. Outl. t. 11, f. 5, Kickx p. 277, Buxb. C. 4, t. 38, f. 1. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, obtuso, sicco expallente stipiteque fistuloso, arrhizo, rufescenti-pallido levibus, glabris; lamellis adnatis, ventricosis (quasi late emarginatis), vix confertis, fusco-umbrinis; sporis ovoideis, uno apice obscure apiculatis, 10-12 ≃ 6-7. 4275

*Hab.* in pratis pinguibus, areis hortorum vulgata in Europa et Amer. fœder. — Pileus 2½-5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 3 mm. crassus. Non e grege naturali præcedentium, sed ex *Pan. papilionacei*, quo tertia parte minor, lamellis sporisque umbrinis diversa. Rigido-fragilis, pileo fuligineo-fusco, rufescente.

48. **Psilocybe clivensis** Berk. et Br. n. 916, t. 14, f. 3, Fr. Hym. Eur. p. 303. — Pileo submembranaceo, convexo, levi, atomato, fusco, sicco albido-ochraceo, margine striato; stipite fistuloso, æquali, sursum sericeo; lamellis late emarginatis, adnexis, subdistantibus, umbrinis; sporis umbrinis. 4276

*Hab.* ad terram in Europa. — Stipes 4 cm. longus, 1 mm. crassus; pileus 2½ cm. latus.

49. **Psilocybe interjungens** Britz. Derm. et Mel. p. 175, f. 60. — Pileo hygrophano, pellucido ob lamellas striato, dilute brunneo-rufescente, usque ad albidum vergente, primo obtuse conico, dein expanso, subinde parum umbonato; stipite albido, tubuloso-cavo; lamellis latis, adnatis, haud confertis, griseis et rufo-brunneis; sporis oblongis, 8 ≃ 4. 277

*Hab.* ad truncos in silvis Bavariæ australis. — Pileus 6 cm.

latus; stipes 6-10 cm. longus, 6 mm. crassus. *Psilocybæ clivensi* B. et Br. affinis.

50. **Psilocybe vicina** Fr. Vet. Akad. Förh. 1873, Fr. Hym. Eur. p. 304. 4278
— Pileo carnosulo, e convexo plano, obtuso, glabro, umbrino-expallente; stipite farcto, flexuoso, glabro, apice pruinato, griseo; lamellis leviter adnexis, ventricosis, subdistantibus, obscure griseis, dein nigrescentibus.

*Hab.* ad terram apricam inter muscos in Europa. — Stipes medulla tenui, albida farctus, 4-5 cm. longus, 1 mm. vix crassus; pileus $1^1/_4$ cm. latus, hygrophanus; lamellæ postice valde attenuatæ, obovatæ. Velum nullum.

51. **Psilocybe particularis** Britz. Derm. et Mel. p. 174, f. 72. — Pileo hemisphærico, sæpius medio elevato, e flavo rufo-brunneo; stipite albido, dilute rufescente, cavo; lamellis adnexis, ventricosis, primo griseo-brunneis, demum atro-brunneis, subdistantibus; sporis oblongis, utrinque acutis, $16 \simeq 10$. 4279

*Hab.* in campis Bavariæ australis. — Pileus 3,5 cm. latus; stipes 7 cm. longus, 3-4 mm. crassus.

52. **Psilocybe exerrans** Britz. Derm. et Mel. p. 174, f. 7. — Pileo hemisphærico, parum umbonato, margine pellucido lamellisque evidentibus; sordide brunneo; stipite dilute rufescente, subcavo; lamellis numerosis, adnexis, primo adnatis, brunneis; sporis oblongis, $8\text{-}10 \simeq 4$. 4280

*Hab.* in fragmentis vegetalium prope Augsburg et Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 8 mm. latus; stipes usque ad 3 cm. longus, 1 mm. crassus.

53. **Psilocybe fortunata** Cooke in Grevillea. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, obtuso, levi; stipite erecto, rigido, fistuloso, fusco, lineato-striato, ad basim vix incrassato; lamellis adnatis, vix confertis, atro-fuscis; sporis amygdaliformibus, purpureis, $18 \simeq 9$. 4281

*Hab.* ad terram Rio Janeiro Brasiliæ. — Pileus 3,5-4 cm. latus altusque; stipes 15 cm. longus, 3-4 mm. crassus.

54. **Psilocybe plutonia** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 292. — Fusca; pileo e convexo plano, tenui, glabro; stipite sursum crassiore, leviter fistuloso, glabro; lamellis latis, adnatis, antice rotundatis; sporis subglobosis. 4282

*Hab.* in ligno emortuo Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 12-25 mm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus.

55. **Psilocybe pulicosa** Mont. Syll. Cript. n. 388. — Pileo carnosulo e conico campanulato, obtuso, striatulo, spadiceo, udo hygrophano; 4283

stipite cavo, tenui, pallido; lamellis tetradymis, adnatis, e fuligineo fusco-nigris; sporis cymbiformibus, spadiceis, pro ratione magnis, 20 μ. longis, opacis, pulicaribus, unde nomen.

*Hab.* ad terram, Columbus Amer. bor. (SULLIVANT). — Pileus tenuis, 2-2½ cm. altus, 3 cm. latus; veli vestigium nullum; stipes 7-9 cm. longus, 3-4 mm. crassus. A *Ps. spadicea*, cui proxima, forma et striis pilei nec non insertione lamellarum revera differt.

56. **Psilocybe arenulina** Peck 30 Rep. p. 42. — Pileo e convexo ex- 4284
pansó, plano vel centro depresso, glabro, hygrophano, udo obscure livido brunneo atque crasse striatulo, sicco livido albo; stipite sursum leviter attenuato, cavo, albido; lamellis confertis, cinnamomeo-brunneis, ætate obscurioribus; sporis subellipsoideis, 10 μ. long.

*Hab.* in solo sabuloso, West Albany Amer. fœder. — Statura 4-6 cm. metiens, pileus 12-34 mm. latus, stipes 2 mm. crassus.

57. **Psilocybe camptopoda** Peck 31 Rep. p. 35. — Pileo tenui, late 4285
convexo, glabro, hygrophano, udo brunneo et striatulo, sicco albido; stipite æquali, glabro, vulgo incurvo, apice subtiliter pruinoso vel farinoso, basi mycelio strigoso albo prædito; lamellis angustis, confertis ex albido brunneis; sporis ellipsoideis, 6 ≃ 4.

*Hab.* ad truncos dejectos in silvis, in montibus, Catskill Amer. fœder. — Statura 2½ cm. metiens, pileus 8-20 mm. latus. Colore valde similis *Hypholomati appendiculato*, sed sine veli vestigio. Stipes solidus pileusque siccus levis.

58. **Psilocybe Gilletii** Karst. Hattsv. I, p. 509. — Pileo membranaceo, 4286
campanulato-convexo, sæpe oblique umbonato, striato, glabro, cinereo-livido, leviter in olivaceum vergente, umbone fulvescente, cælo sereno ochraceo-pallente, circiter 1,5 cm. lato; stipite fistuloso, stricto, æquali, glabro, apice pruinello, spadiceo, superne pallidiore, circiter 5 cm. alto, circ. 1 mm. crasso; lamellis subadnatis, mox liberis, e cinereo-livido purpurascentibus; sporis ellipsoideis, fuscidulis, 10-13 ≃ 5-6.

*Hab.* supra terram humidam juxta viam in silva Haarankorpi haud procul a Mustiala in Fennia.

59. **Psilocybe dichroma** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 292. — Pi- 4287
leo e conico plano tenui, glabro, helvolo; stipite fistuloso, glabro, albo; lamellis tenuibus, distantibus, adnexis, fuscis; sporis purpureo-brunneis.

*Hab.* in ligno putri, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, 3 mm. crassus. Primo obtutu similis *Nauc. coprinicipiti.*

**DECONICA** Worth. Smith Seem. Journ. 1876 (Etym. *conus*). *Psilocybe* Fr. et Auct. p. parte. — Pileus tenuis, primitus incurvus. Stipes exannulatus, cartilagineus, cum hymenophoro heterogeneo confluens. Lamellæ postice latæ, decurrentes. — *Omphaliis*, *Ecciliis* et *Tubariis* respondens, sed decurrentia lamellarum minus conspicua.

1. **Deconica coprophila** Bull. t. 566, f. 3 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 297, Hym. Eur. p. 299, Cooke Ill. t. 608, Berk. Outl. p. 171, Kickx p. 177, *A. fimicola* Pers. Syn. p. 412. — Pileo carnosulo, ex hemisphærico expanso, umbonato, levi stipiteque subfistuloso, sursum attenuato, apice pruinoso glabratis; lamellis arcuato-subdecurrentibus, latis, livido-fuscis. 4288

   *Hab.* in sterquilinis et pascuis Europæ haud raro. — Stipes 5–8 cm. longus, 2–3 mm. crassus, primo brevis, ut *Str. merdariæ* hirto-flocculosus, dein elongatus, glaber, nitidus; pileus 2-4 cm. latus, rufescenti-alutaceus; sporæ 13–14 ≃ 8. Vix differt Secr. n. 367, licet stipes, primo medullatus, solidus dicatur.

2. **Deconica bullacea** Bull. t. 566, f. 2 (*Agar.*), Fr. S. M. I, l. c., Hym. Eur. p. 299, Pat. t. 235, Cooke Ill. t. 608 *B.*, Berk. Outl. p. 172. — Pileo carnosulo, hemisphærico, expanso, glabro, demum umbonato, ad medium striatulo; stipite fistuloso, brevi, æquali, fibrilloso; lamellis adnatis, triangulis, planis, confertis, fusco-ferrugineis; sporis sphæroideo-ellipsoideis, fuscidulis, 6–10 ≃ 4–7. 4289

   *Hab.* locis fertilibus ad vias Europæ, in fimo Peradenya Ceylon (Thwaites), Secunderabad et in Amer. fœder. — Cortina primitus sæpe manifesta, interdum circa margines appendiculata; stipes 2–3 cm. longus, 2–3 mm. crassus, lutescens, basi fusco-ferrugineus; pileus circiter 2 cm. latus, badio-fulvellus, siccus alutaceus, udus pellicula viscida facile secedente tectus; lamellæ per se livido-albæ sporas spargunt supra fundum nigrum purpureo-lilacinas, ut proximæ.

3. **Deconica scatigena** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 292. — Pileo convexo, jecorino; stipite sursum glabro, basi tomentoso; lamellis latis dente adnatis; sporis minutis. 4290

   *Hab.* in fimo Cubæ Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 6 mm. latus; stipes 18 mm. longus, 2 mm. crassus. A *D. bullacea* sporis minutis diversa.

4. **Deconica physaloides** Bull. t. 366, f. 1 [*Agar.*], (Secr. n. 971), Lasch n. 446, γ. Berk. l. c., Fr. Hym. Eur. p. 300, Cooke Ill. t. 609. — Pileo carnosulo, campanulato-expanso, levi, viscidulo; stipite fistu- 4291

loso, flexili, adpresse fibrilloso-levi, basi spadiceo; lamellis subdecurrentibus, confertis, subferrugineis; sporis ellipsoideis, 8-12 ≃ 5-7.

*Hab.* locis fertilibus et muscosis, ubi aquæ hiemales stagnant, rarior in Europa. — Prioribus maxime affinis; in charta alba sporæ purpureo-atræ, in nigra violaceo-lilacinæ; pileus fusco-purpureus, circa margines pallens, demum umbonatus et circa umbonem depressus. Cum *Tub. inquilina* facile confunditur.

5. **Deconica libertatis** Fr. Epicr. p. 229, Hym. Eur. p. 300, Batsch f. 62 est e solitis pusionibus illius auctoris, vix recognoscendis, *A. piriformis* Pers. Syn. p. 317 in vetustam quadrat. — Pileo carnosulo, e convexo-plano obconico, umbone hemisphærico prominente, primo cano-sericeo, dein glabro; stipite farcto, flexili, sursum incrassato, pallido lamellisque longe decurrentibus e fusco-ferrugineo umbrinis. 4292

*Hab.* locis fertilibus Europæ. — Pileus quam proximorum disco carnosior, numquam striatus nec viscidulus, primitus umbone excepto planus, 6-10 mm. latus, umbrino-fuscus, siccus alutaceus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus.

6. **Deconica atro-rufa** Schaeff. t. 234 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 293, Hym. Eur. p. 300, Cooke Ill. t. 571, Weinm. p. 258, Kickx p. 178, *A.* stipite fibrilloso, *B.* stipite brevi, glabro, *A. montanus* Pers., Secr. n. 396. — Pileo carnosulo, hemisphærico-convexo, obtuso, glabro, margine striatulo, sicco decolore, levi; stipite fistuloso, tenui, æquali, pallide spadiceo; lamellis subdecurrentibus, latis, planis, umbrinis; sporis ovoideo-sphæroideis, flavidis, 6-8 ≃ 4-5,5 (Karsten), v. 10-12 ≃ 6 (Cooke). 4293

*Hab.* ad terram silvarum; *B.* locis glareosis apricis per annum ubique in Europa, Australia et Africa merid. — Pileus 8-18 mm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus. In optimo vigore eximie atro-rufa v. purpureo-fusca, sed vulgo expallens legitur.

7. **Deconica nuciseda** Fr. Syst. Myc. I, p. 293, El. p. 41, Hym. Eur. p. 300, Cooke Ill. t. 609, Weinm. p. 257, *A. montanus* β. Fr. Obs. I, Secr. n. 397. — Pileo carnosulo, convexo, obsolete umbonato, levi, sicco sericello; stipite fistuloso, pallido, deorsum subattenuato, fuscescente, albo-villoso; lamellis adnatis, latis, planis, e fusco umbrino-nigris. 4294

*Hab.* in pericarpiis Fagi ramentisque variis in Europa. — Stipes gracilis, 3-6 cm. longus, apice, ut prioris, sæpe pruinatus; pileus 6-11 mm. latus, flavescens; sporæ ovato-oblongæ, 10-12 ≃ 6. Ha-

bitus exacte *Tub. inquilinæ*, sed differt sporis. Similis lecta in nucibus Coryli, sed tota umbrina, siccitate argillaceo-lutescens.

8. **Deconica parabilis** Britz. Derm. et Mel. p. 174, f. 27. — Pileo convexo, dein expanso, medio subexcavato, brunneo, margine pellucido; stipite brunneo-rufo, vix cavo; lamellis confertis, obscure flavo-brunneis, decurrentibus; sporis oblongis, utrinque acutis, 6-8 ≃ 4. 4295

*Hab.* in declivibus montosis Bavariæ australis. — Pileus 16 mm. latus; stipes 3 cm. longus, 1 mm. crassus.

9. **Deconica notha** Britz. Derm. et Mel. p. 173, f. 117 — Pileo convexo, fusco-lutescente, vix 2 cm. lat.; stipite subtiliter fibrilloso; lamellis decurrentibus, obscure flavo-brunneis vel rufescentibus, subdistantibus; sporis oblongis, uno apice aculeatis, 6 ≃ 3-4. 4296

*Hab.* in arvis pr. Dinkelscherben Bavariæ australis.

**PSATHYRA** Fr. Hym. Eur. p. 304 (Etym. *psathyros* fragilis). — Velum nullum vel tantum universale, floccoso-fibrillosum. Stipes subcartilagineus, tubuloso-fistulosus, politus, fragilis. Pileus conicus vel campanulatus, membranaceus, margine primitus recto, stipiti adpresso. Lamellæ purpurascentes vel fuscescentes.

Graciles, fragiles, hygrophanæ. Series tenax, inter *Psathyras* deest, analogæ formæ inter *Psilocybas* tenaces obviam veniunt. Statura exacte *Mycenæ*, *Nolaneæ*, *Galeræ*, mox dignoscuntur, licet paraffines sint ultimæ *Hypholomatis* et *Psilocybes* species. — Gen. *Psathyrella* et *Panæolus* dignoscuntur lamellis ex albo vel cinereo nigris nec fuscis vel purpurascentibus sed formæ ancipites non desunt.

I. Conopileæ: pileo conico-campanulato; lamellis adscendentibus, adnexis, sæpe liberis. — Stipes strictus, velum nullum. Ad terram locis graminosis vel humidis.

1. **Psathyra conopilea** Fr. Syst. Myc. I, p. 504, Hymn. Eur. p. 304, Cooke Ill. t. 575, Luc. Suit. t. 141, Weinm. Ross. p. 269, Berk. Outl. p. 173, Hoffm. Ic. f. 2, *A. superbus* Jungh. Linn. l. c. t. 6, f. 11. — Pileo submembranaceo, campanulato, levi, glabro, pallescente; stipite procero, sursum attenuato, glabro, argenteo-nitido; lamellis leviter adnexis, confertis, fusco-purpurascentibus. 4297

*Hab.* in hortis graminosis Europæ frequens. — Magna, spectabilis; stipes 10-16 cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus 6 cm. latus, ex albido pallescens; sporæ 14 ≃ 7-8.

2. **Psathyra mastigera** Berk. et Br. n. 921, tab. 14, f. 6, Fr. Hym. Eur. p. 304, Cooke Ill. t. 591. — Pileo membranaceo, conico, le- 4298

vi, glabro, obscure brunneo, hygrophano, umbone prominente mammiformi; stipite fistuloso, stricto, albido; lamellis adscendentibus, adnexis, linearibus, perangustis, umbrinis.

*Hab.* locis graminosis ad latera viarum Angliæ. — Stipes 8 cm. et ultra longus, 3-4 mm. crassus, fibrillosus farinosusve; pileus 2½ cm. altus, siccus umbrino-alutaceus, margine repando.

3. **Psathyra Loscosii** Rabenh. Hedw. II, p. 82, Fr. Hym. Eur. p. 305. 4299
— Pileo membranaceo, campanulato-expanso, griseo-fusco, radiato-sulcato, plicis demum granulato-crenatis, margine involuto; stipite elongato, tenaci, æquali, pallide fuscescente; lamellis adnatis, subconfertis, fusco-nigricantibus.

*Hab.* in Arragonia meridionali. — Stipes 8-13 cm. longus. Ob marginem involutum species abnormis.

4. **Psathyra corrugis** Pers. Syn. p. 424 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 298 c. 4300
syn., Hym. Eur. p. 305, Cooke Ill. t. 576, Weinm. p. 262, Holmsk. 2, t. 32, Berk. Outl. p. 173. Humilior: *A. vinosus* Corda apud Sturm 19, t. 4, Cooke Ill. t. 592. — Pileo submembranaceo, campanulato, umbonato, subrugoso, glabro, pallescente; stipite elongato, æquali, glabro; lamellis sinuato-adfixis, ventricosis, violaceo-nigricantibus; sporis subellipsoideis, 13-14 ≃ 7.

*Hab.* in hortis et umbrosis Europæ et Klyn Visch River Africæ australis (Mac-Owan). — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 5-11 cm. longus, 2-5 mm. crassus. Præcedente gracilior; pileus subroseus; caute determinetur ob pileum in multis rugosum. — ***P. pellosperma** Bull. t. 561, f. 1 (*Agar.*), Cooke Ill. t. 576, Voglino Obs. anal. p. 38: paullo minor; pileo angustius conico, leviore, vertice subroseo; sporis minoribus 8 ≃ 4-5. In umbrosis Galliæ, Britanniæ, Italiæ. Forma in Voglino l. c. habitum præbet *P. pellospermæ* sed fructificationem *P. corrugis:* sp. nempe 10-14 ≃ 5-7; basid. 16-23 ≃ 5-6; cystid. 50-54 ≃ 10-14.

5. **Psathyra Nassa** Berk. Dec. n. 299. — Fragilis; pileo conico, sub- 4301
carnoso, reticulato; stipite flexuoso; lamellis angustis, adscendentibus, subliberis, purpurascentibus.

*Hab.* in ligno emortuo, Darjeeling Indiæ, 2100 m. alt. (Hooker). — Inodora; pileus 5 cm. latus, 2½ cm. altus, demum plicatulus, olivaceo-brunneus, reticulato-rugosus, margine levi; stipes 5 cm. vel ultra longus, 4 mm. crassus, sursum attenuatus, candidus, basi inflatus; lamellæ subliberæ, purpureo-brunneæ. Affinis *Ps. corrugi.*

6. **Psathyra torpens** Fr. Syst. Myc. I, p. 299, Hym. Eur. p. 305, Ic. 4302
t. 138, f. 1, Weinm. Ross. p. 264, Quél. p. 118, [Fl. Dan. t. 2139,

f. 1 staturam exhibet]. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, levi, pallescente; stipite æquali, gracili, glabro, albo; lamellis attenuato-adfixis, confertis, aridis, fuscis, acie albida.

*Hab.* ad terram graminosam in Europa. — Tenella, fragilis, uda nec viscida, pileo 1-2½ lato; stipes 8 cm. longus, 2-3 mm. crassus; lamellæ 6 mm. latæ. — Var. **atrospora** Quél. in Hedw. 1885, p. 135: subhygrophana, valde fragilis; pileo membranaceo, convexo 2 cm. et parum ultra lato, pro tempore dilute fuscescente, aut (jove pluvio) nigrescente-griseo, parum nitido, glabro; lamellis adnatis, uncinatim subdecurrentibus, antice rotundatis, subventricosis, circ. 5 mm. latis, nec confertis, tandem obscure fusco-purpureis, marcescendo fere nigris; stipite recto, rigido, sæpe apice deflexo, cavo, albo, supra striato et albo-farinoso, 2 mm. crasso, 8 cm. longo, cylindrico; odore et sapore nullis; sporis atris, ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, 11-14 ≃ 5. Sparsim in silva Sopot in Slavonia.

7. **Psathyra subliquescens** Schum. p. 358, Fr. S. M. p. 304, Hym. Eur. 4303
p. 305, Fl. Dan. t. 1732, f. 2. — Pileo submembranaceo, e conico expanso, fusco-striato, viscido; stipite elongato, attenuato, stricto, fusco-pallido; lamellis subliberis, subliquescentibus, albido-fuscis.

*Hab.* in fimetosis Europæ. — Stipes 13 cm. usque longus, 3 mm. crassus; pileus 5-6 cm. latus, 2½ cm. altus.

8. **Psathyra stricta** Trog in Flora 1832, Fr. Hym. Eur. p. 305. — 4304
Pileo campanulato, sericeo-levi, sicco, pallescente; stipite elato, stricto, glabro, albo; lamellis denticulo adnexis, subliquescentibus, purpurascenti-umbrinis.

*Hab.* locis umbrosis humidis inter gramina in Europa. — Stipes 8-11 cm. longus, rigidulus, sed pileus (cinereo-pallidus) 1-2 cm. tantum latus.

9. **Psathyra porphyrella** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 556. — 4305
Pileo subcampanulato, membranaceo, atro-purpureo, estriato; stipite gracili, tubuloso, pallido, e basi floccosa oriundo; lamellis ventricosis adnatis; sporis 5 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus; stipes 3 cm. longus, haud 1 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ purpurascentes. Affinis *Ps. strictæ*.

10. **Psathyra tytha** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 556. — Pileo 4306
convexo, atro-purpureo, atomato; stipite flexuoso, pallido, tubuloso; lamellis ventricosis, distantibus, adnexis, carneis; sporis 8 μ. long.

*Hab.* ad terram, Ceylan (THWAITES). — Pileus 8 mm. latus, demum resupinatus; caro rosea; stipes 18 mm. longus, 2 mm. crassus, intus lutescens. Primo aditu forma pumila videtur *Ps. porphyrellæ*, sed sporæ majores. Nullum veli vestigium in iconibus et speciminibus.

11. **Psathyra gyroflexa** Fr. Epicr. p. 232, Hym. Eur. p. 305, Bern. Roch. t. 26, f. 2, *A. pallescens* Schaeff. t. 211, Secr. n. 398, ex quo *A. digitaliformis* Bull. t. 22, Corda l. c. t. 3. Cfr. *A. amblycephalum* Lasch n. 590. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, striato, atomato, pallescente; stipite gracili, flexuoso, sericeo-nitente, albo; lamellis adnexis, confertis, mollibus, purpurascenti-griseis; sporis atro-purpureis. 4307

*Hab.* ad margines graminosos silvarum Europæ. — Præcedd. minor, subcæspitosa, habitu fere *P. disseminatæ*. Stipes 6 cm. longus, vix 2 mm. crassus; pileus 10–12 mm. latus, griseus, disco rufescente; sporæ 8-10 ≃ 4–5. Varr.: Batsch f. 90, Wallr. n. 3090.

12. **Psathyra tenuicula** Karst. Hattsv. I, p. 511 Ic. sel. t. XXVIII. — Pileo subcampanulato, obtuso, flavo-rubescente, levi, 0,5–1 cm. lat.; stipite albo-hyalino, nitente, 3–5 cm. long., 0,5–1 mm. cr.; lamellis lanceolatis, distantibus, firmulis, cinereis; sporis amygdaloideis, 5-6 ≃ 3, flavo-brunneis. 4308

*Hab.* in detritis, Tammela Fenniæ.

13. **Psathyra flavo-grisea** Berk. Dec. n. 300. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, primum alutaceo-fulvo, demum margine sulcato, griseo; stipite gracili, flexuoso, albo, fistuloso; lamellis ex alutaceo purpurascentibus, distantibus, ventricosis, in fundo pilei adnexis; sporis ellipsoideis, dimidiam longit. lat. æquantibus, purpureo-brunneis. 4309

*Hab.* in ligno emortuo, cæspitoso, Darjeeling Indiæ, 2100-2400 m. alt. (HOOKER), copiose. — Inodora, delicata, fragilis; pileus 2½ cm. latus, primum ovatus; stipes 5–8 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ distantes, ex alutaceo rubro-brunneæ, acie pallidiores. — Affinis *Ps. gyroflexæ*.

14. **Psathyra pholidota** Mont. Syll. Crypt. n. 395. — Cæspitosa, tota ianthina, fugax fragilissimaque; pileo membranaceo e campanulato explanato, margine radiato-striato, disco squamoso; stipite fistuloso, subæquali, fibrilloso-sericeo; lamellis tridymis, convexis, attenuatis, affixis, purpurascenti-nigricantibus; sporis magnis, fuscis, oblongis, 11–13 μ. longis; basid. clavatis 25 μ. longis; cystidiis duplo longioribus, acuminato-phialiformibus. 4310

*Hab.* ad terram graminosam post imbres, Columbus Americæ fœder. (Sullivant). — Pileus 1-3 cm. lat.; stipes 4-8 cm. long., 2-3 mm. cr.

15. **Psathyra ocreata** B. et Br. Journ. Linn. XI, p. 556. — Pileo 4311
conico-subcampanulato, umbonato, e griseo candicante, hygrophano, subcarnoso; stipite subæquali, e farcto cavo, cinereo; lamellis angustis, adnexis, atro-purpureis; sporis 6 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya, Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus, griseo-brunneus, sursum in album vergens, prope marginem sublobatum, levem, zonam latam exhibens; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus, 2 mm. crassus, glaber; lamellæ 1 mm. latæ.

16. **Psathyra gastrodes** Mont. Guy. n. 285, Syll. Crypt. n. 390. — 4312
Minuta; pileo membranaceo, campanulato, tandem expanso, fulvo, fuscescente, margine striatulo; stipite concolori, gracili, basi incrassato, fistuloso, striatulo; lamellis didymis, antice rotundatis, postice attenuato-adnexis, fuscis; sporis ellipsoideis, fuscis, 10 $\mu$. long.

*Hab.* in sabulosis horti hospitii nautici Cayennæ Amer. merid. (Leprieur). — Stipes 1-2 cm. long., basi 1 mm. cr. — *P. gyroflexæ* affinis.

17. **Psathyra œnochroa** Mont. Guy. n. 289, Syll. Crypt. n. 394. — 4313
Cæspitosa; pileo membranaceo, hygrophano, conico-campanulato, umbonato, margine striato, e griseo roseo-vinoso; stipite farcto fragili, basi incrassato, striato; lamellis tetradymis, convexis, attenuato-adnexis, tandem præ sporis ovoideis, fuscescentibus, 8-15 $\mu$. long.

*Hab.* ad ligna, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 2-2,5 cm. lat.; stipes 3 cm. long., vix 1 mm. cr., basi 1,5-2 mm. cr. — *P. spadiceo-griseæ* subaffinis.

18. **Psathyra Sonderiana** Berk. Austral. Fungi n. 33. — Pileo acute 4314
convexo, supra dilute et squalide flavido, margine integerrimo; stipite albo subsericeo; lamellis dilutis.

*Hab.* in Australia. — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus; stipes 6 cm. longus, 4 mm. crassus; mycelium candidum, filamentosum.

19. **Psathyra fusco-nivea** B. et C. N. Pac. exp. n. 55. — Pileo cam- 4315
panulato, tenui, pallide fusco, areolis minutis, veli reliquiis distincto; stipite niveo, glabro; lamellis adnexis, phæotis.

*Hab.* in clivis collium in insulis Bonin. — Similis *Ps. spadiceo-griseæ*.

20. **Psathyra calvescens** Berk. Dec. n. 310, Hook. Journ. 1857, p. 20. 4316
— Pileo submembranaceo, ex ovato conico-subcampanulato, obtuso

primitus piloso-tomentoso, demum calvescente; stipite floccoso, sursum glabro fistuloso; lamellis latis, ascendentibus, adnexis, distantibus, cinereis.

*Hab.* in terra muscosa, Darjeeling Indiæ. — Pileus 3,5-4 cm. lat.; stipes 5 cm. long., 4 mm. cr. — Affinis *P. pennatæ*.

21. **Psathyra pseudo-tenera** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 26. — Pileo carnosulo, campanulato, glabro, levi, helvolo-pallescente; stipite fistuloso æquali, nudo deorsum ferruginascenti; lamellis adscendentibus, confertis, fuscis. 4317

*Hab.* ad Naranjo Costa-Rica, mense Majo (Œrsted). — Habitus *Galeræ teneræ* aut potius *Gal. siliginææ* at sat firma et lamellæ fuscæ. Stipes 5 cm. et ultra longus, circ. 2 mm. crassus, apice albidus; pileus 2,5 cm. fere altus et latus, omnino exstrius, margine recto subrepando.

22. **Psathyra bulbillosa** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 26. — Pileo carnosulo elongato-conico, levi, glabro, helvolo-fuscescente, margine recto; stipite fistuloso, levi, glabro, lutescente, basi bulbilloso; lamellis adscendentibus, linearibus e fusco nigricantibus. 4318

*Hab.* ad terram prope Cartago, Costa-Rica, Majo (Œrsted). — *Psilocyben callosam* in memoriam revocat, at firmior. Stipes 2,5 cm. longus, 2 mm. et ultra crassus, bulbillo excepto, æqualis; pileus omnino exstrius, 12-18 mm. altus, opacus; lamellæ fere perpendiculares.

II. Obtusatæ: pileo campanulato-convexo, explanato, glabro vel atomato, lamellis plano- vel arcuato-adfixis. Velum nullum. — Hujus loci forsan *A. albineus* Fr. Monogr. I, p. 213, quem invenies inter species affinitatis incertæ.

23. **Psathyra spadiceo-grisea** Schaeff. tab. 237 (*Agar.*), Berk. Outl. p. 173, Kickx p. 178, Schum. n. 1761, Fr. Hym. Eur. p. 306, Cooke Ill. t. 611, *A. stipatus* Fl. Dan. t. 1673, f. 2. — Pileo submembranaceo, e conico-campanulato expanso, subumbonato, glabro, ad medium striato, hygrophano; stipite firmo, sursum attenuato, nitido, albo, apice striato; lamellis adnexis, subconfertis, angustis, fuscis; sporis 8-10 $\mu$. long. 4319

*Hab.* ad et juxta truncos, in Europa, et in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites), nec non prope Somerset East (Mac Owan) et Port Natal (Wood) Africæ. — Subcæspitosa, etiam simplex, aquosa, fragilis; pileus 6 cm. et ultra latus, e spadiceo griseus; stipes 8-9 cm. longus.

24. **Psathyra obtusata** Fr. Syst. Myc. I, p. 293, Hym. Eur. p. 306, Cooke Ill. t. 593, *A. obtusus* Pers. Syn. p. 428 (omnino convenit), Berk. et Br. n. 918, Schaeff. t. 60, f. 1-3. Var. major: *A. fuscus* Schum. n. 1807; var. minor: Vaill. Par. t. 12, f. 5-6, *Ag. papyraceus* Secr. n. 386. — Pileo submembranaceo, campanulato-expanso, obtuso, glabro, corrugi, hygrophano, subnitido; stipite rigidulo, æquali, levi, subnudo, pallido, basi incurvo; lamellis adnatis, subdistantibus, subventricosis, e pallido umbrinis; sporis 7-9 = 4-6. 4320

*Hab.* ad truncos quercinos simplex vel cæspitosa in Europa et in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Tenuis, rigido-fragilis; stipes 5-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus; pileus excarnis, 2 cm. latus, umbrinus, siccus et margine pallens, sine velo; lamellæ 4-8 mm. latæ. Proxima est *Ps. spadiceæ*, cui referendus *A. papyraceus* Pers. seu *A. membranaceus* Bolt. t. 11, ut e stipite validiore, lamellis carneis, pileo convexo et præcipue «margine involuto» patet.

25. **Psathyra asceva** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 556. — Pileo ex hemisphærico plano vel depresso, sulcato, carneo-griseo; stipite curvo, gracili, subtiliter fistuloso, albo; lamellis latis, postice rotundatis, adnatis; sporis brunneo-purpureis, 6 μ. long. 4321

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 18 mm. latus, sordide roseo-griseus; stipes 2½ cm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ 3 mm. latæ. Affinis *Ps. obtusatæ* pariterque velo nullo.

26. **Psathyra lucipeta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, pag. 556. — Pileo subhemisphærico, pallide carneo, estriato; stipite curvo, glabro, fistuloso; lamellis angustis, ventricosis, postice rotundatis, adnatis; sporis ovatis, 8-10 μ. long. 4322

*Hab.* ad ramulos emortuos, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Gregaria; pileus 12 mm. latus, subhemisphæricus, roseo pictus, centro fusco, margine crenulato; stipes 2½ cm. longus, concolor. Videtur haud adesse annuli vestigia; quare, ut prior, affinis *Ps. obtusatæ*.

27. **Psathyra fagicola** Lasch n. 468, Fr. Hym. Eur. p. 306. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striato, viscido; stipite æquali, fragili, fibrilloso, furfuraceo, pallescente; lamellis adnexo-secedentibus, subliquescentibus, brunneis. 4323

*Hab.* subcæspitosa ad Fagi truncos in Europa. — Stipes 5-7 cm. longus, 5-7 mm. crassus; pileus 2½-6 cm. latus, virescente-

cæruleus, sublividus, fuscescens; sporæ ut præcedentium brunneo-fuscæ.

28. **Psathyra Falkii** Weinm. Ross. p. 261, Fr. Hym. Eur. p. 307. — 4324
Pileo membranaceo, hemisphærico-expanso, pellucido, udo, hygrophano, sicco griseo-farinoso; stipite curto, æquali, albido-fuscescente, basi albo-villoso; lamellis laxe adfixis, ventricosis, ex umbrino fusco-purpureis.

*Hab.* ad truncos Pini, gregaria, in Rossia. — Valde a præcedente differt, etiam sporis fusco-purpureis. Stipes tenuis, 2 cm. longus; pileus 6-10 mm. latus, valde fragilis, udus umbrinus.

29. **Psathyra Typhæ** Kalchbr. Gomb. p. 206, t. 1, f. 1, Fr. Hym. Eur. 4325
p. 307. — Pusilla; pileo membranaceo, convexo, striato, glabro, pallide ochraceo, demum dilute umbrino; stipite fistuloso, nudo, albicante, mycelio arachnoideo, membranaceo, suborbiculari inserto; lamellis subliberis, ex albido fuscis; sporis fuscis.

*Hab.* ad culmos Typhæ in Europa. — Velum adest sed fugacissimum.

30. **Psathyra amaura** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 555. — 4326
Pileo campanulato, brunneo, tenui, glabro, profunde striato-sulcato; stipite brevi, albido, glabro, e farcto fistuloso; lamellis ventricosis, adnatis, purpureo-fuscis; sporis 8 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 12-18 cm. latus; stipes 18 mm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ 3 mm. latæ.

31. **Psathyra efflorescens** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 555. — 4327
Gregaria: pileo hemisphærico, materie saccharina obsito; stipite curvo, tenui, e strato tomentoso, candido oriundo; lamellis adnatis; sporis brunneo-purpureis, 8 $\mu$. long.

*Hab.* ad truncos emortuos muscosos, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 cm. latus.

32. **Psathyra calvescens** Berk. Dec. n. 310. — Pileo submembra- 4328
naceo, ex ovato conico-subcampanulato, obtuso, primitus piloso-tomentoso, demum calvescente; stipite floccoso, sursum glabro, fistuloso; lamellis latis, adscendentibus, adnexis, distantibus, cinereis; sporis fuscis.

*Hab.* ad terram muscosam cæspitosa, Darjeeling Indiæ, 2250 m. alt. (Hooker). — Odor *A. campestris;* fragilis; pileus 4 cm. latus, pallide rubescenti-luteo tinctus, pilis fasciculatis deflexis ornatus; stipes 5 cm. longus, 4 mm. crassus, floccoso-squamosus, inferne albus; lamellæ latæ, cinereæ, acie pallidæ. Affinis *Psathyræ pennatæ.*

33. **Psathyra commiscibilis** Berk. Fung. Glaz. pag. 752. — Eximie 4329
cæspitosa; pileo subhemisphærico, pallido, striato-sulcato; lamellis angustis, pallidis; sporis argillaceis. Stipite glabro pallido.

*Hab.* in Brasilia (Glaziou). — *Ps. disseminatæ* simillima, sed differt sporarum colore, quæ haud nigræ sunt.

34. **Psathyra glareosa** B. et Br. Ann. N. Hist. 1883, p. 372, n. 2011, 4330
Cooke Ill. t. 591 B. — Pileo campanulato, obtuso vel umbonato, griseo, apice castaneo-pallido, striato, atomato, floccoso, nitente; stipite fistuloso, fibrillis vestito; lamellis late adnatis, umbrinis; sporis nigris.

*Hab.* in glareosis, post pluvias in Britannia. — Pileus 12 mm. latus, minutissime tomentosus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ postice latæ; caro brunnea præsertim juxta lamellas.

35. **Psathyra polytrichophila** Peck 30 Rep. p. 42. — Pileo tenui, con- 4331
vexo vel subcampanulato, glabro, subfragili, interdum leviter umbonato, hygrophano, udo striatulo atque brunneo, sicco ochraceo vel bubalino, interdum nitente; stipite gracili, æquali, subflexuoso, subtiliter præsertim versus basim albo-fibrilloso, apice farinaceo, concolore, medulla albida repleto; lamellis planis adnatisque vel leviter arcuatis decurrentibusque, latis subdistantibus, pileo subconcoloribus; sporis purpureo-brunneis, subellipsoideis, $8 \simeq 5$.

*Hab.* ad terram inter Polytricha, Oneida (Warne), West Albany Amer. fœder. — Gregaria, odora, $2^1/_2$-5 cm. altit.; pileus 4-10 mm. latus.

36. **Psathyra stenophylla** Mont. Guy. n. 286, Syll. Crypt. n. 391. — 4332
Pileo tenuissime membranaceo, expanso-plano, striis confertissimis, subplicatulo, hygrophano, griseo-rubello; stipite fistuloso, levi, basi subbulboso; lamellis polydymis, sublinearibus, utrinque attenuatis, ungue stipiti adnexis, cinnamomeo-fuscidulis; sporis ovoideis, hilo notatis, 15 $\mu$. long., fuscis.

*Hab.* in fimo vaccino circa Cayennam Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 5-6 cm. lat.; stipes 8-10 cm. long., 3-4 mm. cr.

37. **Psathyra æquatoria** Mont. Guy. n. 287, Syll. Crypt. n. 392. — 4333
Pileo campanulato, mox convexo-expanso, hygrophano ad centrum tenuissime striatulo stipiteque æquali, glabro, fistuloso dilute castaneis; lamellis tetradymis, angustis, utrinque attenuatis sporisque oblongis, fuscis, 7 $\mu$. long.

*Hab.* ad terram in silvis Guyanæ (Leprieur). — Pileus 4-6 cm. lat.; stipes 4-5 cm. long., 1-3 mm. cr.

38. **Psathyra cubispora** Mont. Guy. n. 288, Syll. Crypt. n. 393. — 4334
Pileo tenuissime membranaceo, tandem explanato, striatulo, margine inflexo, hygrophano, in sicco rufo-fusco; stipite fistuloso, apice incrassato levi; lamellis convexis, attenuato-adnexis, cinnamomeis; sporis (singulare) exacte cubicis.

*Hab.* ad terram humosam circa Cayennam Amer. merid. (Leprieur). — Habitus et statura *P. stenophyllæ*, sed sporis cuboideis.

39. **Psathyra plumigera** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 292. — 4335
Pileo e convexo plano pubescente, striato, brunneo, squamis albis vestito; umbone obtuso; stipite gracili, fragili, fistuloso, subpellucido, albo; lamellis latis, adnexis, fuscis.

*Hab.* ad ramos in silvis Cubæ (C. Wright). — Pileus 12 mm. latus; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus.

40. **Psathyra supernula** Britz. Derm. et Mel. p. 176, f. 89. — Pileo 4336
sordide flavo-brunneo, vix nitido, convexo, dein expanso subumbonatoque; stipite albido, pellucido, nitido, deorsum incrassato vel longe radicato, cavo; lamellis numerosis, subadnatis, griseo-violaceis; sporis 10-11 ≃ 4-5.

*Hab.* ad truncos in Bavaria australi. — Pileus usque ad 4 cm. latus; stipes, excepta radicula, 8 cm. longus, medio 2-3 mm. crassus. *Psathyrellæ atomatæ* analoga.

41. **Psathyra bipellis** Quél. Quelq. esp. (1883), p. 4, t. VII, f. 9. — 4337
Pileo campanulato, dein expanso, hygrophano, flavo-purpureo, dein roseo-carneo et micaceo, margine floccis sericeis albis obtecto, dein glabro striatoque; stipite tubuloso, gracili, fragili, apice pulverulento, villoso, dein granulato, albo-violascente; lamellis adnatis, roseis, dein violaceo-atris, albido-reticulatis; sporis ellipsoideis, 15 μ. longis, violaceis.

*Hab.* ad fragmenta lignea radicesque in silvis Jura. — Pileus 2-3 cm. latus; hinc *Psilocybæ spadiceæ*, illinc *Psathyrellæ subatratæ* subaffinis.

42. **Psathyra subnuda** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 60. — Pileo 4338
carnoso, tenui, fragili, e conico-convexo, expanso vel explanato, umbonato, atomato, pellucide striato, levi, glabro, fibrillis tantum paucis, superficialibus, fugacibus prædito, subargillaceo-pallido vel pallescenti-livido, sicco candicante, sæpe hinc inde leviter in roseum vergente; stipite firmulo, fistuloso, cylindraceo, stricto, primo subsericello, mox glaberrimo, nitenti, apice pruinello, basi villoso undique levi, candido vel albido; lamellis adnatis, confertis, subventricosis, primitus cinereo-pallidis, leviter in violaceum vergen-

tibus, demum fuscis; sporis ellipsoideis, fuscis, pellucidis, 8-9 ≃ 4.

*Hab.* in silva frondifera, locis umbrosis, circa Mustiala Fenniæ mensibus Julio-Septembri. — Pileus 4-6 cm. latus; stipes 7-10 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

43. **Psathyra Schulzeri** Quél. in Hedw. 1885, p. 135, *Ag. flavescens* Quél. Verhandl. zool. bot. Gesellsch. 1876, p. 418. — Pileo conoideo-hemisphærico, vix explanato, membranaceo, albo, vertice luteo aut umbrino, levi, non striato; lamellis rotundato-adnexis, subventricosis, antice rotundato-cuspidatis, confertis, primitus mere albis, dein fusco-purpureis, acie integra passim albida; stipite cartilagineo, fistuloso, glabro, subæquali, basi non curvato, sed mycelio hyphis albis contexto insidente, albo; velo partiali (fibrillis ad marginem pilei) solum ætate juvenili visibili; sporis fusco-purpureis, irregulariter ellipsoideis, 5-8 $\mu$. longis. 4339

*Hab.* catervatim aut cæspitose initio æstatis ad vias silvarum in Slavonia. — Pileus 13-20 mm. latus; stipes 2,5 rarius 6 mm. crassus; lamellæ 2-3 mm. latæ. Inodora; sapor fungosus, haud malus. Totus fungus valde fragilis et jove calido marcescens; nec hygrophanus; sat rarus.

44. **Psathyra epibates** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 26. — Pileo membranaceo, parabolico, glabro, saturate luteo, circa marginem rectum striato; stipite fistuloso, concolori, subfiliformi, basi orbiculari inserto; lamellis adscendentibus, fuscis. 4340

*Hab.* in ligno putrido ad Naranjo, Costa-Rica, majo (Œrsted). Dispersa nascitur, pusilla, statura et basi omnino *Mycenæ stylobatis;* stipes fere capillaris, matrici applanata excepta, omnino æqualis, vix 2-5 cm. longus, levis, glaber; pileus sat tenax, 4-8 mm. lat. (altior, quam latior).

III. Fibrillosæ: pileo stipiteque primitus e velo universali floccosis vel fibrillosis.

45. **Psathyra frustulenta** Fr. Epicr. p. 209, Monogr. I, p. 112, Hym. Eur. p. 307. — Fragilis; pileo membranaceo, e campanulato hemisphærico, obtuso, striatulo, hygrophano, circa marginem albo-floccoso; stipite fistuloso, æquali, subundulato, flocculoso, albido; lamellis adnatis, confertis, ex albo aquose cinnamomeis; sporis subellipsoideis, flavis, 5-7 ≃ 3-4 (Karst), 12-14 ≃ 6 (Britz.). 4341

*Hab.* ad glaream viarum udam Europæ. — Abnormis sporis fusco-ferrugineis, sed structura aquosa et colore hyalino *Psathyrarum;* inter *Galeras* nulla adest affinis.

46. **Psathyra bifrons** Berk. Engl. Fl. V, pag. 114, Fr. Monogr. II, pag. 347, Hym. Eur. pag. 307, Ic. t. 138, f. 2, Luc. Suit. t. 21, Cooke Ill. t. 594 A. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, ruguloso, ochraceo-fusco, hygrophano, primitus fibrilloso; stipite fistuloso, stricto, fragili, nudo, argenteo-sericeo; lamellis adscendentibus, linearibus, adnatis, purpurascenti-nigris, acie candidis. 4342

*Hab.* inter ramenta lignea tam Angliæ quam Sueciæ et ad terram et in sabulo viarum horti Saint-Emilaud, Galliæ (Ch. Ozanon) et in Germania. — Pileus 18 mm. latus, 2 cm. altus, mox glabratus, siccus sordide ochraceus; stipes 6-8 cm. longus, 2-5 mm. crassus. — Var. **semitincta** Phill. in Cooke Ill. t. 594 B.: paullo major; pileo marginem versus purpurascente; sporis oblongo-ovatis, 12 ≃ 5. In ramentis ligneis in Britannia.

47. **Psathyra semivestita** Berk. et Br. n. 920, t. 14, f. 5, Fr. Hym. Eur. p. 307, Cooke Ill. t. 578. — Pileo membranaceo, ovato-conico, obtuso, levi, fusco, a margine ad medium fibrillis niveis adsperso; stipite fistuloso, æquali, fibrilloso-sericeo, albo; lamellis adnatis, adscendentibus, lanceolatis, umbrinis. 4343

*Hab.* solo fertiliore inter gramina in Europa. — Pileus circiter 12 mm. latus, siccus pallescens; stipes 5 cm. longus, 3 mm. crassus; sporæ ovato-oblongæ, 10-12 ≃ 5, fuligineæ.

48. **Psathyra fatua** Fr. Syst. Myc. I, p. 296, Hym. Eur. p. 308, Bern. Roch. t. 26, f. 3, Cooke Ill. t. 595, Quél. p. 119, Fl. Dan. t. 830, f. 2 [Schaeff. t. 207 etiam ad hanc accedit]. — Pileo submembranaceo, ex ovato-campanulato expanso, rugoso, primitus fibrilloso, dein glabro; stipite gracili, fragili, glabrato, candido, apice striato farinulento; lamellis adnatis, confertis, linearibus, ex albido fuscis; sporis umbrinis, 12-13 ≃ 6-7. 4344

*Hab.* in dumetis, hortis Europæ, solitaria vel cæspitosa. — Fragilissima, stipite glabrato, pileo ex argillaceo albicante. Cortina nulla.

49. **Psathyra fibrillosa** Pers. p. 424 (*Agar.*) (fibrillis nigrescentibus, forte e sporis), Fr. S. M. p. 297, Hym. Eur. p. 308, Bern. Roch. t. 54, f. 5, Cooke Ill. t. 595, Berk. Outl. p. 173. — Pileo submembranaceo, e campanulato-convexo expanso, striatulo, primitus fibrilloso; stipite elongato, fragilissimo, albo, fibrilloso-squamoso; lamellis adnatis, planis, postice latissimis, purpureo-nigris; sporis atro-purpureis. 4345

*Hab.* in silvis roridis, vulgo ad terram, simplex. — Pileus 3-4 cm. latus, lividus, siccus albus; stipes 8-11 cm. longus, 4-7 mm.

crassus. — B. **dendrophila** minor, campanulata, sporis 10 ≃ 4 Fr. Obs. p. 181 (squamis albis secedentibus diversa a Secr. n. 88).

50. **Psathyra Gordoni** Berk. et Br. n. 922, Fr. Hym. Eur. p. 308, Cooke Ill. t. 580 *A. A. aulacinus* Fr. Monogr. II, p. 348. — Pileo membranaceo, campanulato, sulcato-striato, floccoso-squamuloso, e cinereo albicante; stipite fistuloso, floccoso-farinaceo, albo-pallescente; lamellis adnatis, adscendentibus, cinereis, acie obsolete albicantibus. 4346

*Hab.* inter frustula lignea Europæ. — Pileus 3-4 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus, 3-4 mm. crassus; sporæ 14-15 μ. long. *A. aulacinus* Fr. idem omnino videtur, recedens modo pileo primitus rufescenti-cinereo et lamellis confertioribus. In adultum fungum plene convenit descriptio a Berk. et Br. data.

51. **Psathyra helobia** Kalchbr. Icon. t. 17, f. 4, Fr. Hym. Eur. p. 308, Cooke Ill. t. 579. — Pileo submembranaceo, e conico-campanulato mox plano, subumbonato, in disco jugo elevato concentrico notato, ceterum radiatim rugoso, fuligineo, margine striato, brunneo; stipite fistuloso, gracili, umbrino-rufescente, floccis albidis fugacibus vestito; lamellis rotundato-adnatis, subconfertis, fuligineis; sporis purpureo-nigricantibus, 12 ≃ 6. 4347

*Hab.* locis udis in pinetis ad Olaszinum Hungariæ et in Britannia. — Stipes undulatus, siccus expallens, carneo-testaceus; pileus hygrophanus, siccus argillaceus, subrufescens.

52. **Psathyra pennata** Fr. Syst. Myc. I, p. 297, Hym. Eur. p. 308, Cooke Ill. t. 580 *B.*, Weinm. p. 230, Berk. et Br. n. 1010, Quél. t. 8, f. 3 (minor, pileo nudo). — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, levi, squamis albis plumoso, dein nudo; stipite villoso, argenteo, apice pulverulento; lamellis adnexis, confertis, latis, e livido fusco-nigricantibus. 4348

*Hab.* ad terram deustam in silvis Europæ. — Pileus 1¼ cm. latus et altus; stipes 2-3 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 12 μ. long. *Coprini cinerei* facie, e livescente albus, vulgo curtus, sed exstat var. elongata. — Var. **fimicola** Bern. Roch. p. 136, t. 36, f. 2: pileo ochraceo-ferrugineo; lamellis denticulo decurrentibus, atris. In fimo vaccino, La Rochelle. — Var. **squamosa** Karst. Symb. Myc. Fenn. a typo stipite undique squamis floccosis albis squarroso recedit; sporis ellipsoideis, subflavis, subdiaphanis, eguttulatis, 5-6 ≃ 3. Ad terram deustam in Syrjöas in horto Mustialensi in Fennia, loco umbroso inter ramenta lignea.

53. **Psathyra gossypina** Bull. t. 425, f. 2 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 310, 4349

Hym. Eur. p. 309, Cooke Ill. t. 612, Bolt. t. 71, f. 1 (certe), Berk. Outl. p. 174, Kickx p. 178, Secr. n. 377 (e syn.). — Pileo submembranaceo, campanulato, expanso, tomentoso, mox glabrato, margine striato; stipite tomentoso, albido; lamellis adnexis, ventricosis, ex albo fusco-nigris; sporis 10-12 ≃ 6, ochraceo fuscis.

*Hab.* ad terram et stipulas silvarum Europæ. — Subcæspitosa, fragilis, ochraceo-argillacea; pileus 8 cm. latus.

54. **Psathyra noli-tangere** Fr. Epicr. p. 234, Hym. Eur. p. 309, Ic. t. 138, f. 3, Cooke Ill. t. 612 B, *A. xylophilus* Sow. t. 167, sed squamæ albæ desunt. — Pileo membranaceo, campanulato-expanso, ubique striato, hygrophano, circa marginem squamuloso; stipite fragilissimo, subnudo, fuscescente, apice levi; lamellis adnatis, latis, pallide fuscis; sporis oblongo-ellipsoideis, 12 ≃ 5. 4350

*Hab.* inter ramenta Quercus in Europa, gregaria. — Omnium fragilissima, uda tota pallide umbrina; pileus siccus pallescens, levis et passim spurie squamoso-appendiculatus. — ***P laureata** Quél. Bull. Soc. bot. 1878, p. 288, t. III, f. 8: pileo mammoso, 1-2 cm. lat., biso, margine albo-squamoso; lamellis pallide violaceis; stipite villoso, concolore; sporis ovoideis, 8 µ. long. violaceis. In foliis fagineis dejectis, Jura.

55. **Psathyra microrrhiza** Lasch l. c. n. 468, Fr. Hym. Eur. p. 309, Cooke Ill. t. 596. — Pileo membranaceo, campanulato, levi, sicco, atomato-nitente, primitus luteo-piloso; stipite tenui, brevi, radicato, sericeo, albido; lamellis adnexis, confertis, angustis, e pallido nigrescenti-brunneis; sporis e fundo vario fuscis vel nigris. 4351

*Hab.* locis graminosis in hortis Europæ, gregaria. — Primitus ubique flocculosa subcortinataque, fragilis, minor. Pileus 2-2½ cm. latus, ochraceus vel rufo-brunneus, expallens; stipes 5-7 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

56. **Psathyra urticicola** Berk. et Br. n. 919, Fr. Hym. Eur. p. 309, Cooke Ill. t. 596 B. — Pusilla; pileo membranaceo, campanulato, flocculoso, albo, margine demum striato; stipite fistuloso, curto, sursum attenuato, flocculoso, albo; lamellis adnexis, postice attenuatis, coffeaceo-bbrunneis. 4352

*Hab.* in radicibus Urticæ in Europa. — Stipes insititius, 1-2 cm. long.; pileus 4-5 mm. latus; sporæ late ellipsoideæ, 6-8 ≃ 3,5-4,5.

**BOLBITIUS** Fr. Epicr. p. 253 (Etym. *bolbiton* fimus). — Hymenophorum subdiscretum. Velum universale nullum, partiale in plurimis obsoletum. Lamellæ membranaceæ, molles, liquescentes (nec diffluen-

tes), e sporis secedentibus pulverulentæ. Sporæ ovatæ, leves, subferrugineæ.

Fungi mucidi, udi, brevi marcescentes (nec reviviscentes), plurimi limicoli v. locis stercoratis vigentes, lutescentes. — Grex exigua, admodum naturalis, vegetatione *Coprinorum*, fructificatione *Cortinariorum*, quare genus inter hos medium et stricte ad Ochrosporas pertinens.

1. **Bolbitius vitellinus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 254, Hym. Eur. p. 333. 4353
Kickx p. 190, Quélet p. 132, *Agaricus* Pers. Syn. p. 402, Fr. Syst. Myc. I, p. 303, Weinm. p. 268. — Pileo carnoso-membranaceo, ex ovato explanato, viscoso, vitellino, primo levi, dein margine fissosulcato; stipite fistuloso, æquali, albo-squamuloso; lamellis leviter adnexis, ochraceo-argillaceis; sporis subochraceis, 13-14 ≃ 8.

*Hab.* in fimo equino per campos sparso in Europa, subcæspitosus. — Sequentibus major; pileus 4-6 cm. latus, repandus, unicolor; stipes 5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

2. **Bolbitius Boltonii** (Pers.) Fr. Epicr. p. 254, Hym. Eur. p. 333, Cooke 4354
Ill. t. 689, Berk. Outl. p. 182, *Agaricus* Pers. Syn. p. 414, Syst. Myc. I, p. 303, Seyn. Montp. p. 90, Weinm. p. 268, Secr. n. 404, Bolt. t. 149. — Pileo carnosulo, viscoso, primo levi, dein margine membranaceo sulcato, disco obscuriore subdepresso; stipite attenuato, lutescente, cortina fugaci primitus flocculoso; lamellis subadnatis, e flavo livido-fuscescentibus; sporis brunneo-fuscis (sub lente flavis) subsphæroideo-ellipsoideis, 14 ≃ 8.

*Hab.* locis fimetosis, inter folia coacervata in Europa et prope Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Pileus 6 cm. circiter latus, 10 cm. usque altus, primo conicus luteo-expallens, demum marcescens papyraceus; stipes circiter 8 cm. longus.

3. **Bolbitius fragilis** (L.) Fr. Epicr. l. c., Hym. Eur. p. 334, Cooke Ill. 4355
t. 720, Bern. Roch. t. 32, f. 2, Hoffm. Ic. t. 21, f. 2, *A. fragilis* Linn. Spec. plant. 2, p. 1643, *A. equestris* Bolt. t. 65, Sowerb. t. 96, Secr. n. 403. — Pileo submembranaceo, viscido, pellucido, margine striato, disco subumbonato; stipite attenuato, nudo, glabro, luteo; lamellis attenuato-adnexis, e luteolo dilute cinnamomeis; sporis ferrugineis (sub lente flavis vel flavidis), subsphæroideo-ellipsoideis, 14-15 ≃ 8-9.

*Hab.* ad vias, in campis frequens in Europa et pr. Somerset East Africæ australis et in Australia. — Pileus 1-2 cm. latus; stipes 8 cm. longus. Præcedente tenuior, fragilis, marcescens, e flavo expallens.

4. **Bolbitius bulbillosus** Fr. Hym. Eur. p. 334, Monogr. I, p. 471 (sub 4356

*B. fragili*). — Pileo carnoso-membranaceo, e campanulato expanso, exstrio, pallide fusco-lutescente; stipite fistuloso e basi submarginato-bulbosa attenuato, glabro, albo-lutescente; lamellis liberis ventricosis sporisque ferrugineis; sporis subsphæroideo-ellipsoideis, ferrugineis (sub lente flavis v. flavidis), 12–14 ≃ 8.

*Hab.* locis nemorosis raro in Europa et pr. Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Pileus 2–2,5 cm. altus, 1,5–2 cm. latus; stipes circiter 7 cm. longus. Bulbo distincto insignis pileoque exstrio et coloribus bene distinctus.

5. **Bolbitius conocephalus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 205, Hym. Eur. p. 334, 4357
Gill. C. F. c. ic., *Agaricus* Bull. t. 563, f. 1, Weinm. Ross. p. 269. — Pileo membranaceo, conico, hygrophano, disco levi viscidulo, margine striato; stipite fistuloso, æquali, glabro, nitido, tenacello, albo; lamellis liberis, ventricosis, e fuscescente ferrugineis.

*Hab.* in terra humosa in Europa et in Australia in acervis e foliis et fimo mixtis in horto Upsaliensi quibusdam copiose. — Simplex, gracillimus, fragilis, e livido argillaceo-albus. Secretan (n. 972) indicat in truncis Fagi; conferatur cum *Psathyra fagicola.*

6. **Bolbitius titubans** (Bull.) Fr. Epicr. p. 254, Hym. Eur. p. 334, Gill. 4358
C. F. c. ic., Cooke Ill. t. 690, Berk. l. c., Kickx p. 189, *Agaricus* Bull. t. 425, Sowerb. t. 128, Secr. n. 402. — Pileo membranaceo, ovato-campanulato, dein fisso explanato, flavo, discoideo; stipite gracili, stricto, lutescente, nitido; lamellis leviter adnexis, e pallide purpurascente fuscis; sporis incarnato-salmoneis, 8–9 ≃ 4–5.

*Hab.* in fimo locis silvaticis in Europa et in Victoria. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 11–14 cm. longus, 2–4 mm. crassus. Fragillissimus, tremulo-titubans. Color lamellarum purpurascens potius quam ochraceus (ut habetur in Bull. l. c.).

7. **Bolbitius apicalis** Worth. Smith in Cooke Handb. I, p. 171 et Ill. 4359
t. 720 *B.*, Fr. Hym. Eur. p. 334. — Pileo membranaceo, conico, obsolete umbonato, e striato-plicato subfissili, brunneo, disco carnosulo ochraceo; stipite fistuloso, striato, albo; lamellis liberis, ventricosis sporisque brunneis; sporis 9 ≃ 6–7.

*Hab.* in pascuis Angliæ, præcox. — Stipes 5 cm. longus, apice sub lente pruinosus; pileus 18 mm. latus, disco linea obscuriore limitato.

8. **Bolbitius contribulans** Britz. Derm. et Mel. p. 184, f. 94. — Pileo 4360
conico, obtuso, rufescente, haud nitido; stipite deorsum attenuato, subpellucido, levi, nitido, cavo; lamellis adnexis, postice subadna-

tis, haud confertissimis, dilute flavo-rufis; sporis oblongo-rotundatis, 20 = 10, flavido-brunneis.

*Hab.* ad Haspelmoor in Bavaria australi. — Pileus 1,5 cm. latus; stipes usque ad 8 cm. longus, 2 mm. crassus. *Bolbitio apicali* affinis.

9. **Bolbitius tener** Berk. Outl. p. 183, t. 12, f. 2, Fr. Hym. Eur. 4361
p. 335, Ic. t. 130, f. 4, Cooke Ill. t. 691, *Bolb. albipes* Fr. Monogr. II, p. 306. — Pileo tenerrimo, elongato-conico, levi, udo, albo; stipite fistuloso, albo, basi leviter incrassato; lamellis liberis, postice attenuatis, rubellis.

*Hab.* locis graminosis pinguibus Europæ. — Stipes 5 cm. usque longus, non distincte bulbosus; pileus ex incarnato albicans v. albido-luteolus; sporæ 10-12 = 6-8.

10. **Bolbitius luteolus** Lasch n. 591, Fr. Hym. Eur. p. 335, Monogr. 4362
I, p. 472, Quél. Jura t. 9, f. 3. — Pileo tenerrimo, campanulato, glabrato, plicato-sulcato, flavo; stipite filiformi, glabro, pallido; lamellis liberis, ventricosis, e flavo lividis.

*Hab.* in hortis in Europa. — Pileus $1^1/_4$ cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 1 mm. crassus. Adest forma minor; stipite 2,5 cm. vix attingente; pileo $^1/_2$ cm. lato.

11. **Bolbitius pusillus** Borsz. Fung. Ingric. t. 1, f. 1, Fr. Hym. Eur. 4363
p. 335. — Pileo tenerrimo, campanulato, ultra medium sulcato-plicato, viscido; stipite subtiliter fistuloso, undulato-gibbo, dilute citrino, squamulis candidis vestito; lamellis liberis, undulatis, ex albo cinnamomeis; sporis ferrugineis, fuscescentibus.

*Hab.* in fimo vaccino locis silvaticis prope Petropolin in Rossia. — Elegans, pusillus, $2^1/_2$ cm. altus; stipes sæpe curvatus, adscendens, striatulus.

12. **Bolbitius purifluus** Lasch n. 487, Fr. Hym. Eur. p. 335. — Pileo 4364
tenerrimo, explanato, flocculoso, sulcato, luteo; stipite attenuato, farinoso, lutescente; lamellis liberis, angustis, e luteo subochraceis.

*Hab.* in Germania. Singularis species, valde fragilis et fugax. — Pileus $2\text{-}2^1/_2$ cm. latus; stipes 3-5 cm. longus, inferne circiter 3, superne 1 mm. crassus; lamellæ in laticem flavido-fuscam dissolvuntur; hinc ad Coprinos accedit, sed tota facies Bolbitii.

13. **Bolbitius rivulosus** B. et Br. Ann. N. H. n. 1773. — Pileo cam- 4365
panulato, argillaceo, rivuloso; stipite sursum attenuato; lamellis angustis, cinnamomeis.

*Hab.* ad terram in viridario Chiswick Britanniæ. — Pileus circiter 4 cm. latus. Omnino diversa a qualibet cognita specie.

14. **Bolbitius fissus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. — Pileo e campanulato umbonato plano, pallido, striato, margine fisso; stipite fistuloso, sursum attenuato vel subæquali, candido; lamellis ventricosis argillaceis; sporis ovatis, 8 μ. long. 4366

*Hab.* in fimo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 4-4½ cm. latus, pallidissime gilvus, margine striato, rimoso; caro, centro excepto, tenuissima; stipes 4-6 cm. longus, basi incrassatus; lamellæ postice rotundatæ, subliberæ.

15. **Bolbitius Oryzæ** B. et C. N. Pac. exp. n. 62. — Pileo campanulato, obtuso, viscido stipiteque valido albis; lamellis adnexis ex albo gilvo-purpurascentibus. 4367

*Hab.* in apluda oryzina putrescenti in Japonia.

16. **Bolbitius liberatus** Kalchbr. in Myc. un. n. 1302. — Pileo elongato, acuminato, deorsum contracto et sic sublanceolato (ad formam calyptræ *Polytrichi juniperini*), levi, colore recentis corii; stipite fistuloso, gracili, basi bulbilloso, subconcolori; lamellis linearibus, ochraceis. 4368

*Hab.* ad Somerset-East Promont. Bonæ Spei (P. Mac Owan). — Distinctissimus generis!

17. **Bolbitius macrorrhizus** B. et Mont. in Syll. Crypt. n. 411. — Pileo carnosulo, convexo, viscido e cyaneo roseo, centro depresso vel umbonato, sicco rugosissimo; stipite farcto, longo, alte radicato, gracili, roseo; lamellis flavis aut vitellinis, attenuatis, processu angusto longe decurrentibus; sporis oblongis dilute ferrugineis, 12-13 μ. longis. 4369

*Hab.* ad terram, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 2 cm. lat., vegetus glutine cyaneo-roseo oblinitus; stipes 10 cm. long. cartilagineus.

18. **Bolbitius villipes** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 28. — Pileo submembranaceo, e glandiformi explanato in ambitu radiatim sulcato, sulphureo, nitido, disco fulvo, levi; stipite fistuloso, æquali, undique piloso-villoso; lamellis luteis. 4370

*Hab.* ad terram fimetosam ad Naranjo Costa-Rica (Œrsted). — Pileus 3,5-4 cm. lat.; stipes 5 cm. long., ultra 2 mm. crassus, rectus vel e pilei pondere titubans, saturatius coloratus.

19. **Bolbitius nobilis** Peck 24 Rep. of the Bot. p. 71. — Pileo tenui, ovato, dein campanulato, glabro, plicato-striato, dilute flavescente, disco carnosulo, rubro tincto, margine demum incurvo et fisso; stipite longo, æquali, glabro, apice striato, cavo, albo; lamellis sub- 4371

distantibus, extus attenuato-conicis, adnatis, angustioribus intermixtis, pallide flavis acie obscurioribus.

*Hab.* ad terram in silvis Greig Amer. borealis. — Fungus cæspitosus 7,5-12 cm. altus; pileus 2,5 cm. latus; stipes 2 mm. crassus.

20. **Bolbitius Ozonii** Schulz. in Rev. Myc. V, p. 213. — Pileo membranaceo, primo semiglobato, mox digitaliformi, tandem conico-campanulato, nunquam explanato, 2-2,6 cm. lato, 2-2,2 cm. alto, disco cinnamomeo aut fusco et levi, parte reliqua ex albido ochraceo-cinnamomea et subtilissime dense striata; præterea tota superficie ab velo universali squamulis albidis secedentibus aut interdum persistentibus vestita; lamellis adnexis, confertissimis, linearibus, 2 mm. latis, diu albis, tandem pileo concoloribus nec diffluentibus sed una cum pileo marcescentibus et liquescentibus; stipitibus aut 2-6 e gompho carnoso albo enascentibus aut solitariis ad basim subbulbosis, primum geotropis basi abrupte curvatis et lucem versus recte protensis, igitur heliotropicis, sursum sensim attenuatis nec in pileum diffusis, apice 1,5-3 mm. crassis, 6-8 cm. longis, fistulosis delicatulis, squamulis subinconspicuis, subfarinosis, e velo universali oriundis, secedentibus vestitis, tandem nudis albis; sporis ochraceis, ellipsoideis, 7-11 = 5. 4372

*Hab.* ad asserculas quercinas subputrescentes prope Vinkovce Slavoniæ. — Fungus sine odore saporeque distincto; velum universale molle, valde friabile, in verruculas obliteratum, in juvenilibus badium et mox expallens, album; velum partiale deest; squamulæ in pilei vertice interdum subuliformes, usque ad 400 μ. longæ, apice umbrinæ.

21. **Bolbitius mitriformis** Berk. Dec. n. 2 in Hook. Lond. Journ. III, p. 186, t. VI, f. *B.* — Pileo membranaceo, mitriformi, acuminato, supra medium striato; stipite gracili flexuoso, candido, minutissime albo-farinaceo; lamellis adscendentibus, valde attenuatis, angustissimis, anastomosantibus, subinde farctis. 4373

*Hab.* in argilla ferruginosa Devil's Mount ad promont. Bon. Spei (Harvey), Somerset East (Mac Owan). — Pileus 2,5 cm. long., 8-9 mm. cr.; stipes 6 cm. long., 2 mm. cr.; sporæ late cymbiformes oblique apiculatæ.

**COPRINUS** Pers. Tent. disp. p. 62 em. Fr. Epicr. p. 241 (Etym. *copros* fimus, ob plures species fimicolas). — Hymenophorum a stipite discretum. Lamellæ membranaceæ, primitus stipato-cohæren-

tes, scissiles, dein in laticem nigram diffluentes. Trama obsoleta. Sporæ ovales, læves, nigræ.

Genus distinctissimum, acute limitatum. Fungi fugaces, velo plerumque universali floccoso v. furfuraceo. Lamellæ lineares v. ventricosæ, e quibus pendet pilei forma primitiva. Plurimæ species fimicolæ v. loca stercorata incolentes, sed aliæ ad ligna putrida vigent.

Trib. I. Pelliculosi. Lamellæ cute carnosa v. membranacea superne tectæ, quare pileus non secus lamellas hiascens, sed laceratus revolutusque.

*) *Comati:* volvato-annulati; pilei cute in squamas lacerata.

1. **Coprinus comatus** Fr. Epicr. p. 242, Hym. Eur. p. 321, Sverig. ätl. Svamp. t. 87, Pat. Tab. 448, Cooke Ill. t. 658, Bern. Roch. t. 28, f. 3 et t. 29, f. 1, Gill. C. F. c. ic., *A. comatus* Fl. Dan. t. 834, Harz. t. 21, Grev. t. 119, Krombh. t. 30, f. 15-21, Klotzsch Bor. t. 389, *A. porcellanus* Schaeff. t. 46,47, *A. typhoides* Bull. t. 582, f. 2, *A. fimetarius* Bolt. t. 44, Curt. Lond. t. 93, *A. cylindricus* Sowerb. t. 189, Batt. t. 26, f. *B.* — Pileo subcarnoso, e cylindrico expanso, levi, mox in squamas latas, sparsas, adpressas lacerato; stipite cavo, fibrilloso, bulbo solido radicato, annulo mobili; lamellis liberis, linearibus, ex albo purpurascentibus nigrisque; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, atro-fuscis, 11-13 ≃ 6-8 (Karst.) v. 18 ≃ 11 (Worth. Sm.), uno latere apiculatis. 4374

*Hab.* in terra pingui frequens, nec in fimo in Europa ad latera viarum et in pascuis Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus 8-10 cm. altus, 5 cm. latus.; stipes 14 cm. vel ultra longus, 1¼ cm. crassus; lamellæ 1 cm. latæ. Speciosus, pileo sordide albido v. in lilacinum vergente, haud sulcato. Annulus interdum ad basim persistens, volvaceus: Bolt. l. c. Jove sicciore magis, etiam lamellæ, albescit: Paul. t. 128.

2. **Coprinus ovatus** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 242, Hym. Eur. p. 320, Berk. et Br. n. 925, Cooke Ill. t. 659, Pat. Tab. 439, Bern. Roch. t. 29, f. 2, *Agaricus* Schaeff. t. 7, Secr. n. 409, Ray. Syn. p. 5, n. 22. — Pileo submembranaceo, ex ovato expanso, striato, jam primitus squamis crassis, dense imbricatis concentricisque tecto; stipite bulboso-radicato, flocculoso, sursum cavo, annulo deciduo; lamellis remotis, lanceolatis, candidis, dein umbrinis nigricantibusque. 4375

*Hab.* in terra humosa in Europa et in Africa australi prope Minussinsk in Sibiria. — Pileus 5 cm. altus, 3 cm. latus; stipes 8-9 cm. longus; sporæ ovatæ, 14 ≃ 7. Minor, tenuior, diu persi-

stens; pileus vertice calyptra levi tectus; color candidus, etiam lamellarum tardius diffluentium.

3. **Coprinus clavatus** Fr. Epicr. p. 242, Hym. Eur. p. 320, *Hydrophorus clavatus* Batt. t. 26, f. C., *A. cylindricus* Schaeff. t. 8. — Pileo submembranaceo, ex ovali expanso, exstrio, primitus in squamas comatas lacerato; stipite a basi volvata, arrhiza subattenuato, flocculoso, sine annulo manifesto; lamellis liberis, sublinearibus, ex albo mox nigricantibus. 4376

*Hab.* locis fimetosis Europæ — Clare distinctus. Stipes brevior, ut pileus junior basim (adpresse membranaceo-volvatam) attingat, sed annulus manifestus deest; pileus parum expanditur, deliquescens, margine striatus; color candidus nec lamellæ umquam purpurascentes; sporæ 10-12 ≃ 6-8.

4. **Coprinus panormitanus** Inz. Fung. Sic. II, p. 58, t. X, fig. I. — Parvus; pileo membranaceo, ovali, primitus albo, mox cinereo undique squamis furfuraceis albidis tecto; stipite pileo subæquali, cavo, basi ventricoso, annulo ochraceo lacerato-fibroso cincto, radicato; lamellis attingentibus, lanceolatis ex albo cæruleo-nigricantibus; sporis ovatis e flavo nigricantibus. 4377

*Hab.* ad terram udam Castelnuovo ai Colli in insula Sicilia Italiæ. — Fungus 1-1,5 cm. altus, circ. 1 cm. latus.

5. **Coprinus stenocoleus** Lindbl. in Monogr. II, pag. 306, Fr. Hym. Eur. p. 321, Ic. t. 140, f. 1. — Pileo disco excepto, membranaceo, e cylindrico campanulato, livido-nigrescente, squamis floccosis albis variegato; stipite fistuloso, gracili, basi incrassato volvaque arcte coarctata longe vaginato; lamellis liberis, linearibus, atris. 4378

*Hab.* ad terram fimetosam in Europa. — Insignis, rara species; stipes 10-15 cm. longus, superne 2-5 mm. crassus; pileus demum laceratus v. integer, revolutus.

6. **Coprinus sterquilinus** Fr. Epicr. p. 242, Hym. Eur. p. 321, Cooke Ill. t. 660, Pat. Tab. 437, Berk. Outl. pag. 177, Quél. t. 9, f. 2, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 308, Duby Syn. pag. 802, Michel. t. 80, f. 3. — Pileo membranaceo, e conico expanso, sulcato, primo villoso, disco carnosulo squarroso-squamoso, sordido; stipite attenuato, fibrilloso, basi solido, arrhizo, annulato; lamellis liberis, ventricosis, purpurascenti-umbrinis. 4379

*Hab.* in fimo vaccino in Europa. — Pileus 8 cm. altus, 4 cm. latus; stipes 14 cm. longus, 6-7 mm. crassus; lamellæ 6-7 mm. latæ; sporæ 20-21 ≃ 12-13. Longe a præcedentibus calyptratis distat vertice modo squamoso-squarroso. Stipes tactus mox nigrescit.

7. **Coprinus oblectus** (Bolt.) Fr. Epicr. p. 243, Hym. Eur. pag. 321, 4380
Cooke Ill. t. 661, *Agaricus* Bolt. t. 142. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, ubique sericeo, dein glabro, sulcato; stipite cavo, molli, sericeo-levigato, basi vaginato-annulato; lamellis liberis, linearibus, carneo-nigricantibus.

*Hab.* in fimetis Europæ, raro. — Pileus primo candidus, dein denudatus rubro-pulverulentus revolutusque. Videtur *C. dilecto* affinis.

8. **Coprinus squamosus** Morg. Myc. Miami p. 173, t. VIII. — Pileo 4381
sæpe membranaceo, ovoideo, dein expanso, cinereo, squamis rubro-brunneis tecto; stipite cavo, subæquali, sub annulo squamis rubro-brunneis tecto, sursum glabro, albido; lamellis liberis, ventricosis, albis, dein rufo-brunneis, demum atris; sporis cymbiformibus, 8-9 $\mu$. longis.

*Hab.* ad truncos vetustos in silvis Ohio Amer. bor. — Cæspitosus; pileus circ. 2,5 cm. altus, 3,5-6 cm. latus, dein revolutus laceratusque; stipes 10-15 cm. longus, 6-7 mm. crassus.

9. **Coprinus cunctabundus** Mont. Fl. Chil. VII, p. 343 et Syll. Crypt. 4382
n. 403. — Pelliculosus; pileo carnosulo ex ovoideo oblongo tandem longe conico, albo, tenuissime plicatulo, disco levi griseo, margine tandem patente fisso, in squamas latas imbricatas lacerato; stipite cavo, levigato, candido; annulo.....; lamellis liberis, linearibus, e carneo fuscescentibus.

*Hab.* in vineis prope Santiago Amer. merid. (Cl. Gay).

**) *Atramentarii*: subannulati (haud volvati), pileo squamulis minutis, innatis punctato maculatove.

10. **Coprinus prægnans** Fr. Epicr. p. 243, Hym. Eur. p. 321. — Pi- 4383
leo subcarnoso, campanulato, exstrio, ubique squamulis confertis minutis tecto; stipite fibrilloso-squamoso, basi ventricoso, solido, fusiformi-radicato, annulo mobili; lamellis liberis, latissimis, ventricosis, primitus umbrinis.

*Hab.* ad vias Scaniæ. — Maximus, 18-20 cm. altus, sequenti proximus; pileus cinereus; lamellæ numquam albæ.

11. **Coprinus atramentarius** (Bull.) Fr. Epicr. p. 243, Hym. Eur. p. 322, 4384
Cooke Ill. t. 662, Pat. Tab. 452, Bern. Roch. t. 30, Berk. Outl. t. 12, f. 1, Kickx p. 182, *Agaricus* Bull. t. 164, Sow. t. 188, Fl. Dan. t. 1370, Klotzsch Fl. Bor. t. 390, *A. plicatus* Pers. Syn. p. 396, Vaill. Par. t. 12, f. 10, 11. — Pileo subcarnoso, ovato-expanso, vertice squamulis innatis maculato; stipite cavo, firmo,

intus zonato, annulo abrupto fugaci; lamellis liberis, ventricosis, ex albo purpurascenti-fuscis, demum nigricantibus; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, 9-10 ≃ 6.

*Hab.* solo pingui ad vias, pagos catervatim, copiose (non in fimo) in Europa, Albany Amer. fœder. (Peck) et prope Observatory Bay Kerguelen Island (A. E. Eaton). — Pileus 8-11 cm. altus, 7 cm. latus; stipes 8-11 cm. longus, 1¼ cm. crassus; sporæ 9-10 ≃ 5-6, atro-brunneæ. Ex ætate et loco adeo mutabilis, ut plures facile fingas species. Cfr. Schaeff. t. 66, 68. Junior obesus, caseoso-mollis, pileo rugoso-plicato, lacunoso lobatoque, micore sordido obducto, stipite ad limitem pilei nodoso-angulato (hinc subfusiformi); hic vero nodus pileo elongato evanescit stipesque æqualis, immo bulbosus evadit. Pileus adultus levigatus, albo-cinereus, squamis fuscis. Jove sereno magis una cum lamellis albescit. Paul. t. 129. (*A. luridus* Bolt. t. 25 hujus modo prava icon videtur, hinc omissus).

12. **Coprinus Lerchenfeldii** Schulz. Verhandl. Hermann. 1884, t. I, f. 3. — Pileo hemisphærico, apice elevato, brunneo-griseo, margine ex argenteo-griseo violaceo, undulato, fimbriato; stipite fibrilloso, cavo, extus subtiliter squamuloso; lamellis violaceis, nitentibus, rectis, stipitem versus albido-griseis. 4385

*Hab.* in hortis prope Hermannstadt Slavoniæ. — Pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 12-15 cm. longus.

13. **Coprinus insignis** Peck 26 Rep. pag. 60. — Pileo campanulato, tenui, ad discum sulcato-striato, griseo cervino, disco glabro interdum in areolas vel squamas secedente; stipite cavo, subfibrilloso, striato, candido; lamellis adscendentibus, confertis; sporis asperis, 10 ≃ 8. 4386

*Hab.* circa radices arborum in silvis, Worcester Amer. fœder. — Statura 10-13 cm. metiens; pileus 5-8 cm. latus; stipes 6 mm. crassus. Species notabilis sporis asperis. Magnitudine atque generali aspectu multam cum *C. atramentario* similitudinem præbet.

14. **Coprinus variegatus** Peck 25 Rep. p. 79. — Pileo carnoso, tenui, fragili, oblongo-ovato, demum campanulato, obtuso, hygrophano, udo pallide aquoso-brunneo, sicco albido v. carneo, squamis tomentosis ochraceis superficialibus variegato, margine subtiliter striato; stipite æquali, fragili, cavo, primitus peronato-annulato, demum floccoso-pruinoso basi filamentis ramosis radiciformibus instructo; lamellis lanceolatis, confertis, adscendentibus liberis candidis, dein roseo brunneis, tandem atris; sporis subellipsoideis, 9 μ. long. 4387

*Hab.* in solo atque in rupibus ad folia collapsa, Slope of Croros Nert prope West Point Amer. fœder. — Denso agmine cæspitosus, 8–13 cm. altus; pileus 2½–4 cm. latus; stipes 4–8 mm. crassus. Ætate juvenili totus fungus tomento superficiali floccoso abundanter vestitus. Hoc mox in squamas laxas vel tessellas secedit, quibus amotis pileus glabrescit. Hoc charactere facile a *C. atramentario*, cui affinis, facile distinguitur. Annulus tenuis abruptus mox evanescit.

15. **Coprinus subglobatus** B. et C. N. Pac. exp. n. 60. — Pileo subgloboso, pallido fusco, indumento crasso subglauco vestito; stipite albo; lamellis latis, liberis, ex albo obscure purpurascentibus. 4388

*Hab.* ad ripas Californiæ. — Affinis *C. atramentario.*

16. **Coprinus sobolifer** Fr. Epicr. p. 243, Hym. Eur. p. 322, Quél. p. 338, *Ag. costatus* Krombh. t. 4, f. 1-2. — Pileo submembranaceo, ovato-expanso, truncato, squamoso-maculato, albido-sordido; stipite farcto, subventricoso, tuberoso-sobolifero, annulo fugaci; lamellis liberis, ventricosis, e pallido nigricantibus. 4389

*Hab.* ad basim truncorum et in vaporariis Europæ, raro. — Magnus, albido-sordidus, squamis distinctus, sed haud rite cognitus.

17. **Coprinus fuscescens** (Schaeff.) Fr. Epicr. p. 244, Hym. Eur. p. 322, Cooke Ill. t. 663, Berk. Outl. p. 178, Klotzsch t. 375, Pat. Tab. 440, Bern. Roch. t. 31, f. 2, *Ag. fuscescens* Schaeff. t. 17, Pers. Syn. p. 399. — Pileo submembranaceo, ovato-expanso, impolito, disco carnosulo, levi vel rimoso-squamoso; stipite cavo, æquali, fragili, subfibrilloso, vix annulato; lamellis adfixis, umbrino-nigris; sporis ellipsoideis, sæpius inæquilateralibus, sursum rotundatis, deorsum truncatis, appendiculo ægre visibili subhyalino præditis, fuligineo-atris, 8–10 ≈ 5-6. 4390

*Hab.* ad truncos Quercus, Fraxini, Salicum in Europa et Cincinnati Amer. fœder. in solo stercorato, Peradenya Ceylon (Thwaites) et in trunco vetusto carioso Celtidis Talæ in silva australiore Real Viejo in Argentina Amer. merid. (Spegazzini). — Pileus 5–8 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 6–8 mm. crassus. — Var. **rimoso-squamosus** Cooke Ill. t. 664: pileo pallidiore, rufo-squamoso. In Britannia. — *C. atramentario* minor, tenuior, primitus magis æqualis, pileo griseo-fuscescente, disco rufescente, non atomis micaceis, sed pruina subfarinacea primo tectus; lamellæ adnexæ, deliquescentes a stipite in marginem attenuatæ. Cum hoc conferendi Secr. n. 411, 413, Paul. t. 125, f. 1, Vaill. Par. p. 72, n. 10.

18. **Coprinus Lamottei** Gill. Ch. F. p. 603. — Pileo membranaceo, 4391

conico, dein campanulato, longitudinaliter fisso, disco carnosulo subinde squamis superficialibus obsito, ceterum glabro, levi, nitido, albo-rufescente vel brunnescente; stipite albo, fistuloso, sursum attenuato, deorsum residuis fibrillosis collarii instructo; lamellis liberis, ventricosis, albis, dein purpurascentibus, mox nudis, fuscescentibus, siccitate haud liquescentibus at flaccidis, pileo brunnescente; sporis ovatis, longitudinaliter 1-lineatis.

*Hab.* ad terram inter graminaceas in Gallia. — Pileus 2-3 cm. latus, 3-4 cm. altus; sporis brunneolis lamellisque haud diffluentibus ab aliis speciebus distinctus.

19. **Coprinus columellifer** Speg. Fung. Arg. II, p. 6. — Solitarius; 4392
pileo candido, membranaceo-carnosulo, apice squamulis secedentibus ornato, medio tomentoso-araneoso basim versus glaberrimo, primo cylindraceo-clavato, dein campanulato-expanso, margine striatulo, fisso ac revoluto; lamellis utrinque attenuatis atque rotundatis, confertis, compactis, tenuibus, membranaceis, monomacriis, primo albis, dein a basi ad apicem versus roseo-sanguineis, mox atris ac diffluentibus; annulo araneoso-membranaceo a stipite discreto lamellisque adnato, candido; stipite albo, levi, cylindraceo-fusiformi, basi subbulboso, intus fistuloso atque columella filoso-sericea, tenacella filamentis araneoso-sericeis cavum implectentibus ornata, e centro pilei ad basim stipitis decurrente donato; sporis ellipticis, atris, opacis, episporio hyalino apice incrassato donatis, 8-9 ≃ 4-5.

*Hab.* in herbosis humidulis en la Boca del Riachuelo in Republica Argentina Amer. australis (O. Schnyder). — Species pulchella *C. cunctabundo* affinis, sed characteribsu citatis satis recedens. Pileus 6-7 cm. longus, 2,5-3 cm. crassus; stipes 8-10 cm. longus, 1-1,5 cm. crassus; lamellæ 1 cm. latæ.

***) *Picacei:* velo universali flocculoso, primo contiguo, dein in squamas pilei superficiales areolatim rupto.

20. **Coprinus cylindricus** Fr. Epicr. p. 244, Hym. Eur. p. 322, Elench. 4393
p. 43. — Pileo membranaceo, e cylindrico expanso, striato, longitudinaliter rimoso, squamis floccosis, superficialibus, raris conspersо, disco carnosulo; stipite cavo, æquali, longissimo, fibrilloso; lamellis liberis, sublinearibus, atris.

*Hab.* ad terram juxta truncos in Europa rarus sed insignis. — Stipes 18-20 cm. long., 1¼ cm. crassus, fragilis, corticatus; pileus 5-8 cm. altus, demum explanatus, 10-13 cm. latus, circa marginem leucophæus.

21. **Coprinus picaceus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 244, Hym. Eur. p. 323, 4394
Cooke Ill. t. 665, Berk. Outl. p. 178, Pat. Tab. 451, Gill. C. F. cum ic., *Agaricus* Bull. t. 206, Fl. Dan. t. 1499. — Pileo submembranaceo, ovato-campanulato, squamis superficialibus, latis, albis variegato; stipite in bulbum arrhizum usque cavo, fragili, glabro; lamellis liberis, ventricosis, cinereo-atris; sporis ellipsoideis, 13-14 ≃ 8-9.

*Hab.* in umbrosis ad terram in Europa. — Pileus 6 cm. altus et latus; stipes 16 cm. longus, 1-1½ cm. crassus. Major, mox deliquescens, pileo fuligineo-nigro.

22. **Coprinus varicus** Fr. Epicr. p. 244, Monogr. I, p. 458, Hym. Eur. 4395
p. 323. — Pileo submembranaceo, ex ovato campanulato, levi, squamis superficialibus albis adsperso; stipite solido, rigido, tenacissimo æquali, glabro; lamellis liberis, ventricosis, atris.

*Hab.* locis cariosis in truncis vivis Fagi in Europa. — Nobilissimus, habitu fere *C. ovati*. Stipes rigidus, 8 cm. longus, 7 mm. crassus, e situ incurvus; pileus 5 cm. latus, haud explanatus, albolivens nec nisi margine fisso striatus; lamellæ 7-9 mm. latæ, primitus atræ, acie pruina albicantes.

23. **Coprinus aphthosus** Fr. Epicr. p. 245, Hym. Eur. p. 323, Cooke 4396
Ill. t. 666, Berk. Outl. p. 178. — Pileo membranaceo, ovato-campanulato, exstrio, squamis superficialibus adsperso, dein nudo; stipite cavo, æquali, torto, fibrilloso; lamellis adnatis, ex albo nigricantibus.

*Hab.* ad Salices cavas v. c. Scaniæ. — Stipes 5 cm. longus, 5 mm. crassus, mollis, albus; pileus 2½ cm. altus, lividus, tardius diffluens. Hujus varietas est *A. domesticus* Bolt. t. 26 pileo repando, olivascente.

24. **Coprinus flocculosus** (DC.) Fr. Epicr. p. 245, Hym. Eur. p. 323, 4397
Cooke Ill. t. 667, Berk. et Br. n. 926, *Agaricus* DC. Fl. fr. V, p. 45, Batt. t. 25, f. *A*. — Pileo membranaceo, ex ovato expanso, striato, fisso, sordide albo, squamis floccosis obtecto; stipite cavo, sursum attenuato, levi, albo, basi tumido; lamellis liberis, e violaceo fusco-nigris.

*Hab.* in arvis et hortis Europæ. — Simplex, humilis, habitu *C. picacei*; pileus 6 cm. latus; stipes 8 cm. longus, sub lente leviter sericeus secundum Berk. et Br.

25. **Coprinus similis** Berk. et Br. n. 1011, Cooke p. 163, Fr. Hym. 4398
Eur. p. 323, Bern. Roch. t. 36, f. 3. — Pileo membranaceo, ovato-campanulato, lineato-striato, pallido, centro obscuriore, hygrophano,

verrucis acutis fuscis consperso; stipite cavo; lamellis adnatis, sublinearibus, ad aciem fuscis.

*Hab.* ad truncos emortuos Angliæ. — Habitus præcedentis, sed verrucis pilei striati clare distinctus.

26. **Coprinus imbricatus** Rabenh. Hedw. 1871, p. 25. — Subcæspitosus; pileo membranaceo, ex ovato-conico, mox expanso, campanulato, albido, squamis magnis crassiusculis, fulvo-albescentibus, persistentibus concentrice denseque imbricato; stipite firmo, fistuloso, exannulato, e basi paullum incrassata solida æquali cylindrico, albido-fuscescente, longitudinaliter striato; lamellis adnatis subdecurrentibus, lanceolatis, diu persistentibus, demum maxima ex parte diffluentibus, atris; sporis ovoideis vel ovato-ellipticis, 18-21 ≃ 13-14, fusco-atris. 4399

*Hab.* in deserto Mesopotamiæ. — Pileus 3,5-5 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-10 mm. crassus.

27. **Coprinus Barbeyi** Kalch. Revue Myc. III, n. 9, p. 24, tab. XV, f. I. — Subsolitarius; pileo carnoso-membranaceo, hemisphærico-ovato, demum expanso, $2^1/_2$-5 cm. lato, squamis magnis, crassiusculis persistentibus fulvescentibus imbricato; stipite firmo, fistuloso, cylindrico ad 5 cm. alto, 6-8 mm. crasso, æquali vel sursum deorsumve attenuato hinc subventricoso, albido-fuscescente, ipsa basi plerumque in discum dilatato et mycelio radiciformi arenam in conum obversum conglobante; lamellis uncinato-adnatis, lanceolatis, confertis, diu persistentibus, atris; sporis 13-20 $\mu$. long. 4400

*Hab.* in arena fimo camelorum stercorata deserti Ægypt.-Arabici ad Oasim «Aïsum-Monça» in arena deserti Ægypt.-Syriaci ad «Bir, Abid, Rük» et «Bir et Abid, in arena Amalekitorum, ad fines Palæstinæ meridionalis (W. Barbey). — Forte *C. imbricato* Rabenh. affinis.

****) *Tomentosi*: pileo floccis discretis villove laxo secedentibus primo velato. Annulus nullus.

28. **Coprinus exstinctorius** (Bull.) Fr. Epicr. p. 245, Hym. Eur. p. 324, Cooke Ill. t. 668, Berk. Outl. p. 178, Kickx p. 183, *Agaricus* Bull. t. 437, f. 1, Paul. t. 124, f. 7. — Pileo submembranaceo, e clavato campanulato, stricto, squamulis floccosis secedentibus primo vestito; stipite cavo, a basi radicata attenuato, glabro; lamellis attingentibus, lanceolatis, ex albo fusco-nigricantibus; sporis ovato-oblongis, 9-10 ≃ 5-7. 4401

*Hab.* ad terram in Europa, circa radicem Fraxini in Suecia et

ad fragmenta dejecta vegetabilium, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Vicinis firmior; pileus circiter 8 cm. latus, rimose fissus, tantum expanditur (nec revolutus), pallescens, disco saturatiore, a margine ad verticem calvescens (*C. fimetarius* ad marginem a vertice); stipes 11-14 cm. longus, 6-7 mm. crassus. Bolton t. 24 videtur hujus pejor icon.

29. **Coprinus velatus** Quél. Bull. Soc. Fr. 1876, t. II, f. 6. — Pileo 4402
cylindraceo, dein expanso, albo-ochraceo vel flavo, striato-sulcato, velo membranaceo, tenui, albo, deciduo tecto, 2-3 cm. lat.; stipite fistuloso, fragili; villoso, subsulcato, albo; lamellis ex albo-roseis nigris.

*Hab.* gregarius in silvis Galliæ.

30. **Coprinus eburnus** Quél. Ass. Fr. (1883) p. 4, t. VI, f. 10. — Albus, 4403
nitens; pileo ellipsoideo-campanulato, carnoso, firmo, tenui, striato, glabro, floccis parvis raris evanidis hinc illinc obsito; stipite fistuloso, duro, glabro; lamellis liberis, lanceolatis, albis, dein fuscescentibus, demum solutis; sporis ovatis, 14 μ. long., flavo-fuligineis.

*Hab.* in montosis Jura. — Pileus 3-4 cm. latus, *Coprino exstinctorio* affinis. Habitus *Psathyræ gyrofleæ*.

31. **Coprinus fimetarius** Fr. Epicr. p. 245, Hym. Eur. p. 324, Berk. 4404
Outl. p. 179, Kickx p. 183, Hoffm. Ic. t. 9, f. 2, Seyn. Montp. p. 71, *Ag. fimetarius* Linn. Suec. n. 1213, Scop. Carn. p. 428, *Ag. cinereus* Bull. t. 88, Pers. Syn. p. 398, Fr. Syst. I, p. 310 (cum syn.) et plurimorum auctt. — Pileo submembranaceo, e clavato conico, mox lacerato revolutoque, primo squamis floccosis, squarrosis ubique tecto, dein nudo, rimoso-sulcato, vertice levi; stipite cavo, basi incrassato, solido, squamuloso; lamellis liberis, e lanceolato linearibus, flexuosis, nigris; sporis sphæroideo-ellipsoideis, 12-15 ≈ 8-10. — Var. B. **macrorrhizus** pileo plumoso-squamoso; stipite breviore, submarginato-bulboso, radicato, villoso (sæpeque guttulis aqueis irrorato); sporis 14 ≈ 9. Potius singularis junior forma, quam vera varietas. *A. macrorhizus* Pers. Syn. pag. 398, Mich. t. 80, f. 2, Cooke Ill. t. 670, Bern. Roch. t. 32, f. 1. — Var. C. **pullatus** pileo adpresse squamoso tomentosoque, mox denudato, fusco-nigricante; stipite æquali, glabrescente. Status senilis? Bolt. t. 20, Cooke Ill. t. 669, Sowerb. t. 262, Secr. n. 418.

*Hab.* in fimetis abunde, sed etiam aliis locis pinguibus et in silvis passim in Europa, in fimo vaccino in ruderatis prope Minussinsk in Sibiria. Var. *C.* in fundo fimetorum purgatorum. — Martio, Aprili præcipue obvius (ut jam Clus. Pern. gen. III). Major,

subcæspitosus, sed fugax. Stipes 5-8 cm. longus, 6-8 mm. crassus, candidissimus, primo aqua refertus; pileus 2-6 cm. latus, $2^1/_2$-3 cm. altus, disco lividus.

32. **Coprinus cinereus** (Schaeff.) Fr. Hym. Eur. p. 324, *Agar.* Schäff. 4405
t. 100, Fl. Dan. t. 1195, Pers. Syn. p. 398, Secr. n. 420, Sterb. t. 24, f. *A*, *B*, Cooke Ill. t. 671. — Pileo membranaceo, flocculoso-farinoso, dein denudato, griseo-cinereo; stipite subæquali, torto, arrhizo, ad basim cavo; sporis 11-12 ≃ 7-8.

*Hab.* in fimetis in Europa et Africa austr. — Pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes elongatus 7 mm. circiter crassus; lamellæ 2 mm. latæ. Videtur sat insignis, sed cum priore a plerisque jungitur.

33. **Coprinus tomentosus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 246, Hym. Eur. p. 325, 4406
Cooke Ill. t. 672, Berk. Outl. p. 179, *Agaricus* Bull. t. 138, Bolt. t. 156, Seyn. Montp. p. 71, Mich. t. 80, f. 5, Weinm. p. 276. — Pileo submembranaceo, e cylindrico conico, striato, tomentoso, dein longitudinaliter rimoso; stipite cavo, brevi, æquali, velutino; lamellis liberis, linearibus, fusco-nigricantibus.

*Hab.* ad terram fimetosam, in hortis Europæ et ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites) et Queensland. — Pileus 3-4 cm. altus, 2 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 5-7 mm. crassus; sporæ 10-12 ≃ 6-7. Habitu peculiari a priore, cui valde affinis, facile dignoscitur. Pileus anguste pyramidalis, tomento subvelutino, diu persistente, albido-griseo. In Vet. Ak. Förhandl. 1873 descripsit Fries formam cellarem majorem, stipite elongato.

34. **Coprinus niveus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 246, Hym. Eur. p. 325, Cooke 4407
Ill. t. 672 *b*, Berk. Outl. p. 179, Pat. Tab. 412, Bern. Roch. t. 31, f. 3, *Agaricus* Pers. Syn. p. 400, Fl. Dan. t. 1671, Paul. t. 125, f. 2. *B.* minor. Sowerb. t. 262. — Pileo submembranaceo, ex ovali campanulato explanatoque, villo denso, albo, floccoso-squamuloso, subpersistente tecto; stipite fistuloso, æquali, villoso, albo; lamellis subadnatis, angustis, nigricantibus; sporis sphæroideis, circiter 16 ≃ 11-12.

*Hab.* vulgatus in fimo, præcipue equino, in Europa et in Amer. fœder. — Pileus 2-3 cm. latus et altus; stipes 3-8 cm. longus, 4-5 mm. crassus. Præcedentibus minor, indumento persistente; lamellis adnatis clare distinctus. Bulliard sub *C. stercorario* habet. — ***C. astroideus** Fr. Epicr. p. 247, Hym. Eur. p. 325, Hoffm. Nomencl. t. 6, f. 2, Mich. t. 79, f. 6: pileo squamoso, demum inverso, nudo, griseo; stipite gracili, elongato, glabro, basi stellata. Locis nemorosis Europæ. Pileus 12 mm. latus; stipes 8 cm. longus, 2 mm.

vix crassus. Videtur insignis, *C. radianti* analogus, sed haud rite cognitus.

35. **Coprinus divergens** Britz. Derm. et Mel. p. 182, f. 64. — Pileo parabolico, medio brunneolo, marginem versus primo pallidiori, dein obscure griseo e medio profunde plicato, superficie primo sordida, quasi rore conspersa; stipite albido, vitreo, pellucido, cavo; lamellis griseo-atris, mox laceratis; sporis oblongo-rotundatis, utrinque acutis, 10-11 = 6-7, atro-brunneolis. 4408

*Hab.* in campestribus Bavariæ australis. — Pileus 1,5 cm. latus; stipes usque ad 4 cm. longus, 2 mm. crassus. Inter *Coprinum tomentosum* et *C. niveum* medius.

36. **Coprinus Colensoi** Berk. Fl. New. Zeal. p. 175. — Pusillus, niveus; pileo e cylindrico subcampanulato furfuraceo; stipite gracili, tomentoso; sporis minoribus, 7-8 $\mu$. longis. 4409

*Hab.* in fimetis in Nova Zelandia (Colenso). — Affinis videtur *Coprino niveo.*

37. **Coprinus cothurnatus** Godey in Gill. Champ. de Franc. p. 605 cum icone. — Pileo tenuissimo, conico-campanulato dein expanso, dense furfuraceo, dein umbonato et inæqualiter fisso toto albo-rubescente; stipite fistuloso, sursum attenuato, albo, squamuloso, basi squamuloso-vaginato, 3-4 cm. long., 2-4 mm. cr.; lamellis liberis, sublanceolatis, copiosis, albis, dein carneis, demum nigricantibus. 4410

*Hab.* in fimo vaccino in pascuis Galliæ et Penzance in Britannia. — Forma anglica lutescens, pileo 2,5 cm. lat., stipite 5 cm. l.

38. **Coprinus rotundisporus** Peck 31 Rep. p. 35. — Pileo tenui, campanulato, candido vel pallide cinereo, tomento floccoso, tenui, subpersistente obsito, levi; stipite sursum leviter conico, albo; lamellis liberis; sporis subglobosis, 8-9 $\mu$. long., fere æque latis. 4411

*Hab.* ad arborum radices in silvis in montibus Catskill Amer. foeder. — Statura 5-8 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$ cm. latus. Videtur affinis *C. niveo* atque sporis subglobosis notandus.

39. **Coprinus macrosporus** Peck 31 Rep. p. 35. — Pileo ex ovato expanso, rimoso-striato, obscure floccoso-squamuloso, candido, disco exiguo, levi, brunnescenti, squamoso; stipite glabro, candido, prope incrassatam vel subbulbosam basim annuli vestigiis instructo; lamellis confertis, liberis e candido nigris; sporis permagnis, ellipsoideis, 20-25 = 13-16. 4412

*Hab.* ad terram in campis patentibus, Ticonderoga Amer. foeder. — Cæspitosus, 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus; stipes 2 mm. crassus. Hujus speciei characteres acuti sunt: pileus rimosus,

discus squamosus, lamellæ liberæ sporæque magnæ. Ætate juvenili plures *Lepiotæ* species refert. Inter Atramentarios et Micaceos medius.

40. **Coprinus macropus** B. et Br. Fung. of Ceyl. in Journ. Linn. Soc. 4413
— Pileo campanulato, striato, brunneo, floccis albis secedentibus primum obsito; stipite candido, fistuloso, subradicante, glabro; lamellis angustis, segmentiformibus, adnexis, brunneis.

*Hab.* ad terram, Ceylon (Thwaites). — Deliquescens; pileus circiter 8 cm. latus, demum margine revoluto; stipes 15 cm. longus, 0,5 mm. crassus; lamellæ 4 mm. latæ.

41. **Coprinus plumbeus** Peck 29 Rep. p. 42. — Pileo submembranaceo, fragili, campanulato, prope apicem sulcato-striato, plumbeo-griseo, disco exiguo fulvo vel brunnescenti-luteo, pilis floccisve fulvo-cinereis obsito; stipite sursum leviter attenuato, cavo, floccoso, candido; lamellis angustis, confertis, liberis; sporis ellipsoideis, $10 \simeq 6$. 4414

*Hab.* ad terram juxta vias silvarum, Greig Amer. fœder. — Statura 8-13 cm. adæquans; pileus $2^1/_2$-4 cm. latus; stipes 2-4 mm. crassus.

*****) *Micacei*: pileo squamulis v. granulis micaceis secedentibus tecto. Annulus nullus.

42. **Coprinus tergiversans** Fr. Epicr. p. 247, Hym. Eur. p. 325, Kickx 4415
p. 184, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 303, Seyn. Montp. p. 72, sub *A. ferrugineo* Pers. Secr. n. 415. — Pileo submembranaceo, e conico expanso, sericeo, mox sulcato, hiascente, rimose squamoso granulosoque, disco carnosulo, plano, levi; stipite cavo, æquali, glabro, apice sulcato; lamellis late adnatis, ventricosis, e pallide cinnamomeo, nigricantibus.

*Hab.* in pratis fertilioribus Europæ, cæspitosus. — Pileus 2-6 cm. latus, $3^1/_2$-4 cm. altus, quam sequentium carnosior, primitus non micaceus nec mox deliquescens, sed rimose fissus et revolutus, ferrugineo-fuscus, disco obscuriore; stipes 14 cm. longus, 4-7 mm. crassus; sporæ $10 \simeq 4$; lamellæ deliquescentes ad stipitem latiores.

43. **Coprinus micaceus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 247, Hym. Eur. p. 325, 4416
Cooke Ill. t. 673, Berk. Outl. p. 179, Gill. C. F. c. ic., Pat. Tab. 438, *Agaricus* Bull. t. 246, Fr. S. M. I, p. 309 cum syn. copiosis. Fl. Dan. t. 1143, Klotzsch Fl. Bor. t. 376, Fl. Bat. t. 820, f. 3, Corda apud Sturm XI, t. 49, *A. lignorum* Scop., Schaeff. etc. —

Pileo submembranaceo, ex ovali campanulato, subrepando, striato, fulvo-ferrugineo, discoideo, granulis micaceis fugacibus consperso, mox nudo, rimoso-sulcato; stipite cavo, sericeo-levi, albido; lamellis adnexis, lanceolatis, ex albido ad medium fuscis, demum nigricantibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, oblique apiculatis, 7-8 ≃ 5-6; bas. 20-22 ≃ 8; cyst. 80-90 ≃ 28-32.

*Hab.* ad terram et truncos copiose in Europa, in ruderatis pr. Minussinsk in Sibiria, ad stipites mucidos arborum pr. Keyn Visch River juxta Somerset-East promont. Bonæ Spei (P. Mac-Owan) et ad truncos vetustos in Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus 2-4 cm. latus; stipes 8-10 cm. longus, 5 mm. crassus. Jove pluvio subliquescens, pileo mox nudo, demum spadiceo-fusco, Bull. t. 565, Schaeff. t. 66, f. 4-6. Jove sicco arescens, pileo expallente, micaceo-squamuloso, persistente, Bull. t. 246, Corda l. c. 19, t. 2. — Var. **lætior** Fr. l. c. *A. congregatus* Sowerb. t. 261, Grev. t. 76, Paul. t. 1, 26, f. 3: vulgo cæspitosus, stipitibus e mutua pressione sæpe angulatis et interdum, more *C. atramentarii*, junioribus medio nodulosis. Clusii Pern. gen. XVI, spec. 3.

44. **Coprinus marcescens** Karst. Hattsv. I, p. 537. — Pileo membranaceo, e campanulato expanso, sulcato, micaceo, albido, mox gilvente isabellino, demum dilute fuliginoso, disco ochraceo-pallente vel subspadiceo, 3-4 cm. lato; stipite sericeo-levi, candido, circiter 9 cm. longo, circiter 2 mm. crasso; lamellis adnexis, ex albido fuscis demum nigricantibus; sporis ovoideo-ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, fuscis (s. m.), pellucidis, 6-9 ≃ 4-6. 4417

*Hab.* in dumetis circa Mustiala in Fennia.

45. **Coprinus cubensis** B. et C. Journ. Linn. Soc. p. 79. — Pileo conico-ovato, squamis superficialibus floccosis vestito albo; stipite deorsum incrassato glabro; lamellis confertis, liberis, purpureo-fuscis. 4418

*Hab.* ad caudices, Cuba Amer. centr. (C. Wright). — Pileus 4 cm. latus; stipes 2½-4 cm. longus, 3 mm. basi crassus; sporæ minime nigræ, sed potius purpureo-brunneæ, naviculiformes ut in *C. micaceo*.

46. **Coprinus Seymouri** Peck 28 Rep. p. 49. — Cæspitosus, fragilis; pileo tenui, mox expanso, glabro vel squamis minutis granularibus adsperso, fusco-brunneo, disco interdum rubescenti, fortiter striato vel subplicato, margine tenui mox rimoso revolutoque; stipite æquali, cavo, glabro vel subtiliter pulverulento, albo; lamellis confertis, angustis attingentibus e brunneo nigris; sporis late ovatis, compressis, 6-8 ≃ 5-6. 4419

*Hab.* in solo argillaceo, Albany Amer. fœder. — Statura 8-10 cm. metiens; pileus 16-24 mm. latus; stipes 2 mm. crassus. Affinis *C. micaceo*, sed tenuior, fragilior, magis-fuscus, lamellis angustioribus, in iuventute obscurioribus.

47. **Coprinus truncorum** (Schäff.) Fr. Epicr. p. 248, Hym. Eur. p. 326, 4420
Kickx p. 185, Quél. p. 127, *Ag. truncorum* Schaeff. t. 6, Scop. p. 426, *A. ferrugineus* α Pers. — Pileo membranaceo, e globoso campanulato, primo dense micaceo-pruinoso, dein striato, lacero, deliquescente, disco levi; stipite fistuloso, glabro; lamellis liberis, attingentibus, linearibus, e roseo nigris.

*Hab.* ad Salices cariosas in Europa P. Natal (Wood) et prope Somerset-East Africæ australis (Mac Owan). — Cæspitosus, mox diffluens; stipes ad 8-11 cm. elongatus, gracilis; pileus 3 cm. latus et altus, numquam sulcatus, unicolor, ferrugineo-ochraceus; sporæ 10-14 ≃ 5-6. Lamellis roseis mox distinctus.

48. **Coprinus aratus** Berk. et Br. n. 927, Fr. Hym. Eur. p. 326, Cooke 4421
Ill. 674 et 675. — Elatus; pileo campanulato, profunde sulcato, micaceo, umbrino, disco rugoso; stipite fistuloso, a basi incrassata attenuato, subsericeo, levi, niveo; lamellis liberis, angustis, spadiceis.

*Hab.* in arboribus cavis in Europa. — Stipes 13 cm. longus, 3 mm. crassus, intus umbrinus; pileus 8 cm. latus, senescens revolutus.

49. **Coprinus radians** (Desm.) Fr. Epicr. p. 248, Hym. Eur. p. 326, 4422
Cooke Ill. t. 676, Berk. Outl. p. 179, Kickx p. 186, *Agaricus* Desm. in Ann. Sc. Nat. 13, t. 10, f. 1. Primum statum sistit *Lycoperdon radiatum* Sowerb. t. 145. — Pileo membranaceo, ex ovato campanulato, micaceo, disco granuloso-squamoso, margine striato; stipite fistuloso, æquali, nudo, basi fibrilloso-radicante; lamellis attingentibus, sublinearibus, ex albo violaceo-nigricantibus; sporis ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, $5^1/_2$-$6^1/_2 \simeq 3^1/_2$, fuligineis.

*Hab.* ad muros humidos in Europa et in assere udo ex *Ozonio stuposo* Pers. ortus Selva (Treviso) in Italia boreali. — Pileus 1-2 cm. altus, 3-4 cm. latus; stipes 4-5 cm. longus, 5 mm. crassus. Parvus, subcæspitosus, pileo luteo-fulvo, subdiscoideo, expallente. Hujus Coprini originem ex *Ozonio* microscopice observavi: hyphæ ozoniaceæ fulvæ in Coprini pedem intrant ibique in clavas ellipsoideas v. fusoideas, 30-60 ≃ 15-20, pariter fulvas abeunt, quæ sensim pallidiores et in cellulas clavatas tortuosas hyalinas stipiti proprias evadunt.

50. **Coprinus papillatus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 248, Hym. Eur. p. 326, 4423
Cooke Ill. t. 676 *b*, Kickx p. 186, *Agaricus* Batsch f. 78, Fr. Syst. Myc. I, p. 312, Weinm. p. 277 (major). — Pileo membranaceo, ex ovato campanulato, striato, griseo-furfuraceo, dein lacero, disco punctis minutis papillato, livido-fuligineo; stipite fistuloso, basi excepta glabro, hyalino-pellucido; lamellis liberis, attingentibus, atris.

*Hab.* ad terram etiam in fimo in Europa. — Minimus, sed sat persistens, stipite $2^1/_2$ cm. longo, pileo circiter 6 mm. lato, 9-10 mm. alto. Var. *oxygena* pileo albido, in griseum vergente stipiteque parce flocculosis lecta in sedimento ferroso-hydratico acidularum ad Sätra Sueciæ.

51. **Coprinus cineratus** Quél. Soc. bot. Franc. 1876, t. II, f. 7, Pat. 4424
Tab. 447. — Pileo cylindrico, dein explanato, primo volva alba, dein purpuracea obvoluto; stipite gracili, albo, basi e volvæ residuis cupulato; lamellis liberis, angustis, atris; sporis ovoideis, nigrescentibus, 10-11 ≃ 4-4,5.

*Hab.* ad fimum equinum in Gallia.

52. **Coprinus punctatus** Kalchb. et Cooke in Grevillea IX, p. 18. — 4425
Pileo tenuiter carnoso, cylindrico-campanulato vertice squamuloso, impresso, margine striato, epidermide firmula, squamulis nigricantibus subtilissime punctata et passim vage rimosa, fuscescente; stipite solido, gracili, utrinque fusiformi-attenuato et ipsa basi ovato-bulboso, fibrilloso, pallido; lamellis liberis, postice attenuatis, nigris; sporis ovatis, 15 ≃ 10, nigris.

*Hab.* ad terram Natal Africæ (Wood). — Pileus 5-7,5 cm. altus, 2,5-4 cm. latus; stipes circ. 20 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

******) *Glabrati*: pileo glabrato absque squamulis floccosis vel micaceis. Velum nullum.

53. **Coprinus alopecius** Fr. Epicr. p. 248, Hym. Eur. p. 327. — Pileo 4426
subcarnoso, ex ovato campanulato, obtuso, striato-sulcato, primitus pilis simplicibus adpressis vestito, mox glabro; stipite cavo, dense squamoso, basi incrassato; lamellis adfixis, antice attenuatis, subrubello-nigricantibus.

*Hab.* ad truncos Quercus, Populi in Markia (Lasch). — Cæspitosus; stipes primo curtus, dein 11-14 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus; pileus 8 cm. latus, pallide fuscus vel ochraceus, margine primo undulato-plicato, dein fisso, revoluto.

54. **Coprinus alternatus** (Schum.) Fr. Epicr. p. 248, Hym. Eur. p. 327, 4427

Cooke Ill. t. 677, *Agaricus* Schum. n. 1874, Fl. Dan. t. 1961, f. 1. — Pileo subcarnoso, hemisphærico, levi, glaberrimo, discoideo, cretaceo-pallido, disco dilute umbrino; stipite cavo, e basi incrassata attenuato, glabro; lamellis adnatis, linearibus, e cinereo atris.

*Hab.* ad sæpes Daniæ et Britanniæ. — Subcæspitosus; stipes 8-11 cm. longus, basi 8 mm. crassus, pallescens; pileus 4 cm. latus; sporæ obpiriformes, 14-15 ≃ 7-8.

55. **Coprinus erythrocephalus** (Lév.) Fr. Hym. Eur. p. 327, *Agaricus* Lév. in Ann. sc. nat. 1841, p. 237, t. 14, f. 3. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, glabro, striato, cinnabarino, demum griseo; stipite fistuloso, nudo, pallidiore; lamellis confertis, fuscis, demum nigris. 4428

*Hab.* ad terram gypsaceam prope Parisios Galliæ. — Gregarius, 2½ cm. altus.

56. **Coprinus deliquescens** (Bull.) Fr. Epicr. p. 249, Elench. p. 43, Hym. Eur. p. 327, Cooke Ill. t. 678, Berk. Outl. p. 180, Kickx p. 186, *Agaricus* Bull. t. 558, f. 1, Weinm. p. 273, Sommerf. n. 1030, Klotzsch Fl. Ber. t. 376. — Pileo submembranaceo, ex ovato campanulato, expanso, subrepando, late striato, glabro, vertice papillato; stipite cavo, corticato, glabro, candido; lamellis demum remotis, linearibus, lurido-nigris. 4429

*Hab.* in silvis ad truncos et inter folia decidua in Europa. — Stipes 11 cm. longus, 4-8 mm. crassus, firmus, attenuatus; pileus 8-11 cm. latus, 4-5 cm. altus, livido-fuligineus, numquam floccosus nec fissus, sed revolutus, striatus; lamellæ 1 mm. tantum latæ; sporæ ovatæ, apiculatæ, 12 ≃ 8.

57. **Coprinus Berkeleyi** Mont. Syll. Crypt. n. 409. — Cæspitosus, variicolor; pileo tenuissime membranaceo, e cylindrico ovato-campanulato longitrorsum striato, furfuraceo, versicolori, e luteo-brunneo nigrescente; stipite longissimo, fistuloso, variegato; lamellis linearibus, angustissimis, confertis, attenuato-adnexis, atris; sporis atris, ovoideis, hinc apiculatis, 10 μ. long. 4430

*Hab.* ad lignum putridum Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 1½ ad 2½ cm. longus, 5-10 mm. crassus, 3½ cm. altus, 5 cm. inferne latus, tunc griseo-fuscescens v. nigrescens, tandem omnino explanatus, imo revolutus; stipes cartilagineus, 16 cm. ad summum longus, 3-5 mm. crassus, basi bulbosus vel tantum incrassatus, e luteo virescens rufoque variegatus, apice tenuissime striatulus. — A *C. stenophyllo* colore, pileo esquamato margine

integro, a *C. deliquescente* pileo tenuissime striatulo, lamellis stipitem jungentibus abunde diversus.

58. **Coprinus stenophyllus** Mont. Syll. Crypt. n. 410. — Congregatus, momentaneus; pileo membranaceo, ex ovoideo-campanulato mox expanso, striatulo, squamis sparsis ochraceis obruto, tandem revoluto profunde fisso, e rufo fuligineo; stipite cavato, elatiori, levi, albo; lamellis angustissimis, confertissimis, tenuissimis, primo luridis tandem fusco-nigris; sporis ovoideis, nucleatis, fuscis. 4431

*Hab.* in terra e ligno consumpto originem ducens, Columbus Amer. fœder. (Sullivant). — Pileus 5-7 cm. lat.; stipes basi 7, sursum 4 mm. cr. *C. deliquescenti* cognatus.

59. **Coprinus Digitalis** (Batsch) Fr. Epicr. p. 249, Hym. Eur. p. 227, Quél. p. 333, *Agaricus* Batsch f. 1, Fl. Dan. t. 1371 (colore *C. micacei*), *A. deliquescens* Bull. t. 437, f. 2? Secr. n. 412. — Pileo submembranaceo, ex ovato campanulato, æquali, glaberrimo, udo striato, albido-stramineo, disco levi obscuriore; stipite fistuloso, æquali, subflexuoso, glabro, corticato, candido; lamellis attingentibus, ventricoso-lanceolatis, ex albo brunneo-nigrescentibus; sporis rubido-nigricantibus. 4432

*Hab.* in nemoribus silvaticis ad terram, cæspitosus, in Europa et P. Natal Africæ australis. — Debilis, fragilis. Stipes a 2-14 cm. elongatus, 2-3 mm. crassus, tubulum includens; pileus $2^1/_2$ cm. altus latusque; lamellæ tarde deliquescentes, adultæ liberæ.

60. **Coprinus congregatus** (Bull.) Fr. Epicr. p. 249, Hym. Eur. p. 328, Cooke Ill. t. 679, *Agaricus* Bull. t. 94, Dec. Fl. fr. II, p. 151. — Pilo membranaceo, e cylindrico campanulato, glabro, viscido, unicolore, ochraceo, margine striatulo; stipite fistuloso, tenui, brevi, glabro; lamellis attingentibus, linearibus, ex albo nigricantibus. 4433

*Hab.* ad terram juxta vias in Europa; Holmiæ in vaporariis et ad terram prope Minussinsk in Sibiria. — Dense cæspitosus; stipite brevi, 4 cm. alto tenui; pilei 2 cm. alti et lati expansi margo fissus. *C. lacunosus* Pers. dubius est. *A. hirtellus* Fr. Epicr. p. 247, ut affinitate dubius, omittitur.

61. **Coprinus tardus** Karst. Hattsv. I, p. 543, Cooke Ill. t. 719. — Pileo membranaceo, campanulato, sulcato, glaberrimo, gilvescente vel isabellino, 3-5 cm. lato; stipite fistuloso, deorsum leniter incrassato, e sericello-pruinoso glabrato, striatulo, albo, 6-9 cm. longo, basi usque ad 0,5 cm. crasso; lamellis adnatis, ex albido nigris; sporis ovoideis, subangulatis, irregularibus, fuscis (s. micr.), 12-15 ≃ 7-9; odore nullo. 4434

*Hab.* supra terram nudam in horto Mustialensi in Fennia, cæspitosus.

Trib. II. VELIFORMES. Pileus tenuissimus, epelliculosus, demum secundum dorsum lamellarum hiascens, plicato-sulcatus. Stipes tenuis, fistulosus. Lamellæ in lineas tenuissimas tabescentes.

*) *Cyclodei:* stipite annulato volvatove.

62. **Coprinus dilectus** Fr. Epicr. p. 250, Hym. Eur. p. 328, Ic. t. 140, f. 2. — Pileo tenuissimo, campanulato, obtuso, furfuraceo-floccoso, albo, dein fisso, revoluto, nudo; stipite attenuato, rubro-pulverulento, basi squamuloso-velato; lamellis liberis, sublanceolatis, confertis, ex albido rubro-fuscis, demum nigris. 4435

*Hab.* locis deustis in fagetis et in ollis horti botanici Upsaliensis in Suecia. — Pulvere, quo conspersus, rubro ab omnibus differt, excepto *C. oblecto*, cui videtur affinis. Stipes 2¼-5 cm. longus, 2-4 mm. cr.; pileus 2½ cm. usque latus, in roseum vergens.

63. **Coprinus scauroides** Godey in Gill. Ch. F. p. 609. — Pileo tenuissimo, ovato, campanulato, striato, floccoso-squamuloso, primo albo, dein purpurascente, mox atro, disco flavescente, siccitate margine revoluto; stipite subæquali, cavo, glabro, basi bulbo marginato instructo, primo albo-argenteo, elongato, sursum attenuato nigricanteque; lamellis liberis, subdistantibus, purpurellis, dein nigris; sporis magnis, ovatis, nigrescentibus. 4436

*Hab.* ad terram fimetosam in hortis Galliæ.

64. **Coprinus ephemeroides** (Bull.) Fr. Epicr. p. 250, Hym. Eur. p. 328, Monogr. I, p. 464, *Agaricus* Bull. t. 582, Sommerf. Lapp. p. 266. — Pileo tenerrimo, e cylindrico campanulato, floccis superficialibus squamuloso, dein veliformi-fisso revolutoque, livido; stipite in tubulo interno filum liberum includente, glabro, basi in bulbillum hirtum inflato, annulo tenerrimo mobili; lamellis liberis, ex hyalino nigris; sporis ellipsoideis, 10-14 ≃ 6-7. 4437

*Hab.* in fimo per campos sparso in Europa. — Pumilus, vix 2½ cm. alt., subinde vero elongatus, filiformis. Pileus 4-7 mm. lat.

65. **Coprinus Muscorum** Karst. Hattsv. I, p. 531. — Sat similis *Copr. ephemeroidi*, sed sporis ovoideis, apice infero acutatis vel ellipsoideo-sphæroideis, fuscis, 7-9 ≃ 6-8, impellucidis aliisque notis diversus. 4438

*Hab.* in muscis emortuis ad Mustiala in Fennia. — In statu vivo ulterius examinandus.

66. **Coprinus cyclodes** Fr. Epicr. p. 250, Hym. Eur. p. 329, Mich. 4439

t. 81, f. 4. — Pileo tenerrimo, ex ovato campanulato, striato, (semper?) glabro, spadiceo, disco fusco; stipite brevi, æquali, basi volvato-annulato; lamellis albis demum nigricantibus.

*Hab.* in fimo equino Italiæ, post Michelium vix lectus, sed tam insignis, ut omittere non licuerit. — Mich. t. 81, f. 3 etiam nova videtur annulata species pileo floccoso, ferrugineo.

67. **Coprinus Hendersonii** Berk. in Fl. Brit. V, p. 122, Fr. Hym. Eur. 4440
p. 329, Cooke Ill. t. 680, Luc. Suit. t. 197, Outl. t. 24, f. 8, Berk. et Br. post n. 927, Pers. Myc. Eur. 3, p. 26, f. 1. — Pileo tenerrimo, ex ovali campanulato, glabro, ad medium striato, fuscescente, disco fulvente; stipite filiformi, glabrescente, primitus annulo subtilissimo fixo cincto; lamellis nigris.

*Hab.* in fimo in Europa. — Minimus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. altus. pileus vix 4 mm. altus latusque; sporæ 8-9 $\mu$. longæ. — ***C. australis** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, n. 18: pileo primo cylindraceo-campanulato longiuscule pubescenti-hirsuto, dein hemisphærico-expanso, 1-1,5 mm. lat., margine subinvoluto, integro vel crenulato, laxe striatulo-subplicatulo, hyalino-cinerescente; stipite basi bulbilloso, filiformi-elongato 5-6 mm. long., 0,2-0,3, mm. cr., glaberrimo hyalino, medio annulo flocculoso-tenacello, candido, mobili ornato. Ad fimum equinum in planitie pamparum ad arbores post noctem valde roridam, Tuyù in Argentina Amer. merid. Species pulchella mox, sole oriente, evanescens, sed non rara; diagnosis ad specimina viva peracta, sed sporæ non observatæ.

68. **Coprinus Trappenii** Oudem. Bat. p. 32, Fr. Hym. Eur. p. 704. — 4441
Minimus; pileo tenuissimo, ovali-campanulato, primitus cum stipite volva globosa floccosa incluso, postea veli frustulis adsperso demumque nudo, striato, fisso; stipite glabro, inferne volva vaginato; lamellis confertis, angustis, purpurascenti-nigris.

*Hab.* in ramis exsiccatis in Neerlandia. — Habitu *C. Hendersonii* similis 1-1,5 cm. altus. Pileus non diffluens, sed demum revolutus.

69. **Coprinus Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 136. — Pileo mem- 4442
branaceo, subcylindrico, 17 mm. alto, 8 mm. crasso, semper noctu expanso, tempore matutino jam diffluenti, albido-griseo, vertice subinconspicue fuscescenti; velo universali tenuissimo nec in squamulas dilabenscente, a vertice versus marginem fisso, dein obliterato; velo partiali, membranaceo, annuliformi; annulo albido, mobili, mox deciduo; lamellis linearibus, circ. 2 mm. latis, stipitem vix tangentibus, confertissimis, mox nigris, acie albo-pruinatis, facile

diffluentibus; stipite fistuloso, fragilissimo, pure albo, nitido, glabro, levi, e cylindrico sursum attenuato, tandem deflexo, in statu maturitatis 12 cm. longo, basi 4 mm. crasso et verruculiformi, ligno affixo; sine odore; sporis nigris, cylindraceis, utrinque rotundatis, 12-17 ≃ 6.

*Hab.* gregatim ad vascula e ligno populino constructa in Slavonia.

70. **Coprinus armillaris** Fr. Novæ Symb. Myc. p. 28. — Pileo tenuissimo pellucido, primo conico, demum expanso, plano, veliformi radiato-sulcato, albido, vertice cinerescente; stipite fistuloso a basi ventricosa attenuato, albido, deorsum rufescente, subsquamuloso, annulo medio exiguo integro; lamellis primo albis. 4443

*Hab.* in insula St. Thomæ novembri (Œrsted). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes inferne 6 mm. apice, 2 mm. cr. 5-7,5 cm. longus.

71. **Coprinus jasmundianus** Kalchbr. in Aschers. Beitr. Flora Æg. 1879, p. 73. — Pileo membranaceo, conico-ovato, flocculoso, leviter sulcato, sordido; stipite sursum incrassato ibidemve cavo, basi bulboso, volvato, striato, pallido; lamellis linearibus, nigris. 4444

*Hab.* in viis carovanarum prope Bâb-el-Cailland et Bâb-el-Jasmund Ægypti. — Pileus 4-5 cm. latus; stipes 10-12 cm. longus, 3-10 mm. crassus.

**) *Lanatuli:* pileo flocculis superficialibus secedentibus velato, lamellis liberis. — Exannulati.

72. **Coprinus lagopus** Fr. Epicr. p. 250, Hym. Eur. p. 329, Cooke Ill. t. 681, Berk. Outl. p. 180, Pat. Tab. 445, Luc. Suit. t. 35, Saund. et Sm. t. 19 (eximie). — Pileo tenerrimo, e cylindrico campanulato, albo-floccoso, dein fisso, radiato-sulcato, subrevoluto, albido, disco livido; stipite fragilissimo, ubique lanato, candido; lamellis liberis, demum remotis, linearibus, nigris; sporis ellipsoideis, fuscis 12-13 ≃ 6-8. — A. *nemorum* stipite gracillimo, 10-15 cm. longo; B. *viarum* stipite 5-8 cm. longo; pileo latiore, livido. 4445

*Hab.* in silvis umbrosis udis et B. locis ruderatis in Europa. — Pileus 2-3 cm. latus; stipes 2 mm. circiter crassus. Utraque forma inodora.

73. **Coprinus lagopides** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 48. Forte *C. lagopus* Fr. partim. — Pileo tenerrimo, campanulato, radiato-sulcato, dein fisso, subrevoluto, cinerescente, disco livido; stipite fistuloso, sursum leviter attenuato, albo s. candido, floccoso, apice 4446

flocculoso-pruinoso; lamellis confertis, remotis, linearibus, atris; sporis ovoideo-sphæroideis, atris, impellucidis, 6-8 ≃ 5-8.

*Hab.* in populetis prope Mustiala Fenniæ, augusto. — Fragilissimus, gregarius. Pileus squamis liberis, albis, pilis conjunctis eleganter ornatus, 4-7 cm. latus; stipes usque ad 17 cm. longus, 3 cm. crassus.

74. **Coprinus Britzelmayri** Sacc. et Cub. *Coprinus macrosporus* Britz. Derm. et Mel. p. 183, f. 129, nec Peck. — Pileo stipiteque furfure candido conspersis; lamellis numerosis, subadnatis, griseo-atris; sporis brunneo-nigris, opacis, oblongis, utrinque obtusiusculis vel uno apice acutatis, 20 ≃ 10-12. 4447

*Hab.* in pratis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. et ultra latus; stipes usque ad 7 cm. longus, 5 mm. crassus.

75. **Coprinus narcoticus** (Batsch) Fr. Epicr. p. 250, Hym. Eur. p. 329, Cooke Ill. t. 680, B. *Agaricus* Batsch f. 77, Fr. S. M. I, p. 311, Lasch n. 482, Pers. Myc. Eur. 3, t. 26, f. 5. — Fœtens; pileo tenerrimo, e clavato expanso, squamis floccosis recurvatis albo-villoso, demum denudato, striato, hyalino; stipite fragili, albo-lanato, glabrescente; lamellis liberis, attingentibus, ex albo nigricantibus. 4448

*Hab.* in fimo locis silvaticis in Europa. — Pileus 2½ cm. latus; stipes 5 cm. longus; sporæ 10-12 ≃ 5-6. Odore forti, alcalino-narcotico ab omnibus differt.

76. **Coprinus Albertinii** Karst. Hattsv. I, p. 535. — Pileo tenero, demum campanulato, radiato-sulcato, fibrillis vel pilis reticulatim junctis vestito, albido-cineraceo, disco fuscescente, 3-4 cm. usque lato; stipite deorsum leniter incrassato, sericeo-flocculoso, candido, ad 7 cm. usque longo, ad medium circiter 2 mm. crasso; lamellis liberis, demum remotis, tandem nigris; sporis ellipsoideis, fuscis, impellucidis, 10-12 ≃ 6. 4449

*Hab.* locis graminosis in Mustiala Fenniæ.

77. **Coprinus Spegazzinii** Karst. Symb. VII, p. 5. — Pileo tenerrimo, e cylindraceo v. ovali expanso (haud revoluto) primitus arachnoideo et levi, mox nudo et disco excepto, fisso sulcato et hiante, cinerescente; stipite fistuloso, deorsum leviter incrassato, basi radice fusiformi circiter 1 cm. longa caudato, adpresse sericeo, albo; lamellis liberis, confertis, linearibus e fusco nigricantibus; sporis ellipsoideis, semipellucidis, 9-12 ≃ 5-6. 4450

*Hab.* in olla in qua Cannæ colebantur in Fennia. — Pileus 2 cm. demumque 3 cm. latus; stipes 7 cm. circ. longus, superne 2 mm., inferne 3 mm. crassus.

78. **Coprinus gonophyllus** Quél. 14 Suppl. p. 5 et in Ann. Sc. Nat. Bord. 1884, tab. I, fig. 2, Pat. Tab. 441. — Pileo hemisphærico, membranaceo, striato, griseo-nigrescente, nitido; velo caduco, floccoso, submembranaceo, albo, apice flavo maculato; stipite fistuloso, gracili, glabro, striolato, albo; lamellis liberis, serratis, triangularibus, griseolis, dein atris; sporis citriformibus, 8 μ. diam., atro-purpureis. 4451

*Hab.* areis carbonariis pr. Paris Galliæ (Patouillard). — *Coprino cinerato* analogus. Pileus 1-1,5 cm. latus.

79. **Coprinus macrocephalus** Berk. Engl. Fl. V, p. 122, Fr. Hym. Eur. p. 329, Cooke Ill. t. 682. — Pileo e cylindrico campanulato, squamis acutis variegato, disco fusco; stipite lana brevi fibrisque longioribus liberis vestito, basi strigoso; lamellis liberis, linearibus, demum nigris. 4452

*Hab.* in fimo in Europa — Minor. Stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 5 mm. crassus; sporæ 12 μ. longæ, obovatæ; pileus $2^1/_2$ cm. vix attingens. Fibris stipitis præcipue distinctus. Num hujus loci *A. lagopus* Quél. t. 2, f. 6?

80. **Coprinus lanatus** Bong. in Weinm. Ross. p. 279, Fr. Epicr. p. 261, Hym. Eur. p. 230. — Pileo tenerrimo, mox campanulato, plicato-striato, lanato, cinereo-rufescente; stipite bulbilloso, attenuato, glabro, albo; lamellis liberis, lanceolatis, confertis, purpureo-brunneis. 4453

*Hab.* ad sepes Rossiæ meridionalis. — Solitarius, fagax. Stipes $2^1/_2$-5 cm. longus; pileus $1^1/_4$-$2^1/_2$ cm. altus, vertice obscurior, micaceo-nitens.

81. **Coprinus nycthemerus** Fr. Epicr. p. 251, Hym. Eur. p. 330, Cooke Ill. t. 682, *B.* Berk. Outl. p. 181, Bull. t. 542, f. *D.* (sub *A. ephemero*), Vaill. Par. p. 72, n. 11. — Pileo tenerrimo, primo conico-cylindrico, furfuraceo-floccoso, mox hiascente, explanato, radiato-plicato, nudo, furcato-striato, griseo, disco fusco; stipite flaccido, glabro; lamellis liberis, angustis, demum remotis. 4454

*Hab.* ad terram fimetosam raro in Europa et Cincinnati Amer. fœder. — Stipes pallescens, 2-10 cm. long., 1-3 mm. cr.; pileus primo 8 mm. altus, dein 12 mm. et ultra latus; sporæ 12-15 = 6-8.

82. **Coprinus luxoviensis** Montagn. Ann. sc. nat. 1858, p. 161, Fr. Hym. Eur. p. 705. — Pileo tenerrimo, ex ovoideo campanulato radiatim lineato, primo albo-furfuraceo, tandem nudo, griseo, disco fulvo; stipite fibrilloso-radiante, mox glabro, flaccido, albo-pellucido; lamellis semilanceolatis, distantibus, cinereo-nigricantibus. 4455

*Hab.* in thermis Luxovii supra *Himantiam cellarem.* — Stipes $2^1/_2$-5 cm.

83. **Coprinus affinis** Karst. Hattsv. I, p. 536. — Pileo tenerrimo, cinereo-albicante, disco dilute rufescente, furfuraceo, vix 1 cm. lato, radiato-plicato; stipite capillari, circiter 3 cm. longo; sporis submetulæformibus, fuscis, impellucidis, 6-8 ≃ 5-7. 4456

*Hab.* in terra nuda juxta vias nec non ad ligna in regione Mustialensi in Fennia. — Affinis *C. nycthemero.*

84. **Coprinus Patouillardi** Quèl. Assoc. Fr. 1884, p. 4 et in Pat. Tab. 240. — Pileo campanulato, conico, dein revoluto, membranaceo, pellucido, ex apice ad marginem plicis furcatis ornato, cinereo, apice pulverulento-floccoso, flavo-ferrugineo; stipite subfiliformi, fistuloso, fragili, glabro, albo, hyalino; lamellis angustis, circa discum minutum liberis, albidis, dein griseo-fuligineis; sporis ovato-trigonis, subinde pentagonis, 6-8 μ. diam., atro-violaceis. 4457

*Hab.* gregatim in fæce uvæ putrescente, Jura (Patouillard). — Pileus 1-2 cm. latus; stipes 2,5-5 cm. longus, 1-2 mm. crassus. *Coprino velari* affinis, sed multo magis *Coprino nycthemero.*

85. **Coprinus radiatus** (Bolt.) Fr. Epicr. p. 251, Hym. Eur. p. 330, Cooke Ill. t. 683, Pat. Tab. 450, Bern. Roch. t. 31, f. 6, Kickx p. 187, *Agaricus* Bolt. t. 39, f. c., Syst. Myc. I, p. 313 cum syn., Bull. t. 542, f. *L.* et *E-H*, Weinm. Ross. p. 280. — Pileo tenerrimo, e clavato campanulato, cinereo-tomentoso, mox hiascente, radiato-plicato, lutescente, disco rufescente; stipite filiformi, hyalino, glabrescente; lamellis liberis, paucis, pallido-nigricantibus; sporis ellipsoideo-sphæroideis, fuscis (s. lente), 7-10 ≃ 5-8. 4458

*Hab.* in fimo, vaporariis vulgatissimus in Europa et Amer. fœder. nec non pr. Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Omnium tenerrimus, fugax, habitu flaccescens. Pileus 2-7 mm. latus; stipes $2^1/_2$-8 cm. longus, tenuissimus. (Bull. f. *M. N. O. P.* longe distant).

86. **Coprinus stellaris** Quèl. Champ. Jura p. 322 t. V, f. 6. — Pileo ovoideo-campanulato, striato, dein stellatim fisso, candido, mox griseolo vesiculis pellucidis punctulato; stipite filiformi, fistuloso, hyalino, pilis longis sericeis, albis velutino; lamellis angustis, adnatis, attenuatis, griseolis, dein brunneis; sporis ellipsoideis, 8 μ. longis, albidis, tandem brunneo-fuligineis. 4459

*Hab.* ad fimum in speluncis, Jura. — Pileus 1-2 mm. latus.

87. **Coprinus Sprague ii** B. et C. Cent. N. Ann. Fungi n. 83, Fr. Hym. p. 330, Cooke Ill. t. 683 *B.* — Tenerrimus; pileo e campanulato 4460

conico, tomentoso, plicato; stipite fistuloso, pallide cinnamomeo; lamellis paucis angustis.

*Hab.* ad terram aquitrinosam, New England. Am. bor. (Sprague) et in hortis Britanniæ. — Pileus 18–20 mm. lat.; stipes 5 cm. long., 2 mm. cr.; sporæ subcymbiformes, 10 ≃ 5.

88. **Coprinus Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885, p. 137. — Pileo ex elli- 4461
psoideo conico, tandem explanato, 2,5 cm. diam., membranaceo, fugaciter flocculoso, regulariter profunde sulcato, albido, vertice glabro, dilutissime cinnamomeo; lamellis liberis, nec confertis, postice 1 mm. et parum ultra latis, antice cuspidatis, mox nigris, sæpius arescentibus quam diffluentibus; stipite fistuloso, primitus brevi cylindrico et 4 mm. crasso, tandem usque 4 cm. elongato, apice vix 2 mm. crasso, deorsum fere ventricose-incrassato, albo, flocculis deciduis vestito, deinde glabro, sericeo, basi radiculoso, radiculis interdum 2 cm. longis, brunneis; odore nullo; sporis nigris, obtuse-ellipsoideis, 10–12 ≃ 4–6.

*Hab.* in vasis floralibus in Slavonia. — Vivit horas 48.

89. **Coprinus pilosus** Beck Pilzfl. von Niederösterr. III, p. 44. — Pi- 4462
leo primum cylindraceo, apice rotundato albo, pilis articulatis longis acutis declinatis dense obsito, dein stipite evoluto explanato, in centro glabrescente et flavescente, marginem versus subtiliter striato et appresse piloso, demum sursum curvato, cyathiformi, 8 mm. lato; stipite gracillimo, aquoso, subtiliter pubescente, in parte basali sæpe floccoso, 5,5 cm. alto; massa sporacea fungo diffluxo chalybea vel atro-violacea; sporis ovatis vel ellipsoideis, levibus, atro-purpureis vel atris, 9–12 ≃ 6–7.

*Hab.* in fimo ovino prope locum Neuwaldegg Austriæ.

90. **Coprinus setulosus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 310 in Journ. Linn. 4463
Soc. — Pileo cylindrico, campanulato, obtuso, usque ad discum striato, setis fulvis undique obsito; stipite fistuloso, candido, sursum attenuato; lamellis angustissimis adnexis.

*Hab.* in vegetabilibus emortuis, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 10 mm. altus, basi 4 mm. latus; stipes 2½ cm. longus, medio 1 mm. crassus; lamellæ adscendentes, non perfecte evolutæ in speciminibus, in quibus candidæ sunt sporisque carentes.

**) *Furfurelli*: pileo micaceo v. furfuraceo, lamellis vulgo apici stipitis in annulum dilatato adnatis. — Exannulati.

91. **Coprinus domesticus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 251, Hym. Eur. p. 330, 4464
Ic. tab. 140, f. 3, Cooke Ill. t. 684, Bern. Roch. 32, fig. 1, Gill.

C. F. c. ic., Kickx p. 188, *Agaricus* Pers. Syn. p. 404 (non Bolton), Fr. S. M. I, p. 311, Alb. et Schwein. p. 200, Weinm. p. 276. — Pileo tenui, ex ovato campanulato, obtuso, furfuraceo-squamuloso, fisso undulato-sulcato; stipite attenuato, adpresse sericeo, albo; lamellis adnexis, confertis, linearibus, ex albo-rubello fusco-nigricantibus; sporis sphæroideo-ellipsoideis, atro-fuscis (s. m. flavis), 8-9 ≃ 5-6.

*Hab.* in pagis, plateis urbium locisque similibus in Europa et in tapetis humidis in Amer. fœder. — Ceteris major. Stipes 5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; pileus 5 cm. latus, 2-4 cm. altus, fuligineus, disco spadiceo.

92. **Coprinus stercorarius** Fr. Epicr. p. 251, Hym. Eur. pag. 330, Cooke Ill. t. 685, Kickx p. 187, Scop. p. 427, Bull. t. 542, f. M. — Pileo tenerrimo, ex ovato campanulato, furfure denso micaceo candido obtecto, dein expanso, margine striato; stipite primo ovato-bulboso, dein elongato, attenuato, primitus pruinato, candido; lamellis adnexis, ventricosis, atris. 4465

*Hab.* locis stercoratis, ad vias, in Europa Victoria, N. S. Wales, Queensland et Tasmania raro. — Pileus 2½ cm. latus, 2 cm. altus; sporæ 6-8 ≃ 3-4. Species in hac serie recedens pileo vix hiascente, ut *C. niveo* forsan nimis affinis.

93. **Coprinus inamœnus** Karst. Grev. 1878, p. 63, Ic. sel. f. IV. — Pileo tenerrimo, subcylindraceo, demum expanso, nigricante, furfure dense micaceo albido obruto, levi 2,5 cm. lato; stipite subæquali v. deorsum leniter attenuato, flexuoso, hyalino-albo, primitus albo-lanato, circiter 7 cm. longo, circiter 1,5 mm. crasso; lamellis e stipite remotis, primitus umbrino-nigricantibus; sporis ellipsoideis, fuscis, impellucidis, 7-11 ≃ 4-6. 4466

*Hab.* supra folia coacervata putrescentia in Mustiala Fenniæ. — Odore gravissimo quam maxime fœtido stipiteque prolifero ab omnibus diversus.

94. **Coprinus albus** Quél. 10 suppl. p. 4. — Candidus; pileo ovoideo, dein explanato, floccoso-farinaceo, sursum striato-sulcato apiceque flavo maculato, dein griseo-perlaceo; stipite fistuloso, basi incrassato villosoque, sursum striato-sulcatulo; lamellis adnatis, dein liberis, angustis, albis demum brunneo-atris; sporis ovatis, 12-13 μ. longis, fuligineis. 4467

*Hab.* fasciculatim ad fragmenta plantarum quisquiliasque varias in Gallia. — *C. stercorario* affinis, *C. Friesii* similis. Pileus 2 cm. latus.

95. **Coprinus phæosporus** Karst. Symb. Myc. Fenn. VIII, p. 9 et IX, p. 48. — Pileo tenerrimo, conoideo-cylindraceo, demum applanato et revoluto, lacerato, fere toto subtiliter striatulo, velo universali flocculoso, rufescente, primo contiguo, dein in squamulas vel areolatim rupto tecto, mox nudo, candido tandem disco minuto, levi, plano, pallescente, circiter 2 cm. longo, demum 1,5-3 cm. lato; stipite fistuloso, primitus basi subincrassato, dein æquali candido, nudo, glabro, 3-12 cm. longo, 2 mm. crasso; lamellis attingentibus, linearibus, albis demum brunneo-nigris; sporis ellipticis, brunneis, impellucidis, 9-15 ≃ 4-9. 4468

*Hab.* in horto Mustialensi Fenniæ locis stercoratis, sæpe ad radices putrescentes graminum mense Augusto. — Densissime cæspitosus, margo pilei hinc inde cinereo-violascens. A. *C. albo* Quél. pileo non flocculoso-farinaceo, stipite glabro sporisque ellipsoideis optime distinguitur.

96. **Coprinus mycenopsis** Karst. Symb. VIII, p. 8. — Pileo tenerrimo, e campanulato expanso, furfuraceo mox nudo, hiascente, sulcato fissoque, fuligineo-cinereo disco elevato, spadiceo; stipite fistuloso, sursum leviter attenuato, glabro, apice levissime flocculoso, superne striato, candido; lamellis adnatis, linearibus purpurascentibus, dein fuscis; sporis ellipsoideis vel ovoideis, fuscis semipellucidis, 7-8 ≃ 4. 4469

*Hab.* ad terram in pratis graminosis prope Mustiala Fenniæ, septemb. — Pileus 3-7 cm. latus; stipes ad 14 cm. longus, basi usque 5 mm. crassus.

97. **Coprinus sororius** Karst. VIII, p. 9. — Pileo nudo (an primitus?), circiter 2 cm. lato; stipite levi, obsolete flocculoso, hyalino-albo, pellucido, 5-6 cm. lato; lamellis ex albido vel cinerescente atris; sporis ellipsoideis, fuscis atque impellucidis (sub micr.), 9-12 ≃ 6-7. 4470

*Hab.* in prato, inter gramina et muscos, prope Mustiala, exeunte. Sept. 1880, parcissime lectus. — *Coprino mycenopsidi* similis, sed minor.

98. **Coprinus frustulorum** Sacc. M. Ven. Spec. p. 35, t. VI, f. 10 11. — Albus; pileo tenui ovato-campanulato, acutiusculo, furfure micaceo rubello obtecto, estrio; stipite fistuloso, primitus crassiusculo conico, brevissimo, subsericeo, tandem elongato, cylindraceo, subtiliore; lamellis liberis ventricosis, ex albo-rubellis, denique atris; sporis ovoideis, 8 ≃ 6 rubentibus dein atro-purpureis. 4471

*Hab.* in frustulis radicum, ramorum etc., Vittorio et Patavii, æstate. — Differt a *C. stercorario* Fr., cui affinis statura minore;

lamellis liberis nec adnexis, furfure pilei rubello nec albo, margine estrio, nec demum striato, habitatione diversa et postremo quia difficilius deliquescit.

99. **Coprinus pachypus** Berk. in Cooke Ill. tab. 687 *B.* — Pileo tenui, campanulato, convexo, dein expanso, 5 mm. lato, ex albo ochraceo saturatius flocculoso; stipite gracillimo basi discoidea instructo, albido, 6 mm. longo, 0,5-1 mm. crasso, levi; lamellis liberis, angustis, distantibus, demum atris. 4472

*Hab.* ad stipites Palmarum in calidariis Britanniæ.

100. **Coprinus intermedius** Penz. Ozon. e Copr. p. 140, t. III e IV, — Pileo ex cylindraceo campanulato, expanso, pallido, furfure denso micaceo rufescente imprimis versus apicem obtecto, levi vel ad marginem obsolete striato; stipite primum brevissimo, dein cylindraceo, versus apicem attenuato, cavo, glabro, albo vel pallide roseo exannulato; lamellis subtilibus, primum albis incarnatis, postea brunneo-atris; sporis ellipticis, atro-brunneis, 7,5-9 = 5, saepius 2-guttulatis. 4473

*Hab.* in lignis humidis et in florum ollis in calidario Horti Botanici Ticinensis Italiæ. hor. — Fungus primo 0,5-1 mm. diam. metiens, dein evolutione peracta pileus 30-35 mm. latus, stipes 9-11 cm. longus. Inter *Copr. stercorarium* et *C. coopertum* intermedius, a primo differt colore furfuris micacei rufescente, non candido, et forma pilei ex cylindrico (non ovato) campanulata, ab ultimo distat absentia flocculorum albidorum in stipite et colore lamellarum.

101. **Coprinus fimbriatus** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 312, Journ. Linn. Soc. — Pileo campanulato, tomentoso, margine albo-fimbriato; stipite æquali, fistuloso; lamellis adnatis; sporis 8 μ. long. 4474

*Hab.* in fimo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. vel ultra latus, juxta lamellarum tergus rimosus, pilis candidis fimbriatus; stipes 5 cm. altus, candidus; lamellæ modice latæ, acie candidæ. Affinis *C. stercorario.*

102. **Coprinus coopertus** Fr. Epicr. p. 252, Hym. Eur. p. 331. — Pileo tenerrimo, e conico campanulato, dein expanso, furfure denso micaceo obruto, lurido, sicco isabellino-griseo; stipite æquali, pallido, apice flocculis albis consperso; lamellis adnatis, latis, livido-cinereis. 4475

*Hab.* ad fimum in hortis stercoratis in Europa. — Species rara, sed admodum distincta. Maxime fragilis, expansus, $2^1/_2$ cm. latus et altus.

103. **Coprinus semilanatus** Peck 24 Rep. pag. 71, t. 4, f. 15-18. — 4476
Pileo submembranaceo, late conico, demum expanso atque fortiter revoluto, margine interdum rimoso, farinaceo, atomaceo, subtiliter atque obscure rimoso-striato, pallide griseo-brunneo; stipite elongato, fragili, cavo, sursum leviter conico, candido, dimidio superiore floccis gossypinis laxis facile detergendis vestito, dimidio inferiore glabro vel subtiliter farinaceo; lamellis angustis, confertis, liberis; sporis late ellipsoideis, 13 μ. long.

*Hab.* in terra pingui atque in fimo Amer. fœder. — Fragilissimus, 10-15 cm. altus; pileus 16-24 mm. latus; stipes basi 2 mm. crassus. Affinis *C. cooperto.*

104. **Coprinus murinus** Kalchb. in Grevillea VIII, t. 142, f. 10. — 4477
Pusillus; pileo submembranaceo, conico-campanulato, vix 1 cm. alt., vertice papilla eminente instructo, passim floccis albis, sat persistentibus adsperso, vix striato, griseo; stipite curto, 1-3 cm. l., tenui, sursum leviter attenuato, alto; lamellis latiusculis, nigris.

*Hab.* ad terram Richmond River et N. S. Wales. — *Coprino cooperto* Fr. affinis, a quo pileo papillato, subinde pulverulento, haud micaceo differt.

105. **Coprinus Friesii** Quélet p. 129, t. 23, f. 5, Fr. Hym. Eur. p. 331, 4478
Pat. Tab. 446. — Pusillus; pileo tenerrimo, subcylindrico, striatulo, pulverulento-floccoso, margine violaceo-griseo; stipite gracili, pulverulento, basi incrassato, floccoso; lamellis liberis, linearibus, ex albo violaceis, demum brunneo-atris; sporis brunneo-purpurascentibus.

*Hab.* ad gramina sicca in Europa. — Pileus 1-2 cm. diam. metiens; stipes capillaris, 2½ cm. attingens, quare de affinitate dubium adest.

106. **Coprinus tigrinellus** Boud. Bull. Soc. Bot. Fr. 1885, p. 282 et 4479
in Quél. 14 Suppl. p. 6. — Pileo ellipsoideo, tenui, plicato-striato, albo, dein griseo, floccis nigris punctulato; stipite gracili, bulbilloso, albo; lamellis angustis, roseolis, dein brunneo-fuligineis; sporis ovoideis, 10 μ. longis, flavo-nigrescentibus.

*Hab.* ad culmos Caricis, caules Iridis Pseudacori prope Paris Galliæ (Boudier). — Pileus 1 cm. latus. Sec. doct. Quélet forte *Coprini Friesii* varietatem sistit.

107. **Coprinus ephemerus** Fr. Epicr. p. 252, Hym. Eur. p. 331, Cooke 4480
Ill. t. 685, *B.*, Pat. Tab. 449, Berk. Outl. p. 181, *Agaricus* Fr. Syst. Myc. I, p. 313 cum syn., Fl. Dan. t. 832, f. 2, Bull. t. 128, Weinm. p. 280. — Pileo tenerrimo, ex ovato campanulato et hiascente-ex-

planato, radiato-sulcato, primitus leviter furfuraceo, disco elevato, levi, rufescente; stipite æquali, glabro, pellucido; lamellis attingentibus, linearibus, ex albido fuscescentibus nigrisque.

*Hab.* in cultis, ad vias aliaque loca stercorata in Europa et in fimetis Amer. fœder., nec non Queensland Australiæ pr. Klyn Visch River Africæ (Mac Owan). — Pileus 6-18 mm. latus; stipes $2^1/_2$-5 cm. longus, 2-3 mm. crassus; sporæ 11-15 ≃ 7-8; bas. 20-22 ≃ 8. Nudo oculo fere glaber, sub lente vero furfuraceus. Sub hoc nomine variæ species confunduntur.

108. **Coprinus hortensis** Mont. Guy., n. 294, Syll. Crypt. n. 406. — 4481
Pileo tenerrimo griseo-argenteo e convexo campanulato explanato, a centro levi glabro, radiatim striatulo, tandem margine fisso; stipite fistuloso, sursum incrassato, levi, glabro; lamellis didymis, angustissimis, utrinque attenuatis, postice subaffixis, nigris.

*Hab.* in hortis urbis Cayennæ Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 3,5 cm. lat.; stipes 4 cm. long., medio 1-1,5 mm. cr. Sporæ globosæ, rarius ovoideæ, vix 10 $\mu$. diam. *C. ephemero* affinis videtur.

109. **Coprinus Filholi** Fourc. in Roum. Rev. Myc. I, p. 66. — Affinis 4482
*C. ephemero;* lamellis tridymis, longioribus convexis., medio 1 mm. lat., interjectis aliis dimidio v. quater brevioribus; stipitibus albohyalinis, fistulosis basi inflatulis villosisque, quaternis quinisve conjunctis.

*Hab.* ad thermas Bagneres de Luchon Galliæ (Fourcade). — Ex Ozonio quodam oritur, quod Coprini mycelium habendum est.

110. **Coprinus velox** Godey in Gill. Ch. F. p. 614 c. icone. — Pileo 4483
tenuissimo, ovato, clavato, cinereo, mox explanato, striato, plicato-sulcato, inter plicas linea furfuracea prædito; disco griseo-furfuraceo; stipite attenuato, præsertim deorsum floccis brevibus albidis obtecto, subpellucido, basi fibrillis radiantibus instructo; lamellis tenuibus, attingentibus, griseis, dein atris.

*Hab.* ad fimum bovinum in Gallia. — Pileus 3-4 mm. latus; sporæ 7 ≃ 5. Fungus siccitate marcescens.

111. **Coprinus evanidus** Godey in Gill. Ch. France p. 614 c. icone. — 4484
Pileo tenuissimo, ovato, claviformi, dein campanulato, radiato-plicato, albido, subfurfuraceo, disco elato, levi, macula brunnea ornato; stipite attenuato, pellucido, albo, villis subtilibus, concoloribus obtecto; lamellis subdistantibus, liberis, nigris.

*Hab.* ad fimum bovinum in pascuis Galliæ. — Pileus 3-4 mm. latus.

112. **Coprinus sociatus** Fr. Epicr. p. 252, Hym. Eur. p. 331, Kickx p. 188, Quél. p. 130. — Pileo tenerrimo, ex ovato campanulato, mox fisso, radiato-plicato, farinoso, e fusco pallescente, disco umbrino, demum umbilicato; stipite attenuato, glabro, albo; lamellis annulato-adnexis, cinereo-nigris. 4485

*Hab.* ad muros, terram humidam hortorum in Europa. — Pileus 2-3 cm. altus et latus; stipes 5-6 cm. longus non pellucidus; lamellæ parum ventricosæ, postice attenuatæ, haud remotæ. Sporæ 9 ≃ 6-7. In Monogr. I, p. 468 descripsit Fries varietatem collario haud manifesto.

113. **Coprinus Boudieri** Quél. Suppl. 1877, p. 321, pl. V, f. 4. — Pileo membranaceo, ovoideo-campanulato, dein aperto et revoluto, castaneo, apice fuligineo, pubescentia tenui, alba obtecto; stipite fistuloso, rigido, pruinoso, pubescente, albo; lamellis adnatis, flavescentibus, dein griseis, demum atro-violaceis, acie alba, micacea; sporis conoideis, 7-12 ≃ 6-10, fuligineo-atris, opacis. 4486

*Hab.* ad terram deustam in silvis Jura et pr. Mustiala Fenniæ. — Pileus 1-2 cm. latus.

114. **Coprinus Schrœteri** Karst. Hattsv. I, p. 543. — Pileo tenerrimo, ex ellipsoideo vel ovoideo expanso revolutoque, sulcato, glabro, ochraceo-isabellino vel subgilvo, expallente, demum dilute fuliginoso, ad 1 cm. usque lato; stipite æquali, sursum leviter striatulo, primitus puberulo, 1-2 cm. longo; lamellis fuscis; sporis angulato-ovoideis, subinde anguloso-sphæroideis vel sphæroideo-ellipsoideis, fuscis (s. l.), pellucidis, 13-15 ≃ 8-12. 4487

*Hab.* in fimo bovino prope Mustiala in Fennia. — *C. Boudieri* proximus. Solitarius.

115. **Coprinus proximellus** Karst. Hattsv. I, p. 544. — A *C. Schrœteri* præcipue sporis ellipsoideis, fuscis, semipellucidis, 10-13 mm. longis, 5-7 mm. crassis recedens. 4488

*Hab.* locis stercoratis in horto Mustialensi in Fennia. — Pileus primitus subhirtellus et pallide subgilvus. Solitarius.

116. **Coprinus phyllophilus** Karst. Hattsv. I, p. 544. — Pileo tenerrimo, e campanulato expanso et revoluto, glabro, ex isabellino dilute fuliginoso, sulcato, circiter 1,5 cm. lato; stipite filiformi, e pruinoso nudo, hyalino, pellucido, circiter 6 cm. longo, 1 mm. crasso; lamellis approximatis, demum atris; sporis ellipsoideis, fuscis (s. micr.), impellucidis, 10-13 ≃ 5-7. 4489

*Hab.* in horto ad interque folia decidua, Mustiala in Fennia.

117. **Coprinus plicatilis** (Curt.) Fr. Epicr. p. 252, Hym. Eur. p. 331, 4490

Cooke Ill. t. 686, Bern. Roch. t. 31, f. 4-5, Berk. Outl. p. 181, Gill. C. F. c. icon., *Agaricus* Curt. Lond. t. 200, Fr. Syst. Myc. I, p. 32 (cum syn., excl. Buxb.), Sowerb. t. 364, Fl. Dan. t. 1134, *A. striatus* Bull. t. 552 ex parte, *A. pulcher* Pers. Syn. p. 404. — Pileo tenerrimo, ex ovali-cylindrico campanulato, mox expanso hiascente, sulcato-plicato, subglabro, e fusco cæsio-cinereo, disco lato, levi, demum depresso, obscuriore; lamellis collario a stipite remotis, griseo-nigricantibus; sporis 8-11 ≃ 5-9; bas. 22 ≃ 9; cyst. 50-70 ≃ 18-25.

*Hab.* in campis humidis, ad vias, vulgatissimus in Europa, ad terram Peradenya Ceylon (Thwaites), in pascuis Cincinnati Amer. fœder. et supra stercus anserinum locis paludosis insulæ Beeren Eiland, ad Somerset East et P. Natal Africæ, in N. S. Wales Oceaniæ. — Tenerrimus, fragilis, sed sole exsiccatus non diffluens; pileus 1-2½ cm. latus; stipes 2-8 cm. longus. A *C. plicatili* separat Bongard *Ag. diaphanum* Weinm. Ross. p. 273 disco lutescente squamuloso, stipite intus zonato, cujus differentia haud clara.

118. **Coprinus pseudo-plicatilis** Vogl. Ric. anal. Agaric. p. 42 t. 50, n. 4. — Pileo tenerrimo, campanulato, umbonato, mox hiascente, sulcato, plicato, furfuraceo, luteo-griseo, umbone luteolo; stipite gracili, lanato, albo, deorsum incrassato, floccoso; lamellis adnatis, fuligineo-nigricantibus; sporis oblongo ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, fuligineo-atris, 6-8 ≃ 3; basidiis clavatis, 4-sterigmicis, 14-15 ≃ 6-7; sterigmatibus acicularibus 2-3 ≃ 1; cystidiis crassis, clavatis, basi leniter attenuatis, 50-75 ≃ 21-25. 4491

*Hab.* ad fragmenta lignea in calidariis Horti Botanici Padova Italiæ. — In basi fungorum juniorum adest Ozonium ex hyphis septatis, filiformibus, fasciculatis, ochraceis, 2-4 μ. crassis efformatum. Pileus 8-10 mm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus, 1 cm. crassus. *Coprino plicatili* proximus, a quo lamellis adnatis, absentia collarii, pilei colore magnitudineque sporarum differt.

119. **Coprinus sulcato-crenatus** Steinhaus in litt. — Pileo tenerrimo, ex cylindraceo campanulato, dein expanso, sulcato-crenato, subglabro, luteo; disco brunneo, levi, demum depresso; stipite filiformi, glabro, luteo, ad apicem brunneo; lamellis a stipite remotis, distantibus brunneis; sporis e latere compressis, e fronte obtuse triangularibus, atris. 4492

*Hab.* in fimo equino Varsaviæ. — Affinis *C. plicatili* sed certe distinctus.

120. **Coprinus roris** Quél. Champ. Jura p. 322, t. V, f. 5, Pat. Tab. 4493

443. — Pileo tenuissimo, convexo, dein umbilicato, sulcato, glauco vel griseo-perlaceo, pellucido, marcescente, velo tenui floccoso albido-flavo, caduco tecto; stipite filiformi, villoso-floccoso, albo vel cinerello; lamellis angustis, adnatis, carneo-glaucis vel lilacinis, dein margine nigro-punctatis; sporis ovato-ellipsoideis, 10-12 μ. diam., fuligineo-fuscis.

*Hab.* in pratis Jura. — Pileus 1-1,5 cm. latus.

121. **Coprinus albulus** Quél. Quelq esp. II, 1883, p. 4, t. VI, f. 11. — Pileo campanulato-hemisphærico, membranaceo, pellucido, striato, minute puberulo; stipite fistuloso, filiformi, recto, puberulo, radicula longa instructo; lamellis adnato-arcuatis, confertis tenuibus, albis, dein nigro-punctatis; sporis ovoideis, 20 μ. longis, fuligineo-atris. 4494

*Hab.* ad culmos Tritici dejectos in hortis, Jura. — *Mycenæ tenerrimæ* habitu similis; pileus 5 mm. latus; stipes 2 cm. longus.

122. **Coprinus tuberosus** Quél. Soc. bot. Fr. 1878, p. 289, III, f. 2. — Pileo membranaceo, ellipsoideo, striolato, pulverulento, albo-griseolo; velo e vesiculis granulato-aciculatis hyalinis efformato; stipite subfiliformi, flexuoso, villoso, ex albido hyalino, e tuberculo brunneo-atro oriundo; lamellis angustis, atro-violaceis; sporis ellipsoideis, 12 μ. diam., atris. 4495

*Hab.* ad fragmenta vegetalium humumque in pratis Gallia. — Pileus 3-5 mm. latus. *Coprino niveo* et *cinerato* analogus.

123. **Coprinus conditus** Godey in Gill. Ch. France p. 612. — Pileo globuloso, dein ovoideo, albo vel flavido, striato, furfuraceo aut subtiliter piloso-micaceo; stipite plus minus elongato, cavo, fragili, cylindraceo, nitente, furfuraceo; lamellis crassiusculis, albis, adnatis. 4496

*Hab.* in fimo vaccino in Gallia. — Stipes (cum diffluit) 20-25 mm. altus.

124. **Coprinus curtus** Kalchbr. in Thüm. Mycotheca universali n. 403, Grev. IX, p. 133. — Pileo e cylindrico ovato-campanulato, 6-8 mm. alto, ferrugineo-furfurello, demum cinereo, sulcato; lamellis nigro-griseis, acie albicantibus; sporis creberrimis, majusculis, ovatis, nigris; stipite fistuloso, stricto, levi, glabro, 4-14 mm. longo, vix 2 mm. crasso, pallido, sed deorsum subincrassato ibidemque albo-pulverulento. 4497

*Hab.* in stercore vaccino inter frutices ad pedem montis Boschberg prope Somerset-East, promont. Bonæ Spei (P. Mac Owan). — Fragilis, gregarius, e vicinia *Coprini plicatilis* sed multo humilior.

125. **Coprinus pachyterus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 313 in Journ. Linn. Soc. — Pileo persistenter campanulato, plicato-sulcato; stipite firmiore; lamellis arcuatis adnexis; sporis 15 μ. long. fuscis. 4498

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 5 cm. latus, glaber; stipes 6-8 cm. longus, validior quam in *C. plicatili.*

126. **Coprinus silvaticus** Peck 24 Rep. p. 71, t. 4, fig, 10-14. — Pileo membranaceo, disco tenui, carnoso, convexo, margine plicato-striato, fusco-brunneo, striis depressis pallidioribus; stipite fragili, gracili, glabro, cavo, candido; lamellis subdistantibus, angustis, stipiti adnexis, brunnescentibus; sporis gibboso-ovatis, 13 μ. long. 4499

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. fœder. — Statura 5 cm. metiens; pileus 12-20 mm. latus; stipes 1 mm. crassus. Striæ usque ad medium pileum productæ. Affinis *C. plicatili* atque *C. ephemero.*

127. **Coprinus aquatilis** Peck 27 Rep. p. 96, t. 1, fig. 26-28. — Pileo membranaceo, campanulato, fereusque ad apicem sulcato-plicato, furfuraceo, lutescenti-brunneo; stipite gracili, æquali, cavo, furfuraceo, albido; lamellis subdistantibus, stipitem attingentibus, e brunnescenti nigris; sporis 13 ⩲ 8. 4500

*Hab.* ad caules et virgulta partim submersa v. prostrata in muscosis humidis, in montibus Adirondack Amer. fœder. — Fragilis, 5-6 cm. altus; pileus 12-16 mm. latus. In juventute magis luteus quam in pleno vigore. Species *C. silvatico* proxima.

128. **Coprinus filiformis** Berk. et Br. n. 928, Fr. Hym. Eur. p. 332, Cooke Ill. t. 686 *B.* — Pusillus; pileo cylindrico, striato, griseo, miculis albis furfuraceo; stipite capillari, subtiliter piloso, albo. 4501

*Hab.* in silvis ad terram in Europa. — Pileus haud 2 mm. altus; stipes 12 mm. longus, tenuissimus. De hoc plura non allata, sed clare distinctus statura minima et tenui, *Mucore canino* vix majore. De lamellis non fit mentio. — ***levipes** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, p. 28: furfurellus; pileo e griseo hyalino, minutissimo 400-450 μ. diam., 8-12-sulcato-striolato, margine crenulato, pruinula farinacea gilvescente densiuscula obtecto; lamellis linearibus, minutissimis; stipite gracillimo, filiformi, gradatim sursum attenuato, 3-4 mm. long., 0,1-0,8 mm. cr., cinereo-hyalino, glaberrimo. Ad fimum equinum in planitie pamparum prope lacunas «Las Saladas» dictas. Minutissimus, fugacissimus, sole oriente mox evanescens.

129. **Coprinus pampeanus** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, n. 21. — Fur- 4502

furellus, primitus minutissimus, cylindraceus v. clavulatus, ubique retrorsum dense pubescenti-hispidus, tempore humido diu sic perdurans, sicco autem mox evolutus; pileo subhyalino-cinerescente, cylindraceo-elliptico v. cylindraceo-ovoideo, 2-2,5 mm. long., 1 mm. cr. disco obtuso, parce, adpresse ac minute araneoso-pubescente, longitudinaliter striato, margine primo integro, mox atro-liquescente, rarius campanulato-expanso; lamellis naviculato-linearibus, utrinque obtusiusculis, primo albo-hyalinis, dein atris; stipite tereti, filiformi, 12-20 mm. long., 0,2-0,4 mm. cr., albo-hyalino, ad tertium superum glabro, ad medium parce minuteque pruinuloso, ad inferum fusiformi-incrassato, dense divaricatim albo-hirsuto, fistuloso, ad maturitatem pileo orbato, nonnihil persistente; sporis ellipticis, rarius inæquilateralibus, sursum obtusis deorsum rotundatis ac abrupte apiculato-acutatis, 10-12 ≃ 7-9, atro-fuligineis, opacis.

*Hab.* ad fimum vaccinum et equinum ubique vulgatus in Argentina, Amer. merid.

130. **Coprinus laxus** Bres. et Schulz in Hedw. 1885, p. 136. — Pileo 4503
e parabolico semigloboso, 1-1,2 cm. lato, membranaceo, cinereo, vertice luteolo-cinnamomeo, granuloso-floccoso; lamellis subconfertis, liberis, linearibus aut subventricosis, 2 mm. latis; stipite fistuloso, marcescendo deflexo, apice 1 mm. crasso, deorsum leniter incrassato, basi rotundato, 2,6-6,5 cm. longo, albo, tandem inferne fuscescente, præsertim sursum fugaciter flocculoso; sporis nigris, irregulariter ellipsoideis, 6-8 ≃ 4-5.

*Hab.* in pascuis in Slavonia. — Mox flaccescit tam cœlo sereno, quam tempore pluvioso; diffluens non visus.

131. **Coprinus musicola** Berk. Fung. Hinds. p. 7. — Pileo membra- 4504
naceo, campanulato, diffracto, squamuloso, pallide fusco-purpureo; lamellis angustis, adnexis; stipite æquali, gracillimo, cum pileo concolore, pulverulento.

*Hab.* ad caudicem Musæ, Tahiti. — Pileus 1,2 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, vix 1 mm. crassus.

132. **Coprinus Wrightii** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 84. — Pileo ex 4505
ovali plano, striato, glauco, furfuraceo; stipite fistuloso, glabro; lamellis liberis, cinereis.

*Hab.* in fragmentis graminum in ollis floralibus Connecticut Amer. bor. (Wright). — Pileus 6-12 mm. lat.; stipes 5 cm. long., 1 mm. cr.; sporæ subcymbiformes 10 μ. longæ.

133. **Coprinus microsporus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 304 in Journ. Linn. 4506

Soc. — Pileo campanulato obtuso, squamulis innatis fibrosis vestito; stipite incurvo, fistuloso; lamellis segmentiformibus, pallidis, tarde nigricantibus; sporis minimis, subellipsoideis, pallidis, $4^1/_2$ μ. l.

*Hab.* ad terram Ceylon (Thwaites). — Pileus circiter 12 mm. latus, sordide albus; stipes 4 cm. longus, circiter 2 mm. crassus, glaber; lamellæ 2 mm. latæ, adscendentes, primitus candidæ, roseo pictæ, liberæ.

134. **Coprinus fibrillosus** B. et. Br. F. of. Ceyl. n. 303. — Pileo semiovato, squamis innatis fibrillosis obsito; stipite curvo subfloccoso; lamellis ascendentibus arcuatis, fuscis, adnexis; sporis 5 μ. long. 4507

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 8 mm. latus; stipes 4 cm. longus; lamellæ angustæ.

135. **Coprinus pulchrifolius** Peck 29 Rep. p. 41. — Pileo membranaceo, conico vel campanulato, cinereo, disco tenui, levi, lutescenti, striato, squamis minutis, albidis vel granulis adsperso; stipite gracili, fragili, cavo, albo; lamellis angustis, confertis, liberis, cinnamomeo-brunneis, sæpe processibus minutis, hyalinis, spiræformibus præditis; sporis ellipsoideis, brunneis, subtiliter roseis, 8 μ. long. 4508

*Hab.* ad terram in silvis, Greig Amer. fœder. — Solitarius, 5-8 cm. altus; pileus 12-24 mm. latus; stipes vix 2 mm. crassus. Species insignis ad hoc genus relata, etsi non deliquescens, propter similitudinem exterioris faciei cum nonnullis *Coprini* speciebus.

136. **Coprinus angulatus** Peck 26 Rep. p. 60. — Pileo tenui, campanulato v. convexo, rimoso-sulcato, subfusco, disco squamuloso, verrucis brunnescentibus, subpersistentibus obtecto; stipite æquali vel sursum leviter attenuato, cavo, candido; lamellis angustis, confertis, liberis; sporis atris, triangulari-ovatis, compressis, 8-10 = 8,5 μ. crassis. 4509

*Hab.* in silvis Chroghan Amer. fœder. — Statura $2^1/_2$-5 cm. metiens; pileus 12-24 mm. latus; stipes 1 mm. crassus. Sporarum forma obtusum telum in mentem revocat: basi utrinque excavatæ atque versus apicem obtusissimum gradatim angustatæ.

137. **Coprinus Rubecula** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 308 in Journ. Linn. Soc. — Pileo juniore, ovato, squamulis acutis castaneis ornato, seniore campanulato vix striato; lamellis ventricosis liberis; stipite fistuloso. 4510

*Hab.* ad substantias vegetabiles putrescentes, Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. altus, fere æque latus, margine parce striato, albo, cinereo tincto, sursum squamuloso; stipes $2^1/_2$ cm. longus, 2 mm. crassus, albus, glaber; lamellæ inferne rubro pictæ.

138. **Coprinus auricomus** Pat. Tab. anal. pag. 200, t. 453. — Pileo 4511
ovoideo dein campanulato, membranaceo, disco glabro, ceterum pruinuloso, cinereo-ferrugineo, apice brunneo-rufescente, subtiliter striato; stipite cavo, gracili, albo, fragili, glabro; lamellis adnatis, angustis, confertis, rufo-nigricantibus; cystidiis cylindraceis; sporis ochraceo-brunneis, 7 ≃ 3.

*Hab.* cæspitosus ad radices vetustas in silva Vincennes Galliæ. — Initio *Ozonio aureo* obvolutus, cujus filamenta ad pileum adultum basimque stipitis persistunt. Pileus 8-12 mm. latus; stipes usque ad 7 cm. longus.

****) *Hemerobii*: pileo semper glabro. — Exannulati.

139. **Coprinus hemerobius** Fr. Epicr. p. 253, Hym. Eur. pag. 332, 4512
Cooke Ill. t. 687, Pat. Tab. 444, Berk. Outl. pag. 182, Fl. Dan. t. 1960, f. 2, *A. campanulatus* Bolt. t. 31, Pollich Pal. 3, p. 295. — Pileo tenerrimo, ex ovato campanulato, fisso-sulcato, glabro, vertice haud prominente, spadiceo; stipite elongato, attenuato, glabro, pallido; lamellis linearibus, e pallido nigricantibus, collario obsoleto adnexis.

*Hab.* ad latera viarum in Europa. — Habitus *C. plicatilis*, sed stipes longior, 10-13 cm. longus; pileus persistenter campanulatus, collarium vix manifestum; sporæ 12-14 ≃ 8-9.

140. **Coprinus modestus** B. et C. N. Pac. exp. n. 61. — Pileo te- 4513
nerrimo, glabro, sulcato, fisso, pallide purpureo; stipite gracili; lamellis linearibus, liberis, phæotis (atris).

*Hab.* in ligno corrupto in insulis Bonin. — Similis *C. hemerobio.*

141. **Coprinus rapidus** Fr. Epicr. p. 253, Hym. Eur. pag. 332, Pat. 4514
Tab. 241. — Pileo tenerrimo, primitus cylindrico, costato-sulcato, glaberrimo, expanso, mox deliquescente; stipite attenuato, glabro, albo; lamellis liberis, approximatis, lineari-lanceolatis, fuscis.

*Hab.* ad pagos Europæ. — Valde distinctus; pileus subrepandus, luridus, explicatus rapidissime diffluens, restante stipite; sporæ 12-14 ≃ 6-8.

142. **Coprinus semistriatus** Pat. Tab. anal. p. 199, t. 435. — Pileo 4515
ovato-campanulato, glabro, disco flavescente, carnosulo, margine e cinereo griseo, usque ad discum striato; stipite cavo, albo, toto pruinoso, basi piloso; lamellis parum confertis, sectione albis, alternatim apice stipitis marginique insertis; sporis e fusoideo-globosis, 12-14 ≃ 3, ochraceo-brunneis; cystidiis evanidis.

*Hab.* ad terram fimetosam in hortis Galliæ. — Solitarius vel cæspitosus; pileus 1 cm. latus; stipes 1-2 cm. longus; sporæ ex icone l. c. videntur e latere compressæ.

143. **Coprinus velaris** Fr. Epicr. p. 253, Hym. Eur. p. 332, Pat. Tab. 436, Quél. Ass. fr. 1882, t. XI, f. 10. — Pileo tenerrimo, primitus globoso, obtuso, costato-striato, glaberrimo, dein hemisphærico; stipite æquali, glabro, hyalino-pellucido; lamellis apici stipitis dilatato adnatis, subdistantibus, nigris. 4516

*Hab.* in terra hortorum in Europa. — Forma subglobosa insignis; stipes 8 cm. usque longus, 2 mm. fere crassus; pileus vix $2^1/_2$ cm. altus latusque, luridus, disco haud umbilicato; lamellæ 3-4 mm. latæ, scaphæformes; sporæ $7 \simeq 5$, subangulosæ, atræ.

144. **Coprinus Sceptrum** Fr. Epicr. p. 253, Hym. Eur. p. 332, Jungh. in Linn. V, t. 6, f. 10. — Tenerrimus; pileo campanulato, umbonato, plicato-sulcato, glaberrimo; stipite sursum incrassato, hyalino; lamellis simpliciter adnatis, lanceolatis, cinereo-nigricantibus. 4517

*Hab.* in graminosis pinguibus Europæ. — Stipes $2^1/_2$ cm. longus; pileus 6-9 mm. latus, totus pellucidus, fugax, griseus.

145. **Coprinus solifugus** Marchand in Fr. Hym. Eur. p. 333. — Tenerrimus; pileo subconico, striato, glaberrimo; stipite tenuissimo, fragili, candido; lamellis subdecurrentibus, lutescentibus. 4518

*Hab.* ad ligna Salicis in umbrosis Luxemburgiæ Germaniæ. Minimus, fugax, pileo rufescente, 2-5 mm. lato.

146. **Coprinus Godeyi** Gill. Ch. F. p. 610, cum icone. — Pileo tenuissimo, primo ovoideo-globoso, costato-sulcato, glaberrimo, mox explanato revolutoque, siccitate marcescente, pellucido, disco ochraceo, inter costas membranæ hymenophori griseo vel cinereo; stipite leniter attenuato, pellucido, deorsum floccis, minutis albis obtecto; lamellis 12-15, distantibus, æqualibus, liberis, pileo concoloribus; sporis haud numerosis, ovatis. 4519

*Hab.* ad terram in ollis floralibus in calidariis Galliæ. — Lamellæ 3-4 mm. latæ.

147. **Coprinus superiusculus** Britz. Derm. et Mel. p. 183, f. 132. — Habitu *Coprini diaphani;* sporis rotundatis, indistincte 5-angulatis, apiculatis, $10 \simeq 8$. 4520

*Hab.* in pratis prope Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 5 mm. latus; stipes 2-2,5 cm. longus, vix mm. crassus.

148. **Coprinus diaphanus** Quél. Champ. Jura p. 322, t. V, f. 7, nec Weinm. Cfr. *C. plicatilis.* — Ex toto pellucidus, glaber; pileo 4521

tenuissimo, convexo-plano, sulcato, crenato, levi, glauco, sæpe argenteo, centro flavo; stipite capillari; lamellis angustis, adnatis, distantibus, glaucis, e sporis atro-marginatis; sporis ovoideo-ellipsoideis, 12 μ. longis, brunneo-atris.

*Hab.* in graminosis silvaticis Jura. — Pileus 6-8 mm. latus.

149. **Coprinus pellucidus** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 61. — Exiguus, gregarius, tenerrimus, deliquescens, fugax, hyalino-cinerescens; pileo ex obovoideo hemisphærico, demum expanso revolutoque, obtuso, sulcato, glabro (primitus levissime pruinoso) subinde pilis minimis erectis obsesso, ex albido vel lutescente hyalino-glauco, disco minuto, punctiformi obscuriori; stipite filiformi, æquali, flexuoso, glabro (primitus leviter pruinello, subindeque pilosulo), hyalino pellucido; lamellis confertis, lanceolatis, demum nigrescenti-brunneis; sporis ellipsoideis, flavis pellucidisque, 7-9 ≃ 4. 4522

*Hab.* in fimo vaccino prope Mustiala Fenniæ m. Aug. et Sept. — Pileus 1-2 mm. latus, stipes 1-5 cm. longus. Ex auctore *Copr. diaphano* Quél. peraffinis.

150. **Coprinus miser** Karst. Symb. Fenn. X, p. 61, Ic. f. 29. — Tenerrimus, pellucidus, minimus, hyalino-cinerellus; pileo e sphæroideo-ovoideo explanato, centro punctiformi depresso, plicato, nudo, dilute cinereo; stipite capillari, æquali, nudo, hyalino; lamellis distantibus, paucis, (6-15), dilute cinereis, e sporis nigris; sporis pyramidato-ovoideis vel sphæroideis-ellipsoideis, fuscis impellucidisque, 7-9 ≃ 6-8. 4523

*Hab.* in stercore equino ad Mustiala Fenniæ m. Aug. et Sept. — Pileus 1-2 mm. latus, stipes 1-2 cm. longus.

151. **Coprinus torquatus** Mont. Cent. VII, p. 29. — Solitarius; pileo membranaceo, tenerrimo, pellucido, tandem plano, centro depressiusculo, nitido, e disco levi livido radiatim floccoso-striato, dilute griseo; stipite pro ratione longo, recto, gracili, cavo, basi bulboso annuloque infundibuliformi, integro albo-pallidis; lamellis simplicibus, hyalinis, basi remotissimis, angustissime lanceolatis (tandem diffluentibus!) 4524

*Hab.* locis obscuris et humidis silvarum juxta aquam in Brasilia provincia Matto-Grosso (Weddell.).

152. **Coprinus consobrinus** Mont. Cent. VII, p. 30. — Solitarius vel et gregarius, albus; pileo carnosulo-membranaceo, explanato, pellucido (hygrophano), centro lutescente, levi, nitido, inde tenuiter plicato-striato, tandem radiatim fisso-lobato, margine denticulato; stipite elato, subæquali, cavo, floccoso-squamuloso; lamellis tenuissimis, an- 4525

gustissimis subfiliformibus (ex auctore), simplicibus, a stipite remotiusculis e griseo nigrescentibus.

*Hab.* in Brasilia (WEDDELL).

153. **Coprinus matutinus** Mont. Cent. VII, p. 30. — Gregarius; pileo 4526
tenerrimo, primitus convexo-conico mox explanato, glaberrimo, striatulo, margine crenulato; stipite gracili, fistuloso, puberulo; lamellis tridymis, angustissime linearibus, attingentibus.

*Hab.* in fimetario hortorum in imperio Brasiliensi. — Totus cinereus, matutine apparescens.

154. **Coprinus mirabilis** Mont. Guy. n. 295, Syll. Crypt. n. 407. — 4527
Pileo tenerrimo (primitus formæ ignotæ), mox explanato radiatim sulcato, albo, margine crenulato; stipite gracili, fistuloso, concolori; lamellis distantibus convexis, tandem nigris; sporis globosis.

*Hab.* in herbidis ambulacri urbis Cayennæ Amer. merid. (LEPRIEUR). — Pileus 1,5 cm. lat.; stipes 3,5 cm. long., 0,5 mm. cr.

155. **Coprinus pallidus** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 309 in Journ. Linn. 4528
Soc. — Pileo inæquali, subcylindrico, pallido, disco levi umbrino; stipite flexuoso, fistuloso, pallido; lamellis subliberis, fuscis; sporis 8 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES). — Pileus 6 mm. latus, 10 mm. altus, pallide umbrinus, disco levi, admodum fusco, margine reflexo; stipes 4 cm. longus, 2 mm. crassus, æqualis, glaber, pallide umbrinus, basi truncatus; lamellæ 2 mm. latæ, umbrinæ, demum obscure brunneæ, subventricosæ, subliberæ.

156. **Coprinus castaneus** B. et Br. F. of Ceyl. n. 311 in Journ. Linn. 4529
Soc. — Pileo digitaliformi, pallide castaneo, glabro; stipite sursum attenuato, basi truncato, glabro, eximie fistuloso; lamellis angustis, ascendentibus, adnatis.

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 8 mm. latus, carnosulus, carne concolore; stipes 8 cm. longus, medio 4 mm. crassus, extus intusque candidus; lamellæ vix 2 mm. latæ, pallidæ; sporæ ut in *C. setuloso* haud evolutæ. Pileus exsiccatione nitide castaneus.

157. **Coprinus perpusillus** Speg. F. Arg. II, p. 6, *Bolbitius perpusillus* 4530
Speg. Fung. Arg. Pug. I, p. 163. — Solitarius, perpusillus, tenerrimus, fragilissimus; stipite tereti, levi, glabro, apice hyalino, basim versus albo, pruinoso, parum incrassatulo; pileo tenuissime membranaceo primo hemisphærico, dein subapplanato, levi, centro fulvescenti in cinereo-hyalinum abeunte, 8-12 striis longitudinalibus sulcato, perpulchre 16-24-crenato-fisso; lamellis monomacriis, sinuatis, linea-

ribus primo hyalinis, dein atris diffluentibus; sporis ellipsoideis, crassiuscule tunicatis, 7 = 3-4, fuligineis, demum atris.

*Hab.* in fimo vaccino udo, in Republica Argentina Americæ australis. — Species pulcherrima ad *Bolbitii* genus nonnihil vergens. Pileus 1,5-2 mm. diam., stipes 8-10 mm. longus, basi 0,3 mm., apice 0,2 minusque etiam crassus. Adest ibidem forma paullo major pileo 3 mm. lat.

158. **Coprinus plutonius** Mont. Canar. p. 72, t. 5, f. 2. — Pileo conico- 4531
campanulato, umbraculiformi, expanso, albo, radiatim costato-sulcato, costis iterum transverse striatis, margine obcrenato, disco conico-umbonato levi, luteolo; stipite fistuloso mediocri, basi incrassato albo, zonis transversis nigris zebrino; lamellis distantibus, convexis, nigris.

*Hab.* ad scorias vulcanias in Gomera Amer. merid. (Despréaux).

159. **Coprinus pilulifer** Mont. Canar. p. 72, t. 4, f. 6, Syll. Crypt. 4532
n. 464. — Pileo tenerrimo, hemisphærico-subgloboso, striato, margine denticulato, griseo, hyalino, pellucido; stipite fistuloso, æquali, albo, basi leviter inflato; lamellis æqualibus nigris.

*Hab.* in arena humida lacunæ « baranca de la Cantera » dictæ in Gomera Amer. merid. (Despréaux).

160. **Coprinus spiralis** Mont. Canar. p. 72, t. 4, f. 5. — Pileo conico 4533
subacuminato ochraceo, margine striato; stipite nigrescente, spiraliter torto, basi subincrassato, e mycelio tomentoso, nigro, orto; lamellis æqualibus integris, cinereo-nigricantibus.

*Hab.* ad ramos dejectos in Canaria (Despréaux).

**PANÆOLUS** Fr. Epicr. p. 234 (Etym. *panaiolos* variegatus). — Velum contextum, sæpe deficiens. Stipes politus, firmulus. Pileus carnosulus, exstrius, margine excedente. Lamellæ in coni fundum adscendentes, « papilionaceæ » i. e. variegatæ, jove sicco juniores passim subgilvæ. Vulgo fimicolæ, Clusii Pern. gen. XVI, sp. 1. — Sporæ in hoc genere et sequente atræ, hinc lamellæ inter se separatæ numquam purpurascentes vel fuscescentes. *Coprini* genus mox dignoscitur lamellis primo cohærentibus (nec separatis), in laticem diffluentibus etc.

*) Pileo cute gelatinoso-liquescente, viscoso, sicco nitido.

1. **Panæolus leucophanes** Berk. et Br. B. F. n. 1127, t. 11, f. 1, Fr. 4534
Hym. Eur. pag. 310. — Pileo subcarnoso, campanulato, obtuso, viscido, sicco sericeo, albo, nitente, hinc inde ochraceo-tincto, mar-

gine appendiculato; stipite fistuloso, attenuato, transversim undulato, fibrilloso; lamellis adnatis, e carneo griseo nigris; sporis subcymbiformibus, 9 μ. long.

*Hab.* in campis graminosis Angliæ. — Præcedenti affinis, sed tenuior et minor, stipite 5 cm. longo, medio 2 mm. crasso, pileo 18 mm. lato.

2. **Panæolus sepulcralis** Berk. Lond. Derm. Bot. 1, p. 452, t. XV. 4535
— Pileo carnosulo, campanulato, obtuso, levi areolato-rimoso; velo fugacissimo; stipite æquali, glaberrimo, rufescente; lamellis latis, adnatis, cinereo-nigris; sporis ellipsoideis, brevissime pedicellatis, interdum minute papillatis.

*Hab.* ad terram in herbosis ad sepulcra Sinensium, Macassas, Celebes (I. B. Hinds). — Pileus 4 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 4 mm. crassus; lamellæ scutulatæ. Affinis *Pan. separato.*

3. **Panæolus Phalænarum** Fr. Epicr. p. 235, Hym. Eur. p. 310, Cooke 4536
Ill. tab. 626, Berk. Outl. p. 175, Quél. p. 121, Bull. t. 58, Secr. n. 364, Paul. t. 121, f. 1. — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, obtuso, levi, glabro, viscido, velo appendiculato fugaci; stipite æquali, firmulo, subnudo, pallide rufescente; lamellis adnexis, latis, cinereo-atris; sporis ellipsoideis, 14-15 ≃ 7-8.

*Hab.* in fimo in Europa et pr. Minussinsk in Sibiria, in S. Australia. — Valde affinis *Pan. papilionaceo,* sed major, pileo viscido argillaceo-lutescente *Pan. separati.* — **Ag. nutans** Fr. Epicr. p. 235, Batt. t. 27 R.: pileo hemisphærico subcernuo albido; lamellis adnatis, cinero-nigris; stipite attenuato nudo. — In fimo in Italia, vere. — Stipes 5 cm. longus, levis, albidus, basi subincrassatus adscendens, apice curvatus; pileus levis, 2,5 cm. lat. e velo leviter denticulatus; lamellæ confertæ. Hæc forma omissa est in Fr. Hymen. eur.

4. **Panæolus Remyii** Kalchbr. et Roum. Rev. Myc. II, pag. 154. — 4537
Pileo carnosulo, suborbiculari, obtuso, levi, glabro, viscido, argillaceo-livido; stipite firmulo, curto, exannulato, subæquali fibrillose striato, pallido; lamellis adnexis, latis, atris; sporis breviter ovatis, 6 ≃ 4,5 μ. diam., nigris.

*Hab.* in deserto Gobi (ad fimum?) in Australia (I. Remy). — E vicinia *Pan. Phalœnarum* Bull. sed pileo planiusculo latitudine stipitis longitudinem superante ab hoc et affinibus distinctus. Pileus 3-5 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus, 3-4 mm. crassus.

5. **Panæolus egregius** Massee in Grevillea 1885, pag. 91, Cooke Ill. 4538
tab. 624. — Pileo ovato-campanulato, glabro, levi, udo viscido, e

lateritio aurantiaco-brunneo, disco obscuriori, carnoso margine lamellas excedente, sicco virgato; carne ochracea; stipite brevi, incrassato, solido, fibrilloso, mox longitudinaliter rimuloso, brunneo, pileo sordidiori, basi albo-tomentoso, apice glabro; lamellis latis, ventricosis, adnatis, consertis, tenuibus, brunneo-albis, acie integra pallidiori, siccitate non liquescentibus; sporis oblongo-ovatis, minute apiculatis, primo brunneis dein atro-purpureis, 24-26 ≃ 10-11.

*Hab.* ad terram prope Scarboro' Britanniæ. — Pileus 6-7 cm. altus, 5 cm. latus; stipes 12-13 cm. longus, 15 mm. crassus; lamellæ 12-13 medio latæ. — Habitus *Coprini.*

**) Pileo (humido) udo, opaco, bibulo, sicco subflocculoso.

6. **Panæolus retirugis** Fr. Epicr. p. 235, Hym. Eur. p. 310, Gill. C. F. cum ic., Cooke Ill. t. 627, *A. carbonarius* Batsch f. 91, Berk. Outl. p. 175. — Pileo carnosulo, e globoso hemisphærico, subumbonato, costis elevatis reticulato, atomato, opaco, velo lacero appendiculato; stipite æquali, pruinoso, carneo purpurascente; lamellis adfixis, adscendentibus, cinereo-nigricantibus; sporis utrinque distincte apiculatis, 15-20 ≃ 8-9. 4539

*Hab.* in fimo cervino in Europa; in leporino Fries legit var. minorem (?). Pileus carneo-alutaceus, facie omnino *Psalhyræ corrugis.*

7. **Panæolus remotus** Schaeff. t. 210 (*Agar.*), Fr. Hym. Eur. p. 311. — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, subumbonato, sicco flocculoso-ruguloso; stipite fistuloso, tenui, fuscescente; lamellis liberis, demum remotis, ventricosis, nigris. 4540

*Hab.* in fimetis Europæ australis, Bavariæ. — Stipes 5-6 cm. longus, fragilis, glaber vel villo adpresso sursum sericeus; pileus 2-3 cm. latus, fulvo-fuligineus, floccis innatis; lamellæ latæ, demum planæ, aridæ, confertæ. A *Psil. ericæa* certe distinctus.

8. **Panæolus guttulatus** Bres. Fung. Trident. p. 36, XXXIV, f. 2. — Pileo carnosulo, e convexo-subhemisphærico expanso, sæpe umbonato, margine involuto, dein patente, nigro, demum centro fulvo, pruina grisea primitus consperso, mox glabrescenti, sicco $1^1/_2$-$2^1/_2$ cm. lato; lamellis subconfertis, postice rotundato-adnatis, pileo concoloribus, acie ex albo pruinata mox guttulis gummosis albis, ætate succineis elegantis fimbriata; stipite æquali, fistuloso, fuscescenti dense griseo-furfuraceo, basi fibrilloso, 2-$3^1/_2$ cm. longo, 2-4 mm. crasso; carne fuscidulo-rufescenti; sporis ovatis, uno latere trun- 4541

catis, sub micr. fuscis, 10 ≃ 4; basidiis cylindraceo-subclavatis, 30 ≃ 8-9.

*Hab.* inter quisquilias ad vias arenosas in pinetis tridentinis sæpe obvius. Semel vidit cl. auct. inter muscos, Valle di Sole.

9. **Panæolus sphinctrinus** Fr. Epicr. p. 235, Hym. Eur. p. 311, Quèl. t. 8, f. 5 (gracilis forma), Weinm. n. 417 (ut apparet), Cooke Ill. tab. 628. — Pileo carnosulo, parabolico, obtuso, opaco, levi, udo, sicco subsericeo, velo albo primitus appendiculato; stipite æquali, stricto, fuligineo-griseo, apice levi, pruinoso; lamellis adnatis, confertis, cinereo-nigricantibus, acie concoloribus. 4542

*Hab.* in fimo passim in Europa. — N. 11 affinis; stipes 5–8 cm. longus, 2–3 mm. crassus, fragilis, basi tantum rufescens; pileus 4 cm. latus, $1^1/_2$–$2^1/_2$ cm. altus, udus glaber, fuligineo-nigricans, siccus lividus, carne tenui umbrina; sporæ 15–19 ≃ 9–12. In forma pumila lamellæ lineares: Buxb. C. V. t. 48, f. 2.

10. **Panæolus epimyces** Peck 25 Rep. St. Mus. p. 133. — Pileo carnoso, primo subgloboso, albo, sericeo-fibrilloso, carne molli, albido; stipite brevi, sursum conico, profunde striato, subtiliter farinaceo- vel pruinoso, prima ætate farcto, dein cavo; basi piloso vel substrigoso; lamellis latiusculis, plerumque confertis, postice rotundatis adnexis, sordide albis, dein brunneis vel nigrescentibus, acie alba; sporis ellipticis, 7,5–8,5 ≃ 5–6, atris. 4543

*Hab.* ad fungos North Greenbush Amer. bor. — Fungus 2,5–4 cm. altus; pileus 2–2,5 cm. latus; stipes 7–10 mm. crassus.

***) Pileo sicco, glabro, nitidulo, azono.

11. **Panæolus campanulatus** Linn. Suec. 2, n. 1213 (*Agar.*), Wahl. Ups. p. 447, Berk. Outl. p. 175, Kickx p. 179, Fr. Hym. Eur. p. 311, *A. papilionaceus* Fr. Syst. Myc. ex meliore parte, Bull. t. 561, f. 2, L., Secr. n. 369, excl. syn., Buxb. C. IV, t. 13, *B.* major, Fl. Dan. t. 1959, *C.* minor, *A. equinus* Abb. d. Schw. 3, Batsch f. 6, Bern. Roch. t. 28, f. 1, Cooke Ill. t. 629. — Pileo carnosulo, campanulato, sicco, levi, glabro, subnitido; stipite æquali, stricto, undique rufescente, apice striato atro-pulverulento; lamellis adfixis, adscendentibus, griseo nigroque variegatis; sporis 14-16 ≃ 9-11; sporis subellipsoideis, sub micr. fuscis, 15-18 ≃ 9–13. 4544

*Hab.* ad terram fimetosam frequens in Europa, ad terram, Peradenya, Ceylon (Gardner), in solo pingui, Cincinnati Amer. fœder. et in Africa austr. — Fragilis; stipes 8 cm. longus, 2–5 mm. crassus, jove udo guttulis aqueis roridus (var. *stillaris* Fr. Obs.),

primo apice albo-pruinosus; pileus 1-2½ cm. altus et latus, non expansus, nec rimosus, sed sæpe umbonatus, e fusco rufescens; velum fugacissimum; lamellarum acies vulgo albicans. Linnæanum nomen optimum necesse huic restituendum.

12. **Panæolus deviellus** Britz. Derm. et Mel. p. 177, f. 79. — Pileo 4545
campanulato, sordide flavo-brunneo, subnitido; stipite sursum ex albido dilute brunneo, deorsum sordide nigro-rufescente, albido conspurcato; lamellis adnexis, obscure griseis; sporis oblongo-rotundatis, utrinque acutis, 8-9 ≃ 6, brunneis.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 1,5 cm. latus; stipes usque ad 11 cm. longus, 3 mm. crassus. *Pan. campanulato* proximus.

13. **Panæolus subditus** Britz. Derm. et Mel. p. 177, f. 38. — Pileo 4546
hemisphærico, sordide brunneo-violaceo, haud nitente; stipite pileo pallidiori, cavo; lamellis adnexis, confertiusculis, obscure griseis, acie albo-maculata; sporis subopacis, brunneo-atris, 12-14 ≃ 8-10.

*Hab.* ad fimum bovinum in Bavaria australi altit. 1500 m. — Pileus 2 cm. latus; stipes 2 cm. et ultra longus, 2 mm. crassus. *Pan. papilionaceo* proximus.

14. **Panæolus papilionaceus** Fr. Epicr. p. 236, Hym. Eur. p. 311, 4547
Cooke Ill. t. 630, Berk. Outl. p. 175, Kickx p. 179, Bull. t. 561, f. 2, N. M. Quél. p. 122. — Pileo carnosulo, hemisphærico, glabro, sicco rimoso-squamoso; stipite æquali, levi, albido, apice albo-pulverulento; lamellis late adnatis, perlatis, demum planis, nigricantibus; sporis 15-18 ≃ 7-8.

*Hab.* ad terram fimetosam in Europa et prope Minussinsk in Sibiria, in fimo Peradenya Ceylon (Thwaites), Sarawak Bornei, et in terra stercorata atque in fimo in America fœder., in Africa merid. et Australia. — Pileus 1-2½ cm. latus; stipes 8 cm. longus, 2-5 mm. crassus. A *Pan. campanulato* differt pileo hemisphærico (fere *Str. semiglobatæ*) stipiteque pallidis, lamellis latioribus. Firmior quoque est, præcipue forma pumila pileo stipiteque (non rufis) albo-griseis 2,5 cm. long. hæc ad latera viarum arenosa.

15. **Panæolus caliginosus** Jungh. Linnæa V, p. 405, t. 6, f 13, Fr. 4548
Hym. Eur. p. 312, Cooke Ill. t. 631 *A.*, *A. fimicola* β. Weinm. Ross. p. 267. — Pileo carnosulo, campanulato, obtuso, levi, glabro; stipite æquali, levi, nudo, concolore; lamellis leviter adnexis, adscendentibus, lanceolatis, fuligineo-nigris; sporis 16-18 ≃ 10.

*Hab.* locis graminosis in campis apricis Europæ. — Gracilis, minor, brunneus. Citatur ex insula Ceylon in fimo: pileo semi-

ovato, membranaceo, livido; stipite recto, livido; lamellis ventricosis, ascendentibus; sporis limoniformibus, 9 μ. tantum longis (B. et Br. F. of Ceyl. n. 290).

16. **Panæolus cyanescens** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 557. — 4549
Albidus, cyanescens; pileo hemisphærico, glabro, subcarnoso; stipite recto, radicante, umbrino, farcto; lamellis ascendentibus, ventricosis, leviter adnatis, cyaneo-nigris; sporis limoniformibus, 10-13 μ. long.

*Hab.* in solo pingui culto, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 3 cm. latus; caro in cæruleum partim vergens; stipes 10 cm. longus, 3 mm. crassus, inferne saturate cæruleo pictus, superne atomis paucis rubescentibus adspersus, rubescenti-brunneo pictus, pellicula exteriora in cæruleum vergente.

17. **Panæolus solidipes** Peck 23 Rep. p. 101, t. IV, f. 1-5. — Pileo 4550
firmo, ex hemisphærico subcampanulato vel convexo, glabro, albido, cuticula demum in squamas fusco-lutescentes, latiusculas, angulares secedente; stipite firmo, glabro, candido, solido, apice subtiliter striato; lamellis latis, subadnexis, ex albido nigris; sporis aterrimis, in cæruleum vergentibus.

*Hab.* in fimetis, West Albany Amer. fœder. Junio. — Fungus 12-20 cm. altus: pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 5-10 mm. crassus.

18. **Panæolus Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885, p. 136, *Ag.* (*Psathyrella*) *gracilioides* Schulz. Verhandl. zool. bot. 1876, p. 415. Cfr. Britz. Melan. p. 179, f. 73. — Solitarius, hygrophanus; pileo membranaceo, conico non striato, levi, subnitido, dilute umbrino, disco fuscescente; lamellis liberis, ventricosis, nec confertis, dein nigricantibus, acie albida; stipite strictó, tenui, deorsum æqualiter et leviter sensim incrassato, igitur conoideo, fistuloso, subrubicundo, subtiliter tomentoso; sporis nigris, in stratis tenuibus subviolaceis, magnis, citriformibus, 13-14 μ. longis (12-16 = 8-10 sec. Britz.); odore saporeque vix ullis. 4551

*Hab.* in silvis ad vias graminosas in Slavonia. — Pileus 2-2,7 cm. altus; lamellæ 5-6,4 mm. latæ; stipes, 12,3-15,7 cm. longus, apice 1,5-2 mm. circ. crassus. Totus fungus non tantopere fragilis ut *A. gracilis*. — Var. **fraterculus** Schulz. in Hedw. 1885, H. IV, pag. 136, *Ag.* (Psathyrella) *gracilioides* var. *fraterculus* Schulz. Verhandb. zool. bot. 1876, p. 415. A precedente recedens præcipue parvitate; pileo 5-6 mm. alto; lamellis 1 mm. latis; stipite filiformi, ad basim in tuberculum subglobosum dilatato, usque 2,6 cm. alto; sporis 10-16 μ. longis. Non frequens in Slavonia.

**** Pileo sicco, glabro, circa marginem zonato.

19. **Panæolus subbalteatus** Berk. et Br. n. 923, Fr. Hym. Eur. p. 312, Cooke Ill. t. 631, *B.* — Pileo carnoso, convexo, hygrophano, cervino, sicco pallido, ruguloso, zona marginali obscura; stipite fistuloso, fragili, rufo-brunneo, albo-fibrilloso; lamellis adnatis, subventricosis, brunneolis; sporis atris. 4552

*Hab.* locis graminosis cæspitosus in Anglia et in horto botanico Bruxellensi in Belgio (Dom. Bommer et Rousseau). — Stipes 5-6 cm. longus, 4 mm. crass.; pileus 3-5 cm. latus; velum nullum.

20. **Panæolus cinctulus** Bolt. t. 152 (*Agar.*), Britzelm. Derm. et Mel. p. 178, f. 121. — *Psilocibæ Fœniseccii* habitu affinis; sporis atris, coacervatis atterrimis, limoniformibus, 14 ≃ 8, distinctus; lamellis rubro-brunneis, dein brunneo-fuscis demumque nigricantibus. 4553

*Hab.* in campis et silvis Britanniæ et Bavariæ.

21. **Panæolus acuminatus** Fr. Epicr. p. 237, Hym. Eur. p. 312, Berk. et Br. n. 1258, Batt. t. 22, *F.* meum optime sistit, Schaeff. t. 202, stipite longo et obscuro recedit, sed lineæ vestigia adsunt, Secr. n. 370 (e syn. Schaeff.). — Pileo carnosulo, conico, acuminato, levi, glabro, nitido, circa marginem linea nigricante zonato; stipite tenui, æquali, pruinoso, bicolore; lamellis adnexis, ventricosis, confertis, nigricantibus. 4554

*Hab.* ad vias in Europa. — Stipes 2½ cm. («8 cm. usque») longus, albidus, deorsum fuscus, basi incrassata; pileus pro ratione major, carneo-alutaceus («fulvo-violaceus» Secr.), margine primo crenulato.

22. **Panæolus fimicola** Fr. Syst. Myc. I, p. 301, Hym. Eur. p. 312, Bérn. Roch. t. 29, f. 3, Cooke Ill. t. 632, Weinm. p. 266, Berk. et Br. n. 1259, Kickx p. 180, Seyn. p. 76, Buxb. C. IV, t. 28, f. 4, *B. gracilior* Weinm. l. c., *A. carius* Bolt. t. 66, f. 1. — Pileo carnosulo, campanulato-convexo, obtuso, glabro, opaco, circa marginem zona angusta fusca notato; stipite fragili, elongato, æquali, pallido, apice albo-pruinato; lamellis adnatis, latis, griseo- et fuliginco-variegatis; sporis 16 ≃ 8-10. 4555

*Hab.* in fimo, pascuis stercoratis Europæ, Amer. fœder. et pr. Somerst. East Africæ australis. — Stipes molli-fragilis, obsolete sericeo-striatulus, 5-11 cm. longus, 2 mm. crassus; pileus 1-2½ cm. latus, udus vulgo fuliginco-canescens, siccus argillacco-canescens, interdum discoideus; lamellæ 4-6 mm. latæ, semiovatæ, den-

ticulo decurrentes. Simillima formis elongatis *Ps. callosæ* sporis stipiteque tenaci diversæ, quæ omnino *A. varius* Pers. Syn.

23. **Panæolus hypomelas** Batt. t. 15, Fr. Hym. Eur. p. 313. — Pileo 4556
subcarnoso, convexo-explanato, rufo-tomentoso, disco nigricante; stipite farcto, deorsum attenuato, albo-cinereo; lamellis confertis, nigerrimis.

*Hab.* ad truncos Ficus in Europa. – Est species valde insignis, loco vero incerta.

24. **Panæolus gomphodes** Fr. Hym. Eur. p. 313, Batt. t. 28. *E.* — 4557
Pileo carnosulo, campanulato-convexo, gibbo, sicco pannoso; stipite valido, rigido, adscendente, flocculoso, rufescente, velo araneoso; lamellis liberis, nigricantibus.

*Hab.* ad terram in Europa. — Affinitas haud liquet. Ex ic. stipes 5 cm. longus, 6 mm. crassus, striatus; pileus atro-rufus.

25. **Panæolus Larchenfeldii** Schulz. Verhandl. Hermann. 1884, p. 22, 3558
tab. II, f. 2, *A. sobolifer* Schur. 93, Lerchenfeld Descr. 17. — Pileo subgloboso, argenteo, sericeo-nitente, apice subumbilicato, profunde radiato-sulcato, margine griseo, undulato; stipite crassiusculo, cavo, annulo destituto, fibris brunneis obsito; lamellis irregulariter plicatis, apicem pilei versus albidis, marginem versus obscure brunneis extusque albo maculatis.

*Hab.* ad fimum in hortis in Slavonia. — Pileus circ. 5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, circ. 1 cm. crassus.

26. **Panæolus refellens** Britz. Derm. et Mel. p. 178, f. 80. — Pileo 4559
medio elevato, tomentoso, atro-brunneo, marginem versus pallidiori flavido, haud nitente; stipite sæpius torto, atro-rufescente, albido conspurcato; lamellis adnexis vel adnatis, obscure griseis, atris, acie griseola, confertiusculis; sporis oblongo-rotundatis, frequenter apiculato-acuminatis, 8-10 ≃ 4, atro-brunneis.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus 3 cm. latus; stipes usque ad 10 cm. longus, 3 mm. crassus. *P. fimicolæ* proximus.

**ANELLARIA** Karst. Hattsv. I, p. XXV, Forq. Champ. sup. p. 51, f. 31 (Etym. *anellus*). — Stipes politus, firmulus, annulo persistente vel saltem zona annuliformi cinctus. Pileus carnosulus, exstrius margine, lamellas variegatas excedente.

1. **Anellaria separata** (Linn.) Karst. Hattsv. I, p. 517, *A. separatus* Linn. 4560
Suec. n. 1220, Fl. Bat. 820, f. 2, Berk. Outl. t. 11, f. 7, Price f. 39, Fr. Hym. Eur. p. 310, Cooke Ill. t. 623. — Pileo carnosulo, campanulato, obtuso, levi, viscoso; stipite stricto, nitido, albo, deorsum

incrassato, annulo distante; lamellis adfixis, cinereo-atris; sporis ellipsoideis vel subgloboso-limoniformibus, atris, opacis, levissimis, 16-22 ≃ 10-15. — A. **major**: pileo ovato-campanulato; *A. semiovatus* Sow. t. 131, Fr. S. M. I, p. 300, c. syn.; *A. ciliaris* Bolt. t. 53, Pers. Syn., Bern. Roch. t. 26, f. 4, t. 27. — B. **minor**: pileo campanulato-convexo, lutescente, Bull. t. 84, *A. semiovatus* Pers.

*Hab.* in fimo in Europa, in Argentina Americæ merid. et in summo monte Boschberg, 1400 m. alt. prope Somerset East, promont. Bonæ Spei (P. Mac Owan). — Pileus 3-4 cm. altus, 4 cm. latus; stipes 13 cm. vel ultra longus, circiter 4 mm. crassus, vulgo argillaceo-albus, haud expansus. Vulgo procerus, sed exstat forma pumila.

2. **Anellaria fimiputris** (Bull.) Karst. Hattsv. I, p. 518, *Ag. fimiputris* Bull. t. 66, Fr. Sys. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 310, Bolt. t. 57, Berk. Outl. t. 11, f. 6, Kickx p. 179, Seyn. p. 77, Batt. t. 28, *P.* — Pileo submembranaceo, conico-expanso, subgibbo, levi, viscido; stipite gracili, æquali, glabro, pallido, zona annulari notato; lamellis adfixis, livido-nigricantibus; sporis ellipsoideis, 8-9 ≃ 7. 4561

*Hab.* in sterquilinis in Europa et Cincinnati Amer. fœder. — Pileus gracilior, fragilior, pileo livido-fuligineo, sæpe inclinato, demum expanso, inæquali, 2½-6 cm. latus; stipes 5-11 cm. longus.

3. **Anellaria scitula** Massee in Grevillea XV, p. 65. — Pileo campanulato, obtuso, glabro, levi, viscido, margine lamellas excedente sordide ochraceo, pallido; carne tenui alba; stipite fistuloso, albo, nitente, basi peronato, volva in annulum persistentem sub stipitis medium abeunte; lamellis confertis, angustis, griseis, e sporis atro maculatis, margine integris, pallidioribus; sporis anguste ellipticis, 12-13 ≃ 4, atris, medio hyalinulis. 4562

*Hab.* ad terram prope Scarborough Britanniæ. — Pileus 12-13 mm. latus itidemque altus; stipes 3,5-4 cm. longus, 1 mm. circ. crassus. — *A. separatæ* similis, a qua annulo basali stipiteque volvato differt.

**PSATHYRELLA** Fr. Epicr. p. 237 (Etym. *psathyros* fragilis). — Velum haud contextum, vix conspicuum. Pileus membranaceus, striatus, margine haud excedente. Lamellæ æqualiter nigro-fuliginosæ, non variegatæ nec fuscescentes v. purpurascentes. — Tota facies *Psathyræ*. Sporæ in fundo albo nigræ, sed unius alteriusve supra fundum nigrum leviter fuscescentes.

1. **Psathyrella subatrata** Cooke Ill. t. 633, Fr. Hym. Eur. p. 313, 4563

Ic. t. 139, f. 1 (in Epicr. p. 238 descripsit Fries ad Batschii f. 89, dein copiose legit sub tribus formis), Monogr. II, p. 305, Berk. et Br. n. 1260. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, glabro, circa marginem striatulo, rufescenti-umbrino, sicco rufescenti-pallido; stipite fistuloso, stricto, glabro, albo-pallescente; lamellis adnatis, linearibus, confertis, fuligineo-nigricantibus; sporis 12-15 ≃ 6-8.

*Hab.* in herbosis Europæ. — In forma typica stipes 10-13 cm. longus; in media 5-8 cm.; in minore $2^1/_2$ cm. tantum; pileo subumbonato, udo fuligineo, subolivaceo; lamellis ventricosis, 5 mm. latis. Hæc forte distincta.

2. **Psathyrella gracilis** Fr. S. M. I, p. 299, El. p. 42 certequè Pers. pr. p., Hym. Eur. p. 313, Cooke Ill. t. 634, Pat. Tab. 238, Gill. C. F. c. icone, Berk. Outl. p. 176, Saund. et Sm. t. 37 a. — Pileo submembranaceo, conico, striatulo, hygrophano, sicco exstrio; stipite tenui, stricto, nudo, pallido; lamellis late adnatis, subdistantibus, cinereo-nigricantibus, acie obsolete rosea; sporis ellipsoideis, fere nigris, ad purpureum tamen vergentibus, 12-14 ≃ 6-8; basidiis 26-32 ≃ 7-8; cystidiis 50 ≃ 10. 4564

*Hab.* in dumetis humidiusculis, vulgaris in Europa et pr. Somerset East Africæ australis (Mac Owan). — Statura *Gal. teneræ*. Pileus 2-3 cm. latus, livido-fuscescens, siccus varie (alutaceo-roseo- etc.) pallescens; stipes 8 cm. et ultra longus, 2 mm. circiter crassus basi villosus; lamellæ postice sublatiores. Huic fungo ut vulgatissimo ill. Fries censet servandum nomen Persoonii. Valde similis *Psathyræ corrugi* exstatque var. corrugata (Secr. n. 378).

3. **Psathyrella graciloides** Peck 30 Rep. p. 42, tab. 1, fig. 1-4. — Pileo tenui, conico, v. campanulato, glabro, hygrophano, udo brunneo et striatulo, sicco albido atque subruguloso; stipite longo, stricto, fragili, cavo, glabro, candido; lamellis adscendentibus, latiusculis, subdistantibus, brunneis, inde nigrescenti-brunneis; sporis nigrescentibus, ellipsoideis, 15-16 ≃ 8-9. 4565

*Hab.* ad terram domum vetustam, Maryland, prope Amer. fœder. — Gregaria, 10-13 cm. alta; pileus $2^1/_2$ cm. latus; stipes 2 mm. crassus. Affinis *Psathyrellæ gracili* sed lamellarum acies minime rosea.

4. **Psathyrella impatiens** Fr. S. M. I, p. 302, Hym. Eur. p. 313, Secr. n. 380. — Pileo membranaceo, campanulato, convexo, obtuso, glabro, furcato-sulcato, disco levi; stipite stricto, debili, glabro, albo; lamellis adnatis, distantibus, linearibus, albidis, e sporis atris 4566

cinereis; sporis ellipsoideis, fuscis, impellucidis (s. m.), 12-15 ≃ 6-8.

*Hab.* in dumetis humidis Europæ. — Gracilis, fragilis, omnino titubans. Pileus 2-3 cm. latus, e livido lutescens, opacus; stipes 11-16 cm. longus, 2-3 mm. crassus.

5. **Psathyrella divergescens** Britz. Derm. et Mel. p. 180, f. 5. — 4567
Pileo conico, parum expanso, haud nitente, albido, griseolo; stipite pellucido, sursum albido, deorsum dilute brunneo-rufo, subcavo; lamellis adnexis vel adnatis, remotis, atris; sporis 10-14 ≃ 6, brunneo-nigrescentibus.

*Hab.* in pratis silvulosis Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus.

6. **Psathyrella ligans** Britz. Derm. et Mel. p. 180, f. 39. — Pileo 4568
hemisphærico, brunneolo-griseo; stipite albido, vix albo-brunneolo, pellucido, fragilissimo, cavo; lamellis adnatis, brunneis vel obscure griseo-brunneis, numerosis; sporis trigono-rotundatis, 8-9 ≃ 4-6, atro-brunneis.

*Hab.* in silvis pratisque Bavariæ australis. — *P. pronæ* proxima. Pileus 1,5 cm. latus; stipes 3,5 cm. longus, 2 mm. crassus.

7. **Psathyrella deparcula** Britz. Derm. et Mel. p. 179, f. 112. — Pi- 4569
leo campanulato, expanso, medio acutiuscule elevato, haud nitente, griseo-brunneo; stipite albido, dilute brunneo-rufescente, subcavo; lamellis numerosis, subliberis, griseo-brunneis, acie pallidioribus; sporis oblongis, obtusiusculis, opacis, 12 ≃ 5-6, atro-brunneis.

*Hab.* in silvis Bavariæ australis. — Pileus usque 15 mm. latus; stipes 3,5 cm. longus, 2 mm. crassus.

8. **Psathyrella biformis** Schulz. Verhand. Zool. Bot. Gesellsch. 1877 4570
et in Britz. Derm. et Mel. p. 180, f. 55. — Pileo conico, levi, glabro, ex albo carneolo, 12 mm. lato longoque; stipite filiformi, albido, fistuloso, 4 cm. longo, 1-1,5 mm. crasso, levi, glabro; lamellis sinuato-adnexis, ventricosis; sporis ovato-oblongis, basi acutiusculis, atro-brunneis, 11-14 ≃ 6.

*Hab.* in uliginosis Bavariæ et Hungariæ.

9. **Psathyrella dissecta** Britz. Derm. et Mel. p. 180, f. 37. — Pileo 4571
ex obtuse conico hemisphærico, haud nitente, albo-griseo v. flavido-vel rufo-griseo; stipite levi, pellucido, vitreo-nitente, albido, deorsum rufescente, cavo, fragili; lamellis remotiusculis, late adnatis, subventricosis, sordide e griseo brunneo-atris; sporis oblongo-rotundatis, apiculatis, 12-14 ≃ 6-8, brunneo-nigrescentibus.

*Hab.* in pratis pr. Oberstaufen Bavariæ australis. — Pileus 2 cm. latus; stipes usque ad 5 cm. longus, vix 2 mm. crassus.

10. **Psathyrella hiascens** Fr. S. M. I, p. 303, Hym. Eur. p. 314, Berk. 4572
Outl. p. 176, Cooke Ill. t. 635, Kickx p. 181, Bull. t. 552, f. 2, F, G. — Pileo membranaceo, campanulato, glabro, fisso-sulcato, disco levi; stipite stricto, rigido, fragili, glabro, albo; lamellis adnato-linearibus, subdistantibus, antice acutis, e pallido nigricantibus; sporidiis ellipsoideis, atris, 10–12 ≃ 7–10.

*Hab.* in silvis humidis Europæ, ad terram Ceylon (Thwaites), ad terram humidam sub Salicibus, West Albany Amer. fœder. (Peck), in pascuis Rockampton in Queensland Australiæ (Thozet). — Pileus 2½ cm. altus, 2–3 cm. latus, lutescens; stipes 6–10 cm. longus. Habitus prorsus Coprini cujusdam veliformis, sed rigidus; etiam lamellæ aridæ, rigidulæ, quo a n. 4 maxime differt.

11. **Psathyrella rupincola** Mont. Syll. Crypt. n. 400. — Pileo mem- 4573
branaceo, convexo-hemisphærico, hepatico, a centro fossulato ad marginem demissum striato; stipite fistuloso, curvato-ascendente, albo, levi, apice striatulo; lamellis tridymis, linearibus, attenuato-adnexis, fuliginosis; sporis quaternis, oblongis, atris, 10 μ. long.

*Hab.* e fissuris rupium exiens, Columbus Amer. fœder. — Pileus 2 cm. altus, 3 cm. lat.; stipes 5–8 cm. long., medio 3–4 mm., basi 5–6 mm. cr. *Ps. hiascenti* et *hydrophoræ* affinis (Sullivant).

12. **Psathyrella arata** Berk. Outl. p. 176, Fr. Hym. Eur. p. 314. 4574
Cooke Ill. tab. 636. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, subacuto, profunde sulcato, pallide brunneo; stipite fistuloso, elongato, levi, albo, basi incrassato; lamellis subliberis, lanceolatis, purpurascenti-atris.

*Hab.* ad sepes, Woodnewton, Britanniæ. — Stipes 13 cm. longus; pileus 2½ cm. altus, 8 mm. latus.

13. **Psathyrella trepida** Fr. Epic. p. 238, Hym. Eur. p. 314, Cooke 4575
Ill. t. 655, Ic. t. 139, f. 2, Pers. Myc. Eur. 3, t. 29, f. 1. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, glabro, densissime striatulo, hygrophano, disco levi; stipite substricto, glabro, hyalino-pellucido; lamellis adnatis, ventricosis, confertis, tenuibus, fuligineo-nigris; sporis pruniformibus, 12 μ. diam.

*Hab.* in limo paludum Europæ et in Australia meridionali. — Fragilissima. Stipes 8 cm. longus; pileus fuligineus 2½ cm. et ultra latus.

14. **Psathyrella hydrophora** Bull. t. 558, f. 2 (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 304, 4576
Hym. Eur. p. 314, Gill. C. F. c. icone, Cooke Ill. t. 655 B., Kickx n. 181. Cfr. Secr. n. 416. — Pileo membranaceo, e campanulato expanso, glabro, margine striato demumque revoluto; stipite ad-

scendente-stricto, glabro, subrorido, albo; lamellis adnatis, confertis, anguste linearibus, livido-nigricantibus; sporis 11-18 ≃ 7-8.

*Hab.* in hortis Europæ. — Inter hanc seriem et Coprinos prorsus media; lamellæ vere diffluentes non tamen observatæ. Pileus 1-4 cm. latus, rufescens, præcipue discus latus, levis; stipes 12-13 cm. longus, basi incurvus.

15. **Psathyrella gracilipes** Pat. Tab. anal. n. 257, p. 106, *Coprinus anellifer* Quél. Enchir. p. 124. — Pileo tenui, campanulato, sulcato, glabro, brunneo-rufo; stipite gracili, rigidulo, albo, vix rufescente; annulo fugaci, longe distante; lamellis liberis, latis, nigrescentibus; sporis ovoideis, 8 ≃ 4. 4577

*Hab.* ad terram udam, Poligny Galliæ, solitaria v. gregaria. — Pileus 1-2 cm. long., 1-5 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long. An observante Quélet, *Coprinus* v. forma *Psathyrellæ hydrophoræ* appendiculata?

16. **Psathyrella leptosceles** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 558. — Pileo hemisphærico, acute umbonato, subtiliter tomentoso, usque ad umbonem striato; stipite gracili; sporis ovatis, 8 μ. long. 4578

*Hab.* ad terram, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 6-8 cm. longus, 1 mm. crassus; lamellæ ventricosæ, breviter adnatæ. Affinis *Psathyrellæ hydrophoræ*.

17. **Psathyrella sulcata** Dunal in Seyn. Montp. pag. 75, Fr. Hym. Eur. p. 314. — Pileo membranaceo, campanulato, umbonato, badio, fusco, demum nigrescente; stipite farcto, elongato, æquali, apice pruinato; lamellis stipitem attingentibus, latis, e griseo-fusco nigricantibus, subliquescentibus. 4579

*Hab.* in pinetis circa Monspelium Galliæ. — Affinitas dubia. Singularem lamellarum lusum plenius describit Seynes l. c.

18. **Psathyrella asperella** Quél. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 136. — Pileo membranaceo, e cylindrico semiglobato, 7-16 mm. lato, cinnamomeo, vertice obscuriori, deinde expallente, albido, transparente, hinc lamellas costiformes ostendente, juventute squamulis minimis rotundis aut cuspidatis evanidis ornato; lamellis distantibus (10-12), usque 2 mm. latis, utrinque acuminatis, stipitem tangentibus, interdum flexuosis, albidis, tandem sporis nigro-pulverulentis; stipite primitus brevi, crasso, cylindrico, deinde elongato, 2,6-4 cm. longo, 0,5-0,75 mm. crasso, deorsum leniter incrassato, ad basim quandoque globoso-bulboso, flexuoso, fistuloso, valde caduco, albo; odore saporeque vix ullis; sporis atris, obtuse ellipsoideis, 6-9 ≃ 4. 4580

*Hab.* in asseribus quercinis loco humido jacentibus. — Vivit quinque dies.

19. **Psathyrella caudata** Fr. Obs. II, p. 187, Hym. Eur. p. 314, Cooke Ill. t. 637, Secr. n. 371, Berk. et Br. n. 1261, Paul. tab. 124, f. 1-2. — Pileo membranaceo, conico-campanulato, striato, hygrophano, sicco, disco levi; stipite elongato, a basi radicata subattenuato, pallescente, demum tortuoso; lamellis adnatis, perlatis, cinereo-nigricantibus; sporis in fundo nigro fuscescentibus, in albo atris, 12-15 ≃ 6-9. 4581

*Hab.* in hortis fimetosis Europæ. — Maxima hujus gregis, sed fragilissima. Stipes 8 cm. et ultra longus, 4-5 mm. crassus, apice obsolete pulverulentus; pileus explanatus 2,5-6 cm. latus, siccus, non rugosus, alutaceus, in carneum vergens, jove pluvio etiam fissus et subliquescens.

20. **Psathyrella prona** Fr. Epicr. p. 239, Hym. Eur. p. 315, Cooke Ill. t. 656, Ic. t. 139, f. 3, Berk. et Br. n. 924. — Pileo membranaceo, hemisphærico, obtuso, striato, hygrophano, sicco opaco, sericello-atomato; stipite gracillimo, æquali, flexuoso, subpellucido; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, livido-fuligineis; sporis aterrimis, 12-18 ≃ 8-9. 4582

*Hab.* in graminosis fimetosis Europæ. — Stipes filiformis, laxus, fragilis tamen, 3-4 cm. longus, apice obsolete pruinoso excepto, glaberrimus; pileus 8-14 mm. latus, fuligineus, siccus canus; lamellæ subtriquetræ, acie subinde obsolete roseolæ.

21. **Psathyrella infida** Quél. Bot. Fr. 1876, t. III, f. 13, Enchir. p. 120. — Pileo conico, villoso-flocculoso, griseo-fuligineo, 1 cm. lato; stipite fistuloso, filiformi, flexuoso, glabrescente, ochraceo-carneo; lamellis latis, triangularibus, distantibus, carneo-fuligineis, dein atris et albo marginatis. 4583

*Hab.* in silvis Galliæ. — *Psathyrellæ pronæ* proxima.

22. **Psathyrella empyreumatica** Berk. et Br. F. B. n. 1262, Cooke Ill. t. 657 *A.*, Fr. Hym. Eur. p. 315. — Pileo membranaceo, expanso, atomato, hygrophano, e rufo pallescente, margine crenato; stipite eximie fistuloso, elongato, sericeo-furfuraceo, pallido; lamellis adnatis, dente decurrentibus, latis, venoso-connexis, crassis, distantibus, rufis, acie pallidis. 4584

*Hab.* in pavimento ligneo lecta, Sibbertoft in Anglia. — Pileus 4 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 3 mm. crassus; lamellæ 4 mm. latæ; statura et colore refert *Phol. confragosam*, sed sporis nigris clare distincta.

23. **Psathyrella atomata** Fr. Syst. Myc. I, p. 298, Hym. Eur. p. 315, 4585
Bern. Roch. t. 25, f. 5, Cooke Ill. t. 638, Pat. Tab. 236, Weinm. p. 262, Secr. n. 375, Berk. Outl. p. 176, Saund. et Sm. t. 37, fig. infer. — Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, striatulo, hygrophano, sicco rugulo so, integro, atomis nitentibus furfurato; stipite laxo, fragili, albo, apice albo-furfurato; lamellis adnatis, latis, cinereo-nigricantibus ; sporis ellipsoideis, fuscis, impellucidis, (s. m.), 13-15 ≃ 6-8.

*Hab.* in graminosis ad vias, pagos Europæ. — Pileus 1-4 cm. latus, *Psath. gracilis* instar, e livido in albidum et roseum colorem mutans, sed fragilior; stipes 5-8 cm. longus, 2-4 mm. crassus haud strictus, arrhizus, non glaber; lamellæ ventricosæ, subdistantes, acie concolore v. albicante.

24. **Psathyrella expolita** Fr. Hym. Eur. p. 315, Britz. Derm. et Me- 4586
lan. p. 180, f. 128. — Minor ; pileo conico, margine striato stipiteque undulato glabris; lamellis non confertis, brunneo-griseis; sporis ovato-oblongis, subapiculatis, 12-14 ≃ 6.

*Hab.* in graminosis in Suecia et Bavaria.

25. **Psathyrella subatomata** Karst. in Hedwigia 1885, p. 72. — Pi- 4587
leo submembranaceo, campanulato, obtuso, fragili, alte striato (subsulcato), hygrophano, sicco rugoso, vix atomis nitentibus consperso, cinerescente v. livido pallescente, centro in spadiceum vergente, siccitate in roseum nutante, 1,5-2 cm. lat.; stipite farcto, æquali, substricto, hyalino-pallente, sicco albido vel subcandido, nudo, apice pruinello, circiter 6 cm. alto et 2 mm. crasso, basi curvato, in radicem, deorsum attenuatam, fibroso-villosam producto; lamellis adnexis vel subadnatis, facile secedentibus, ventricosis (lanceolatis), confertis, ex albido-cinereo nigricantibus, acie roseis; sporis ellipsoideis, fuscis, 10-14 ≃ 5-7; basidiis clavatis, obtusissimis, 27-30 ≃ 10-15.

*Hab.* inter acus Pini in Mustiala Fenniæ.

26. **Psathyrella subrosea** Karst. Hattsw. I, p. 524. — Pileo mem- 4588
branaceo, campanulato-convexo, obtuso, toto striato, nudo, fusco-livido, cælo sereno rosello, circiter 1,5 cm. lato; stipite æquali, flexuoso, nudo, albido, 2-3 cm. longo, 2 mm. crasso; lamellis adnatis, segmentoideis, subdistantibus, cinereis, acie roseis; sporis ellipsoideis, atris (sub micr. fuscis, impellucidis), 10-13 ≃ 5-6.

*Hab.* ad ligna in horto Mustialensi in Fennia.

27. **Psathyrella discolor** Berk. Dec. n. 311. — Pileo hemisphærico, 4589
primitus vitellino, dein expanso, versus marginem purpurascente;

stipite flexuoso, fistuloso, versicolori; lamellis latis, griseo-purpureis, secedentibus.

*Hab.* ad terram et caudices emortuos Darjeeling Indiæ, 2250 m. alt. (Hooker). — Inodora, cæspitosa, fragilis; pileus 2½-4 cm. latus, siccus, glaber, membranaceus; stipes 8-10 cm. longus, 2-3 mm. crassus, roseo luteoque maculatus; lamellæ postice rotundatæ a stipite separatæ excedentes. Affinis *Psathyrellæ atomatæ* et *Psathyræ corrugi*.

28. **Psathyrella valentior** Britz. Derm. et Mel. p. 180, f. 81. — Pileo obtuse conico, dein expanso, sæpe medio minute umbilicato, flavo-brunneo, hygrophano, fragmentis veli albidis margine instructo; stipite albo, sericeo-nitente, cavo, 2-4 nodis instructo; lamellis confertiusculis, adnexo-adnatis, rufo-griseis, dein atro-brunneis; sporis oblongis, subcitriformibus, utrinque obtuse apiculatis, 14 = 8, atro-brunneis. 4590

*Hab.* in hortis Bavariæ australis. — Pileus 4 cm. latus; stipes usque ad 9 cm. longus, 5 mm. crassus. *Psath. atomatæ* proxima.

29. **Psathyrella fulvipes** Mont. Guy. n. 291 et Syll. Crypt. n. 397. — Pileo membranaceo, convexo-expanso, glabro, centro subumbonato excepto, tenuissime striatulo nigrescente; stipite stricto, rigido, fragili, fistuloso, luteo-fulvo; lamellis tridymis, convexis, longioribus dente affixis, antice rotundis fuliginoso-nigris; sporis ovoideo-oblongis, opacis, 10 μ. longis. 4591

*Hab.* ad terram arenosam in urbe Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 15 mm. lat.; stipes 3 cm. long., 1-1,5 mm. cr. *Ps. cultrigeræ* peraffinis.

30. **Psathyrella cultrigera** Mont. Guy. n. 292, Syll. Crypt. n. 396. — Pileo hemisphærico, centro levi, margine striatulo nec primitus involuto stipiteque sursum lineato æquali farcto subfuscis; lamellis tetradymis, haud confertis, scalpelliformibus, postice stipiti adnatis, tabacinis acie candicantibus; sporis ovoideis, pro ratione magnis, brunneo-fuscis, 15 μ. longis. 4592

*Hab.* ad fimum in Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 6-15 mm. lat.; stipes 1-2 cm. long., 1 mm. cr.

31. **Psathyrella modesta** Berk. Lond. Journ. Bot., I, p. 453. — Solitaria; pileo late conico, membranaceo, sericeo, griseo; stipite gracili, albido; lamellis subdistantibus, angustis, adnatis, nigris, albo-marginatis. 4593

*Hab.* ad radices, New Guinea Amer. merid. (J. B. Hinds). —

Pileus 9 mm. latus, 4 mm. altus; stipes 15 mm. longus, $1^1/_3$ mm. crassus; lamellæ potius angustæ. Analoga *Psathyræ gyroflexæ*.

32. **Psathyrella falcifolia** Mont. Syll. Crypt. n. 399. — Cæspitosa; pileis membranaceis, e sphærico campanulatis expansis, disco levi luteolo, ambitu patente nigrescente striatulis, crenulato-fissis; stipitibus basi junctis, bulbillosis, flexuosis, fistulosis, apice striatis, pallidis; lamellis falciformibus, rotundato-affixis, e pallido nigris; sporis ovoideis obtusissimis, 5 $\mu$. longis. 4594

*Hab.* ad cortices et folia dejecta Columbus Amer. bor. (Sullivant). — Pileus demum 3 cm. lat., 1,5 cm. alt.; stipes 4-10 cm. long., 1-2 mm. cr.

33. **Psathyrella crenata** Lasch n. 465, Fr. Hym. Eur. p. 315. — Pileo membranaceo, hemisphærico, sulcato, atomato, hygrophano, margine crenato; stipite subcurvato, fragili, glabro, albido, superne striato, farinaceo; lamellis adnatis, subventricosis, e flavido-fusco nigricantibus. 4595

*Hab.* ad terram graminosam pinguem in Europa. — Fragilis. Stipes 3-4 cm. longus, 2-3 mm. crassus. In forma ex insulis Azoris (Cfr. Berk. Chall. n. 34) europæis simillima sporæ ovato-limoniformes 14-15 $\mu$. long.. Pileus 1-$2^1/_2$ cm. latus, ex ochraceo v. rufescente pallens.

34. **Psathyrella hortulana** Mont. Guy. n. 293, t. 11, f. 3. — Pileo membranaceo, hemisphærico, radiatim striatulo, margine crenulato, griseo; stipite farcto, cavo, subflexuoso, basi bulboso, levi; lamellis postice attenuatis, antice ventricoso-rotundatis, longioribus prosilientibus, e fuligineo nigricantibus; sporis ovoideo-oblongis, 12-15 $\mu$. long. 4596

*Hab.* in fimo horti hospitii nautici, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 2-3 cm. lat.; stipes 2-4 cm. long., 2 mm. cr. *Psathyrellæ crenatæ* habitu affinis.

35. **Psathyrella disseminata** Pers. Syn. p. 403, (*Agar.*), Fr. S. M. I, p. 305 c. syn., Hym. Eur. p. 316, Pat. Tab. 351, Bern. Roch. t. 25, f. 4, Cooke Ill. t. 657, *B.*, Quél. t. 8, f. 5; *A. major* Sowerb. t. 166, Paul. t. 123, f. 6; *B. minor*, disco demum papillato, Fl. Dan. t. 1848, Schaeff. t. 308 (infans), Batsch f. 3, Buxb. C. II, t. 50, f. 5, Batt. t. 27 *C.* — Pileo membranaceo, ovato-campanulato, furfurato, dein nudo, sulcato-plicato, integro, decolorante; stipite laxo, subflexuoso, fragili, e furfurato glabro; lamellis adnatis, late linearibus, ex albido-cinereo nigricantibus; sporis ellipsoideis, 8-10 = 3-5, fuscis, 4597

subimpellucidis, subinde inæquilateralibus; basidiis 15-18 = 6-8; cystidiis 36-42 = 14-16.

*Hab.* ad truncos vetustos ubique, etiam ad terram humosam in umbrosis, cæspitosa in Europa, ad terram prope Minussinsk in Sibiria, in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES), in Amer. fœder., P. Natal Africæ et in ligno putrido Rockampton in Queensland nec non in Tasmania Australiæ (THOZET). — Pileus 8 cm. latus; stipes magnitudine varius, sæpe $2^1/_2$ cm. longus, 1 mm. crassus; primo lutescens, dein cinerescens, admodum tenuis, mox flaccescens, sed non diffluens.

36. **Psathyrella Tiarella** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 557. — 4598
Pileo conico, pallido, membranaceo, estriato; stipite flexuoso, fistuloso, pallido; lamellis ascendentibus, angustis, purpurascentibus; sporis elongatis, 14 $\mu$. long.

*Hab.* in substantiis vegetabilibus putrescentibus, Ceylon (THWAITES). — Pileus 12 mm. latus, $2^1/_2$ cm. altus, sordide albus, disco umbrino; caro umbrina; stipes 4 cm. longus, 8 mm. crassus, pallide umbrinus; lamellæ demum subnigræ. Affinis *Psathyrellæ disseminatæ*.

37. **Psathyrella achnea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 557. — 4599
Gregaria; pileo conico-campanulato, albo, striato, glabro, umbone papilliformi, umbrino, acuto; stipite curvo, fistuloso, glabro; lamellis angustis, ex albo nigris, postice attenuatis.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES). — Dense gregaria, profunde striata; pileus 6 mm. latus; stipes $2^1/_2$ cm. longus, basi pilis rubescentibus ornatus. Habitus *Psathyrellæ dimidiatæ*.

38. **Psathyrella aucta** B. et Br. Journ. Linn. XI, p. 558. — Pileo 4600
campanulato, hispidulo, subcinereo, umbone papilliformi albo aucto; stipite piloso, flexuoso, fistuloso; lamellis angustis adnatis; sporis elongatis, 13 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pileus 12 mm. latus, pilis brevibus vestitus; margine subrimoso; stipes 3 cm. longus, haud 2 mm. crassus. Affinis *Psathyrel. disseminatæ*. Adest forma glabra, magis gregaria, profunde striata, umbone pallide umbrino.

39. **Psathyrella subtilis** Fr. Syst. Myc. I, p. 302, Hym. Eur. p. 316, 4601
Seyn. p. 14, Quél. p. 125. — Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, glabrato, hygrophano, ulo pellucido-striatulo, sicco levi; stipite filiformi, laxo, glabro; lamellis adnatis, cinereo-nigris, acie albicantibus.

*Hab.* in fimo ovino, caprino etc. in Europa et in fimo vaccino, prope Somerset-East promont Bonæ Spei (P. Mac Owan). — Pileus 6-7 mm. latus et altus; stipes 3-4 cm. longus; sporæ 12-16 ≃ 5-8. *P. disseminatæ* cognata, sed tenerrima, non diffluens nec veliformi-hiascens, uda ochraceo-fuscescens, adultior et sicca albida, primitus furfurato-velata. Staturam refert M. E. 3, t. 26, f. 1.

40. **Psathyrella leptomeres** B. et. Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 559. — 4602
Pileo late campanulato, usque ad centrum striato; stipite elongato, glabro, solido; lamellis angustis, adnexis; sporis angustis, 10-13 ≃ 4-5.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus 1,8-2,5 cm. latus; stipes 4 cm. longus. Affinis *Psathyrellæ subtili*, sed lamellæ minime adnatæ.

41. **Psathyrella odorata** Peck 24 Rep. p. 70. — Pileo tenui, fragili, 4603
ovato-convexo, demum expanso, glabro, hygrophano, udo obscure rubescenti brunneo v. castaneo atque margine striatulo, sicco sordide albo vel argillaceo, roseo tincto, subatomato atque radiatim rugoso; stipite pallido, æquali, cavo, basi leviter incrassato, apice subtiliter farinaceo atque striato, in juventute subfibrilloso, basi mycelio candido prædito; lamellis confertis, latis, adnexis, dente spurio minuto decurrentibus, sordide carneis, dein roseo-brunneis, postremo atris, acie albidis; sporis ellipsoideis, cymbiformibus, 9 $\mu$. l.

*Hab.* in fimetis, West Albany Amer. fœder. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus $2^1/_2$-5 cm. latus, 2-4 mm. crassus. Gregaria v. cæspitosa, odore forti illi *Sambuci pubentis* simili pollens; pileus plerumque margine rimosus atque interdum superficie hiascens.

42. **Psathyrella furfurella** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 559. 46
— Gregaria, minima; pileo hemisphærico, furfurello; stipite capillari, tomentoso; lamellis adnatis, e pallido nigris; sporis 5 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Peradenya Ceylon (Thwaites). — Pileus haud 2 mm. latus, particulis delicatis furfuraceis obsitus, sicut stipes filiformis, 6 mm. longus.

43. **Psathyrella ctenodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 558. — 460
Pileo campanulato, usque ad umbonem plicato-striato; stipite curvo, e basi strigosa oriundo, subtiliter piloso, fistuloso; lamellis carneis adnatis; sporis ovatis, 6-9 $\mu$. long.

*Hab.* in ligno emortuo, Ceylon (Thwaites). — Pileus 12 mm. latus, delicate griseus, subtiliter pilosus ut stipes; hic $2^1/_2$ cm. longus, $1^1/_2$ mm. crassus, fistulosus; lamellæ subventricosæ, adscendentes; cystidia lata, cylindrica. Exsiccatione obscurior fit.

44. **Psathyrella umbratica** Peck Pilzfl. Niederösterr. III, p. 44. — 4606
Pileo membranaceo, versus stipitem crasso, primum campanulato in margine veli reliquiis floccoso-arenoso, demum conico-campanulato vel expanso, umbonato, marginem versus striato, hygrophano, cinereo-fuscescente, sæpe subcarneo pallescente, cum disco vel umbone levi alutaceo, humido, obscure cinereo, 3,5 cm. lato; carne dilute fusca; stipite elongato, 15 cm. longo e basi radicata fusca tortuosa sensim attenuato, rubescente sub pileo sublutescente, fistuloso, in parte superiore furfuraceo; lamellis late adnexis, distantibus; sporis ellipsoideis utrinque rotundato-acuminatis, atris, impellucidis, 14,7-20,6 ≃ 11,8-13,2; colore omnium partium pallescente; stipite sub pileo sublevi.

*Hab.* non raro ad terram humidam pinguem in silvis umbrosis, præsertim secus vias madidas prope Rekawinkel Austr.

45. **Psathyrella squamifera** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 60. — 4607
Pileo carnoso, tenui, margine membranaceo campanulato, obtuso, ad medium pellucide striato, ruguloso, squamis fibrillosis, albis, sparsis ornato, livido-fusco, sicco alutaceo-pallescente; stipite e farcto cavo, æquali, stricto vel flexuoso, sericeo, apice leviter pruinoso-flocculoso, glabrescenti, pallido, basi strigoso-radicato; lamellis adnatis, subdistantibus linearibus, unicoloribus, e dilute cinereo fuscescentibus; sporis ellipsoideis, atris (fuscis impellucidisque), 11-13 ≃ 6 circiter.

*Hab.* ad frustula ramorum putrescentia inter muscos locis silvaticis, humidis, umbrosis in agro Mustialensi Fenniæ — Pileus 1,5 cm. altus, 2 cm. latus; stipes 10 cm. longus, 2 mm. crassus; lamellæ 2 mm. latæ.

**GOMPHIDIUS** Fr. Epicr. p. 319 (Etym. *gomphus*). — Hymenophorum in stipitem decurrens. Lamellæ e membrana mucilaginea compaginatæ, scissiles, acie acuta, contiguæ, sporis fusiformibus nigricantibus pruinatæ. Velum viscoso-floccosum. — Fungi terrestres, carnosi, putrescentes, pileo demum turbinato; lamellis decurrentibus distantibus, mollibus. — Exiguum genus, valde diversum, ex habitu inter Cortinarios et Hygrophoros medium.

1. **Gomphidius glutinosus** (Schäff.) Fr. S. M. I, p. 315, Mon. II, p. 149, 4608
Hym. Eur. p. 399, Gill. C. F. cum ic., Berk. Outl. p. 196, Quél. t. 10, f. 5, *Agaricus* Schaeff. t. 36, Sowerb. t. 7, Fl. Dan. t. 1247, Letell. t. 547, Krombh. t. 62, f. 18-20, Kickx p. 195, Corda ap. Sturm XI, t. 51, *A. viscidus* Pers. Syn. p. 291. — Pileo carnoso,

obtuso, glutinoso, purpureo-fusco; lamellis ex albido cinereis, brevioribus, adnexis; sporis oblongatis, dilute flavis v. fuscidulis, uniguttulatis, 16-23 ≃ 6-8.

*Hab.* in pinetis Europæ frequens. — Pileus 5-14 cm. latus; stipes 5-9 cm. longus, $1^1/_4$ cm. crassus, intus basi luteus; lamellæ ab hymenophoro discretæ, interdum olivaceo-virentes. (Cfr. *Cantharellum crassipedem* Krombh. t. 4, 11-13).

2. **Gomphidius roseus** Fr. l. c., Krombh. t. 63, f. 13-17, Lasch n. 488, 4609
Saund. et Sm. t. 8, Gill. C. F. cum icone, *A. viscidus* Nees Syst. f. 197, Secr. n. 407 (exclus. controversiis). — Minor; pileo roseo; stipite albo, basi intusque incarnato; lamellis lacteis; sporis 20-23 ≃ 6-7.

*Hab.* in pinetis Europæ. — Hujus loci videtur *A. speciosus* Scop. p. 448.

3. **Gomphidium viscidus** (L.) Fr. Mon. II, p. 150, Hym. Eur. p. 400, 4610
Bern. Rah. t. 33, f. 2, Berk. l. c., Kickx. p. 194, *Agaricus* Linn. Suec. n. 1229, Wahlnb. Suec. n. 1957, *A. lubricus* Scop. II, p. 417, *A. rutilus* Schaeff. t. 55, Krombh. t. 4, f. 5-7, *A. Gomphus* Pers. Ic. et descr. t. 13, f. 1-3. — Pileo carnoso, demum umbonato, viscido, fusco-rufo; lamellis purpureo-umbrinis, vere ramosis, hymenophoro inter lamellarum laminas descendente; sporis oblongatis, uniguttulatis, fuscidulis 16-23 ≃ 6-8.

*Hab.* in pinetis Europæ et prope Minussinsk in Sibiria et in Carol. infer. Amer. bor. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 8 cm. et ultra longus, $1^1/_4$-2 cm. crassus, intus rhabarbarinus. Letell. t. 603 vix citandus. — ***G. testaceus** Fr. Epicr. l. c., Hym. Eur. p. 400, Oudem. Bat. p. 30, *A. rutilus* Sowerb. t. 105: pileo stipitisque basi (etiam intus) testaceis; lamellis plano-decurrentibus. In fagetis Europæ.

4. **Gomphidius maculatus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 319, Hym. Eur. p. 400, 4611
*Agaricus* Scop. Carn. II, p. 448. — Pileo carnoso, convexo, viscido, albo, senili maculis nigris variegato; stipite firmo, cylindrico, flavo, brevi; lamellis decurrentibus, ramosis, crassis, umbrinis; sporis oblongo-ellipsoideis, utrinque nucleatis, 23 ≃ 8.

*Hab.* in silvis Labacensibus et in muscosis humilibus in silvis montium Adirondack Americæ. bor. — Pileus 8 cm. latus; caro alba et crassa; stipes diametro pilei brevior, 3 mm. crassus, medulla rubente. Non patent characteres, quibus *G. stillatus* Strauss apud Sturm f. 33, t. 2 distinguatur.

5. **Gomphidius gracilis** Berk. Outl. p. 196, t. 12, f. 7, Fr. Hym. Eur. 4612

p. 400, Cooke p. 206. — Pileo carnoso, conico-hemisphærico, vinoso-fusco, glutine fuligineo obducto, quo exsiccato præcipue circa marginem nigro-maculato; stipite gracili, flexuoso, pallido, superne albo-squamuloso, inferne virgato, basi luteo; lamellis decurrentibus, furcatis, crassis, ex albido aquose nigricantibus.

*Hab.* in pinetis Angliæ et in herbosis et pinetis Fond-de-Fierraind (Verviers) in Belgio. — Præcedenti manifeste affinis, forte subspecies, statura gracili et colore distinctus. Stipes 5 cm. longus, 2-4 mm. crassus (in icone crassior); pileus $2^1/_2$ cm. latus; lamellæ sub lente pilis brevibus vestitæ.

6. **Gomphidius rhodoxanthus** Schw. Carol. p. 83, n. 640, Peck Rep. 4613
St. Mus. — Pileo pulvinato, 2,5-5 cm. lato, rufo-luteo, subinde fuscescente; lamellis arcuatis, decurrentibus, flavis; stipite attenuato, brevi, firmo; sporis oblongis, 10-13 μ. longis.

*Hab.* ad terram in silvis cæduis, Sandlake et in Carolina Amer. bor. — Pileus non semper ruber, sed alias vergit in luteum, alias in brunneum. Solitarius, elegans, *Boletum subtomentosum* ita referens, ut peritissimum decipiat observatorem. Ex Fries Epicr. p. 326 ad *Hygrophorum leporinum* forte pertineret sed cl. Peck distinguit.

**ANTHRACOPHYLLUM** Ces. Myc. Born. p. 3. *Xerotus* sp. Lév. *Panus* sp. Fr. (Etym. ab *anthrax* carbo et *phyllum* folium seu lamella). — Pileus dimidiatus, suborbicularis, subsessilis, coriaceo-tenax, tenuis, supra sulcatus; lamellæ coriaceo-corneæ, inæquales, acie acuta integerrimæ, atræ; sporæ globulosæ, nigricantes.

1. **Anthracophyllum Nigrita** (Lév.) Kalchbr. in Grevillea IX, p. 137, 4614
*Panus melanophyllus* Fr. Natal p. 6, *Xerotus nigrita* Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 120, *Anthracophyllum Beccarianum* Ces. Myc. Born. p. 3. — Pileo tenui, tenaci, subsessili, orbiculari vel sublobato, radiatim sulcato, alutaceo-rufescente; stipitello brevissimo, evanescente; lamellis firmis, strictis simplicibus et furcatis, distantibus integerrimis, fuligineo-nigricantibus; sporis minimis, globosis nigris.

*Hab.* ad ramos et cortices emortuos in insula Luçon Philippinarum (Perrotet), in terra Natal Africæ (Wahlenberg, Wood), Peradenya Ceylon (Beccari), in insula Cuba (Wright) et in Carolina infer. Amer. bor. (Ravenel). — Pileus 2-4 cm. latus, sulcis parallelis, ad modum Schizophylli in lobos radiantibus ornatus, glaber, sed impolitus, et sub lente rimulosus-scruposus. — Sec. Fries l. c.

lamellæ basim attingentes, latæ, inæquales, venis non connexæ, coriaceæ, undulatæ, nigræ, acie albicantes.

**MONTAGNITES** Fr. Epicr. p. 240, Mont. Syll. Crypt. p. 130 (*Montagnea*) (Etym. ab ill. C. Montagne). — Velum universale volvaceum, persistens. Stipes apice dilatatus in discum planum orbicularem, utrinque levem, cujus margini adfixæ lamellæ liberæ, nulla membrana junctæ, radiantes, cultriformes, persistentes, acie obtusæ. Trama cellulosa. Sporæ oblongæ, leves, atro-fuscæ in basidiorum sterigmatibus quaternæ. — Genus summopere insigne, *Gyrophragmio* Lycoperdacearum affine. Vegetatio subterranea.

1. **Montagnites Candollei** Fr. Epicr. p. 241, Hym. Eur. p. 319, Montagn. Syll. p. 129, Expéd. scient. Alg. t. 21, f. 1, Corda Ic. I, t. XX, f. 146, Seyn. Montp. p. 65, *A. arenarius* Dec. Fl. fr. VI, p. 45. — Volva stipiteque levi sublignosis, radicantibus; lamellis primo cereis, pallidis, mox arescentibus. 4615

   *Hab.* in arenosis maritimis Monspelii Galliæ et Algeriæ. — Stipes 10-13 cm. longus, albus, siccus striatus. *Ag. ocreatus* Dun. (M. Dunalii Fr. olim) est nunc peculiaris Lycoperdacearum generis typus seu *Gyrophragmium Delilei* Mont. — Var. **texensis** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 16. Minor; stipite transversim squamoso; sporis paullo majoribus. In arenosis Texas (Wright). Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 11-12 cm. longus, 6-7 mm. cr.

2. **Montagnites Pallasii** Fr. Epicr. p. 241, Pall. Russ. Reis. II, p. 744, t. IV, f. 3, Sorok. M. t. XIV, f. 53-57. — Pileo membranaceo, plano; stipite radicato longissimo, partim hypogæo, spongioso-farcto, æquali, scarioso-strigoso, evolvato; lamellis levibus, atris; sporis 12 ≃ 4, ellipsoideis. 4616

   *Hab.* in pinetis sabulosis prope Irtim Rossiæ. — Pileus 2,5-3 cm. latus; stipes 10-20 cm. longus, 5-7 mm. crassus.

3. **Montagnites Haussknechti** Rabenh. in Hedwigia 1871, p. 24. — Pileo tenuissime membranaceo, mammoso, albido-sericeo, marginem versus laciniato-fisso; stipite solido nonnihil torto, pileo concolori, e medio tumido utrinque paullum attenuato, striato, sicco, sulcato, evolvato, omnino nudo; lamellis cultriformibus, confertis, radiantibus, albis, aterrimis; sporis elliptico-oblongis, utrinque obtuse rotundatis, levibus, 7 ≃ 4, obscure fuscis. 4617

   *Hab.* ad ripas arenosas Maris Caspii prope Euzeli. — Cum *Gyrophragmio Delilei* communia habet pileum mammosum stipitemque sursum deorsum attenuatum, sed differt defectu volvæ. A. *M.*

*Candollei* et *Pallasii*, cum quibus congruit defectu volvæ, differt pileo mammoso, griseo-argenteo, nitente. Stipes 12-15 cm. longus, 5-6 mm. medio crassus. « An potius *Gyrophragmii* species? »

# APPENDIX

sistens species insigniores, iconibus illustratas, quas ignotis sporis suis locis inserere non licuit, vel in Epicrisi Friesiana receptas, in « Hymenom. Europ. » inter dubias relegatas.

De his scribit ill. Fries Hym. p. 316 sequentia: « Apud priscos auctores, Scopolium, Villarsium, Witheringium etc., plures descriptæ sunt species indeterminatæ. Villarsii ita mance descriptæ, ut vix determinari possint; Scopolii vero summa attentione dignæ. Plures ex his ad species cognitas referre periclitatus sum, sed in vivo ulterius examinandæ. Larberi nulla attentione dignæ et plures Pauletii dubiæ manebunt. Etiam in Persoonii Mycologia Europæa et Secretani Mycographie Suisse variæ descriptæ, quas omittere coactus sum, nescius ubi insererem ». — His dubiis speciebus servatum est nomen *Agaricus* sensu antiquo nec sensu Sylloges. Cfr. p. 993.

1. **Agaricus albineus** Fr. Monogr. I, p. 213, Hym. Eur. p. 316. — Pileo membranaceo, campanulato-conico, demum plano, gibbo, albo-hyalino; stipite fistuloso, fragili, levi, basi villoso; lamellis attenuato-adnatis, ventricosis, subdistantibus, albidis. 4618

   *Hab.* ad truncos Fraxini in Europa. — Inter Mycenas receptus ob lamellas albidas, sed cum his nulla affinitas, maxima vero cum Psathyris statura, structura, substantia aquosa, colore hyalino et toto habitu, sed sporæ ignotæ. Huic valde affinis videtur *A. hydrochrous* Rabenh. Lusat. II, p. 210, inter hunc et *A. laceratum* ambiguus.

2. **Agaricus Anatolii** Lev. in Demid. Ross. p. 82, t. 1, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 317. — Cæspitosus; pileo carnoso, convexo, squamuloso, flavo-rubescente; lamellis adnatis, confertis, luteis; stipite solido, nudo, sursum albo, deorsum squamuloso, pileo concolore. 4619

   *Hab.* ad pedes Quercuum vetustarum. — Videtur Flammula, sed sporæ non indicatæ.

3. **Agaricus annulatus** Krombh. t. 28, f. 13, Fr. Hym. Eur. p. 317, videtur *Pholiota*, sed notis datis vix dignoscendus. Citatur *A. annulatus* Bolt., qui potius ad *L. proceram* accedit. 4620

4. **Agaricus aromaticus** Sowerb. t. 144, Fr. Hym. Eur. p. 317. — Gracilis; pileo carnoso, levi, cinnamomeo; stipite farcto, dein cavo, reticulato; lamellis rubellis. 4621

   *Hab.* in Anglia, post inventorem non lectus. — Affinitas pror-

*

sus dubia; vix Hygrophori species. Pileus 5-9 cm. latus; stipes 4-8 cm. longus, 7-11 mm. crassus.

5. **Agaricus Aueri** Nees Act. Nat. Curios. IX, t. 6, f. 19, Fr. Hym. Eur. p. 317. — Pileo membranaceo, expanso, umbonato, subtomentoso, sordide flavo; stipite tenui, ramoso-racemoso, ebulbi, pallide flavo; lamellis flavis. 4622

*Hab.* in foliis Quercus Hungariæ. — Summopere insignis, sed affinitas prorsus ignota. Persoonio distincta tribus Cladopus dicta.

6. **Agaricus aureus** Bull. t. 92, Fr. Hym. Eur. p. 317, qui fons nominis *A. aurei*, plane diversus tam a *Ph. aurea* quam a *Ph. spectabili*, lamellis angustis albis mox distinctus, sed affinitatis dubiæ. 4623

7. **Agaricus Bertolonii** Inzeng. t. 1, f. 3 cum plena descriptione fungi paradoxi, Fr. Hym. Eur. p. 317. — Velo tomentoso, albo-roseo, persistente, discreto, pileum convexum stipitemque cylindricum centralem tegente, lamellis striatis, lanceolatis, cinnamomeis adhærente atque huc illuc inter eas penetrante. 4624

*Hab.* in Sicilia.

8. **Agaricus bulbopilis** Raddi in Soc. Ital. Mod. 1806, t. 4, f. 12, Fr. Hym. Eur. p. 317. — Albus; pileo subcampanulato, globoso, margine lutescente; stipite farcto, attenuato, ovato-bulboso, bulbo pilis longis obsesso; lamellis confertis. 4625

*Hab.* in horto Florentino in Italia iterum vix repertus. — Pileus $1^1/_4$ cm. latus.

9. **Agaricus cæsareus** Schaeff. t. 247, Fr. Hym. Eur. p. 317, semper forte indeterminatus manebit. Num *Cortinarius?* 4626

10. **Agaricus coprinoides** Corda apud Sturm XI, t. 50, Fr. Hym. Eur. p. 317, videtur Coprinus, sed paradoxus, cum nullo cognito comparandus, vix typica forma. 4627

11. **Agaricus croceo-auratus** Brig. Neap. t. 40, f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 318. — Pileo subcarnoso, e conico expanso, sicco, glabro, ochraceo; lamellis postice attenuatis, latis, subconfertis, primo crispis, olivaceis, dein fusco-virentibus, sinuato-undulatis; stipite e farcto fistuloso, nitido, amœne aureo, velo fugacissimo. 4628

*Hab.* ad terram Neapoli Italiæ australis.

12. **Agaricus diffusus** Batsch f. 111, Fr. Hym. Eur. p. 318, citatur vulgo ad *Psathyrellam gracilem*, sed habitu recedit, accuratius observatus facile distincta species. Ambigit inter Psathyras et Psathyrellas. 4629

13. **Agaricus lobato-repandus** Brig. Neap. t. 29, f. 1, 2, Fr. Hym. Eur. p. 318. — Pileo subcarnoso, e convexo expanso, sicco, squa- 4630

moso, spadiceo, margine tenui, irregulariter crenulato; lamellis stipitem attingentibus, latis, lobato-repandis, umbrino-cinnamomeis; stipite spongioso-farcto, subæquali, sordide albo, ad basim fuscescente, annulo obsoleto.

*Hab.* Neapoli in societate *A. sinuato-undati*, cui maxime videtur affinis; hic vero leucosporus dicitur, *A. lobato-repandus* xanthosporus.

14. **Agaricus molochinus** Fr. Epicr. p. 377, Hym. Eur. p. 318, *A. confluens* var. Alb. et Schwein. p. 184. — Pileo carnoso, convexo-explanato, primo papillato, udo viscido, cinnamomeo, margine striato; stipite cavo, e duplici tubo formato, cinnamomeo-rufo, sicco undique albo-villoso; lamellis liberis, subdistantibus, concoloribus, acie serrulatis. 4631

*Hab.* in pinetis ad truncos, ramos et folia putrescentia in Europa. — Pileus 8-9 mm. latus (ex Karsten 2,5-4 cm.); stipes 4-8 cm. longus, 4-9 mm. crassus. Ex cl. Karsten tamen *Collybiis* potissimum adnumerandus. Species distincta, certo loco ægre collocanda, optime intruditur inter *Coll. velutipedem* et *confluentem*, sed a typicis Collybiis longe distat mollitie insigni et aquosa.

15. **Agaricus pilipes** Sowerb. t. 249, Fr. Hym. Eur. p. 318. — Pileo carnosulo, conico, obtuso, levi, glabro; stipite fistuloso, tenui, flexuoso, undique piloso; lamellis liberis, confertis, pallide fuscis. 4632

*Hab.* in Agaricis putridis, in Britannia cæspitosus. — Valde insignis, e pallido fuscus. Pileus 11-17 mm. altus et latus; stipes 5 cm. longus.

16. **Agaricus romaleus** Letell. t. 644, Fr. Hym. Eur. p. 318. — Indusio albo ad basim stipitis *Clitocyben cinerescentem* in memoriam revocat, sed diversus videtur statura robusta, pileo repando-lobato et colore. 4633

17. **Agaricus sinuato-undatus** Brig. t. 27, f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 318. — Pileo subcarnoso, tenui, ex ovato-rotundo planiusculo, circinatim ruguloso et radiatim sulcato, badio, centrum versus obscure spadiceo; lamellis subadnexis, distantibus, concoloribus, acie undulato-repandis; stipite e farcto fistuloso, radicato, æquali, glabro, albo. 4634

*Hab.* locis aridis sub Quercu Neapoli Italiæ. — Ne suspicionem quidem de hujus et *A. lobato-repandi* affinitate fingere licet.

18. **Agaricus tabescens** Scop. p. 446 Fr. Hym. Eur. p. 319, Mich. t. 74, f. 2, ex qua *A. buxeus* Pers. Myc. Eur. 3, p. 190. — Pileo submembranaceo, ex hemisphærico explanato, obtuso reflexoque, 4635

piloso-hispido; stipite fistuloso, longo, nudo, glabro, concolore; lamellis adnexis, latis, subdistantibus, e pallido rufescentibus.

*Hab.* in nemoribus Europæ australis. — Teste ipso Friesio, Hym. p. 704, diversus a *Collybia tabescente*.

19. **Agaricus Taraxaci** Krombh. t. 43, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 319. — 4636
Forte Flammula, sed ad unicum vetustum, rimosum specimen pictus, non definiendus.

20. **Agaricus vagans** Fr. Epicr. p. 24 ex Batt. t. 8, f. *C. D. E.*, Hym. 4637
Eur. p. 319. — Albidus; pileo subcarnoso, e convexo expanso, obtuso, levi, glabro; stipite solido, levi, deorsum attenuato, glabro; annulo patulo, fagaci; lamellis longe in conum obversum decurrentibus, albis.

*Hab.* ad truncos Italiæ. — Species insignis, ob lamellas albas ad Leucosporas cum aliis relata, sed sporæ obscuræ dicuntur.

21. **Agaricus Weinmanni** Fr. Epicr. p. 183, Hym. Eur. p. 319, qui *A. vinosus* Weinm. Ross. p. 224, differt pileo nigro-virgato; stipite 4638
fuligineo-fibrilloso; lamellis albidis. Species dubia, Friesio haud obvia. Cfr. p. 809-810.

22. **Agaricus ciliciopodius** Corda Ic. IV, f. 135, Fr. Hym. Eur. p. 704. — Pileo carnoso, e depresso infundibuliformi, levi, opaco, aluta- 4639
ceo; stipite supra attenuato, firmo, fibris rectiusculis tecto; lamellis subdecurrentibus, ex incarnato rubescentibus; sporis globosis, verrucosis.

*Hab.* in nemoribus Bohemiæ. — Sporarum color non indicatus.

# INDEX GENERUM


**Agaricus** . . . . 993
**Amanita** . . . . 8
**Amanitopsis** . . . . 20
**Anellaria** . . . . 1125
**Annularia** . . . . 663
**Antracophyllum** . . . 1139
**Armillaria** . . . . 73
**Arrhenia** . . . . 498
**Bolbitius** . . . . 1073
**Cantharellus** . . . 482
**Chitonia** . . . . 992
**Claudopus** . . . . 733
**Clitocybe** . . . . 141
**Clitopilus** . . . . 698
**Collybia** . . . . 200
**Coprinus** . . . . 1078
**Cortinarius** . . . . 889
— *Phlegmacium* . . . 889
— *Myxacium* . . . 916
— *Inoloma* . . . . 923
— *Dermocybe* . . . 935
— *Hydrocybe* . . . 964
**Crepidotus** . . . . 876
**Deconica** . . . . 1058
**Galera** . . . . 860
**Eccilia** . . . . 729
**Entoloma** . . . . 679
**Flammula** . . . . 809
**Gomphidius** . . . . 1137
**Hebeloma** . . . . 791
**Heliomyces** . . . . 569
**Hiatula** . . . . 305
**Hygrophorus** . . . 387
**Hymenogramme** . . . 652
**Hypholoma** . . . . 1027
**Inocybe** . . . . 762
**Lactarius** . . . . 423
**Lentinus** . . . . 571
**Lenzites** . . . . 637
**Lepiota** . . . . 27
**Leptonia** . . . . 706
**Locellina** . . . . 761
**Marasmius** . . . . 503
**Montagnites** . . . . 1140
**Mycena** . . . . 251
**Naucoria** . . . . 828
**Nolanea** . . . . 716
**Nyctalis** . . . . 499
**Omphalia** . . . . 308
**Oudemansiella** . . . 653
**Panæolus** . . . . 1118
**Panus** . . . . 614
**Paxillus** . . . . 983
— *Lepista* . . . . 983
— *Tapinia* . . . . 987
**Pholiota** . . . . 736
**Pilosace** . . . . 1010
**Pleurotus** . . . . 339
**Pluteolus** . . . . 859
**Pluteus** . . . . 665
**Psathyra** . . . . 1060
**Psathyrella** . . . . 1126
**Psilocybe** . . . . 1043
**Pterophyllus** . . . 654
**Rhacophyllus** . . . 654
**Russula** . . . . 453

**Schizophyllum** . . . 654
**Schulzeria** . . . . 72
**Stropharia** . . . . 1012
**Stylobates** . . . . 502
**Tilotus** . . . . . 652
**Tricholoma** . . . . . 87
**Trogia** . . . . . 635
**Tubaria** . . . . . 872
**Volvaria** . . . . . 656
**Xerotus** . . . . . 630